CURSUS COMPLETUS

THEOLOGIAE DOGMATICAE

THEOLOGIA FUNDAMENTALIS

lh· /Iveetutlone, auctore R. P. Garrigou-Laghangk, O. P. (in-8° quadr l)7ll pp.). *Deest.*

*I*ᴵ *i i etesia Catholica,* auctore R. P. Scuultbb, O. P. (in-8° quadr. x-776 pp., editio ig3i). *Deest.*

THEOLOGIA DOGMATICA SPECIALIS

(Edilio 4933-19/17)

Auctori· II. P. E. Hugon, O. P.

Volumnii IᵀIiiiiiii lin *H"* qiindr. xiv-858 pp.) : *De Deo Uno et Trino, l lentori el Gubernatore, /*i *Angelis ac cie Homine.*

Volumi ii Vlli'iuiu un ipiiuli vili pp,) : *De Peccato originali et ile Gratia, ile* I ‹ *rbe Inearnuto el. Hedcrnplorc, de* l3. *Virgine Maria Dei*pura

Volumiui h ilium un S" ipindr. vin ı,IiiΓρρ.) : *De Sacramentis in communi el in speciali ac· de Novissimis.*

CURSUS PHILOSOPHIÆ THOMISTICÆ

AD THEOLOGIAM DOCTORIS ANGELI PROPÆOEUTICUS

Auctore R. P. Fr. Eo. Hugon, O. P.

I. LOGICA. Logica minor : *Praecepta et regulae quae spectant tres mentis operationes.* Logica major : *Problemata et Solutiones quae spectant tres mentis operationes.* In-8° carré de vin-5o8 pp.

II. PHILOSOPIJIA NATURALIS. Prima pars, Cosmologia : *De Mundo quoad causam efficientem; de Mundo quoad causam materiar lem et formalem; de Mundo quoad causam finalem.*

Secunda' pars, Biouogia el Psycuouooia : *De vita vegetativa; de Anima humana secundum substantiam; de Anima humana secundum facultates et operationes.* ln-8“ carré de 672 pp.

III. MI'I APHYSICA. Prima parr, ... *Metaphysica psychologica. De Intellectu el Inlellectione De Voluntate' ejusque actibus.*

Sciuiula pmn, Mhiaiiithiiia oniomhikia I *De Ente in communi De l.iill» ρΐτψι liliilibim De* l nlh *nubshmliall.*

l 'i l la pain, Mi l ɑıiı »"u » · · · ll a nnn a II /·‹' *tiniis eausis. Indi-*π · Iu ·'" i ané ‹lı· |i»n pp

TRACTATUS DOGMATICI

AD MODUM COMMENTARII IN PRÆCIPUAS QUÆSTIONES DOGMATICAS
SUMMÆ THEOLOGICÆ DIVI THOMÆ AQUINATIS

VOLUMEN TERTIUM

ÜE SACRAMENTIS IN COMMUNI ET IN SPECIALI AC DE NOVISSIMIS

auctore **R. P. Eduardo HUGON**
O. P., S. TH. MAG.
PROFESSORE IN' FACULTATE THEOLOGICA « ANGELICI » DE URBE
ET SODALI ACADEMIA! ROMANA! S. THOMA! AQUINATIS

EDITIO TERTIADECIMA
JUSSU AUCTORIS recognita et emendata

PARISIIS (VP)
sumptibus P. LETHIELLEUX. editoris
10, VIA DICTA CASSETTE, 10
1948

‹ 11 ■iii uif/r u i'h' ih'i'ini i nfl/iil η»'ιιιι·(ι l ails lol· ‹ n Jfvricr 1031

l m ill in i t l Mlli'Hi K KOiirhl toil· ιlιd Ilh <lr Irilitiiclinn

>'l tie ii'jiiiuIiiΛΊΛιιιι

1 .

APP ROBATIONES

Novam editionem operis A. R. P. Fr. Eduahdi HUGON, 7H4C-*TATUS DOGMATICI,* approbandam censemus dignamque existimamus quae typis mandetur et in publicam utilitatem diffundatur.

Datum Romae, e Collegio Angelico, die a5 oct. ig3o.

Fr. Ceslaus PABAN-SECOND,
Ord. Præd.,
S. Theol. Magister.

Fr. Reginaldus GARRIGOU-LAGRANGE,
Ord. Præd.,
S. Theol. Magister.

Imprimatur.

Fr. A. LEMONNIER, O. P.,
Vic. Mag. Ord.

Lutetiae Parisiorum, die 6a novembris ig3o.

V. DUPIN,
v. g.

DEO SANCTIFICATORI,
QUI HOMINES PER SACRAMENTA
Al) FINEM ULTIMUM DUCIT,
ET REMUNERATORI,
QUI SINGULIS PRO MERITO
VITAM ÆTERNAM CONFERT,
HOS TRACTATUS DOGMATICOS,
PER MANUS B. V. MARIÆ,
DEDICAT AUCTOR.

DE SACRAMENTIS AC DE NOVISSIMIS

PROŒMIUM

Duo sunt praecipua Dei beneficia quibus Lex Nova ab Antiqua discriminatur, videlicet *Incarnatio* et *Sacramenta*. Gratia quidem virtutesque infusae ac dona Spiritus Sancti fuerunt veteri œconomiæ, licet intuitu Christi venturi, concessa ; sed habitatio Filii Dei inter homines et cum hominibus et Sacramenta quae vi sua intrinseca gratiam contineant et conferant nonnisi Ecclesiae conveniunt. Nullum itaque recensetur majus post Incarnationem beneficium hominibus collatum quam Sacramenta.

Quapropter, quum Sacramenta sint veluti *reliquiæ Incarnationis* indeficientes, tractatum de Incarnatione immediate sequantur oportet tractatus de Sacramentis ; et hic est rerum ordo quem servat Angelicus : « Post considerationem eorum quae pertinent ad mysteria Verbi incarnati, considerandum est de Ecclesiae sacramentis, quae ab ipso Verbo incarnato efficaciam habent ; et prima consideratio erit de sacramentis in communi[1] ; secunda de unoquoque sacramentorum in speciali. » (S. Th., III P., Q. 1 x, Prolog.)

Præcipua quidem tractatio, sub respectu dogmatico, est de Sacramentis in communi, eo quod scholastici in synthesim firmissimam adegerunt diversa elementa quæ Patres de Sacramentis in speciali, occasione data, tradiderant ; et hac ratione paulatim exstructum et compac-

I. Animadvertatur S. Thomam adhibere formulam « *de sacramentis in communi* », dum recentiores pdtius dicunt « *de sacramentis in genere* ». Nos porro modum loquendi S. Thomæ retinemus. Non enim attendimus aliquod *genus,* quod in *species* dividatur, sed omnibus liquet tractatum de Sacramentis primum *in communi* ac deinde *in speciali* fieri posse.

tum est BCÎentificum ædificium, quod demum Concilia, ac signanter Florentinum et Tridentinum, sanxerunt. Hinc etiam recentiores errores quos sparserunt modernislae impetunt præsertim tractatum de Sacramentis in communi, ut constat ex propositionibus 39, 40 et 41 a S. Officio, decreto *Lamentabili,* 3 Julii 1907, damnatis.

Statuta igitur catholica doctrina de Sacramentorum natura et indole, materia et forma, necessitate, effectibus, causa et numero, non supersunt graviores difficultates dogmatic® de Sacramentis in speciali, excepta Eucharistia, quæ inter præcipua Ecclesiæ catholic® dogmata recenseri omnino debet, sive ut sacramentum siye ut sacrificium. Attamen de singulis Sacramentis in speciali mult® ac magni momenti sunt quæstiones dogmatic®, quas in hac editione plene tradimus1.

Sacramenta porro omnia vitam æternam respiciunt, imo quædam sunt veluti immediata præparatio ad gloriam. Ouapropter ox Sacramentis fit immediate gressus ad Novissima. « Terra et coelum reclamarent, ait S. Ephræm, si justis resurrectio negaretur*. » Sicque absolvuntur tractatus theologici, volo ac prece ut nos tandem in coelum excipiamur et tanquam unio in coronam Christi inseramur*.

A. *Ii.* — Hæc editio sexta jussu auctoris recognita et emendata est a R. P. Mourau, Ordinis prædicatorum.

1. De KncrnmcntlR In «pccinll sub rospsetu morali consuli polesl I·. I'πΠμ μ ι'.ιι, O. I'., vol. Ill ; sub respectu autem canonico^ I'. Bi.a t , O. I·., vol. Ill, Ž»r *Rebut.*

2. 8. l,'.i‘itn/i.Ml *Hymn. Nittb.,* 7.I, str. 1.

3. *Idtin,* edit, I Ionian., Ill, 230 f.

TRACTATUS DE SACRAMENTIS IN COMMUNI

DIVISIO TRACTATUS

Doctor Angelicus m sex quæstionibus (in P., 22. lx-lxv) totam rem absolvit, inspiciendo sacramenta :

tum in seipsis et quoad essentiam seu materiam et formam, q. lx ;

tum quoad necessitatem et idcirco existentiam, q. lxi ;

tum quoad principalem effectum, scilicet gratiam, q. lxii ;

tum quoad effectum alium, qui est character, q. lxiii ;

tum quoad causam sive principalem sive ministerialem, q. lxiv ;

tum quoad numerum, q. lxv.

QUÆSTIO PRIMA

f

DE ESSENTIA SACRAMENTI

AD *Q.* LX S. THOM/E

Exordiendum est a definitione sacramenti et idcirco inquirendum est genus definitionis, an sit sacramentum in genere signi, a. 1, et quid significet, aa. 2-3 ; et, quia signum est necessario quid sensibile, exponendum est quomodo sacramenta constent rebus sensibilibus, quarum significatio determinetur per verba, in quibus nulla permitti possit mutatio substantialis, aa. 4-8.

Sed, quo facilius et illico appareat sacramentorum indoles, nonnulla de illorum momento in Christiana oeconomia breviter praemittuntur. Et opportune etiam indicantur fontes theologici quoad sacramenta.

ARTICULUS PRIMUS

A. *DE SACRAMENTORUM MOMENTO IN ŒCONOMIA CHRISTIANA*

I. Sacramenta in ordine ad Christum. — Recte dicuntur, ex mente Angelici, « *quædam divinæ Incarnationis reliquiæ* », tum quia Christus illa insignia in sui memoriam reliquit, tum quia Incarnationis meritum et fructum nobis applicant. Imo, reliquiæ SS. Cordis vocari possunt, » o quod ex aperto Christi latere manaverunt et cum ipsis Ecclesia, quemadmodum ex latere dormientis Adæ Eva prodivit : « Vigilanti verbo Evangelista usus est, animadvertit Augustinus, ut non diceret : Latus ejus percussit, aut vulneravit, sed : *Aperuit; ut illic quodammodo vitee ostium panderetur, unde Sacramenta Ecclesiae manaverunt, sine quibus ad vitam quæ vera vita est non intratur**. »

Nec inanimatæ aut inertes sunt reliquiæ, sed potius vivæ, quippe quæ in nobis effectum habeant, tanquam operationes Christi. Sacramenta scilicet ac ministri sacramentorum sunt instrumenta dumtaxat, Christus est qui principaliter agit : hic est qui baptizat, qui consecrat, qui' absolvit, qui sanctificat.

II. Habent insuper Sacramenta insignes cum Incarnatione analogias. — Exhibetur in Incarnatione visibilis natura cum invisibili Verbo unita ; sic concurrit in sacramentis forma quædam sensibilis seu signum sensibile cum invisibili virtute Spiritus Sancti. Et, sicut humanitas Christi subsistit in unica Verbi persona, ita tota signi externi efficacia desumitur ex stipernaturali virtute quæ per verbum formæ operatur; ac, sicut nequit natura immanii a persona Verbi sejungi, nisi desinat Incarnatio, ita nequit materia sacramenti a forma separari, nisi perimatur sacramentum.

I ‹ f. Prolog. lib, *IV Srnl. ad Annlbaldtim ;* et Gonet, *De Hacram*nlh,* Prolog,

!·(. Ammann., *I rari.* IV0 *In Joan.,* fl. 2 ; *I'*. xxxv, 1593.

Hinc etiam elucet convenientia sacramentorum cum nostra natura, quæ materia corporali et forma spirituali adeo constituitur, ut una essentia et una persona coalescat.

III. In ordine ad Ecclesiam. — Sunt sacramenta reponenda inter essentialia Ecclesiæ constitutiva, non solum ut *tesseræ,* quibus fideles ab infidelibus distinguuntur, et sic ad *magislerium* quodammodo referuntur, sed etiam ut *vincula,* quibus membra Ecclesiæ in unum corpus colligantur, et sic *regimen* spectant, ac præsertim ut *instrumenta vitæ et sanctitatis,* et sic pertinent ad *ministerium,* quod est de ipsa Ecclesiæ essentia[1].

Quapropter sacramenta dicuntur a piis scriptoribus* : *fluminis impetus* qui lætificat civitatem Dei ipsamque efficit paradisum voluptatis ; *arbores* varietate discrets *lignague* illius paradisi semper virentia*; *columnæ septem* a Sapientia ædificatæ, quæ totam sustentant Ecclesiam[4] ; *planetæ* in cœlo Ecclesiæ relucentes, quas inter eminet *Eucharistia,* tamquam *sol* a quo cetera suum derivant splendorem.

IV. Relate ad homines. — Dicuntur sacramenta *fontes* Salvatoris, e quibus haurire debent homines, ut salvi fiant ; *medicina,* quæ nos ad vitam revocat et vulnera nostræ naturæ sanat ; *oleumve* spirituale, quod lucet, pascit et ungit ; *potusque* et *nutrimentum,* quo anima sustentatur et crescit usque ad mensuram ætatis plenitudinis Christi ; *instructio* demum et *eruditio,* qua homo per sensibilia ad intelligibilia et spiritualia manudiicitur, ut perpetuo monet Doctor Angelicus[5].

V. Relate ad Deum[0]. — Sunt *mirabilia divinæ Sapientiæ inventa,* quibus Deus pravis cordis nostri· adinventionibus subvenit ac medetur ; sunt *insignes divinæ potentiæ*

1. Cf. *Catechism. Cone. Trident.,* II P., cap. i, n. 13.
2. Cf. S. Laurent. Justinian., in *Libro de Ligno vitæ,* et Gonet, Præf. *De Sacrament.*
3. Cf. *Genes.,* ii.
4. *Prou.,* ix, 1.
5. Cf. etiam *Catechism. Cone. Trident.,* loc. cit.
6. Cf. Hurter, III vol., n. 277.

effectus, quæ infirmis dementis contulit ut corpus tang nt et cor abluantl, ut animæ præstent resurrectionem ipsa creatione mirabiliorem*.

B. *FONTES THEOLOGICI QUOAD SACRAMENTA*

I. Theologia sacramentaria utitur Scriptura, scilicet *Euangeliis* quoad pleraque sacramenta ; *Actibus Apostolorum* respectu quorumdam, v. g. Confirmationis ; *Epistola S. Jacobi* quoad Extremam Unctionem ; *Epistolis S. Pauli* quoad plura sacramenta : sicut in decursu tractatus constabit.

II. Utitur præsertim Traditione, sive scriptis Patrum, sive declarationibus Ecclesia:. Primi quidem ævi Patres non diserte commemorant omnia sacramenta, sive forte propter arcani legem, sive quia non se præbebat occasio ; sed illa potius attendunt qu® erant recipienda. *Didachè* tamen, S. Justinus et S. Irenæus quædam elementa præbcnt. A sæculo autem iv et deinceps, doctrina fusius et clarius evolvitur, præsertim in *Catechesibus* S. Cyrilli Hierosolymitani, in libris S. Ambrosii (vel alterius auctoris) de *Sacramentis* et de *Mysteriis ;* S. Augustini, *Tract, in Joannem* et *contra Donaiislas ;* S. Leonis, S. Gelasii ac S. Gregorii Papae.

III. Quia autem multi hac de re exorti sunt errores, Magisterium Supremum, in saeculorum decursu, sive *prima Ecclesiæ aetate,* sive *postea,* præsertim in *Conciliis Florentino et Tridentino,* sive nostro ævo *contra modernislas,* declarationes protulit, quas pro materi® opportunitate exponemus3f.

1. · *Unde Ista tanta vlrtu» aquir, ut corpus tançai et cor abluat ? »* S. Augustin., *Trad,* ho *in Joan.,* n, 3 , *I·. I..,* xxxv, 1810.
9. H. Auouhtin., *Ibid., /. I,.,* xxxv, 1823.
3. Interim l«gl potent Pouiuiat, *l.a Théologie sacramentaire.*

ARTTCUÏ.U? SECUNDUS

UTRUM SACRAMENTUM SIT IN GENERE SIGNI ET QUID SIGNIFICET

AD ART. 1-3 *Q.* LX S. TIIOMAE

I. Sensus quæsiti ac ejus momentum.

Disserit. S. Doctor in duobus primis articulis de sacramentis prout antiquæ et novæ œconomiæ conveniunt ; et, quia a definitione rei semper fit exordium, iiyjuirit definitionem quæ tum de mosaicis tum de nostris sacramentis valeat. Quum autern omnis definitio genere constet et differentia, agit Angelicus in articulo primo de *genere* el in secundo de *differentia specifica.*

Quodnam ergo est elementum genericum in definitione sacramenti ponendum ? utrum debet sacramentum definiri ʊ causa rei sacræ » an « signum rei sacræ ◗ ? — Quæstio illa non meram speculationem juvat, sed ad praxim maxime reieitur : si enim sacramentum est in genere causæ, dari potest sacramentum quod non sit sensibile, quia causa ut sic a sensibus penitus abstrahit ; si autem sacramentum ect in genere signi, invalidum prorsus erit sacramentum quod sensibus subjacere nullatenus potest, quia de ratione signi est ut sit aliquid sensibile.

II. Theologorum præcipuæ sententiæ[1].

Fuit hac de re olim controversia. *Magister Sententiarum* tenuit sacramentum dici a causalitate sanctitatis, ita ut sit in genere causæ, non in genere signi reponendum. Cui sententiæ adhæserat S. Thomas junior ; sed in *Summa Theologica,* re penitius perpensa, expresse docet sacramentum esse proprie in genere signis. Communis evasit sententia quæ tuetur sacramentum esse in genere signi.[2]

1. Cl Commentatores S. Thom/e in h. l. ; Cajetam., Sylv., Gcnet, Salmant., etc.

2. Ct. Petr. Lombard., *IV Sent.,* dist. I, q. i ; S. Thom., *Comment.* in h. l.

Addunt tamen plure» theologi sacramentum esse simul et in genere signi et in genero causai sail.cm late sumptæ, ut Melchior ('.anus, Logo, Gonol.l. Conveniunt omnes theologi hodierni sacramentum esso necessario in genere signi et, licet al unde sit causa, melius et convenientius dici in genere signi quam in genere causai.

Tenendum ergo est nletponl.uin gencricum in definitione sacramenti osse signum sensibile.

III. De diversis acceptionibus vocis « sacramentum ». « Sacramentum » venit a « sacro » seu denominatur ex ordine ad sanctitatem ; et, quia multipliciter aliquid dicitur sacrum seu quia multiplex est ordo ad sanctitatem, hinc multiplici sensu accipitur « sacramentum ». Dicitur aliquid sacrum tripliciter : 1° *formaliter,* pro re ipsa sacra ; 2° *significative,* pro symbolo vel signo rei sacræ ; 3° *effective,* pro causa rei saerse.

Apud veteres, præsertim llomanos, « sacramentum » dicebatur : 1° pecunia quam litigantes in templo vel apud sacerdotem reponebant ; 2° jusjurandum præsertim militare, quo sensu Tertullianus martyres vocat « sacramentarios' ».

Apud auctores sacros, respondet « sacramentum » voci græcæ *μυστηρίον* designatque *rem sacram et occultam,* quo sensu Incarnatio vdeatur a Paulo « sacramentum absconditum a sæculis in Deo[2] ». — Audit etiam *signum rei sacræ et occultæ,* sicque matrimonium dicitur « sacramentum magnum in Christo et in Ecclesia[4] », quatenus est symbolum unionis Christi cum Ecclesia. — Demum accipitur pro ipsa re sacra ; et, quia res proprie sacra est sanctitas, qua aliquis formaliter constituitur sanctus, hinc sacramenta dici possunt omnia *quæ sanctitatem prodticunl in anima.* Hæc acceptio prævaluit a tempore præ-

1. Melçiiior Can., *Helect. de Sacramentis ;* Lugo, disp. 1, sect. 2, conci. 2; Gonet, a. 1.

2. Cf. line de re E. de Baker, *Sacramentum, Le mot et l'idée dans les maures de* TI iit ui.i.ien, Louvain, 1911; A. d'Alès, *La Théologie de TerlulUtn,* pp. 321 un.

3. *l:phi's.,* ni, 9. - Cl. Puai, *La rhéologie de saint Paul,* n, pp. 393 n*,

4. *ICphe».,* v, 32.

sertim S. Ambrosii[1], qui vocem græcam « mysterium » transfert in latinam « sacramentum » ad ritus sacros designandos.

IV. Ratio autem cur diversœ res idem nomen sortiantur ex analogies notione desumitur.

Univoca dicuntur quorum nomen est commune et ratio significata simpliciter eadem : Petrus est homo, Paulus est homo ; *æquivoca* vero, quorum nomen est commune et ratio simpliciter diversa ; medio autem modo se habent *analoga,* quorum nomen est commune et ratio nomine significata nec eadem nec simpliciter diversa, sed importat quamdam proportionem vel similitudinem : animal sanum, cibus sanus, color sanus. Hic est nomen commune, sanum ; ratio autem nomine significata, sanitas, non est simpliciter eadem in animali, in cibo, in colore, nec simpliciter diversa, vera namque viget proportio : nam est sanitas in animali ut in subjecto, in cibo ut in causa, in colore ut in signo[2]. Similiter in præsenti : sanctitas est proprie res sacra, sed signum vel causa sanctitatis dici possunt res sacræ per analogiam.

Distinguitur *duplex analogia* : 1° Unius ad alterum, quando res nomine significata invenitur in uno simpliciter et proprie, in altero autem secundario et in ordine ad primum, sicut animal sanum et medicina sana, essentia divina et scriptura divina : est quippe sanitas proprie in animali, secundario tantum in medicina ; est divinitas proprie in essentia, secundario tantum in scriptura. 2° Analogia duorum in ordine ad aliquod tertium, sicut cibus sanus et color sanus, scriptura divina et verbum divinum : sanitas proprie nec in cibo est nec in colore, sed utrumque dicitur per respectum ad tertium, nempe animal, in quo est simpliciter sanitas ; divinitas paritei nec in scriptura nec in verbo est proprie, sed utrunlque denominatur divinum in ordine ad essentiam divinam, in qua est substantialiter divinitas.

Summum analogatum vocant illud in qub ratio signi·

f

1. Cf. S. Ambros., *De Mysteriis,* xiv, xv, xx, xxi, xxx, etc.
2. Cf. nostr. *Curs. Philos. Thomist.,* 1.1, pp. 45 ss. ; t. V,pp. 19 ss.

ficata est intrinsece et essentialiter et in ordine ad quod cætera dicuntur.

In præsenti ergo materia, *sanctilas* est principale analogatuin ; *causa* sanctitatis *signurnve* sanctitatis sunt secundaria analogata, et analogia quidem attributionis.

Hic, antequam ultra progrediamur, recolenda sunt quædain de notione ac divisione signil.

V. Quid sit SIGNUM et quomodo djvidatur. — Signum in communi definitur : *Id quod repræsentat aliud a se polenliæ cognoscenti.* Duo sunt de ratione signi : primum quidem ut aliquid repræsentet ipsi potentiæ cognoscitivæ, alterum vero ut manifestet aliquid distinctum a se, quia nihil est sui signum. — Est autem signum *formale* vel *instrumentale* h'ormale est quod repræsentat *vi ipsius similitudinis,* ut imago ; instrumentale autem, quod ducit in alicujus cognitionem *vi alterius connexionis* prater similitudinem : sic liimus repræsentat ignem, non vi similitudinis, sed vi connexionis quæ est inter effectum et causam. Definitur signum instrumentale : *Id quod prius cognitum ducit in cognitionem alterius.*

Signum proprie dictum est signum instrumentale, non formale. Nam de ratione signi inter homines est ut sit notius quoad nos et, quatenus magis notum, ducat in cognitionem ignoti' vel minus noti. Porro signum formale non semper prius cognoscitur, sicut species impressa, quæ est imago et similitudo objecti, non prius ipso objecto attingitur. — Itaque de ratione signi inter homines est : 1° ut sit *manijeslalivum,* 2° ut ordinem dicat *ad alterum* a se distinctum, 3° ut sit *prius cognitum* quam res reprasentata. Nonnulli quartam addunt conditionem, nempe ut signum *minoris sil momenti* quam res manifestata et significata : sic fumus, statua minoris sunt ordinis quam res jpsis significatæ.

Signum dicitur *naturale* quod repræsentat ex ipsa natura et apud omnes idem invenitur : sicut fumus est naturale signum ignis vestigiaque leonis signum naturale transitus Iconis ac ploratus naturale mœstitiæ indicium. — Signum arbitrarium repræsentat aliquid vel ex impo-

1. Ex nunlrn *Logica,* trncl. I, q. n, a. 1.

sitione voluntatis per publicam auctoritatem, sicut vexillum, quo casu dicitur signum *ad beneplacitum ;* vel ex solo usu absque publica impositione, sicut mappæ supra mensam significant prandium, quo casu dicitur signum *ex consuetudine.* — Signum *mixtum* dicitur quod partim ex natura partim ex conventione significat, ut gladius, barometrum. — Signum *symbolicum* dicitur quod ex institutione quidem actu significat, sed ex se tamen aptitudinem habet ad significandum, ut ablutio corporis per aquam apta est ad purificationem animi internam repræsentandam.

Dicitur signum *speculativum* quod unice ad repræsentandum ordinatur; *praclicum* vero, si id efficit quod significat.

Tandem signum quod est de praeterito dicitur *rememoralivum* ; quod est de praesenti, *demonstrativum* ; quod est de futuro, *prognosticum.*

VI. Nunc, QUOMODO SACRAMENTA sint SIGNA symbolica, practica, demonstrativa, rememorativa et prognostica. 1° Scriptura exhibet in omnibus, sive Veteris sive Novae Legis, sacramentis aliquam signi rationem.

De circumcisione, quæ erat sacramentum Veteris Legis, dicit Dominus : « Circumcidetis carnem præputii vestri, ut *sil in signum fcederis* inter me et vosl »; et Paulus t « *Signum* accepit circumcisionis, *signaculum jusliliæ fideil.* » Erat igitur sacramentum circumcisionis signum justitiæ, vel signum foederis inter homines et Deum, quod quidem non nisi sanctitate peragitur. — Juxta S. Paulum, Baptismus est signum sepulturæ nostræ cum Christo[2]4 quæ fit per gratiam, vel signum regenerationis spiritualis : quapropter dicitur *lavacrum regenerationis1.* — Eucharistia exhibetur ut signum rememorativum mortis Christi : « *Hoc facite in meam commemorationem5,* a — Matrimonium est signum unionis Christi cum Ecclesia® ;

1. *Genes.,* xvn, 11.
2. *Rom.,* iv, 11.
3. *Rom.,* vi, 3 ss.
4. *Tit.,* ni, 5.
5. *1 Cor.,* xi, 24.
€. *Ephes.,* v, 32.

quæ quidem conjunctio secundum gratiam attenditur. ' Scriptura igitur exhibet in sacramentis et rationem *signi* et *justitiam* internam seu *ablutionem* vel *regenerationem* internam, quæ nonnisi a Deo seu a Spiritu Sancto esse potest.

VII. 2° Patres eandem sacramentorum notionem tradunt. — Etenim recolunt simul et signum sensibile et virtutem Spiritus Sancti et invisibilem gratiam. — Nam juxta Tertullianum, est in *aqua,* signo sensibili, vis sanctificandi, si quidem aquæ sanctificatæ *vim sanctificandi combibunt*[1]. — Juxta S. Ambrosium, vis quæ est in aqua a Spiritu Sancto derivatur : « Si *qua ergo in aqua gratia,* non ex natura aquæ, sed *ex præsenlia est Spiritus Sancti*[2]. » – Juxta S. Augustinum, «luo sunt simul agnoscenda, et visibilia signa seu sacramenta et invisibilis gratia'per virtutem Spiritus Sancti ; sanctificat quippe « Dominus *invisibili gratia* per Spiritum Sanctum, ubi est totus fructus etiam *visibilium sacramentorum. Nam, sine ista sanctificatione invisibilis gratiae, visibilia sacramenta quid prosunt*[3] *»*~- Concinit S. Isidorus, qui attendit in sacramentis et tegumentum rerum corporalium et virtutem divinam : « Quæ ob id sacramenta dicuntur, quia sub *tegumento corporalium rerum virtus divina secretius salutem* eorumdem sacramentorum operatur, unde et a secretis virtutibus vel a sacris sacramenta dicuntur. Quæ ideo fructuose penes Ecclesiam fiunt, quia Spiritus in ea manens eorumdem sacramentorum latenter operatur effectum[4]. »

VIII. 3° Rationes theologicae suadent. — De ratione sacramenti est ut sit aliquid externum et sensibile hominibus accommodatum ordinemque dicens ad rem sacram. Atqui hæc omnia competunt, non caüsæ, sed signo. Ergo sacramentum est in genere signi, non causæ.

1. Tκητvι.ι.., *Dr Ihtplirmo,* **c. iv** ; /*. **i, 1204.**
2. H. ʌ Minion., *Dr Spiritu Sanelo,* **i, 77** ; L·., **xvi, 723.**
3. S. Aix iiik h n ., *it. in lleplapl.,* **lib. HI, c. Lxxxiv** ; *P. L.,* **xxiv, 712,**
4. D. Ihioo ii., **/ 7|/ni(i/,, lib. VI, c. xix, 39** bb. ; *P. L.,* 1 x x x ii, **255.**

Declaratur et probatur major.— Sacramentujn est essentialiter ritus protestativus fidei et religionis ac distinctivus fidelium ab infidelibus. Atqui, cum homines natura sensibili constent ac per sensibilia ad spiritualia manuducantur, protestatio fidei inter homines nonnisi externe et sensibiliter fieri potest; pariterque distinctio inter homines manifestationem quandam visibilem et externam requirit[1]. Ergo de ratione sacramenti est ut sit externum et sensibile.

Declaratur minor. — Causa non est secundum se aliquid externum et sensibile. Causa quidem principalis gratiæ est maxime spiritualis, nempe Deus ; causa autem instrumentalis potest esse mere spiritualis, eo quod valet Deus uti actu mere interno tanquam instrumento ad gratiam in anima producendam.— At contra, signum inter homines est necessario sensibile. Nam signum proprie aepeptum debet esse *notius* quam res significata, utpote medium cognoscendi ipsam. Atqui notiora quoad homines sunt sensibilia, eo quod modus humanæ cognitionis esi per visibilia ad spiritualia assurgere. Ergo signa quoad homines •debent esse sensibilia.

IX. 4° Compendium doctrinæ totius articuli.

Ad hæc præcipua puncta reducitur : 1° sacramenta sunt signa *sensibilia,* quæ scilicet sensibus possint aliqualiter attingi. Hinc eruitur sacramenta quorum materia sunt actus humani, ut poenitentia et matrimonium, non esse valida, nisi exterius manifestentur hi actus : invalida itaque est poenitentia, si contritio et confessio non fiunt aliqua ratione sensibiles ; invalidum quoque matrimonium, si consensus remanet mere internus. Pariter verba quæ sunt sacramentorum forma debent exterius proferri nec sufficit illa mente volvere aut oculis legere.

2° Sunt signa, non formalia, sed *inslrumentalia,* quatenus gratiam significant, non vi ipsius similitudinis, sed vi alterius connexionis a Deo institutæ.

3° Sunt *signa, ad placitum,* non vero naturalia, quæ

1. Quapropter Leo XIII scribit : « Perspicuum est nihil inter homines communicari *nisi per externas res quæ sensibus percipiantur* posse. » Encyclic. *Salis cognitum,* 29 jun. 1896.

vi sui rcpræsentarent gratiam conferendam, cum nulla vigeat proportio inter elementum materiale et gratiam supernaturalem.

4° Non sunt tamen signa arbitraria, sed signa peculiaris omnino rationis, nempe signa *symbolica,* quæ ex se aptitudinem habent ad significandum effectum ad quem a Deo adhibentur : unde, quod sint apta ad repræsentandum, habent ex se, quatenus nempe ablutio corporis similitudinem vel analogiam quandam præ se fert cum ablutione animæ ; quod vero actu significent, non habent nisi ex positiva Dei institutione. Quapropter rectissimo dicit Hugo Victorinus in libr. *De Sacrarne.nl. : « Sacramentum esi signurn ex similitudine repræsentans et ex institutione* significans et ex sanctificatione continens aliquam invisibilem et spiritualem gratiaml. »

5° Sunt signa *sacra* : tum ratione signi significantis, quia sunt ritus præcipui ad religionem et cultum spectantes ; tum ratione rei significat®, nempe gratiæ divinæ, quæ est res maxime sacra.

6° Sunt signa *practica,* quæ ordinantur vel ad conferendam gratiam vel saltem ad significandam gratiam actu productam in ipsorum applicatione.

7° Sunt signa *a Deo inslilula* : solus enim valet Deus elemento materiali alligare vim gratiæ causativam vel vim significandi practice gratiæ productionem.

8° Sunt *permanenler* instituta. Cum enim sint ritus externi ad religionem spectantes aut tesseræ quibus fideles ab infidelibus distinguuntur, debent tamdiu permanere, quamdiu durabit ipsa oeconomia ad quam pertinent.

9° Sunt signa *demonstrativa gratiæ* de præsenti ; suilt *rememoraliva* passionis de præterito, quia gratia quam significant a passione derivatur ; sunt *prognostica* de futuro, quia gratia quam significant ad vitam æternam ordinatur.

X Quœnam res sacra significetur sacramento (a. 2). Determinato genero sacramenti, jam de differentia

I. Ilmio a :. Vicnnui, I>< *'Sacramentis,* lib, 1, P. IX, c. n ; P. *L„* c.Lxxvi, 317.

specifica inquirendum est. Constat quidem sacramentum esse signum rei sacræ ; sed, quia multæ sunt res sacræ, determinanda est proprie res illa sacra cujus sacramentum est signum.

XI. Prima conclusio : Non omne signum rei sacræ est sacramentum, sed illud tantum sacramentum proprie dicitur quod est signum rei sacræ sanctificantis homines ; unde sacramenta sunt signa quæ suscipientium sanctificationem significant.

Probatur.— Quum sacramenta sint signa sensibilia, non propter Deum aut propter angelos, sed propter homines sensibiles instituta, debent significare aliquod sacrum quod ad homines pertineat. Atqui sacrum quod ad homines maxime Spectat est sanctitas, quæ proprie homines sacrat ac Deo conjungit : dum enim cetera dicuntur sacra per analogiam, sanctitas est res sacra proprie et essentialiter, tanquam summum analogatum. Ergo sacramenta proprie dicta sunt signa significantia hominum sanctificationem.

XII. Hinc norma qua discernitur aliqua signa esse sacramenta necne. — *Crux* est signum quidem rei sacræ , sed, quia venerantium sanctificationem non significat, sacramentum esse nequit. *Serpens æneus, transitus Maris Rubri, arca* Noe, et cetera multa quæ in figuris contingebant, erant signa rerum sacrarum in ordine ad Legem Novam, at non fuerunt veteris Legis sacramenta, quia non erant ordinata ad homines sanctificandos. *Prima tonsura* a ratione sacramenti deficit, eo quod non proprie subjecti sanctificationem sed potius introductionem in statum militiæ clericalis respicit. — Generatim illa omnia quæ significant sanctitatem qua Deus sanctus est non sunt sacramenta, sed illa solum quæ significant sanctitatem *qua horno sanctus est.*

XIII. Altera quæstio. *— Sanctitas autem hominis duplex distinguitur : alia quidem theologica et perfecta, alia vero imperfecta et legalis. Sanctitas perfecta est ipsa gratia sanctificans, qua fit homo intrinsece Deo gratus et acceptus ; sanctitas autem legalis est quædam consecratio et deputatio ad cultum divinum, et munditiam

externam importat qua quis idoneus fit ad sacra suscipienda vel peragenda.

Quæritur itaque utrum de ratione sacramenti in genere »it ut significet sanctitatem perfectam, an vero sufficiat significare sanctitatem legalem. De sacramentis Novæ Logis nullatenus ambigitur, profitentibus universim theologis significari et conferri per sacramenta nostra gratiam sanctificantem ; sed quoad sacramenta antiquæ Legis disputatur. Fuisse signa tantum sanctitatis legalis tenent Melchior Canus, Bellarminus, Franzelin, Hurter, De Augustinisl ; fuisse autem signa sanctitatis internæ seu gratiæ sanctificantis tenent multi alii theologi cum D. Thoma et Catechismo Concilii Tridentini, in quo dicitur : « Quod vero ad propositam Sacramenti definitionem attinet, divinarum rerum scriptores *sacræ rei nomine L)ei gratiam, quiv nos sanctos efficit ac omnium divinarum virtutum habitu erornat, demonstrant*9. »

XIV. Secunda conclusio : Sacramenta proprie dicta significant sanctitatem internam et perfectam, qua homo interne et proprie sanctus est.

Arg. Iu,n. Sacramenta, cum sint *propter homines,* debent illam significare sanctitatem quæ proprie sanctificat homines. Atqui sanctitas quæ homines proprie sanctificat est gratia interna ; dum sanctitas legalis est mere analogica et impropria nec homines Deo gratos et acceptos efficit. Ergo sacramenta vera debent esse signa gratiæ sanctificantis..

Arg. IIum. Sacramenta proprie dicta significare debent talem sanctitatem, qua *penitus distinguantur* ab aliis rei sacræ signis quæ non sunt sacramenta vel quæ ab Ecclesia institui possunt. Atqui, nisi significent sanctitatem internam, non discriminantur essentialiter a±> aliis rei sacræ signis quæ non sunt sacramenta vel quæ ab Ecclesia institui possunt : sic in veteri lege multæ purificationes legales non erant sacramentel proprie dicta ; in nova lege, sacra tonsura, absolutio a censuris ct alia plura2

1. <.f. c.oniiiK'iilnhiros in h. 1., ex reconUorlbuB De Augustinis, *re lacramentaria ;* Hurter, n. 323, etc.
2. *Cuteehlim. Cone. Trident.,* P. II, n. 9 ; cf. n. 28.

quæ sunt institutionis ecclesiasticæ, significant sanctitatem legalem, nec tamen ullatenus possunt inter sacramenta recenseri, quia non significant sanctitatem perfectam, sed solum dispositionem ad sanctitatem.

XV. Huic quaestioni alia connexa est. — Utrum ad rationem sacramenti pertineat significare sanctitatem perfectam ut *præsenlem* seu ut conferendam in applicatione sacramenti, an solum ut dandam in tempore futuro. Juxta Sotum, Ledesma, Suarez, De Augustinis, Hurter, sacramenta vetera significabant pro præsenti justitiam legalem et pro futuro justitiam veram et perfectam quæ erat a Christo causanda ; Thomistarum[1] autem sententia sic proponi potest :

XVI. Tertia conclusio : De ratione sacramenti est ut significet sanctitatem veram ut præsentem, id est in ipso ritu conferendam ; nec sufficit ut significet gratiam conferendam in futuro.

Probatur. — Sacramentum est signum *praclicum* rei sacræ, prout sanctificat homines. Atqui non potest esse signum practicum rei sacræ homines sanctificantis, nisi significet gratiam in præsenti conferendam. Ergo.

Prob. min. — Homines sanctificantur seu fiunt Deo grati et amici, non per gratiam futuram, sed per gratiam præsentem. — Insuper, si sacramenta significant gratiam futuram, erunt solum *typus* rei futuræ. Atqui typus non habet rationem signi practici, sed potius rationem signi speculativi. Ergo, si sacramenta sunt tantum significativa de futuro, rationem signi practici amittunt.

XVII. Quarta conclusio : Quodlibet sacramentum non unam rem tantum, sed plures simul, tres saltem significat : passionem Christi, gratiam præsentem et gloriam futuram (a. 3).

probatur ratione theologica. Sacramentum dicitur quod ad sanctificationem nostram ordinatur. Atqui in nostra sanctificatione tria sunt connexa : 1° causa *efficiens meritoria,* scilicet *passio* Christi; 2° causa *formalis,* scilicet

1. Cf. Gonet, Disp. I, art. 2.

gratia sanctificans ; 3° causa *finalis,* scilicet *gloria* futura. Ergo sacramentum hæc tria significat.

Sacre Scriptura hanc triplicem significationem haud obscure innuit :

De Baptismo : « An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus ? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem[1]. » Prima ergo significatio : indicatur mors Christi per immersionem hominis in baptismo. — Moritur autem homo peccato, ut in novitate vitæ resurgat, quôd fit per gratiam sanctificantem : secunda significatio. — Addit autem Apostolus : « Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam vivemus cum Christo » ; quod designat vitam æternam' : hinc, tertia significatio.

De Eucharistia : j Mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.· »; prima significatio, commemoratio mortis Domini. — « Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus*. » Et, quia cibus et potus animæ est gratia, hinc secunda significatio. — Additur : « Habet vitam æternam et ego resuscitabo eum in novissimo die » ; tertia significatio.

primario tamen sacramenta significant gratiam potius quam mortem Domini. Etenim sacramenta, signa sensibilia propter homines sensibiles, primario sunt instituta ad hominum sanctificationem in præsenti vita sensibili;et hæc sanctificatio est gratia sanctificans. Sic Eucharistia est instituta ut *cibus* animæ, qui per gratiam præstatur, et idcirco directe gratiam sanctificantem significat.

1. *flom.,* vi, Il nt.
*2. *I Cor,,* xi, '■·›.
8. JOAN·, VI, I'll.

ARTICULUS TERTIUS

DE NECESSITATE RERUM SENSIBILIUM IN SACRAMENTIS

AD ART. 4 *Q.* LX S. TH0MA3

I. Status quaestionis. — Quum jam constet sacramentum esse in genere signi, inquirendum superest an sit sacramentum res *sensibilis,* et in art. sequenti expendetur utrum illa res sensibilis possit ab homine determinari an sit a Deo determinanda.

Hic porro duplex quæstio a scholasticis moveri solet : una *de facto et quoad homines,* utrum sacramentum naturæ hurnanæ accommodatum debeat esse aliqua res sensibilis ; altera *de possibilitate,* utrum repugnet dari sacramenta quæ nullatenus sint sensibilia.

Quoad primam quæstionem sunt concordes omnes theologi, quorum doctrina sic proponitur :

II. Prima conclusio : Ad rationem sacramenti naturæ hurnanæ accommodati requiritur ut in rebus sensibilibus constituatur.

Arg. lum. (Ex respons. ad 1). Sacramenta omnia sunt quædam *signa pro hominibus* instituta. Atqui ad rationem signi pro hominibus requiritur omnino res sensibilis. Ergo. Prob. minor. De ratione signi pro hominibus est ut sit aliquid magis notum ducens in cognitionem alterius. Atqui quæ sunt magis nota hominibus sunt sensibilia, non intelligibilia : nam effectus intelligibiles non ducunt iq cognitionem alterius nisi manifestati per aliud, id est per aliqua sensibilia ; dum, e regione, effectus sensibilis per se habet quod ducat in cognitionem alterius, quasi primo et per se innotescens, cum omnis nostra cognitio a sensu oriatur. Ergo de ratione signi hominibus accommodati est ut sit res quædam sensibilis.

Arg. IIum. Sapientia divina unicuique providet secun-

dum modum suum. Atqui *modus naluræ humanæ* est ut sacramenta quibus utitur in rebus sensibilibus constituantur. Ergo. Prob. min. Modus naturæ humanæ est ut per sensibilia, quæ ei primo innotescunt, perveniat in ■cognitionem intelligibilium et spiritualium, quæ ex se latent. Atqui res sacræ quæ per sacramenta significantur sunt quædam spiritualia et intelligibilia bona. Ergo modus naturæ humanæ est ut ad eorum cognitionem perveniat per sacramenta sensibilia.

Arg. IIIum. Cum sacramenta sint propter homines, debent habere *analogiam cum hominis nalura.* Atqui natura hominis est hujusmodi, ut habeat elementum sensibile cui conjungitur forma invisibilis. Ergo sacramentum ita est constituendum, ut habeat elementum sensibile cui conjungitur forma invisibilis, scilicet virtus Spiritus Sancti, quæ in sacramentis operatur.

Arg. IV""l. Sacramenta instituta sunt tanquam *ritus religionis* prrecipui, tanquam *vincula* quibus in unam societatem coalescunt fideles, tanquam *tesseræ* quædam •et symbola quibus fideles ab infidelibus distinguuntur. Atqui fideles non possunt in unam coire religionem nec ab infidelibus discerni, nisi per quaidain sensibilia et externa1. Ergo.

III. Controversia. — De altera quæstione disputatur etiam inter Thomistas.

Generatim theologi qui tenent sacramentum esse in genere causæ opinantur dari posse sacramenta non sensibilia.

Aliqui, qui concedunt sacramentum esse in genere signi, reponunt sacramenta hominibus accommodata esse necessario sensibilia, at non repugnare absolute ut instituantur pro substantia spirituali sacramenta pariter spiritualia. — Ratio hæc est : Sacramenta sunt signa

1. Hinc celeberrimum offatum S. Augustini : « In nullum nomen religionis sou veræ Beu fnlsæ coagulari homines possunt, *nisi aliquo signaculorum vel sacramentorum visibilium consortio colligentur :* quorum Hiicrninnntoruin vix inenarrabiliter valet plurimum et •Ideo Hunlomplii rilegoH facit, » *Coni, haunt.,* III). XIX, c. xi; xi.ii, 3bS,

gratiæ practica. Atqui non repugnat rem mere spiritualem esse signum gratiæ practicum. Ergo. Prob. min. Quod potest esse instrumentum gratiæ potest etiam esse gratiæ-signum. Atqui res spiritualis, v. g. actus internus, potest esse instrumentum gratiæ. Ergo et. signum. — Hanc sententiam tuentur Soto, Aravius, Vasquez, Gonet.

Alii vero, ut Joannes a S. Thoma, Bellarminus, Suarezius, repugnantiam absolutam propugnant etiam pro· angelis[1]. Quorum opinionem tanquam probabiliorem eligimus.

IV. Secunda conclusio : Repugnat absolute sacramentum non sensibile.

Probatur. — Quum de sacramenti essentia sit constare signo *ad placitum* et de essentia signi saltem ad placitum sit esse prius notum et quatenus prius notum ducere in alterius cognitionem, sacramentum repugnat pro illa substantia respectu cujus non datur aliquid prius notum, ducens in cognitionem alterius. Atqui repugnat ut respectu substantiæ angelicæ aliqua res sit prius nota et ducat in cognitionem alterius ignotæ vel minus notæ. Ergo. — Prob. min. Postulat natura angelica ut omnia quæ sunt in re statim apprehendat, non de uno in aliud discurrendo nec componendo vel dividendo nec unum cum alio comparando, sed omnia simul et simplici intuitu intelligendo per species a Deo in creatione infusas. Atqui, ubi cognitio fit per species ita perfectas, absque discursu et judicio et absque comparatione, sed uno intuitu, non potest unum ex alio cognosci ; quia cognitio unius *ex* alio duplicem importat motum, unum in rem quæ prius apprehenditur, alterum in rem quæ ex alia cognoscitur. Ergo respectu substantiæ angelicæ non potest esse aliquid prius notum ducens in alterius cognitionem[2]. Repugnat igitur ut angeli signis et sacramentis utantur.

V. Solvitur difficultas. — Ad argumentum vero alte-

1. Cf. Commentatores S. Thomte in h' l,
2. Cf. nost. *Curs. Philos. Thomist., Log. Min.,* Tract. III.

rius sententhe, respondetur negando assertum a quod est instrumentum potest esse cignum « : nam instrumentum est in genere causai, quæ vi sui non est alio notior ; quapropter, licet sacramenta nostra sint instrumenta gratiæ, dari possent gratiæ instrumenta quæ non essent sacramenta, seu quæ essent in genere causæ sed non signi.

ARTTCUT.US QUARTUS

DE DETERMINATIONE REI SEL MATERIÆ IN SACRAMENTIS[1]

AD ART. 5 ρ. LX S. THOM®

I. Multiplex quæstio solvenda. — Comperto jam requiri in sacramentis res sensibiles, investigandum est utrum possint illæ res pro hominis libitu adhiberi, an debeant ab ipso Deo determinari, et quomodo fuerint, sive in veteri lege, sive in nova lege ab ipso Christo, determinatae, et utrum in genere tantum an etiam in specie. — Nomine autem rei intelligitur elementum externum, sensibile, quod etiam *materia sacramenti* vocatur, ut uberius explicabitur infra.

II. Prima conclusio : In omni oeconomia requiruntur res seu materiœ a Deo determinatae.

Nulla est specialis et expressa Ecclesiae declaratio, sed conclusio ex ipsa rei natura deducitur.

Probatur ergo ratione S, Thomæ. Sacramenta possunt dupliciter considerari : 1° üt sunt cæremoniæ quædam ad cultum divinum spectantes ; 2° ut habent vim sanctificandi homines. Atqui, licet sub priori respectu possint ab homine aliquatenus determinari, non tamen potest homo suo judicio determinare res quibus sanctificetür. Ergo res sacramentorum, non ab homine, sed a Deo sunt determinandae. Probatur minor : Cultus est *ex homine ad Deum,* et idcirco pertinet ad hominem, saltem aliqualiter, determinare cultum ; sed sanctificatio est *ex Deo in hominem,* et idcirco pertinet ad Deum.

Argumentum in forma : Non pertinet ad aliquem determinare id quod est in potestate alterius. Atqui, cum Deus

1. Cf. Commentatores S. Thomæ et recentiores theologos communiter do Sacramentis in genere ; et card. Van Rossum, *De essentia Sacramenti Ordinis, Disquisitio historico-theologica.* Friburg. Brisg., 1914.

eit sanctitatis auctor, sanctificatio hominis est in Dei potestate. Ergo solus Deus potest determinare res quibus homo sanctificetur. — Brevius generatim proponitur argumentum : Ille solus potest res sacramentorum determinare, qui potest rebus alligare vim significandi et conferendi gratiam. Atqui solus Deus, auctor gratiæ, potest rebus alligare illam virtutem gratiæ collativam aut significativam. Ergo.

III. Secunda conclusio : In omnibus Legis mosaicæ sacramentis res seu materiæ fuerunt immediate a Deo determinatae ; in sacramentis autem legis naturæ homines ex Dei instinctu determinabant res quibus conficiebantur sacramenta.

prima pars evidenter liquet ex Libro Exodi et ex Levitico, ubi singula quap ad sacramenta et sacrificia pertinent exhibentur a Deo determinata, quidquid sit de modo quo Deus Moysen instruxit.

secunda pars est D. i'homæ, hic in resp. ad 3. Sic proponi potest argumentum S. Doctoris : Diversa sacramenta diversis temporibus congruunt, quatenus adsit proportio inter sacramenta et legem ad quam pertinent. Atqui in lege naturæ non erat lex scripta, sed homines interiori Dei instinctu movebantur ad colendum Deum ; in Lege vero mosaica erat lex scripta quæ omnes cultus circumstantias determinabat. Ergo etiam congruebat ut in prima œcpnomia homines ex Dei instinctu res sacramentorum eligerent et in Lege mosaica singulæ res a Deo determinarentur. Itaque in lege naturæ Deus erat proprie causa, sed occulta et quasi *mediata* ; in Lege autem mosaica erat, causa manifesta et *immediata.*

IV, Tertia conclusio : In sacramentis Novae Legis requiruntur res seu materiæ ab ipso Christo determinatæ.

Determinasse Christum saltem mediate et in genere materias sacramentorum est de fide, contra novatores et modernistes, praesertim Loisy.

Christum enim instituisse omnia et singula Novæ Legis sacramenta est definitum a Concilio Tridentino1.i.

i. Krnrt, VIi, cnn. I | DiiNaiNOKii, 844. Do lila Horum Infra, ubi do niicloro NiicrniiiiMiIorum.

Atqui non potest dici institutor sacramentorum, nisi saltem mediate et generice determinaverit elementa sacramentorum *essentialia,* nempe materiam et formam. Ergo de fide est materiam et formam sacramentorum fuisse a Christo saltem mediate et generice determinatas.

Hinc prop. 40 damn, a S. Officio, decreto *Lamentabili,* 3 julii 1907 : « Sacramenta ortum habuerunt ex eo quod *Aposloli eorumque successores* ideam aliquam et intentionem Christi, suadentibus et moventibus circumstantiis et eventibus, interpretati sunt[1]. »

V. Utrum autem fuerint res sacramentorum a Christo immediate an vero mediantibus Apostolis vel Ecclesia determinatae.

Petrus Lombardus et Alexander Halensis putarunt Confirmationem fuisse ab Apostolis institutam ; existimavit etiam S. Bonaventura et Confirmationem et Extremam Unctionem fuisse post ascensionem institutas sed virtute a Christo communicata.

Concilium Tridentinum definit omnia sacramenta esse a Christo instituta, etiam Extremam Unctionem, quæ fuit tantum a beato Jacobo promulgata[2]. Abstinuit a voce « immediate » nec intendit aliam reprobare sententiam[3]. Attamen ab illo jam tempore theologi docuerunt communiter res omnium sacramentorum fuisse a Christo etiam immediate determinatas. Quæ sententia, non quidem proxima fidei, sed certa dici potest.

VI. TENENDUM EST ergo materias sacramentorum fuisse a Christo immediate determinatas. — Etenim immediqtus institutor Ecclcsiæ debuit ea immediate ipse condere, quæ in Ecclesia sunt *inlrinseca, fundamentalia, essentialia :* sic enim intelligitur communiter *inslilulor immediatus,* qui condit immediate fundamentalia. Atqui inter intrinseca et fundamentalia et essentialia Ecclesiæ recensentur sacramenta. Ergo debuit Christus immediate instituere sacramentorum materias.

1. Denz., 2040.
2. Sess. XIV, Doctrina de sacramento extremæ unctionis; Denz., 908, 926.
3. Cf. hac de re M. de Baets. in *Revue Thomiste,* χιν, 31-47.

Declaratur argumentum. —Tria sunt in Ecclesia essentialia : *magisterium,* quo traditur doctrina ; *ministerium* quod spectat ad sacramenta ; *regimen,* cui gubernatio Ecclesiæ committitur. Ergo, sicut Christus instituit immediate regimen seu hierarchiam et sicut tradidit immediate doctrinam et instituit immediate magisterium, ita debuit determinare immediate sacramenta et res sacramentorum.

VII. De DETERMINATIONE GENERICA et SPECIFICA.

Quia ergo de institutione immediata non est amplius ambigendi locus, inquiritur quomodo Christus res sacramentorum determinaverit, utrum in specie an in genere tantum. Censetur in genere determinasse, si statuit quidem utendum esse materia quadam sensibili omnino apta ad effectum gratia; significandum, sed relinquendo ultimam electionem ipsi Ecclesiæ faciendam ; in specie vero, si inter diversas materias aptas elegit ipsaminet materiam adhibendam et perpetuo in Ecclesia permansuram. [1]

Constat liquido in pluribus sacramentis materiam luisse in specie a Christo determinatam, sicut in Baptismo et Eucharistia ; disputatio vero instituitur pro materia et forma Ordinis, et etiam Confirmationis. — Determinationem horum sacramentorum *etiam specificam* ipsi Christo adseribunt præsertim recentiores, cum Suarez et S. Alphonso de Liguori. — Negant vero multi scholastici, sicut Petrus Soto, Lugo, Gonet, Billuart, Gotti et recentissiini theologi. Objicientibus verba Concilii Tridentini*, Ecclesiam posse quidem circa sacramenta statuere vel mutare, sed « salva illorum substantia », respondent determinationem *specificam* ab Ecclesia factam non obstare quominus *substantia* sacramenti sit ab ipso Christo. Qui enim determinat elementum rei *geneticum,* determinat rei *substantiam.* Ergo Christus, determinando saltem generice materiam sacramentorum, sufficienter ipsam sacramentorum substantiam instituit.[2]

1. Cf. Suarez, disp. 11, sect. 3 ; S. Alphons., n. 12 ; De Augusrini. tlio«. XIII : pro altera opinione Saimant., *De Sacram, in genere,* c iv, ‹. 48; Billot, I. I el t. II: Card. Van Rossum diversas soiiloiitlas respectu sacramenti Orainie cum multa eruditione exponit.

2. Se»s. XXI, cap. ıı; Denz., 931.

VIII. Argumenta sententiæ negantis.

Fatendum est difficultatem non esse levem. Defensores sententiæ negantis sic arguunt : Si materia uniuscujusque sacramenti esset ab ipso Christo quoad speciem determinata, remaneret semper et ubique eadem. Atqui materia alicujus sacramenti, saltem Ordinis, non fuit semper et ubique eadem. Ergo materia alicujus sacramenti, saltem Ordinis, non videtur fuisse quoad speciem a Christo determinata.

Prob, minor. Porrectio instrumentorum non fuit in usu per plura sæcula nec hodie viget in Ecclesia Græca. Atqui porrectio instrumentorum est hodie, juxta decretum Eugenii IV pro Armenis[1], materia. Ergo *essenlialis* in sacramento Ordinis materia seu res non remansit semper et ubique eadem.

Vis hujus argumenti historice constat ; nam sive Scriptura, sive Patres, sive libri liturgici, solam manuum impositionem commemorant ; Concilia quoque ab initio Ecclesiæ habita in sæculorum decursu semper docent episcopos, presbyteros, diaconos, *manuum impositione* ordinari.

Constat min. ex ipsis verbis Eugenii IV : « *Sextum sacramentum est Ordinis, cujus materia est illud per cujus traditionem confertur ordo ; sicul presbyteratus traditur per calicis cum vino et patenæ cum pane porrectionem.* »

Bespondebant sat communiter recentiores, imo etiam Benedictus XIV[2], Eugenium esse locutum de materia *integrante* et accessoria quam optavit ab Armenis superaddi manuum impositioni jamdiu ab illis adhibitæ.

Verum hæc responsio jam respuitur. Nam 1° constat instrumentorum porrectionem fuisse jam a pluribus sæculis apud Armenos introductam ; ergo non poterat optare Papa ut superadderetur. 2° Loquitur Eugenius IV de materia Ordinis sicut de materia cæterorum sacramentorum, cum sit idem prorsus loquendi modus, quem Pontifex ex ipso Divo Thoma Aquinate deprompsit. Jam vero in cæteris sacramentis sermo est de materia essentiali, prout illam sumit S. Thomas. Ergo et in Ordine. 3° Effugium

1. Denz., 701.
2. Benedict. XIV, *De Synodo dioecesana,* lib. VIII, c. x, n. 8.

illud præcludunt verba ipsius Pontifias : « Sextum sacramentum est Ordinis, cujus materia est illud *per cujus traditionem confertur ordo.* » Atqui Ordo confertur per traditionem, non materiæ accessoriæ, sed inateriæ *essentialis* Ergo loquitur Eugenius IV de materia essentiali.

Quocirca, quia illa sententia non concedit erroneum esse decretum, concludit Ecclesiæ competere potestatem determinandi in specie materiam et formam Ordinis.

IX. Solutio eminentissimi Cardinalis Van Rossum1.

Admittit erroneam esse illam Decreti partem : sed animadvertit Eugenium IV nihil definire intendisse nec aliquid statuere voluisse infallibili auctoritate circa essentiam sacramenti Ordinis ; verum solummodo auctoritate sua ordinaria doctrinam tradidisse quam illa ætate communius doctorcs profitebantur. Ille autem error, licet fuerit aliquando admodum communi , numquam tamen fuit universalis et unanimis ; sed omni ætate plures ex omni schola diversas opiniones propugnaverunt et plures auctores spcctatæ scientiæ avitam veritatem tradiderunt ac defenderunt'.

X. Animadversiones. — 1° Durum, imo durissimum videtur adeo gravem errorem admittere in decreto tanti momenti vereque dogmatico, licet non concurrerent omnes infallibilitatis dotes, quod nomine Concilii Florentini ac nomine Ecclesiæ Romanæ tradit Summus Pontifex Ecclesiæ Orientali2. Si erroneum est decretum, decepta fuit Ecclesia Orientalis, quando in circumstantia solemni ad Ecclesiam Romanam ab ista invitata recurrebat ! Deberet igitur Sancta Sedes hanc decreti partem expungere, ne sit iterum errandi occasio. At, quamdiu non corrigit Sancta Sedes præfatam Instructionem, licet theologo illam ul auctoritatem fide dignam allegare, nec ad privatos spectat documentum pontificium abrogare.

1. (jiiif.tloiKun erudite versat A. n'ALès, *Diction. Apolog.,* nrl. *Ordination,* eoi, 1143-1168.

2. *!›‹· ennenli'l micraincnli Ordini»,* pp. 196, 197.

i. i*, mt (luninHT, S. oHlondit. decretum illud esse vere dogrruiliciiin. *ittillclin de Littéralure ecclésiastique,* 1919, pp. 81 ss», 160 ni., IWb u.

2° Si Ecclesia nihil potest determinare, concludendum erit impositionem manuum prout nunc fit et verba formæ quæ nunc proferuntur fuisse a Christo determinata et ab Apostolis adhibita, quod difficile constabit.

3° Hæc solutio intactam relinquit quæstionem pro aliis sacramentis, nec ullum suppeditat critérium ad solvendam difficultatem de Confirmatione ; in quo sacramento non probatur formam fuisse vel esse semper et ubique eandem, vel eandem fuisse materiam, cum Apostoli per solam manuum impositionem confirmarent nec secum ferrent tantam olei copiam ad turbas ungendas, et hodie adhibeatur insuper chrismatis unctio. — Quapropter negare potestatem Ecclesiæ in determinanda specifica materia sacramentorum est præcludere viam solutioni multarum difficul tatum, non pro sacramento Ordinis tantum, sed et pro Confirmatione, ut diximus ; imo, addunt plures theologi, et pro Extrema Unctione, in qua iorma, quæ nunc est *deprecativa,* fuit in certis locis et temporibus *absoluta,* ut ex antiquis ritualibus eruitur, vel etiam, ut plures dicunt, in Poenitentia, in qua forma, quæ debet esse absoluta, fuit deprecativa. — His tamen responderi potest formam Pcenitentiæ, licet fuerit olim *grammatice* deprecativa, fuisse quoad sensum et logice absolutam, et, e regione, formam Extremæ Unctionis, licet inveniatur grammatice absoluta, esse quoad sensum ex toto contextu et adjunctis deprecativam[1].

XI. Qua ratione lis posset componi? — Desineret controversia, si possent theologi in his tribus convenire : 1° impositionem manuum et porrectionem instrumentorum esse tantum duos modos seu duo signa ad eandem rem exprimendam ; 2° impositionem manuum æquivalere cuidam porrectioni ad visum ; 3° posse Ecclesiam alterutrum modum vel utrumque simul pro loco et tempore eligere.

1° Quod est primarium et essentiale in sacra ordinatione esi. signum sensibile aptum ad potestatem Ordinis manifestandam[2]. Jam vero porrectio instrumentorum et impo-

1. De hac quæstione cf. A. Vacant, *Diction, théol. cathol.,* i, 2241-250 ; P. Gardeil, *Revue Thomiste,* x, 449-452.

2. Citantur verba Innocenth IV, in cap. *Presbyter, De sacr. iterandis* : « Unde credimus quod, nisi essent formæ postea inven-

sitio manuum sunt duæ manifestationes ex se aptæ, quæ in eodem significato conveniunt, sicut duæ versiones ejusdem sententiae1. — Quod potest ex Concilio Tridentino suaderi : « Cum... perspicuum sit *per sacram ordinationem,* QU/E VERBIS ET SIGNIS EXTERIORIBUS PERFICITUR, *(jraliam conferri,* dubitare nemo debet, ordinem esse vere et proprie unum ex septem sanctæ Ecclesiae sacramentis. Inquit enim Apostolus . Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per *impositionem manuum* mearum2. » Id ergo quod Concilium exhibet ut essentiale in Ordine sunt *oerba* et *siç/ηα exteriora* ; inter illa porro signa est utique impositio manuum de qua loquitur Apostolus, sed non asseritur esse unicum signum. Cum itaque porrectio et impositio sint quasi duæ versiones ejusdem rei seu duo signa exteriora, potest. Ecclesia circa illos ritus disponere, quin sacramentorum substantiam immutet.

2° Reponi potest impositionem manuum, prout in Ecclesia Orientali fleri solet, requivalere cuidam porrectioni instrumentorum. Dupliciter quippe intelligi potest instrumentorum porrectio : vel ad tactum vel ad visum. Non fit quidem in Ecclesia Orientali nec fiebat in Ecclesia primitiva porrectio ad tactum ; sed fit et fiebat porrectio ad visum : eo ipso enim quod sancta dona sunt supra sacram mensam reposita, Ordinator, manus dirigendo a sanctis donis ad ordinandos istisque manus imponendo, sufficienter ipsis ostendit et porrigit ad visum sancta dona in quæ tradit potestatem.

3° Cum igitur duo illi ritus substantialiter conveniant, poluil Ecclesia, non mutata sacramenti substantia, dispoiiere ni, licret explicita porrectio ad tactum, valida tamen alibi immiiente sola porrectione ad visum.

Quiiciriu nulla est ratio cogens cur dicatur decretum Eiii'i nil IV esse erroneum et corrigendum.

i.tii.i iiilutio potest Confirmationi applicari : videlicet .. .. e.l. chrismulis unctio sunt duo modi apti

li>, ηuΠΐ.,ΐιι·ι oidlnntarl dlcorn : ‹ *sm sacerdos* », vel alia æquipulleiillu ihu, «i| inilmoquonl Unis temporibus formas qu® Horviinliii *l iclrsl'i ordinarii.* »

I. Cl i urii. Illi ιo'Γ, *I>ι Sacruiueiit.,* I. I, pp. 37, 176 ; t. II, pp. 301 M.

'·, Siuih. XXIII, eup. hi ; IH'.nz., 959.

ad specialem hujus sacramenti effectum significandum ; uterque est manus *impositio* minus vel plus expressa ; potuitque Ecclesia ex potestate sibi a Christo tradita primum vel alterum eligere et pro loco et tempore imponere[1].

XII. Quid concludendum. — Rem iterum versabimus infra, ubi de Ordine. Interim retinemus, cum P. Galtier, S. J. (art. *Imposition des mains,* in *Diction. Ihéol. calhoL),* decretum *pro Armenis* non posse a theologo rejici, cum sit : 1° *actus Concilii,* siquidem vocatur *synodale* decretum ; 2° *aclus dogmaticus,* quo vult Concilium ecclesiasticorum sacramentorum *uerilalem* in perpetuum tradere.

1. Scribit card. Bil t .o t , thes. XXXTT, pp. 300-301 (edit. 1926) : ‹ Nihil absurdi est, si quis diceret Apostolos prius confirmasse cum *mmphci impositione manus,* per quam significatur derivatio virtuti a Christo; postmodum vero ordinasse ut *manus impositio* / ‹r‹7 *unctione chrismatis in fronte, quæ expressius sacramentalem •Hcclum significat.* ⁸

Aimr.üLUS quintus

DE SACRAMENTORUM VERBIS EORUMQUE HABITUDINE Al) RES

• AD ABT. 6 Q. LX S. THOM/E

l Prima conclusio : Ad rationem sacramenti in genere non requiritur ut verba rebus addantur ; et hujusmodi eran» veteris legis sacramenta.

probator i» pars. — Sacramenta sunt in genere signorum ad placitum. Atqui de ratione signorum ad placitum non est ut constent rebus et verbis. Ergo nec de ratione sacramentorum in genere est ut rebus et verbis constent — Declaratur minor. Signa ad placitum possunt significare vel ex institutione publica, sicut vexillum significat patriam, vel ex consuetudine, sicut vestimentum nigrum prodit luctum. Significatio est adeo aperta et omnibus nota, ut superlluant verba.

probatur ib pars. — Hujusmodi fuisse veteris legis sacramenta colligitur ex Scriptura. Ex *Genesi, Exodo* et *Levilico,* ubi tamen omnia quæ ad cultum pertinent describuntur, apparet nullum adhibitum fuisse verbum pro circumcisione, esu agni paschalis, ordinatione sacerdotum vel diversis purificationibus quæ pœnitentiæ sacramento respondent. Si quando proferebantur verba, vel non erant institutionis divinæ vel non erant de sacramenti essentia, sed potius ad cultus solemnitatem spectabant : sic benedictio sacerdotum in verbis quidem reponebatur, sed inter sacramenta recenseri minime potest. — Congruit ut sacramentorum significatio proportionetur fidei et cognitioni illius œconomiæ ad quam pertinent? Atqui logi nntiquæ conveniebat fides et cognitio minus explicita. I‹| "‹› etiam congruebat ut minus clara et explicita esset .·.»‹ ramentorum significatio; hinc nulla verborum neces- κiΐιιη (Cl. ad 3). At vero, quia oeconomia nostra importat cognitionem mysteriorum cxplicitam, requiritur etiam in

sacramentis perfecta significatio, quæ fit per verba. Unde sit

II. Secunda conclusio : In omnibus Novæ Legis sacramentis requiruntur verba, vel proprie vel æquivalenter sumpta.

Hanc conclusionem hodie nullus theologus inficiatur. Negavit tamen Durandus quoad Poenitentiam et Matrimonium[1] : quam sententiam nonnulli *hærelicain* vocant ; sed durius loquuntur, nam Durandus intendisse videtur verba *formaliter* sumpta.

Ut ergo probe intelligantur declarationes Concilii Florentini et Concilii Tridentini, exponendum est quid veniat nomine *rei* et *verbi* in sacramentis.

III. Notio theologica rerum et verborum sacramentalium.

Res dici possunt omnia quæ habent rationem materiæ sensibilis et determinabilis; et *verbum* pariter dici potest quidquid exercet officium verbi, quod nempe determinat et clariorem reddit significationem, ut nutus. — Quamvis verba formalia in ceteris sacramentis concurrant, sufficiunt tamen in matrimonio verba æquivalentia, nempe scriptura vel nutus. Et, pari jure, licet in plerisque sacramentis requirantur res proprie dictæ, sufficere possunt in quibusdam actus humani, quatenus per aliud determinationem accipiunt : in poenitentia quippe contritio et confessio, quæ per absolutionem determinantur, rationem habent rei vel materiæ ; in matrimonio quoque, mutua corporum traditio est materia, et mutua acceptatio, quia ipsam traditionem determinat, habet rationem verbi et formæ.

IV. Argumentum scripturisticum.

Scriptura affirmat vel innuit concurrere in nostris sacramentis res et verba. De Baptismo : « *Baptizantes eos* (res seu materia) *in. nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti* (verba seu forma[2]). » — De Confirmatione autem *Actus Apostolorum* simul commemorant *orationem* et *imposi-*

1. Cf. Durand., in *IV Sent.,* dist. 1 et dist. 13.
2. Matth., xxviii, 19.

ilonem manuuml. — De Eucharistia : « Accepit *panem* (materia) et... *Hoc esi corpus meum* (verba)'. » — De Poenitentia : « Quorum /emiseritis peccata remittuntur eis et quorum retinueritis retenta sunt[2]. » In hoc textu docetur institutam luisse Pœnitentiam per modum judicii, in quo verba deesse non possunt. — De Extrema Unctione : « *Ungentes oleo* (materia), et *orenl* super eum et *oratio* fidei salvabit infirmum (verba)[4]. — De Ordine nihil expresse traditur : Scriptura et Patres impositionem manuum recolunt, de forma silent. Sed natura ipsius sacramenti verba exigere videtur. Quum enim Ordo maximam conferat potestatem in corpus Christi sive verum sive mysticum, oportet ut ritus ipsi potestatem illam clare exprimant, quod lit per verba. — Idem de Matrimonio est tenendum : eo ipso enim quod est essentialiter contractus, debet per verba saltem ii-qiiivalonLia manifestari.

V. Traditio ecclesiastica. - Priorefc Patres nihil de rebus et verbis recolunt printer ea quæ traduntur in Scripturis. Sed a sæculo iv jam sermo fit de re seu *elemento* et de verbis seu *benedictione,* signanter in Baptismo et in consecratione Eucharistiæ. De Baptismo scribit S. Augustinus : « Et in *aqua* verbum mandat ; detrahe *verbum,* et quid est aqua, nisi aqua ? Accedit *verbum ad elementum et (il sacramentum*[67]» — De Eucharistia dicit S. Ambrosius : « Probemus non hoc esse quod natura formavit, sed quod *benedicito consecravit*[8]. » Auctor libri *De Sacramentis,* qui est sæculi v vel vi, scribit: «Sed *panis* iste est panis ante *verba* sacramentorum ; ubi accesserit *consecratio,* do pane fit caro Christi... Consecratio autem quibus *verbis* est, cujus sermonibus ? Domini Jesu'. »

l'raditio Ecclesiæ praxi universali et libris liturgicis antiquissimis manifestatur : variata sunt aliquatenus verba, sod omnes liturgiæ formulas quasdam exhibent pro sacramentis conferendis.

1. Iflf. *Aponi.,* **vnt, 15-17.**
2. Mai **in,, χχvi, 20.**
3. Joan., xx, **23.**
4. Jac,, **v, 14-15.**
!>. H. Λοοοιιιv., /m ./»>««., **I.rnct. tXXX, n. 3; P.** *L.,* **xxxv, 1840.**
(I. /»rt *Myiterii»,* **ιχ, 50** ; /'. **xvi, 105.**
7. *Dr Sacramenti»,* **iv, 14** ; *P. L.,* **xvi, 439.**

Accedit declaratio Concilii Florentini, in decreto *pro* Ir*menis* : « Hæc omnia sacramenta tribus perficiuntur : videlicet *rebus* tanquam *materia., verbis* tanquam *forma* et persona ministri conferentis sacramentum cum *intentione* faciendi quod facit Ecclesia : quorum si aliquod desit, non perficitur sacramentum[1]. »

VI. Rationes théologiese seu argumenta congruentise. Arg. Ium, *ex parte Verbi, auctoris sacramentorum.* Sacramenta Novæ Legis debent ipsum Institutorem quadantenus repræsentare. Atqui Institutor sacramentorum Novæ Legis est Verbum Patris carm sensibili unitum. Ergo congruit ut sacramentum conficiatur ex verbo quodam elementis sensibilibus unito. Unde, sicut ex duplicis naturæ unione fit in Christo una persona, ita ex 'unione rei sensibilis et verbi fit unum sacramentum, et, sicut perimitur Incarnatio si Verbum et natura humana disjungantur, ita desinit sacramentum si verbum a re separetur.

Arg. IIum, *ex parte hominis, subjecti sacramentorum.* Sacramentum debet assimilari homini cujus est spiritualis medicina et nutrimentum. Atqui homo ex duplici principio coalescit, corpore nempe visibili et anima spirituali. Ergo congruit ut sacramentum constet ex elemento sensibili et virtute quadam spirituali, quæ per verbum creditur et per verbum operatur[2].

Arg. IIIum, *ex parte significationis.* Cum sacramenta sint in genere signi et sacramenta Novæ Legis sint perfecta, debent perfecte significare. Atqui significatio per verba est perfectissima, nam *verba inter homines obtinuerunt principatum significandi,* ut dicit S. Augustinus[3]. Ergo ad expressiorem sacramentorum significationem requirebantur verba.

VII. Tertia conclusio : Omnia Novæ Legis sacramenta mete dicuntur constare materia et forma, rebus nempe 'unquam materia, verbis tanquam forma.

1. Denz., 695.

2. Jam animadvertimus supra, art. n, n. ix, Patres exhibere in «aeramentis elementum sensibile et invisibilem virtutem Spiritus Mundi.

3. S. Augustin., *De doctrina Christiana,* lib. II, c. m ; *P. L.,* Hiixiv, 37.

Veterum effatum erat sacramenta constare « elemento et verbo ». Vox quidem « forma » habetur apud S. Augustinum : « Quid de ipsa forma sacramenti loquar| ?» Et in Concilio Carthaginensi XVI sermo iit de « forma Baptismatis® ». Verum hic vox accipitur pro « formula », non autem sensu philosophico pro elemento determinante et speciem conferente. Scholastici porro, quo melius relationem exprimerent inter rem et verbum unitatemque signi sacramentalis efficacius assererent, novum effatum adhibuerunt : « sacramenta nempe constare materia et forma, » Quem loquendi modum celebrem facit Gulielmus Altissiodorensis, sæculo χιπ ineunte, scilicet circa 1215 ; approbant D. Thomas, hic ad 2 et a. 7 ; deinde Concilia Constanticnse", Florentinum[5] et Tridentinum[6]. Hinc doctrina illa « canonizal.a » dicitur[6].

Probatur vero formulam esse aptissimam ad unitatem signi ct habitudinem utriusque elementi ad invicem exprimendam. — Quando duo aliqua in constituendo aliquod tertium ita comparantur, ut unum se habeat tamquam determinabile et perfcctibile et alterum tamquam determinans ct perficiens, hæc uniuntur per modum materiæ et formae. Atqui in constituendo sacramentum res se habent ut determinabiles et perfectibiles, quia earum significatio ulteriori determinatione indiget ; verba autem se habent ut determinantia et perfectiva, quia eorum significatio est maxime expressa et perspicua. Ergo res et verba in constituendo sacramentum uniuntur per modum materiæ et forrnæ. — Ratio majoris est quia materia est potentia ac proinde perfectibilis et determinabilis, forma autem est actus et ideo determinat et perficit. Quocirca, quidquid determinari indiget, materiam imitatur et dici potest materia ; quidquid autem actuat et determinat, formam imitatur et dici potest forma.

1. *De peccat, remissione* lib l, c. xxxiv ; *P. L,,* xl iv, 146.
2. Can. 2 ; Denz.., 102.
3. Interrogat 22 ; Denz., 672.
4 *Derel pi j Arinr/* t", Denu. 695-701.
5. Sese. XIV, cap. u et m ct can. 4 ; Denz.., 895, 896, 908 et 914. Explicabitur in Tract. *Dr Pœnitenlia,* q. l, art. π, n. iv, cur Trident., loquons do actibus pœnilentis, dicat modo « materia », modo « quasi materia ».
6. Ita Cajetanus, in q. xc, art. l.

VIH. Quarta conclusio : Materia et forma sunt partes essentiales et intrinsecæ omnibus sacramentis.

Thesim admittunt sat communiter theologi. — Negat tamen Cabrera ; Suarez vero, Bellarminus et Vasquez exceptionem ponunt pro Eucharistia, quæ, cum sit res permanens, non potest constare essentialiter ex verbo Iranseunti1.— Conclusio tamen estD. Thomæî « *Verba ci res sunt de essentia sacramentis* n « *Quodlibel sacramentum distinguitur in materiam et formam sicut in parles essenliæ".* »

Probatur ratione. Illæ partes sunt intrinsecæ et essentiales, ex quibus resultat *una* essentia. Atqui ex materia et forma sacramentorum conflatur una essentia unius signi sacramentalis : invalidum quippe est sacramentum si verba desint aut materia, sicut desinit homo cum anima et corpus separantur. Ergo.

Quæ etiam pro Eucharistia valent. Nam Eucharistia ut sacramentum est signum gratiæ sensibile ac perfectum. Atqui signum non est perfectum nisi in rebus et verbis reponatur. Ergo Eucharistia ut sacramentum et verbis constat. — Licet autem verba sint transeuntia, remanent *virlualiter* in speciebus consecratis, quæ non sunt nec remanent tales nisi virtute verborum. Quia igitur Eucharistia non remanet sacramentum nisi virtute verborum, fatendum est verba virtualiter remanentia esse de illius essentia.2

1. Cf. Gonet, disp. I, art. 7.
2. S. Thom., *IV Seni.,* dist. 1, q. i, a. 3, ad 2.
!l. HI P., q. xc, a. 2.

ARTICULUS SEXTUS

DE VERBORUM SACRAMENTALIUM DETERMINATIONE ET INDOLE

AD ART. 7 Q. LX S. THOM/E

I. In sacramentis Novæ Legis requiritur determinata verborum forma.

In sacramentis nostris verba se habent par modum l'ormæ, res autem sensibiles per modum materiae. Atqui in omnibus compositis ex materia et forma *magis* requiritur determinata forma quam determinata materia, cum sit forma principium determinationis et specificationis. Ergo, si requiruntur in sacramentis determinatæ res, ut jam probatum est, multo magis oportet esse determinata verba.

II. .Hic iterum surgit quæstio de modo quo Christus verba sacramentorum determinaverit. — Potuisset certissime formam usque ad apicem determinare, vel potius sensum quam verba. Determinatio quoad phrasim et indolem grammaticam est determinatio *materialis ;* determinatio autem quoad sensum est determinatio *formalis.*

Sufficere determinationem formalem nullatenus ambigitur, ac subinde parum refert phrasis et indoles grammatica ; valetque sacramentum in omni lingua, dummodo idem referatur sensus ; sicut forma Baptismi apud Græcos : « Baptizatur servus Dei in nomine Patris, etc., » idem sonat ac forma latina : « Ego te baptizo in nomine Patris, etc. »

In sententia quæ tenet Christum determinasse in genere tantum materiam et formam sacramentorum, potest Ecclesia verba propria rebus adaptare. Imo, etiam in sacramentis a Christo specifice determinatis, variatio grammatica validitati non oflicit, si retinetur sensus.

III. Non somper clare constat eumdem retineri sensum.

Noc enim sufficit semper sensus implicitus, sed requirllin quandoque explicita verborurA distinctio, sicut in

Baptismo satis non est SS. Trinitatem recolere, sed, quia forma sacramenti debet clare et expresse fidei respondere, debent tres personæ *explicite* nominari[1].

Requiritur insuper ut minister utatur *verbis communiter usitatis,* ne forte oriatur dubium in mente audientium ; hinc dubia esset forma : Ego te baptizo in nomine Genitoris et Geniti et Sancti Flaminis. Licet idem in se sit sensus, veiba tamen illa, utpote minus usitata, non statim illum ingerunt menti fidelium, et, quia dubia esse potest intelligentia, dubia quoque reputatur forma.

IV. Ad doctrinae complementum, quœri solet utrum verba sacramentorum sint solum concionatoria an etiam consecratoria. — Errores. DOCTRINA CATHOLICA.— Juxta *Lutheranos,* qui contendunt fidem solam justificare, sacramenta sanctificant fidem excitando. Quia autem fides est « ex auditu » et prædicatione, sacramenta sunt prædicationis adminicula fidem excitando et nutriendo. Ad hoc autem requiritur ut verba sacramentalia sint per modum sermonis, concionis, prædicationis, quæ valeant fidem ingerere aut alere. — Imo, juxta *Calvinislas,* quum proferuntur verba concionatoria, Spiritus Sanctus excitat fidem in prædestinatis, remanente infructuoso sacramento in non prædestinatis. — Juxta *modernislas* et præsertimLoisy, sacramenta non sunt nisi signa fidei manifestativa, quæ idcirco sunt institutionis ecclesiasticæ. Hinc prop. damn, in decr. *Lamentabili,* 3 julii 1907 : « Sacramenta eo tantum spectant ut *in mentem hominis revocent* præsentiam Creatoris semper beneficam'. »

Juxta catholicam veritatem, verba formæ sunt consecratoria, quæ nempe conjuncta materiæ illam *consecrant* et *elevant* ad rationem sacramenti practici, reapse efficientis quod significat ; quin potius, juxta Thomistas, est in verbis formæ *vis* quædam divina quæ concurrit per modum instrumenti physici ad gratiæ productionem.

V. Conclusio : Verba quibus conficiuntur sacramenta Novæ Legis non sunt concionatoria, sed consecratoria.[2]

1. Cf. S. Thom., infra, q. lxvi, a. 5.
2. Propos. 41 ; Denz., 2041.

Arg. Tnm. Certum ost requiri in nostris sacramentis determinata verba. At non requirerentur verba determinata, si essent mere concionatoria ; prædicatio quippe, excitatio ad fidem, innumeris modis fieri potest, imo alia verba essent aptiora quam forma præsens ; sic in Baptismo expressiora essent verba Christi : *qui crediderit et baptizalus fuerit...,* et in Eucharistia : qui manducat meam carnem et bibit meuiq sanguinem habet vitam a ternam, etc.

Arg Ilum. Si primario ordinarentur verba ad excitandam fidem, non essent valida sacramenta nisi in his in quibus excitari potest fides. Atqui valent sacramenta, v. g. Baptismus, in his in quibus excitari nequit fides, sicut in parvulis vel amentibus. Ergo, — Reponebat Lutherus pueros tunc per miraculum audire verba et credere ; sed hujusmodi miracula adstruere est responsio sententiæ desperatæ. — Calvinus vero aiebat baptismum infantium interim remanere informem et profuturum esse solummodo quando poterunt infantes significationem percipere. Absurdum effugium : quid enim, si pueri decedunt, si postea ad significationem baptismi non attendunt, etc., etc. ?

Vrg. IIIu,n Si verba non aliud haberent munus nisi fidem nutriendi, deficeret veritas sacramenti ubi deficit veritas fidei. At non deficit veritas sacramenti ubi deficit veritas fidei, nam valet baptismus haereticorum. Ergo.

Arg. IVnm. Illa verba sunt consecratoria quæ rem efficiunt sacram. Atqui verba sacramentorum efficiunt rem sacram. Ergo. Prob. min. Verba sacramenti, utpote signi practici et ex opere operato, faciunt quod significant. Atqui significant rem sacram, ut dictum est (a. 2). Ergo rem sacram efficiunt.

Quam doctrinam jam pulcherrime expressit Hugo a S. Victore : « *Sacramenta gratiæ per invocationem Trinitatis sanctificationem in se suscipiunt ac deinde sanctificationem conferunt, ut sint* ex sanctificatione sanctificantia l. b

1. **Ilmio** a **H. VrcTonr.**, *De Sacrament. ; P. L.,* clxxvi, **35.**

ARTICULUS SEPTIMUS

DE MUTATIONE IN FORMA VEL MATERIA SACRAMENTORUM

AD ART. 8 *Q.* LX S. TH0M7E

I. Verbis sacramentalibus non licet addere vel subtrahere aliquid tale ut sensus corrumpatur.

Ut sacramentum sil validum, oportet ut *serventur verba Christi, saltem æ(]uivalenler* ; quia non operantur sacramenta, signa ad placitum, nisi ex virtute Institutoris. Atqui non jam remanent verba Christi, si sensus, sive per additionem >sive per subtractionem, corrumpatur. Ergo. — Destruitur porro sensus, si mutatio sit substantialis, dum variatio accidentalis non evertit rei essentiam.

Monet Concilium Tridentinum *nihil posse Ecclesiam circa substantiam sacrarhenlorum*[1]. Jam vero substantia sacramentorum ex materia et forma necessario coalescit. Pessuindatur ergo sacramentum, si mutetur essentialiter forma vel materia.

II. Quotuplici modo fieri possit mutatio 'in forma.

Indicatur in his tritis versibus :

« Nil formæ demas, nil addas, nil variabis,
« Transmutare cave, corrumpere verba, morari. »

Mutatio igitur in forma fieri potest · *diminutions,* aliquid subtrahendo; *additione,* verbum vel plura verba adjiciendo ; *variatione,* verbis præscriptis alia substituendo ; *transpositione,* ordinem verborum intervertendo ; *corruptione,* verba quasi mutilando aut male pronuntiando ; *interruptione,* prolationem verborum suspendendo.

Diminulio est mere accidentalis, quando integrum relinquit sensum, ut si omittatur *enim* in forma Eucharistiæ; substantialis vero censetur, si corrumpit sensum

1. Sess. XXI, cap. n ; Denz., 931. — Quonam sensu id sit intelligendum explicavimus supra, art. iv, n. vn ss.

vel dubium reddit. Hinc, juxta omnes, invalidum Baptisma; si unius personæ SS. Trinitatis nomen prætermittatur[1].

Additio est substantialis, si mutatur sensus, vel ex ipso vocabulo addito : Ego te baptizo in nomine Patris *majoris* et *Filii minoris,* vel ex intentione ministri qui errorem in ritu intenderet, ut si quis adderet : *Et in nomine B. Virginis Mariæ,* intendendo Baptismum conferre in nomine B. Virginis *sicut* in nomine Trinitatis, quo baptismus consecratur : talis enim sensus esset contrarius veræ fidei. Si vero fit tantum ex indebita devotione,ut intercessio B. Virginis prosit baptizato ad conservandam gratiam baptismalem, 'non tollitur perfectio sacramenti.

Variatio est substantialis invalidumque efficit sacramentum, si verbis praescriptis substituuntur voces diversi cusus, v. g. si, loco « *Ego te baptizo in nomine Patris,* etc.», dicitur : /'.'</0 /<▮ *baptizo in nomine B. Virginis Mariæ.* Accidentalis lanium variatio est nec officit validitati, si (It per synonyma, aut per voces diversi quidem idiomatis sed sensus aequivalenl is, ut si dicitur « *Ego te abluo* » pro « *Ego te baptizo* ».

Transpositio, si tollit sensum locutionis, sacramentum ellicit invalidum, sicut patet de negatione preposita vel postposita signo, vel si Filius in Trinitate ponatur prius Patre. Secus autem, si sensum non variat, juxta illud Philosophi : « *Nomina et verba transposita idem significant*[2] »

Corruptio non tollit veritatem sacramenti, si eumdem generat sensum in mente audientium, ut si quis dicat t *in nomine Patrias et Filias.* Quamvis enim hujusmodi verba corrupte prolata nihil significent ex virtute impositionis, accipiuntur tamen ut significantia ex *accommodatione* usus[3]. — Facilius fit corruptio substantialis" ex parte principii dictionis, v. g. si dicatur *Matris* loco *Patris,* quam ex parte finis, ut si dicatur *Spiriluas* loca *Spirilus.*

1. Videatur declaratio Zachariæ Papæ, an. 748; Denz., 297.
2. *Periliermeneias,* II, c. i. — Cf. S. Thom., in. h. l.
3. Ex accommodatione etiam idem generatur sensus m ista formuln : « Ego te baptizo in nomine Patri, Filii et Firitui Sancto. » Quapropter S. Officium, die 3 augusti 1889, validum declaravit linptiHinum a Tunkinensi catechista sub illa forma ministratum. Hnbt liir In *Collectan. S. C. Propag. Fid.* Rom. 1893, n. 531..

Interruptio, si tanta sit ut intercipiatur intentio pronuntiantis, tollit sensum et consequenter veritatem sacramenti ; remanet autem sacramentum, quum interruptio parva est, quæ intentionem proferentis et intellectum verborum non aufert ; ut, si minister baptizando post verba : *Ego te baptizo,* diceret contabulantibus : *tacete,* et statim reliquum formæ prosequeretur, ait Billuart, in h. l., etiam, conficeret sacramentum.

III. De mutatione in materia.

Mutatio est *substantialis,* quando adhibetur res sensibilis *diversa* ab illa quam instituit Christus ; diversa quidem vel*jjhysice,* ut si loco aquæ naturalis sumatur aqua rosacea ; vel *moraliter,* secundum æstimationem communem, ut si loco aquæ apponantur glacies vel nix quæ non sint in aquam conversæ. Pariter in Eucharistia, si quis adhibeat massam t'arinæ non coctam ; quia, licet forte non differat chimice a farina cocta, non adhibetur tamen communiter ad nutritionem nec censetur panis in æstimatione communi. Idem tenendum, si materiæ a Christo electæ adjungatur alia substantia in magna quantitate, v. g., si pani misceantur ova vel butyrum cum quodam excessu, quia jam non est panis communiter adhibitus.

Remanet autem valida materia, si mutatio fit *in accidentibus,* ut si aqua sit calida vel frigida, si panis sit fermentatus vel azymus.

Quoad cætera, consulantur moralistæ et casuistæ.

QUÆSTIO SECUNDA

DE NECESSITATE ET EXISTENTIA SACRAMENTORUM

AD Q. LXI S. THOMffi

Inquiruntur *raliones insiilulionis* sacramentorum in omni «économie, sive in veteri sive in nova Lege. —Non agitur de necessitate absoluta, sed de necessitate congruentiæ: utrum requiratur ad melius osse pro humana salute ut instituta sint sacramenta (a. 1). — Tripliciter autem considérai i potest natura humana : in statu innocentiæ (n. posl lapsum el ante Christum (a. 3) ac post Chris**tum (a. 4).**

ARTICULUS PRIMUS

DE CONVENIENTIA SACRAMENTORUM ABSOLUTE

, AD ART. 1 S. THOMÆ

I. Pulchræ sunt congruentiæ quæ necessitatem moralem institutionis sacramentorum ostendunt. — Prima quidem, ex conditione naturæ humanæ in se consideratæ. — Modus naturæ humanæ proprius est ut pér corporalia et sensibilia in spiritualia et intelligibilia ducatur. Atqui congruum est ut divina Providentia unicuique secundum modum suæ naturæ provideat. Ergo congruit ut 'Deus homini auxilia salutis conferat sub signis sensibilibus, seu sacramentis, quibus ducatur homo in rerum spiritualium cognitionem et intelligentiam.

II. Altem congruentia, ex conditione hominis lapsi. Ibi de betremediuin apponi, ubi homo patitur morbum.

Atlqui homo morbum patitur rebus corporalibus nimis adhaerendo. Ergo congruit ut per res corporales, id est per signa et symbola sensibilia, administretur homini medicina spiritualis ad propriam ipsius salutem. Ratio argumenti præcipua est quia sapiens medicus rebus utitur in quibus maxime delectatur ægrotus : si enim alias applicaret, non acciperentur ab aegroto. Ita, si Deus spiritualia nuda proponeret, non adhaereret ipsis libenter animus noster corporalibus deditus. — Alia argumenti forma : Divinae Providentiae congruit ut quod est homini occasio ruinae fiat ipsi salutis causa. Atqui creatura corporalis est sæpius homini occasio ruinae. Ergo congruit ut creatura corporalis, ad nobilitatem sacramenti elevata, fiat salutis nostrae instrumentum.

III. Tertia congrusntia, ex studio actionis humanæ. — Cum homo libenter circa corporalia operetur nec possit facile ab exercitiis sensibilibus avocari, nudis spiritualibus vacando, congruit ut per quædam opera sensibilia sanctificetur et a pravis operibus retrahatur. Atqui hujusmodi opera sensibilia sanctificativa sunt sacramenta. Ergo congruit ut visibilia instituta sint sacramenta.

IV. Quarta congruentia, ex necessitate vinculi sensibilis in societate fidelium (Arg. *sed contra).* — Necesse est ut adsint inter fideles quædam tesseræ, notæ et symbola, quibus fideles invicem cognoscantur, ab infidelibus discriminentur et in consensionem ac unitatem ejusdem fidei ejusdemque cultus conveniant et adunentur. Atqui instrumenta hujusmodi unitatis sunt sacramenta visibilia et sensibilia. « Perspicuum est, ait Leo XIII, nihil inter homines communicari, nisi per externas res quæ sensibus percipiantur, possel. » Ergo ad unitatem fidelium necessaria fuit sacramentorum institutio.

V. Compendium ' breviter exhibetur. — Prima itaque ratio, quæ spectat ad nostrum intelligendi modum, pertinet ud nostram *eruditionem ;* secunda, ad nostram *curationem* ÿ

1. Leo XIII, Encycl. *Salis cognitum,* 29 jun. 1896.

tertia, ad nostram *exercitationem ;* quarta, ad nostram *adunalionem* in unum fidelium corpus1.

VI. Confirmatur ox historia religionum. — Compertum est ubique homines ritibus externis, tamquam signis purificationis et iam tilicnl imu.i, uti vel abuti, et de facili magicis indulgcre artibus, nisi divinitus adjuventur. « Morem ergo Deus nobis gessit, sicut pulchre dicit Soto, ut, sacramentorum varietate oblectati, ad nostram comparandam salutem essemus propensiores. Delectat enim nos nunc basilicas exstruere, mox sacrificia celebrare, deinde orare, et nonnunquam hymnos cantusque intonare divinos. Aliis incumbit sacramenta ministrare, atque alios expedit suscipere, per quæ quidem virtutum munera a cunctis idolorum virtutibus distrahimur. Id quod in illis neophytis novi orbis experimento comperitur. Mirum enim in modum in istiusmodi cæremoniis exhilarantur, per quas a sua idololatria semoventur2. »

J. Cf. P. Monsabré, Confér. Λ Notre-Dame, *Les Sacrements.* Vlih'.it ar "l.iain Hugo a S. Victore, *De Sacramentis,* lib. 1, P. IX, 0. Ill,

?.. Moto, In *IV Sent.,* diet. 1, q n, a. 1.

ARTICULUS SECUNDUS

DE CONVENIENTIA ET EXISTENTIA SACRAMENTORUM ANTE LAPSUM

AD ART. 2 *Q.* LXI S. THOMZE

I. Triplex quaestio fieri solita. — Theologi generatim triplicem hac de re movent quæstionem : 1° utrum de facto m statu innocentiæ exstiterint sacramenta ; 2° utrum, si status permansisset, fuissent sacramenta ; 3° utrum, Adamo non peccante sed peccantibus quibusdam ex posteris, fuissent sacramenta.

II. Prima conclusio : Nullum de facto exstitit in statu innocentiae sacramentum.

Ita fere communiter theologi, exceptis Alexandro Halensi, Durando, quibus aliquatenus adhaerent Catharinus. Petrus Soto, existimantes matrimonium fuisse jam sacramentum1.

Probatur conclusio. — Exietentia eorum quæ a libera Dei voluntate pendent asseri nequit nisi ex revelatione vel ex inductione aut deductione legitima. Atqui de existentia sacramentorum m statu innocentiæ *silet penitus revelaiio* tum Scripturæ tum Traditionis ; aliunde erui nequit per inductionem aut deductionem, quia sunt potius *rationes in contrarium.* Ergo. — Prima ratio, brevitas temporis quo duravit status ille. Secunda quidem, *fundamentalis ratio,* quam tradit Angelicus, est inutilitas vel inopportunitas sacramentorum in illo statu. Ratio propter quam instituta sunt sacramenta est tum hominis *eruditio,* ut cognitionem rerum spiritualium per signa sensibilia consequatur ; tum hominis *sanatio,* quatenus sacramenta sunt spirituales medicinæ. Atqui in statu innocentiæ non indigebat homo sacramentis quoad eruditionem : quia, sicut

Cf. Durand, et cæter. in *IV Seni.,* diet. 1, q. ii ; Alexand. Hales. III P.,·η. i, n embr. 2, a.].

corpus subdebatur animæ et vires interiores superioribus et mens Deo, itâ cognitio non c corporalibus hauriebatur, sed a Deo per infusionem accipiebatur , nec quoad sanationem : quia nullus erat in eo situ morbus. Ergo non fuerunt in illo statu sacramenta : neque ut ordinantur ad remedium peccati, neque ut ordinantur ad animæ perfectionem.

III. Difficultas. — Reponunt adversarii *alimentum ligni vitæ* fuisse illius status sacramentum et eo sensu afferunt auctoritatem Augustini, qui dicit fuisse in ligno vitæ « sacramentuml ».

Respondetur : Manifestum est loqui Augustinum de sacramento latissime accepto, prout designat omnem rem sacram et occultam ; erat quippe *alimentum illud* res quædam mystcriosa, non tamen gratiæ instrumentum pro homine, qui cognitionem et perfectionem, non ab inferioribus, sed a Deo accipiebat. — Idem dicendum est *de matrimonio* (ad 3), quod fuit quidem signum mysteriosum, non tamen sacramentum proprie dictum.

IV. De altera quæstione jam *scinduntur theologi**. Probabilem existimant sacramentorum institutionem pro illo statu *Tolelus, Sylvius,* partim ad tuendam hominum consensionem in unum cultum, partim ad fervorem excitandum et præsertim ad augmentum gratiæ ex opere operato producendum. *Cajeianus* videtur huic sententiæ lavere, dum reponit S. Thomam loqui solum de statu innocentia· qui de facto exstitit. — Ratio tamen D. Thomæ est universalissima et pro omni statu valet. Ideo *communilir Thomist.T* docent sacramenta præ se ferre quamdam iiieonpruitatem cum statu illo, licet non repugnent simpliciter'. *Suarez,* qui propugnat futuram fuisse in illa hypothesi Incarnationem, reponit futura non fuisse ante Incarnationem aacramonla, bene autem post Incarnatio-

I. S. AmiunriN., *l>o G«ne«., ad liter.,* lib. VII!, c. iv; *P. L.,* xxxiv, 376.

8. Cf. C..... lentntortm S. 'I iio m/i·:, In h. I. : Ca jet a n ., To l et ·, Sy l v .. Su a iiu z, cl.o,

3. Gf. Go n i i·, dltip. Il, nrl. J.

nem, saltem Eucharistiam et Ordinem ; sed hæc non profert nisi divinando, etiam admisso Incarnationis facto.

V. Secunda conclusio : Congruum non erat ut instituerentur sacramenta, etiamsi perdurasset innocentiae status.

Probatur. — Requirit ille status ut homo perfectionem suam a superioribus accipiat. Atqui, si sacramentL uteretur, perfectionem suam ab inferioribus, nempe a signis sensibilibus, emendicaret. Ergo non servaretur modus illi statui conveniens.

Valet iterum ratio jam assignata. Instituuntur sacramenta vel ad hominis sanationem et eruditionem vel ad gratiæ collationem. Atqui sacramenta in illo statu non profuissent ad curationem, cum natura fuisset integra ; nec quoad eruditionem, cum scientia a superioribus recepta esset ; nec quoad gratiam, quæ per modum naturæ infusa esset et per actus.meritorios sufficienter aucta, non autem per usum rerum corporalium et inferiorum.

Adunatio porro in unam societatem et excitatio fervoris fieri potuissent independenter ab istis mediis imperfectis.

VI. Tertia conclusio : Adamo non peccante sed peccantibus quibusdam posteris, nullum fuisset sacramentum vi praesentis decreti. — *lia Thomisiæ.*

Probatur. — Gratia sacramentorum vi præsentis decreti est gratia Redemptoris, ideoque, licet etiam contra peccatum actuale ordinetur, supponit necessario peccatum originale : nisi enim fuisset peccatum originale, ut prius probatum est, non fuisset Incarnatio nec idcirco gratia Redemptoris, sed tantum gratia Dei[1]. Atqui in illa hypothesi fuisset solum peccatum actuale sine originali. Ergo non fuisset gratia sacramentalis nec sacramentum vi præsentis decreti.

VIL De modo quo potuissent in illa hypothesi homines gratiam recuperare.

Potuisset quidem Deus alia condere decreta, peccatum gratuito condonare, vel gratiam per seipsum immediate

1. Cf. *De Incarnatione,* q. i, a. m, q. iv, a. vi.

vel mediante instrumento infundere ; nihil possumus, nisi divinando, asserere ; sed attento actuali incarnationis motivo, tenemus futura non fuisse, vi præseutis decreti, in illo statu, sacramenta.

Modus illi œconomiæ conveniens fuisset gratiam recuperare per actus conti itionis et charitatis, sub influxu gratiæ actualis quam Deus misericorditer tribuisset. « Unde, si in statu innoccntiæ, ait Gonet, aliqui homines peccassent. non récupérassent gratiam mediantibus sacramentis, sed per actus charitatis et contritionis, quos, ob perfectiorem Dei cognitionem, facilius in eo statu elicere potuissent quam nos ; subindeque sacramento pœnitentiæ. supplente vices perîectæ contritionis, non indiguissent, sicut nos1, r.

1. OoNier, 4lnp TT, nrt I. η <n.

ARTICULUS TERTIUS

DE CONVENIENTIA ET EXISTENTIA SACRAMENTORUM POST PECCATUM ANTE CHRISTUM

AD ART. 3 *Q.* LXI S. THOM.E

I. Prima conclusio : Oportebat seu maxime congruebat ut post peccatum et ante Christi adventum quaedam instituerentur sacramenta ; minus quidem determinata sub iege naturæ, magis vero determinata clariorisque significationis sub lege mosaica.

probatur i» pars,— Oportuit ante Chricti adventum esse quædam visibilia rerum Spiritualium signa, quibus homo sanctificaretur. Atqui post peccatum nullus sanctificatur nisi per fidem saltem implicitam in Christum et per gratiam Christi. Ergo oportuit esse quædam signa visibilia protes tativa fidei in Christum venturum et significativa gratiæ Christi. Sed signa visibilia protestativa fidei in Christum et significativa gratiæ Christi sunt sacramenta, ut constat ex tradita jam notione sacramenti. Ergo oportuit ante Christum esse sacramental.

probatur iia pars. — Sacramenta debent respondere œconomiæ ad quam pertinent et fidei cujus sunt protestationes ; ac proinde, quo perfectior est oeconomia et expressior fides, eo clarior debet esse sacramentorum significatio. Atqui sub lege mosaica perfectior erat oeconomia et expressior fides quam sub lege naturæ. Ergo expressior et clarior debuit esse sacramentorum significatio sub lege mosaica quam sub lege naturæ. — Ratio minoris est quia fides et revelatio successiva augmenta suscipiunt, juxta illud Gregorii M. : « *Per incrementa temporum crevi' scientia spiritualium patrum*2. » Paucæ enim erant in lege

1. Cf. S. Thom., *IV Sent.,* dist. 1, q. i, a. 2, q. iv.
2. S. Gregor. M., lib. II in *Ezechiel.,* hornil. IV, v. 12 : P. *L,,* i.xxvi, 980.

naturæ revelationes externæ, sed Deus interius illuminabat ; hinc homo, v. g. propheta, vel paterfamilias, ex divino instinctu eligebat signa quibus utendum erat. Frequentiores autem licbant revelationes externæ, prophetiæ in lege inosaica ; ac proinde clarior fides, detcrininatior cultus, expressiora sacramenta. (Cf. ad 2)

II. Secunda conclusio : In statu legis naturæ, unum saltem exstitit sacramentum pro infantium salute, ad deletionem peccati originalis institutum.

probatur. — In statu legis naturæ debuit esse aliquod remedium a Deo institutum in deletionem peccati originalis·? Atqui remedium illud erat sacramentum. Ergo in lege naturæ unum saltem exstitit sacramentum.

major itu cstci;nTA,ut nemo illam inficiari audeat: constat omnino (\ voluntate Dei salvifica, Hæc quippe voluntas nd omni'· prorsus se extendit. Atqui non se extenderet ml omnes, ti defuisset remedium pro infantibus ad deletionum peccati originalis : cum enim non posesnt pueri propriis actibus justificari, fuissent ineluctabili necessitate damnati, nisi valuissent parentes aliquo remedio ipsis opitulari. Existentiam illius remedii affirmat S. Augustinus[1], cui consonat effatum Innocentii IIP : « Absit ut omne:, parvuli qui moriuntur pereant » ; quæ verba sunt generalissima et etiam ad parvulos Veteris Testamenti possunt et debent referri,

probatur minor. — Remedium naturæ fuisse sacramentum est sententia hodie tenenda[8]. Dubitarunt tamen nonnulli theologi. Quia enim dicit S. Gregorius Magnus[4] i'"m i nf mi parvulos per solam fidem parentum justificari, him pol.,ml. S. Bonaventura, Soto, Vasquez, suffecisse Udem internam, quin necessario manifestaretur; Hugo a

I· :▮ AuminiiN., V *Cont. Julian.,* cap. xi, n. 45; *P. L.,* x l iv, HO',ı-ηıo.

·'. Innocent. Ill, cup. *Ma/ores, De Baplismo et ejus effectu.*

8. CL l'HAN/.iti in, Ilios. 1П ; Db Augustinis, Hurter, etc.

4. 8, i .,o M , iii>. IV *Moral.,* c. m : « Quod vero apud nos vnlei iiqim ImptlsmalU, Inn- egit apud veteres vel pro parvulis ▮olii lidos, vel pro mnjorlbus virtus sacrificii, vel pro his qui ex "tlrpe Aliiulni· prodierunt mysterium circumcisionis. » *P. L.,* l x x v„

S. Victore contendit fidem externam fuisse meræ devotioni? non necessitatis. Sententia vero inter scholasticos sat communis tenet remedium naturæ fuisse ritum externum fidei protestativum et rationem habuisse veri sacramenti. — Est doctrina S. Augustini ante datam circumcisionem famulos Dei aliquo sacramento opitulatos fuisse parvulis suis[1] Nec contrarius est S. Gregorius ; per « colam fidem » non excludit protestationem fidei exteriorem, sed tantum' sacrificia, quæ non erant parvulis necessaria sicut adultis. — Fuisse sacramentum evincit ratio theologica. Remedium naturæ non erat actio parvuli, qui nondum erat actus humani capax, sed actio parentum vel aliorum Jam vero actio humana, licet possit cum gratia justificare proprium subjectum, nequit tamen alios justificare nisi ex institutione divina. Comperimus ergo remedium naturæ fuisse actionem humanam ex divina institutione justificantem. Porro actio quæ alios sanctificat non potest esse mere interna, sed fieri in alios debet modo humano, visibili; externo, ut possit vere protestari fidem et aggregare subjectum populo Dei. Ergo remedium naturæ erat actio externa, ideoque signum sensibile, ex divina institutione sançtificans homines. Atqui actio externa, seu signum sensibile, ex divina institutione sanctificans homines, non potest aliud esse quam sacramentum. Ergo tenendum est remedium naturæ sacramentum fuisse.

ili. Cujusnam modi fuerit tale sacramentum.

Non est facile determinare. Existimat Angelicus fuisse aliquam *orationem,* vel *benedictionem,* quæ erat quoddam signaculum *fidei**.

IV. Tertia conclusio : probabile videtur plura exstitisse in lege naturæ sacramenta.

Angelicus reponit *pœnilenliam* inter sacramenta legis naturæ . « Ante legem scriptam erant quædam sacramenta necessitatis, sicut, illud fidei sacramentum quod ordinabatur ad deletionem peccati originalis ; et similiter pœni-[2]

1. S.. Augustin., loc. cit. — Cf. *De Nuptiis el Concupite.,* lib. II; c. xi, n. 24 , P. *L.,* xliv, 450.
2. S. Thom., III P., q. lxx, a. 4, ad 2.

tentla; quæ ordinabatur ad deletionem peccati actualis1. »
α In veteri lege et in lege naturæ erat aliqualiter sacramentum pœnitentiæ*. » — Ratio suffragatur. Cum enim difficillimum sit homini lapso per contritionis actus ad justificationem redire, congruum omnino est ut Deus illum aliquo remedio vel sacramento adjuvet. Hinc moralis necessitas sacramenti pœnitentiæ.

Item, quia opus arduum est conservatio gratiæ per longum tempus, opinari licet Deum servis suis opitulatum esse per aliquod sacramentum *præfigurativuin Eucharisliæ,* cujusmodi erant oblationes. — Hinc admittit S. Thomas oblationem Melchisedech fuisse sacramentum illius status: α Sacramentum Melchisedech, quod fuit ante legem2. »
α Oblationes et decimæ tam in lege naturæ quam in lege Moysis... erant sacramenta4.*»

V. Quarta conclusio : Circumcisio verum fuit Legis Mosuicæ sacramentum.

Circumcisionem fuisse sacramentum præflgurativum baptismatis nostri docent et Patres et theologi. Id expresse asserunt S. Cyprianus* ; S. Augustinus, qui vocat circumcisionem sacramentum illius temporis et figuram baptismi6 ; S. Thomas, qui docet in circumcisione deleri peccatum originale et conferri omnes gratiæ effectus, non ex virtute quidem circumcisionis, sed ex virtute fidei passionis Christi, cujus signum erat circumcisio7.

Hæc est præcise ratio theologica. Signum sensibile significativum gratiæ sanctificantis est proprie dictum sacramentum. Atqui circumcisio erat signum sensibile significativum gratiæ sanctificantis, qua originale peccatum delebatur. Ergo verum fuit sacramentum.

VI. In Lege Mosaica, prœter circumcisionem, plura

1. *IV Sent.,* dist. 1, q. i, a. 2, quæstiunc. in.
2. Ill P., q. 1xxxvi, a. 6.
3. 111 P., q. Lxi, a. 3, ad 3.
4. 111 P., q. 1xv, a. 1, ad 7.
6. S. Cyprtan., *Epis', -id Filium; P. L.,* m, 1053.
0. S. Augustin., *De Anima et ejus Origine,* lib II, c. xi, n. 15 ; *P. L.,* xi iv, 504 ; VI. *Coni. Julian.,* c. vn, n. 18 ; *P. L.,* 1xiv, 833.
7. 8. Thom., Ill P., q. 1xx. a. 4.

exstiterunt sacramenta. — Angelicus Doctor existimat fuisse aliqua alia sacramenta : quædaïn pro toto populo, ut expiationes et purificationes ac esum agni paschalis ; quædaïn vero pro solis sacerdotibus, ut ipsam consecrationem sacerdotalem et esum panum propositionum. Quatuor ergo, juxta Angelicum[1], fuerunt Legis Mosaicæ sacramenta : 1° aliquod sacramentum *figuraiivum Baptismi,* scilicet *circumcisio,* contra peccatum originale ; 2° aliquod sacramentum *figuralivum Eucharistiæ,* nempe *esus agni .paschalis* et *panum propositionum ;* 3° aliquod sacramentum *figuralivum Pœnitenliæ,* variæ nempe *lustrationes* et *expiationes ;* 4° aliquod sacramentum *figuralivum Ordinis.* scilicet *consecratio sacerdotum.*

Certo exstabant illæ cæremoniæ, a Deo institutæ ; ex se aptæ erant ad significandam gratiam et ad homines Deo conjungendos ; hinc ratio supponendi illas fuisse sacramenta, non tamen ratio demonstrativa.

Quam interpretationem suggerunt Patres et Concilia Nam S. Augustinus inculcat plura fuisse in lege mosaica sacramenta quam in nostra, propter expiationes innumeras, quæ pœnitentiæ respondent ; hinc semper in plurali loquitur de sacramentis mosaicis : sacramenta illa ablata sunt, quia impleta ; « et alia sunt instituta, virtute majora, utilitate meliora, actu faciliora, *numero pauciora*[2]. »

Concilia Florentinum et Tridentinum in plurali etiam referunt antiquæ legis sacramenta[3], a quibus nostra sacramenta multum differunt. Veterum ergo sacramentorum causa *efficiens* erat Deus ; causa vero *finalis* erat Christus, quem figurabant et cujus meYitorum intuitu operabantur.

VII. Cur deessent tria alia sacramenta

Nullum autem erat sacramentum respondens Confirmationi, quia Confirmatio est perfectionis et plenitudinis sacramentum ; dum, contra, ad perfectum nihil adducit Lex. — Nullumque Extremæ Unctioni respondebat ; quia hæc est præparatio quædam ad gloriam, et tempore Legis

1. S. Tiiosf., Ia 11«, q. cn, a. 5.
2. S. Augustin., lib. XIX *Contra Faustum,* c. xni ; *P. L.,* xlii, 355.
3. Cone. Florent., *Decret, pro Arnienis ;* Denz., 695; Cone. Trident., sess. VII, can. 2 ; Denz.. 845.

nondum erat apertum coelum. — Nec erat sacramentum Matrimonii, cum nondum peracta fuisset unio Christi cum Ecclesia.

VIII. Data porro Logo ot institutis aliis sacramentis, non ideo fuit simpliciter suppressum remedium naturae. —I Valebat quippe pro cœtoris gentibus, quæ ad circumcisionem non tenebantur, et etiam pro Judaeis quoad fceminas, imo et quoad parvulos qui ante octavum diem e vita excedebant,

ARTICULUS QUARTUS

UTRUM POST CHRISTUM DEBUERINT ESSE ALIQUA SACRAMENTA

AD ART. 4 Q. LXI S. THOMB

I. De necessitate et existentia sacramentorum in Nova Lege. — De sacramentis in Nova Lege duplex quæstio institui potest : altera de eorum necessitate et existentia» altera de eorum numero. Hæc infra solvitur (ad q. lxv). Quædam breviter nunc disseruntur de necessitate sacramentorum a veteribus distinctorum.

Necessitatem et existentiam sacramentorum in Nova Lege negaverunt primis sæculis *Archonlicil* ; medio ævo *Fralicelli* et *Beguinæ* « sacramenta Ecclesiæ veneranda contemnunt », ut testatur Joannes XXIP; plures etiam *Proleslantium seclæ* sacramenta nostra de medio tollunt[2].

Existentia sacramentorum in Nova Lege est fidei dogma tum in Scripturis contentum, ut ostendetur infra de sacramentorum numero, tum ab Ecclesia definitum. Inter ecclesiastica documenta recolere sufficiat : Constit.- Joan. XXII[4] ; Concilium Florentinum, in decreto pro Armenis[5][6]; Concilium Tridentinum, sess. VIIe.

II. Conclusio : Post Christum debuerunt esse vera sacramenta.

Sicut ante Christum oportebat esse signa sensibilia quibus antiqui Patres fidem in Christum venturum protestarentur, ita, imo a fortiori, oportet ut pro nobis instituta sint signa quædam protestativa fidei nostræ in Christum

1. Cf. S. Epiphan., *Hæres.*. xl, n. 2 ; *P. G.,* xli, 680.
2. Denz., 484.
3. Cf. B. Bellarmin., *De Sacramentis,* lib. I.
4. Denz., loc. cit.
5. Denz., 695-702.
6. Denz., 844-856.

jam natum et passum simulque sanctificativa hominum. Atqui signa fidei protcstativa et hominum sanctificativa sunt sacramenta. Ergo oportet, imo a fortiori, ut sint in Nova Lege sacramenta. — Ratio majoris est quia, sicut antiqui patres salvati sunt per fidem Christi venturi, ita et nos salvamur per fidem Christi nati et passi ; et, quia fides et cognitio nostra est magis explicita, oportet a fortiori ut sint apud nos signa fidei protestativa.

III. Oportuit esse sacramenta a veteribus penitus distincta.

Arg. Ium.[1] Aliis signis debent significari futura, aliis præterita. Atqui vetera sacramenta erant significativa futuri, nostra autem sunt *significalioa prælerili.* Ergo diveisa prorsus esse debent. Quia ergo sacramenta vetera erani figura Christi venturi, si adhuc persisterent, significarent. aliquid falsum, nempe venturum Christum, qui jam advenit.

Arg. Ilum. Cum sacramenta debeant *respondere slalui* ad quem pertinent, alia esse debent pro statu imperfecto et parvulorum, alia pro statu perlecto et virorum. Atqui lex est status imperfectus, quia ad plenitudinem non adducit, et status quasi parvulorum, ut testatur Apostolus1; nos autem, in Lege Nova, sumus in statu ætatis perfectæ constituti. Ergo alia omnino debent esse sacramenta. Sicut igitur ipsa Lex Nova dilfert a Vetere, ita-oportuit novam institui sacramentorum oeconomiam, ne videretur esse continuatio veteris.

1. *(ia).* iv 1-Π

QUÆSTIO TERTIA

DE PRINCIPALI EFFECTU SACRAMENTORUM, QUI EST GRATIA

AD *Q.* LXII S. THOMff. ,

In hac quæstione disserit S. Doctor de productione gratiæ in sacramentis. Imprimis statuit factum, nempe sacramenta esse causas gratiæ veras ac proprie dictas, sed instrumentales, quæ ad gratiæ productionem eodem modo concurrunt quo securis ad productionem artefacti, ideoque physice (a. 1). Deinde naturam gratiæ sacramentalis exponit (a. 2) Postea plenius inquirit de modo quo gratia producitur ·. sacramenta gratiam continent (a, 3) et producunt per virtutem quamdam effectus causativam (a. 4). Demum explicat undenam virtus illa derivetur, scilicet a passione Christi (a. 5) ; et, quo perfectius intelligatur causalitas sacramentorum in Nova Lege, diïterentiam assignat inter vetera et nostra sacramenta (a. 6).

»

ARTICULUS PRIMUS

UTRUM SACRAMENTA SINT CAUSA GRATIE!

AD ART. 1 S. THOMffi

I. Duplex hac de re versatur controversia. — Una est *dogmatica,* inter catholicos et hæreticos, utrum sacramenta realiter conferant gratiam ; altera *scholastica,* inter ipsos theologos, de modo quo sacramenta operantur, utrum moraliter tantum an etiam physice et immediate.

II. Errores. — doctrina catholica. — De formula « ex opere operato ». — Sacramenta Novæ Legis gratiam conferre quam significant verasque 'esse gratiæ causas, lieet instrumentales tantum, est dogma catholicum.

Quæ omnia inficiantur novatores. Juxta quosdam, sacramenta sunt, note vel tessera· ac symbola quibus fideles ab infidelibus discriminantur, sed nullam virtutem gratiæ causativum pra· se ferunt. Ita praisertim *sociniani* et *rationalist;!·*. Juxta alios, ut *Dullierum* et *Calvinum,* sacramenta habent, virtutem quamdam, sed solum excitandi fidem qua justificatur homo, vel, si jam habetur fides, nutriendi aut externe significandi vel profitendi fidem jam acceptam. Utrumque dicendi modum damnavit Concilium Tridentinum, sess. VII.

Sed ulterius progreditur catholica doctrina. Non asserit tantum gratiam conferri, sed insuper definit « conferri ex opere operato non ponentibus obicem. » Hoc dogma impetit, non solum præfatos novatores, sed etiam *Wicleffisias^Valdenses ; Donatislas,* qui tempore S. Augustini contendebant sacramenta operari dependenter a virtute ministri ; imo etiam *rebaptizantes,* qui tempore S. Cypriani autumabant baptismum a pravo ministro collatum esse invalidum ac proinde iterandum. Efficaciam ex opere operato nostris diebus inficiati sunt A. Loisy et cæteri *modernisée,* vi illius systematis quo realismum theologicum derident1.

Hæc igitur est formula catholica : « Sacramenta Novæ Legis conferunt gratiam ex opere operato non ponentibus obicem. » In usu fuit jam a sæculo xn. Illam usurpant Petrus Pictaviensis, qui fuit cancellarius Academiæ Parisiensis, deinde Innocentius III2, B. Albertus M3., S. Thomas4. Quum esset brevissima et aliunde aptissima ad effectum sacramenti exprimendum, Concilium Tridentinum illam approbavit *ac* sancivit 5.

« Opus operatum » sumitur passive pro *opere peracto,* nec inauditum est apud Latinos verba deponentia passivo sensu interdum accipi. Opponitur opus operatum operi operanl is. Est autem opus operantis actus bonus vel

I. (.1. *Nouvelle Hevue Théologique,* 1904, pp. 479-480. — S. Ofliciuni, In decreto *Lamentabili,* die 3 julii 1907, damnat hanc propu ilitniein :< Sacramenta *eolantum* spectant ut in mentem hominis revocent prœsentiam Creatoris semper beneficam. » Prop. 41; I ◗ Nz... *2041.

'2, II·:ı·· i ri Im tract. *De sacrificio Missæ.*

:j, It. Ai ni.un- M., *In Joan.,* cap. vi.

I. S. T1I0M., /V *Sent.,* dist. I, q. i, a. 5.

h. Hi'hh. VII, can. 6-8; Denz., 849-851.

meritorius quo suscipiens vel minister aliquid sibi vel aliis obtinet. Opus itaque operatum est ipsum sacramentale signum valide positum independenter a dispositionibus subjecti vel ministri, ita ut sensus formulæ sit : « ipsum sensibile signum secundum Christi institutionem adhibitum vim ,habet gratiam conferendi ipso *suæ positionis facio.* » Quocirca gratia confertur, non merito suscipientis vel ministri, sed virtute sacramenti intrinseca. Ita communiter theologi.

ill. De additione « non ponentibus obicem. »

Ne tamen videantur excludi subjecti dispositiones, additur « *non ponentibus obicem* ». Ex parte adulti requiruntur ad justificationem dispositiones quædam præviæ, motus nempe fidei, spei, pœnitentiæ, amoris saltem initialis[1], qui tamen non sunt gratiæ causa, sed conditio, vel remotio impedimenti ; sicut apertio fenestræ est conditio ut illuminetur aula, quin sit illuminationis causa, et sicut siccitas in ligno est remotio impedimenti ut combustio fiat, non tamen causa combustionis propria Harum defectus est obex gratiæ. In præsenti ergo obex, ut omnes theologi explicant, intelligitur mala animæ dispositio repugnans infusioni gratiæ.

Diversimode autem se habet indispositio in sacramentis mortuorum et in sacramentis vivorum. In sacramentis enim mortuorum, quæ ad primani gratiam conferendam ordinantur, obex non est peccati status, quem præcise tollere debet sacramentum, sed *impœnilenlia* de peccato commisso, id est *defectus attritionis.* — In sacramentis autem vivorum, quæ ex se ordinantur ad gratiam secundam conferendam, obex est *conscientia peccati mortalis :* conscientia quidem peccati, non status peccati, nam, si quis cum bona fide et attritione accedit, poterit vi sacramenti justificari, ut mox explicabitur. Igitur in sacramentis vivorum dispositio per se requisita est *status f/raiiæ* ; per accidens tamen non requiritur in eo qui *inconsitus peccati mortalis* sacramentum recipit.

Obex non est cum ineptitudine confundendus : mulier •piippe respectu Ordinis habet ineptitudinem, non obicem ;

1. Ci. Tract. *De Gratia,* q. vi, art. in.

et, pariter sanus respectu Extremæ Unctionis non habet obicem, sed ineptitudinem.

)V. Conclusio : Sacramenta Novœ Legis non sunt tantum notæ qurodam christianæ professionis, quibus fideles ab infidelibus discriminantur, nec signa tantum ad fidem excitandam vel nutriendam instituta; sed verae, licet instrumentales, causæ gratiæ, quam conferunt ex opere operato non ponentibus obicem1. — 1° Præviæ animadversiones. — Si sacramenta essent mera signa vel tesseræ fidelium distinctivæ, posset illorum numerus ultra modum augeri, cum multis et indefinitis signis possint fideles ab infidelibus discriminari, et primum omnium sacramentum esset professio fidei externa, quæ vi sui maxime secernit. Pari jure, possent sacramenta ab hominibus institui ; nam haud ægre inveniunt fideles symbola fidei protestativa.

In hac theoria æque proficerent sacramenta videntibus ac suscipientibus, eo quod potest efiicaciter excitari fides, quando videmus sacramentum ab aliis suscipi. Hinc per unum sacramentum justificarentur multi, etiam non recipiendo sacramentum, dum e converso suscipiens, si forte distractiones pateretur et ad ritum non attenderet, totaliter careret sacramenti elTectu*.

V. 2° Probationes ex Scriptura. — Bitibus sacris quos aliunde constat esse sacramenta, tribuit Scriptura virtutem quamdam quæ ipsa positione ritus animam reficit, regenerat, recreat.

De Baptismo : « Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei2 » Hic justificatio duplici tribuitur principio : Spiritui Sancto ut causæ principali, aquæ ut instrumento, quæ verba veram causalitatem important. Efficacia Spiritus S. et Baptismatis iisdem verbis enuntiata non potest esse mere nominalis. — Quod confirmatur ex Paulo : « Christus dilexit Ecclesiam, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquæ

1. De ipsa quæstione historica, cf. Pourrat, *La Théologie sacramenlaire.*

2. Quod argumentum speciatim evolvit Hurter, n. 290.

8. Joan., iii, 5.

in verbo vitæ[1]. Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus Sancti[2]. » Duplex iterum causa : principalis est Christus et Spiritus Sanctus ; instrumentalis, baptismus seu lavacrum aquæ, cui tribuitur ipsa regeneratio. — In his textibus, ut animadvertit Hurter[3], ne semel quidem, ne indirecte quidem, alluditur ad effectum excitandi fidem, sed expresse adscribitur *ritui baptismati* vis regenerandi animam, quod nonnisi per gratiam fieri potest. Exhibetur ergo Baptismus institutus, non ad fidem excitandam vel nutriendam, sed ad gratiam, vi ipsius ritus, eo ipso nempe quod fit lavacrum aquæ, conferendam.

De .Confirmatione : « Imponebant manus super illos et accipiebant Spiritum Sanctum Cum vidisset autem Simon quia *per* impositionem .manus Apostolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam[4-6] » Igitur ipsa ritus positione, nempe gfacta impositione manus, dabatur Spiritus Sanctus, ideoque ipsa gratia.

De Eucharistia : « Qui manducat meam çarnem et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam^. » Ex toto contextu colligitur vitam animæ, seu gratiam, alligari ipsi sacramento, nempe ipsi ritui qui est manducare carnem et bibere sanguinem.

De Pcenitentia : « Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*. » Peccatorum remissio atque idcirco gratiæ infusio adscribitur ipsi ministerio sacerdotali.

De Extrema Unctione : Ritui sensibili, qui est unctio infirmi conjuncta cum oratione, ita tribuitur effectus spiritualis, ut salus infirmi ipsi orationi imputetur : « Et oratio fidei salvabit infirmum[7]. »

De Ordine : « Admoneo te ut resuscites gratiam quæ est in te *per* impositionem manuum mearum[8]. » Hic iterum : ratia adnectitur ipsi ritui sacramentali, qui est manuum impositio.

1. *Ephes.,* v, 26.
2. *Tit.,* ni, 5.
3. Hurter, η. 286.
4. *Acl.,* vin, 17-18.
5. Joan., vi, 52-59.
6. Joan., xx, 23.
7. Jac., v, 15.
8. *11 Tim.,* i, 6.

De Matrimonio non esi. expressum testimonium, sed indirecte colligitur, nam illud sacramentum exhibetur ut sanctificativum, eo ipso quod est signum unionis Christi cum Ecclesia[1].

VI. 3° Traditio patristica. — Adhibent Patres verba, similitudines, analogias, quæ invicte ostendunt inesse sacramentis virtutem quamdam mirabilem quæ omnes subjecti dispositiones superat et ipsi Deo adscribitur.

Verba : « Caro abluitur, ut anima emaculetur[2]. » « Aquæ sanctificatæ vim sanctificandi combibunt[3][4] » « Unde tanta virtus aquæ ut *corpus tangat et cor abluat* [5] » Vis ergo abluendi et sanctificandi animam ipsi elemento sensibili adnectitur.

Similitudines et analogiæ : virtutem Baptismi conferunt Patres cum virtute seminali qua formatur puer, cum virtute mirabili qua Spiritus Sanctus fecundavit Virginis uterum, cum virtute qua ignis aquam calefacit ut et ipsa calefaciat[5]. Quæ omnia exprimunt veram inesse sacramento causalir tatem a subjecto vel ministro independentem.

S. Ephraem Syrus hæc pulcherrime exprimit : « Baptismus suo sinu eos *concipit,* in iisdem, loco deturpatæ effigiei primi Adæ, *novant imprimit imaginem, ipsocque gignit triplici parlu,* seu tribqs gloriosis nominib"« Patris, Filii et Spiritus Sancti®. »

VII. 4° Praxis Ecclesiœ.

Ex praxi Ecclesiœ sacramenta adhibentur non percipientibus fidem nec actus proprios elicientibus, sicut Baptismus infantibus, Extrema Unctio usu sensuum destitutis. Porro, si sacramenta ordinarentur tantum ad excitandam fidem vel si ex opere operantis tantum haberent ellectum, frustra adhiberentur, cum nullum sit in illis adjunctis opus operantis in subjecto.

1. *Ephes.,* v, 32.
2. TeRtull., *De resurrect, carnis,* c. vm ; *P. L.,* n, 806.
3. *Idem, De Baptismo,* c. iv ; *P. L.,* i, 1204.
4. S. Augustin., 80 *in Joan.,* n. 3 ; P. *L.,* xxxv, 1840.
5. S. Gregor. Nyssen., *Oral, in Baptism. Christi ; P. G., tclv,* 583; S. Chrysost., *Hoinil. XXV* et *XXVI ; P. G.,* xix, 148 ss. ; S. Cyrii-l. Alex., lib. Il *in Joan.,* c. m, 5 ; *P. G.,* lxxih, 245-246.
6. *Hymn, de Virg.,* xxxvn, 3 ; Edit. Rahmani, p. 106.

VIII. 5° cymbola et Ecclesiœ declarationes. —Symbola omnia remissionem peccatorum ritui baptismali tribuunt, <lu..i unum baptisma in remissionem peccatorum confitentur.

Concilium Florentinum declarat : « Hæc vero nostra (sacramenta) et *continent gratiam* et ipsam digne suscipientibus *conferunP.* ll — Concilium Tridentinum definit : « Si quis dixerit hæc sacramenta propter solani fidem nutriendam instituta fuisse, A· S.. Si quis dixerit sacramenta Novæ Legis non *continere* gratiam quam significant, aut *gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre,* quasi signa tantum externa sint acceptæ per fidem gratiæ vel justitiæ, et notæ quaedam christianæ professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus, A. S.2. »

IX. 6° Rationes theologicæ. —fBacramenta conferunt gratiam ex opere operato, si virtus et effectus sacramenti non pendent a merito ministrantis vel suscipientis Atqui a neutrius merito pendent. Ergo sacramenta conferunt gratiam ex opere operato.

Probatur min. — Non a merito ministrantis : nam nec defectus fidei nec defectus sanctitatis in ministro officit «aeramentorum validitati, dummodo servetur intentio faciendi quod facit Ecclesia. — Non a merito suscipientis. Illud quippe a merito suscipientis non provenit, quod ejus ili positiones et actum superat. Atqui effectus sacramen- Imuin excedit et superat suscipientis dispositiones et tarl.um : nam sacramenta mortuorum gratiam conferunt ii Iu nullum est meritum, sed ex attrito faciunt contritum ; i›." ramenta autem vivorum gratiam augent ultra dispositi, mes, quæ, licet requirantui, ex se tamen minime sunt ■iillicientes ad gratiam reapse infundendam.

fisse autem sacramenta causas gratiæ non principales, «··.. instrumentales tantum, manifestum est. Causa quippe Un mcipalis ea est quæ propria virtute effectum producit »d, cui assimilatur effectus. Atqui sacramenta non possunt

i I Decret, pro Armenis, Denz., 695.
I ' Sees. VII, can. 5 et 6 ; Denz., 848-849.

propria virtute gratiam infundere, sed solus Deus potest, participationem naturæ suæ largiri ; pariterque effectus sacramenti, gratia, non assimilatur sacramento, quod est signum sensibile, sed Deo, nam gratia est *formalis* participatio naturæ divinae. Ergo sacramenta non sunt causæ principales, sed solum instrumentales

De modo autem quo sunt instrumenta, est lusius nunc disserendum.

ARTICULUS SECUNDUS

DE CAUSALITATE INSTRUMENTALI SACRAMENTORUM

AD ART. 1, 3 ET 4 Q. LXH S. THOMffi

I. Quinque referri possunt præcipuœ sententiæ. — Nonnullis veteribus theologis visum fuit sacramenta nostra dici non posse gratiæ causas nisi extenso vocabulo, quatenus sunt signa, occasiones vel conditiones, quibus positis infundit Deus gratiam Ita Scotus[1] et cum ipso Henricus Gandavensis, Durandus, Biel. Citatur etiam S. Bonaventura, sed ipse dubitanter loquitur : sacramenta sunt saltem causæ extenso nomine ; utrum plus habeant, nec affirmare nec negare audet[2]. — Sententia illa, licet non fuerit unquam expresse damnata, difficillime potest cum verbis sive Tridentinæ sive Florentinæ synodi conciliari : *continere; conferre* gratiam conditio quippe vel occasio effectum nec proprie causant nec proprie continent. Quapropter illa opinio paulatim a scholis exsulavit.

Secunda opinio tuetur sacramenta esse causas gratiæ proprie et per se, sed morales tantum. Ita Melchior Canus,' Molina, Becanu's, Vasquez, etc. Alii aliter explicant. Quidam efficaciam repetunt ex pacto seu promissione Dei, qui se libere obstrinxit ad conferendam gratiam, si ponatur sacramentum, instar chirographi quod debitorem movet ad pecuniam solvendam vi promissionis. — Quem dicendi modum alii reprobant, præsertim Franzelin, eo quod in illa hypothesi non salvetur latio causæ in sacramentis, quippe quæ nihil dignitatis intrinsecæ haberent, ed tota ratio in promissione reponeretur. — Verum mimadvertunt alii falsum esse assumptum, scilicet omni causæ morali competere valorem intrinsecum, satisque esse ut moveant etiam ex sola promissione.

1. Scot, *IV Sent.,* dist. 1, q. v„ Videtur Scotus omnem veram causalitatem sacramentis denegare. — Gf P. Bucceroni, *Commentorius de sacramentorum causalitate,* pp, 92-93.
2. Gf. S. Bonav., *IV Sent.,* dist. 1, P. I, q. IV.

Tertia opinio, quam post Dugo novo apparatu proponunt Franzelin, Hurter, Pesch, etc., causalitatem solum moralem propugnat, sed illam reponit in dignitate quadam intrinseca quæ sacramentis insit : sicut in pecunia est \ dor intrinsecus ad producendam captivi liberationem, sicut in lilio regis est intrinseca dignitas ad obtinendam veniam rei morte plectendi. Sacramenta, aiunt, sunt « actiones vicariæ Christi », ac proinde dignissimæ sunt quæ exaudiantur[1].

Quarta sententia, cujus præcipui patroni sunt card. Billot® ejusque discipuli, ut Van Noort, 11. Mazella, etc., duo docet : 1° virtutem in sacramentis non esse moralem tantum nec proprie physicam, sed intentionalem ; 2° causalitatem sacramentorum non attingere gratiam ipsam, sed potius dispositionem quamdam ad gratiam, producendo nainpe titulum gratiæ exigitivum ; unde dicuntur operari « instrumentaliter dispositive ».

Quinta sententia, quam propugnant, licet forte non eodem modo omnes explicent, Thomistæ, Conimbricenses, Suarez, Bcllarminus, docet sacramenta esse causas per se et physicas ipsiusque gratiæ productionem instrumentaliler attingere'. Hanc probandam et defendendam suscipimus.

II. Sacræ Litteræ causalitatem sacramentorum enuntiant verbis quæ longe accuratius instrumento physico quam morali conveniunt.

De Baptismo : « *Nisi quis renatus fuerit* ex *aqua* et *Spiritu Sancto**... » Hic nullatenus innuitur aquam agere in Spiritum Sanctum aut illum movere, sed regeneratio et aquæ et Spiritui Sancto attribuitur. Quocirca causalitas qmn in utroque eadem particula designatur debet esse i·jiisdem generis in utroque. Atqui particula *ex* importat[3]

i. Consuli possunt : Lugo, disp. IV, sect. 4; Franzelin, tlioH. XI ; l>e Augustinus, thés. XVII; Hurter, Pesch, etc.

i. Cf. curd. Billot, *De Sacramentis in genere,* thés. VII.

3. Consuli possunt, mle. cæteros : Cajetan., Joan, a S. Thoma, In III I'., <|. t.xii ; Sylvius, in h. l. ; Gonet, disp. III, q. n ; Salmant., dinp IV, dub. 3-4; Billuart, dissert. 3, a. 2; Süarez, di ip. l X , Hucci'.uoni, *Commentarius de Sacramentorum causalilaie.*

I. Joan., hi, 5.

certissime causalitatem physicam in Spiritu Sancto. Ergo et physicam in instrumento causalitatem dicit. — Baptismo adscribit Paulus vim abluendi et regenerandi : « *Mundans eam* lavacro *aquæ*[1]... ; *salvos nos fecit* per lavacrum *regenerationis*[2] » Hic iterum nulla mentio fit actionis moralis quæ Spiritum Sanctum moveret ; at vis abluendi visque regenerandi, non solum Deo, sed etiam ipsi *elemento* sensibili attribuitur, ita ut censeatur aqua mundare animam, eo pacto quo aqua mundat corpus. Abluit porro aqua physice corpus. Ergo in ordine supernatural! sacramentum physice mundat animam.

De Ordine : « *Resuscites gratiam Dei quæ esi in te* per *impositionem manuum mearum*[3]. » Non dicitur : gratia est n te occasione impositionis manuum, vel propter dignitatem ritus qui est impositio manuum, sed vi ritus ipsave manuum impositione.

Illi ergo textus, qui afferuntur ad probandam efficaciam *ex opere operato, pari jure* et obvio sensu possunt de causalitate physica intelligi. Debent ergo adversarii verba attenuare, ut possint illa de causalitate morali interpretari.

Eucharistiæ inest vis nutriendi et alendi animam : « *Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere esi potus*[4] » ; sicut in ordine naturali cibus et potus alunt corpus. Jam vero cibus et potus sunt causa nutritionis physica. Ergo in ordine supernaturali caro et sanguis Christi animam physice nutriunt et alunt per gratiam. Quo argumento coactus, fatetur card. Franzelin verba illa Christi non plene et sufficienter explicari per efficientiam moralem.

III. Textus SS. Patrum adeo sunt expressi ut nequeant sine quadam violentia ad causalitatem moralem detorqueri.

1° Patres agnoscunt in sacramentis nostris vim supernaturalem, quam tribuunt, non præcise dignitati ritus, ipsi elemento sensibili, ut instrumento Dei, et in hoc divinam omnipotentiam extollunt ; « Aquæ *sanvtijicalæ*

1. *Ephes.,* v, 26.
2. *Til.,* m, 5.
3. *II Tim.,* i, 6.
4. Joan., vi, 56.

*vim sanctificandi combibunt*l. » « *Unde tanta virtus* a q u/e *ut corpus tangat el cor abluat*l ?» — Quæ verba nequeunt in alia sententia congruente» explicari Nam vis moralis non est aliqua *realilas* incomprehensibilis quam combibant aquæ vel quæ corpus tangat ; vis moralis non est *præsenlia* divinitatis in aqua, et tamen asserit S. Ambrosius divinitatem esse in aqua præsentem3. Si ergo verba· illa adeo expressiva sensu proprio accipiuntur, virtutem quamdam physicam innuunt.

2° Patres exempla eligunt et similitudines quæ causalitatem physicam directe important : sicut *aqua calefacta* est instrumentum ignis ad calefaciendum, ita aqua baptismalis est instrumentum Spiritus Sancti ad sanctificandum 4; sicut *semen* est instrumentum generationis, ita aqua est instrumentum regenerationis spiritualis5 ; sicut in *utero* Virginis divinitus fecundato formatur Christus, ita in aqua divinitus sanctificato formatur Christianus0. Jam vero virtus quæ est in igne, in semine, in utero est realitas ordinis physici. Ergo et physica censenda eft virtus qua operantur instrumenta Spiritus Sancti. « *Baptismus suo sinu eas concipit,* in iisdem, loco deturpatæ effigiei primi Adæ; *novam imprimit imaginem* ipsosque *gignit* triplici partu, seu tribus gloriosis nominibus Patris, Filii et Spiritus Sancti'. » Attribuit S. Ephraem effectum spiritualem Deo et sacramentis, ita ut Deus nos *firmet* quidem, *relevet ac lælificel,* sed per sacramenta · ɑ Tu ipsam (humanitatem) *benedicto tuo pane firmasti, casto tuo vino relevasti atque sacro luo chrismate lætificasli**. »

3° Ne reponatur oratoriis tantum formulis usos luisse· Patres nec sensum metaphysicum intendisse. — Nam, licet oratoriæ arti indulgeant, intendunt tamen metaphoras aut formulas seligere quæ dogma exacte referant

l Tertull., *De Baptismo,* e. iv ; *P. L.,* i, 1204.
S. Augustin., *Tract. LXXX in Joan.,* n. 3 ; *P. L.,* xxxv, 1810.
3. Auctor *De Mysteriis,* e. m, n. 8; *P. L.,* xvi, 391.
I. S Eyhil l. Alex., lib. II *in Joan.,* c. m, 5; *P. L.,* 1 x x iii, 245-240.
.>. S. GitimOK. Nyss., *Orat, in Baptism. Christi ; P. G.,* x l v, 583.
ii. S. i iiiiYsosT., *llomil. XXV* et *XXVI ; P. G.,* 1 ix, 118 ss.
", l'<lil . l! MIMΛNI, g. 23.
8. Edit, cit,, p. 1UÜ.

et elucident. Jam vero dogma potius obscurarent, analogias evolvendo quæ causalitatem physicam obvio sensu præ se ferunt : non desunt enim causali Latis moralis exempla notissima, a quibus tamen Patres prorsus abstinent. Si moralem causalitatem tuentur, cur exempla causalitatis physicæ perpetuo adhibent, loquendo de *vi* seu *virtute* quæ est in elemento sensibili quæque aquas elevat vel transformat1, numquam autem de morali valore seu dignitate ?

Hinc merito concludit P. Bucceroni Patres et veteres theologos pliysicæ causalitati favere1.

IV. Conciliorum terminologia non plene et proprie explicatur nisi per causalitatem physicam.

1° Concilia asserunt sacramenta nostra *continere* gratiam quam significant3. Atqui moralis causa non continet proprie, sed solum metaphorice, effectum. Ergo, si sola causalitas moralis admittitur, non salvatur *plene* illa terminologia. — Declaratur minor. Quadrupliciter potest aliquid in alio contineri : ut accidens in subjecto, ut liquor in vase, ut signatum in signo, ut effectus in causa efficiente. Duo primi modi sunt penitus excludendi, ut liquet ; tertius autem non sufficit, cum jam constet sacramenta nostra esse, non solum signa, sed et causas per se ; restat ergo ut sacramenta, gratiam contineant ut causa efficiens instrumentalis. Porro sola causa physica continet effectum vere, vel in virtute propria, vel in virtute transeunter communicata ; dum causa moralis effectum nullatenus in se continet aut gerit aut portat, sicut crumena prandium non continet. Ergo sacramenta dicuntur continere gratiam, quatenus per virtutem physicam transeunter communicatam concurrunt reapse ad gratiæ productionem.

2° Juxta Concilia, sacramenta *conferunt* gratiam quam significant ac proinde *quod significant efficiunt.* In theoria vero causalitatis moralis esset potius dicendum : Deus efficit quod significant sacramenta confertque gratiam quam significat ritus sacer; quia tunc sacramenta solum

1. Cf. S. Cyrilli Alexandr., loc. cit. ; *P, G.,* lxxiii, 243-246.
2. Bucceroni, *Comment, de Sacram, causal.,* pp. 137-140.
3. Cone. Florent., *Decret, pro Armenia ;* Denz., 695. Cone. Trident., sess. VII, can. 6 ; Denz., 849. — S. Thom., hic a. 3.

movent Deum ad conferendum gratiam, non autem proprie conferunt gratiam. Ergo iterum proprietas verborum non plene salvatur.

3° Concilium Tridentinum eligit verba quæ causalitati physicæ aptissime conveniunt, ut *vis', virias2,* et secundum se physicam realilalcm innuunt ; et aliunde omittit verba quæ moralem efficaciam melius exprimerent, ut sunt *valor, dignilas,* a quibus tamen abstinet. — Quando, c converso, causalitatem moralem intendit, alia prorsus adhibet verba. Sic constat Missæ sacrificium operari moraliter ; quapropter modus loquendi est totaliter diversus : « Sacrificium istud vere propitiatorium esse, per ipsumque fieri ut, si cum vero corde et recta fide, cum metu ac reverentia, contriti ac pœnitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur et gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Hujus quippe oblatione placatus Dominus, gratiam et donum pœnitentiæ concedens, crimina et peccata etiam ingentia dimittit[3] » Quia ergo sacrificium est tantum causa moralis, non dicitur : confert gratiam vel peccata remitt it ; sed solum t per ipsum fit ut Deus hac oblatione placatus conferat gratiam et peccata dimittat ; quia e contrario sacramenta sunt causæ physicæ, dicitur simpliciter : conferunt gratiam; non vero *i* faciunt ut Deus gratiam concedat.

4° Proprietas et veritas verborum fOrmæ in Pœnitentia; quales a Concilio Tridentino exhibentur, non possunt plene salvari nisi admissa causalitate physica. Definit Concilium : « Si quis dixerit absolutionem sacramentalem sacerdotis *non esse aclum judicialem,* sed nudum ministerium pronuntiandi et declarandi remissa esse peccata confitenti..., A- S.A » Igitur in absolutione actus sacerdotis est actus vere judicialis. Atqui de ratione actus judicialis est ut judex per seipsum absolvat reum Ergo de ratione absolutionis est ut sacerdos per seipsum absolvat pœni-■tentem. Cum autem absolutio pœnitentis sit infusio Lrratiæ, oportet ut sacerdos per seipsum infundat gratiam»

1- Sess. Vil, Dr- *Baptismo,* can, 1 ; Ιέ ν ζ., 857,
2. *Ibid., De. Confirm.,* can. 2, Denz., 872.
3. Sohr. XX fl, cap. π : Denz., 94'l.
'I. Sose. XIV, can. 9; Denz., 919.

Si vero sit instrumentum morale dumtaxat, non est sensu pleno judex, qui per seipsum absolvit, gratiam per seipsum infundendo, sed orator supplex, qui Deum rogat ut gratia infundatur.

5° Concilium Tridentinum agnoscit in Eucharistia *vim* quamdam qua fit conversio panis in corpus et vini in sanguinem ; nam docet *ex vi verborum... conversionem fieri*[1]. — Quod plenius exprimit Angelicus, dum asserit esse in yerbis formæ *vim creatam, vim conversivam*[1]. Atqui, in causalitate morali, conversio non fit stricto sensu *vi* verborum, sed Deus solus, dum proferuntur verba, convertit ; vis conversiva non est in verbis, sed in solo Deo, qui convertit.

6° In sacramento Ordinis, Episcopus est vere sacerdotii generator, qui, teste Concilio Tridentino, vere confert Spiritum Sanctum[2]. Atqui non potest dici sensu pleno sacerdotii generator, nisi physica quadam actione sacerdotium in anima generet. Ergo Episcopus in conferendo sacros ordines physicam exserit causalitatem. — Cæteri autem sacerdotes, dum ministerium suum in sacramentis conficiendis obeunt, exercent causalitatem characteris. Atqui causalitas characteris est physica ; nam est actus potentiæ supernaturalis physicæ in anima impressæ indelebilitcr Ergo physica est causalitas sacerdotum in sacramentis conficiendis.

7° Reponi nequit argumentationem ex Conciliis inanem esse, cum noluerint Concilia res controversas definire. — Esto non intenderint quæstiones scholasticas dirimere, voluerunt tamen veram ac propriam sacramentorum causalitatem adstruere. Dum autem verba eligebant apta ad causalitatem propriam exprimendam, ipso facto et naturaliter evenit ut verba ipsa adhibuerint quæ causalitati physicæ æque bene conveniant. Hinc iterum habetur in traditione causalitatem propriam et causalitatem physicam promiscue usurpari posse, tanquam verba prorsus synonyma : Patres quippe et Concilia, *veram* efficaciam asserendo, *physicam* simul et veluti sponte stabiliunt.

1. Sess. XIII, c. m et iv ; Denz., 876-877.
2. S. Thom., III P., q. lxxvhi, a. 4 et ad 3.
3. Sess. XXITT, can. 4 et can. 7 ; Denz., 964 et 967.

V. S. Thomas perpetuo asserit causalitatem physicam.

1° Refellit opinionem de causalitate inornli. « Et ponunt exemplum de illo qui, alTerens denarium plumbeum, accipit centum libras ex regis ordinatione; non quod denarius ille aliquid operetur ad habendam prædictæ pecuniæ quantitatem ; sed hoc operatur sola voluntas regis... Sed, si quis recte consideret, *isle modus non transcendit rationem signi ;* nam denarius plumbeus non est nisi quoddam signum regiæ ordinationis de hoc quod pecunia recipiatur ab isto[1]. »

2° Comparat causalitatem sacramentorum cum causalitate Humanitatis Christi. Sacramenta sunt instrumenta Humanitatis Christi ad causandam gratiam, sicut ipsa Humanitas est instrumentum Verbi[2]. Atqui in doctrina Angelici Humanitas Christi est instrumentum physicum Verbi, cui physice conjungitur[3]. Ergo et sacramenta sunt physica Humanitatis instrumenta.

3° Verba et exempla adhibet quæ nonnisi de causalitate physica intelligi possunt. Exempla enim alïert de *securi,* quæ artifici cooperatur physice[4][5] de *baculo,* qui movetur per manum physice[6]. Verba etiam eligit quæ virtutem physicam transeuntem aptissime exprimunt : « Instruinentalem virtutem; quæ est fluens et incompleta in esse naturæ·... Habet esse transiens ex uno in aliud, sicut et *motus* est actus imperfectus ab agente in patiens'. » Quia igitur motus non est ens morale, sed physicum, eodem jure actio sacramentorum esse debet, non moralis^ sed physica. Admittit in verbis formæ Eucharistiæ virtutem seu vim *creatam, effectivam, conversioam*[8]. Et concludit similem inesse virtutem omnibus sacramentis : « *Sicut et in aliis sacramentis.* » Virtus autem moralis, cum sit

1. Ill P., q. i.xii, a. 1.
2. *QQ. Disp. De Veril.,* q. xxvn, a. 4, et III P., q. 1 x ii, a. 5.
3. Cf. op. nostr. : *La causalité instrumentale en théologie,* c. ni ; et *De Verbo Incarnato,* q. vu, art. n (vol. II).
4. Ill P., q. 1 x ii, a. 1.
5. III P., q. 1 x ii, a. 5.
6. III P.,· q. 1 x ii, a. 3.
7. *Ibid.,* a. 4.
8. Ill 1'., q. t.xxvin, a. 4, et ad 3.

ens rationis, dici nequit vis *creala, effecliva, conversiva.*

4° Docet in sacramentis cæteris contineri virtutem quandam a Christo derivatam, sicut continetur ipse Christus in Eucharistia. « In sacramento Eucharistiæ continetur ipse Christus substantialiter ; in aliis autem sacramentis continetur quædam virtus instrumentalis participata a Christo[1]. » Jam vero præsentia substantialis in Eucharistia est utique physica. Ergo et physica esse debet virtus instrumentalis in cæteris sacramentis.

VI. Rationes théologieœ. 1° Causalitas moralis nec Sacramentorum dignitatem nec rationem causæ vere ac proprie instrumentalis salvat.

Dupliciter intelligi posset illa causalitas moralis : vel. per modum commutationis, ponendo valorem gratiæ respondentem ; vel per modum supplicationis, gratiam quodammodo impetrando'. Atqui neuter dicendi modus admitti potest : non prior, quia sacramentum non ponit valorem gratiæ, sicut pecunia ponit valorem rei emptæ ; nec alter, quia sacramentum non est, sicut Missa, impetratio vel supplicatio, sed signum gratiæ practicum. Ergo. Ad rem optime cl. Van Noort : « Dicitur adhuc : sacramenta, quum sint moraliter actiones Christi, ab ipso Christo intrinsece dignificantur, non secus ac operationes propriæ humanitatis ejus. — Sed nulla est æqualitas. Actiones humanitatis assumptæ, quum fuerint in persona, necessario participabant dignitatem personæ ; actiones aliorum, utut nomine Christi positæ, quum- sint extra personam Verbi, non possunt ab eo intrinsece digniiicari. Num igitur actiones sacramentales, quæ reapse ex persona Christi ponuntur, nullum exinde trahant valorem moralem ? Distinguo : valorem intrinsecum seu'insitum, a dignitate et meritis ipsius Christi distinctum : nego ; — Valorem extrinsecum et repræsentativum, quatenus ipsæ per se sine valore, repræsentant infinita merita Christi : conc. — Sed hujusmodi valor extrinsecus ad veram causalitatem moralem non sufficit, nam per eum sacramenta non[2]

1. III P., q. ixv, a. 3.
2. Cf. card. Billot, thés. VII.

sunt, nummi aurei, sed plumbei tantum divitias regis non continentes, sed repræsentantes[1]. »

Nec melius salvatur ratio instrumenti, in hoc enim reponitur causalitas instrnmentalis ut sit media inter agens principale et effectum, nec agit instrumentum movendo causam principalem, sed potius *quia el quatenus inoueiur a causa principali.* Atqui, in sententia causalitatis moralis, sacramentum non est medium inter Deum et gratiam, sed Deus est potius medius inter sacramentum et gratiam ; nec agit sacramentum quatenus movetur a Deo, sed quatenus movet Deum ad agendum et conferendum gratiam. Ergo causalitas moralis non salvat rationem causæ vere et proprie instrumentalis in sacramento.

VII. 2° Physicam esse sacramentorum efficaciam suadent pulchræ congruentiœ et varia argumenta.

Se habent sacramenta ad humanitatem Christi sicut ipsa humanitas ad personam Verbi (n. v, 2°). Atqui humanitas cooperatur Verbo physice. Ergo sacramenta humanitati physice cooperantur.

Eucharistia, cum sit verus anima· cibus, debet, instar cibi physice nutrientis, animam physice alere. Sed animam alere est gratiam ipsi infundere. Ergo Eucharistia physice confert animæ gratiam.

Christus est præsens per virtutem in aliis sacramentis, sicut est præsens per substantiam in Eucharistia, (n. v, 4°). Præsentia autem per substantiam est physica. Ergo et præsentia per virtutem.

Causalitas Ordinis debet esse physica, cum sit exercitium potentiæ physicæ, nempe characteris (n. iv, 6°).

Pariter causalitas in Poenitentia debet esse physica, ut minister per seipsum vere absolvat (n. iv, 4°).

In cæteris vero singulis sacramentis admittendam esse physicam causalitatem evincit ratio assignata : quia secus non essent vera instrumenta, a Deo mota et media inter Deum et effectum.

VIII. 3° Admittenda est causalitas physica ut salvetur

1. G. Van Noort, *Tractatus de Sacramentis,* i, pp. 45-46.

differentia radicalis inter sacramenta veteris legis et nostra sacramenta.

Antiqua sacramenta, saltem remedium naturæ et circumcisio, erant causæ morales gratiæ. In ipsa enim positione sacramenti, Deus infundebat gratiam intuitu meritorum Christi venturi et independenter a dispositionibus sive suscipientis, qui nondum erat usum rationis adeptus, sive ministrantis, ne periclitaretur parvulorum salus. Hinc concludit Angelicus : « *In circumcisione conferebatur gratia quantum ad omnes gratiae effccltisl.* » At, quia Christus non erat physice præsens, sacramenta non erant causæ physicæ ac proinde gratiam proprie nec causabant nec continebant. Conferebatur igitur gtatia ex opere operato *passive,* quatenus, applicato sacramento quod erat protestativum fidei in Christum venturum, Deus gratiam infundebat; sed non ex opere operato *active,* scilicet *virtute intrinseca* sacramenti. Ad rem S. Thomas : « In circumcisione autem conferebatur gratia, non ex virtute circumcisionis, sed ex virtute fidei passionis Christi, cujus signum erat circumcisio... Justiti erat *ex fide significata,* non ex circumcisione significante[1][2][3] »

Quocirca, ut nostra sacramenta sint vere causæ ex opere operato *active,* seu virtute intrinseca, utque vere ac proprie gratiam contineant et conferant et sic a veteribus essentialiter distinguantur, debent esse instrumenta gratiæ physica, quæ gratiam ipsam attingant per virtutem physicam effectus causativam.

IX. 4° Hinc mirifice elucent harmonia, indoles et oeconomia utriusque Testamenti. — In antiqua lege Christus nondum est physice præsens : hinc in sacramentis causalitas tantum moralis., intuitu meritorum de futuro ; in Nova autem Lege est physice præsens : hinc causalitas physica, quatenus sunt instrumenta Humanitatis physice existentis : hinc etiam copiosiorem gratiam conferunt : « *Major enim est effectus rei jam praesentis quam spei,* »

1. III P., q. lxx, a. 4.
2. *Ibid.*
3. S. Thom., *ibid.*

X. Ut autem sacramenta sint instrumenta proprie dicta, debent habere virtutem quamdam gratiæ causativam et transeunter communicatam (a. 4). — Cum principium agendi sil virtus, omne agens operatur per aliquam virtutem, ct virtus ipsa agenti respondet ac proportionatur Duplex porro est agens : principale scilicet, quod agit virtute propriæ forma;, ct instrumentale, quod agit motum a causa principali et accipit virtutem a causa principali derivatam. Quia igitur causa principalis, agit per seipsam, Iftibet virtutem completam, perfectam, permanentem; quia autem instrumentum accipit motum ab alio, non habet nisi virtutem *transeuntem et fluentem,* quæ incipit et desinit cum motu quo a principali agente movetur.

Quid vero est illa virtus ? — Juxta eos qui tenent sacramenta esse meras gratiæ conditiones, virtus non est nisi ordo et relatio sacramenti ad gratiam a Deo causandam. Sed hoc « nihil est dictum », ut verbis Angelici utamur, quia virtus designat principium activum, non meram relationem.

Juxta fautores causalitatis moralis, esi supernaturalis sacramentorum valor seu dignitas. Quibus sufficiat repone.e : Virtus designat principium activum quo agens operatur Atqui valor moralis, cum sit ens rationis, non est principium activum operandi. Ergo.

Juxta sententiam mox exponendam card. Billot, Van Noort, etc., est virtus *inlenlionalis,* quæ spectat ad ordinem cognitionis At reponitur : Virtus in sacramentis operans ea esse debet quæ reddat instrumentum virtuosius capaxquc cooperandi effectui divino. Atqui virtus mere intentionalis non reddit instrumentum virtuosius quam antea ; nihil quippe ponit in ipso, sed ordinem dicit « solum ad intellectum. Ergo non sufficit virtus intentionalis. De his plenius infra.

Admittenda est ergo virtus physica quæ instrumentum *immutet, elevet atque applicet.* Virtus gratiæ causativa non potest esse nisi ex divina institutione. Habent sacramenta ex ipso institutionis lacto vim quamdam sanctificandi in actu primo ; ut autem habeant in actu secundo, requiritur benedictio et applicatio : benedictio fit dum materia unitur formæ, quatenus verba sacramentalia materiam

consecrantl, et, simul ut profertur forma, Deus auctor principalia ritui confert virtutem actuosam et transeuntem qua instrumentum applicatur et efficaciter operatur. Causalifas ergo adæquata sacramenti attenditur secundum institutionem, benedictionem, applicationema.

Quo plenius intelligatur virtus instrumentaria, recolenda sunt effata principaliora de instrumento.

XI. Recapitulantur quæ instrumenti causalitatem spectant*. — 1° Instrumentum dicitur quod virtute principalis agentis elevatur ad producendum effectum sc nobiliorem.

2° Itaque differt a causa principali quantum ad duo : respicit effectum altiorem se, operatur aliena virtute.

3° Hæc virtus superaddita non est proprie in aliquo genere, sed reducitur ad genus virtutis perfect®.

4° Hæc virtus non est potentia obedientialis activa, nec etiam virtus extrinsece assistens, sed aliquid in ipso instrumento receptum, secus remaneret instrumentum iners sicut prius.

5° Hæc virtus confertur per modum motionis transeuntis, quæ, quamvis sit spiritualis, recipi tamen potest in subjecto corporeo, quia non mensuratur subjecto, sed termino propter quem datur,

6° Præfata motio non est tantum simultanea et cadens in solum effectum, sed prævia, quæ ipsum instrumentum immutat, *eleval* et *applical.* Est proprie *physica,* sicut motus ; licet aliquo vero sensu dici possit *inlenlionalis,* quatenus non habet esse completum et permanens in, natura, sed intentionem nostram refert ad terminum propter quem datur, sicut motus, realitas quidem physica, ordinem importat ad terminum.

7° Instrumentum, præter actionem quam exercet aliena virtute, habet actionem quam propria virtute elicit.

'8° Hæc actio propria debet saltem virtualiter prævia esse actioni agentis principalis, quamvis illam tempore non præcedat.[3]

1. Cf. supra, pp. 39-40.
2. Cf. S. Thom., III P., q. 1 x h, a. 4, ad 3.
3. Ex nostro *Curs. Philos. Thomist.,* t. VI, p. 177. Vid. ibi caetera quæ spectant causalitatem instrumentalem, pp. 164 ss. —Cf. *La causalité instrumentale en théologie.*

9° Instrumentum debet operari dispositive saltem ex parte modi operandi, modificando actionem principalis agentis ; non tamen necessario requiritur ut operetur dispositionem et habeat ex parte rei terminum distinctum ab effectu principali.

10° Instrumenta creaturarum requirunt actionem præviain accommodatam ofTectui producendo ; instrumenta vero Dei aliquam requirunt, non tamen necessario accommodatam clfectui ad quem adhibentur.

11° Instrumentum respectu actionis propriæ habet rationem causæ principalis, cum illam eliciat vi suæ fonnæ et propria virtute, dependenter tamen ab applicatione superioris agentis.

12° Actio quam elicit ut instrumentum pendet a motione causa: principalis et ut applicante et ut conferente virtutem ; actio vero prævia quam elicit ut propriam pendet a motione principalis ageptis solum ut applicante, non vero ut virtutem conferente.

13° Actio instrumenti, in quantum est instrumentum, non est alia ab actione causai principalis ; potest tamen habere aliam, ut est res aliqua.

11° ElTectus non assimilatur proprie instrumento, sed causæ principali, in qua proprie continetur.

XII. Solvuntur difficultates. 1° Utrum sacramentum sit ens tantum morale.

Objicitur .'.Quod est *unum* morale tantum est *ens* morale tantum, quum ens et unum convertantur. Atqui sacramentum est unum morale tantum. Ergo et ens morale tantum et ideo operationem habet moralem tantum. l'rob. min. Unitas sacramenti pendet ex unione materiæ et formæ. Atqui unio materiæ et formæ in sacramento est moralis tantum. Ergo unitas sacramenti est tantum moralis, ac proinde sacramentum est *unum* morale tantum.

Resp. : Neg. min. et ad ejus probationem disting. min. : Unio materiæ et formæ est moralis, quatenus possit esse intervallum inter applicationem materiæ et prolationem formæ et sufficiat simultas moralis, concedo ; est moralis tantum hoc sensu quod virtus formæ non contingat physice materiam sacramenti, illam consecrando, nego. — Licet enim prolatio formæ possit esse posterior appli-

catione materiæ, dum tamen agit forma, materiam physice tangit et consecrat ; est quippe in verbis formæ aliquid physicum quod physice in ipsam materiam operatur. Quia ergo virtus formæ tangit physice materiam, fit unio quædam physica materiæ et formæ.

Repones : Sacramentum existit tantum moraliter quando operatur. Ergo est ens morale et causa moralis; Prob. antecedens. Sacramentum operatur solum quando est prolata ultima syllaba. Atqui tunc non existit physice. Ergo.

Resp. : Nego antecedens et ad ejus probationem dist. min. : Non existit physice secundum omnes suas partes, quæ, utpote entia successiva, non possunt esse simul, concedo ; non existit physice in suo terminativo, nego, et nego conci. Terminativum sacramenti habetur in ultimo instanti prolationis et est revera aliquid physicum, sicut ipsa vox est ens physicum et causa physica.. Ratione porro illius terminativi, quod est simplex, sacramentum unitate gaudet. « In ultimo instanti prolationis verborum prædicta verba consequuntur hanc virtutem, in ordine tamen ad præcedentia, et hæc virtus est simplex ratione simplicis significati, licet in ipsis .verbis exterius prolatis sit quædam compositio1. »

Instabis : Virtus quæ est in formis consequitur significationem quæ in prolatione ultimæ dictionis terminatur. Atqui significatio est quid morale tantum. Ergo virtus illa est moralis tantum.

ReÀp. : Dist. min. : Est quid morale, quatenus verba significativa pendent ab hominum institutione, concedo ; quatenus verba semel instituta non habeant vim physicam immutandi facultates audientium, nego, et nego conclus. Jam veteres plene solverant difficultatem quam recentissime urget P. Pesch. Rectissime Billuart : « Quamvis enim significatio vocum sit quid morale pendens ab institutione hominum, supposita tamen institutione, vox habet vim physicam immittendi suas species in sensum auditoris et per eas conceptionem loquentis in ipsum transfundendi. Ita similiter institutio sacramentorum ad significandam et causandam gratiam est dependens a volun-

1. S. Thom., III P., q. lxxviii, a. 4, ad 3.

tate Christi, at, supposita hac institutione, habent vim physicam causandi gratiam in anima1. »

XIII. 2° Utrum in sacramentis desint conditiones ad causalitatem physicam requisitae.

Objicitur de esse sacramentis actionem præviam dispositivam, quæ tamen requiritur in instrumento.

Besp. : Dist. ʃ Sacramentum non operatur *dispositionem prævíam'* concedo ; non operatur *dispositive,* nego. — Idem non est operari dispositive et operari dispositionem. Operari enim dispositionem est producere aliquem terminum ex parte *rei operatæ* ; operari dispositive est solum modificare actionem principalis agentis ex parte *modi operandi,* ita ut tunc subjectum non sit aliquid mere passivum aut purum medium Quandoque instrumentum operatur etiam dispositionem; ut in causis secundis quæ ex indigentia assumuntur ; attamen ad instrumenti rationem sufficit operari dispositive; cum Causa prima non requirat ex parte instrumenti actionem proportionatam et accommodatam effectui producendo*. — In sacramentis porro actio prævia est illa quam exercent circa corpus; ut *ablutio, unctio,* etc. Quod sacramentum hoc modo corpus afficiat, tiabet ex se ʃ sed, quod corpus tangendo animam sanctificet; habet ex virtute divinitus communicata : sicut sacramentum est ex se aptum ad significandum; sed; quod actu significet; habet ex divina institutione[2].

Objicitur iterum deesse virtutem participatam a causa principali. Nam hæc virtus esset spiritualis, seu in eodem ordine cum gratia; quam producere debet. Atqui virtus spiritualis non potest recipi in sacramento corporeo. Ergo.

Besp. : Dist. min. : Virtus spiritualis nequit recipi in sacramento corporeo per modum accidentis completi et permanentis, concedo ; per modum entis incompleti et motionis transeuntis.', nego; et nego conclus. — Accidens quidem perfectum est propter subjectum et ideo debet esse ad modum subjecti ; sed virtus et motio transiens est propter terminum et termino; non subjecto; mensuratur ;

1. Bil luart, Dissert, III, art. 2, obj. Kb
2. Illudon, *Cursus Philos. Thomist.*. t. VI. pp.- 174-1T6,
3. Of. Htiprn, p. 14.

unde liic non verificatur axioma : *Quidquid recipilur ad modum subjecti recipitur*[1].

Objicitur aliunde : Deficit actio physica, ubi deficit *præsenlia* physica. Atqui in sacramentis, præsertim in matrimonio et pœnitentia, deest præsentia physica. Ergo.

Besp. : Dist. maj. : Ubi deficit præsentia physica tum instrumenti tum agentis principalis, concedo ; ubi deficit præsentia physica instrumenti quoad suppositum, non quoad virtutem, sed adest præsentia causæ principalis, nego. — Contradist. min., et nego conci. — Dummodo instrumentum contingat causam principalem physice et causa principalis tangat physice effectum, poterit causa principalis applicare physice virtutem instrumenti ad effectum, cum sit utrique præsens physice. Id autem habetur in sacramentis : Deus ubique præsens physice potest applicare ubique physicam virtutem sacramenti[2].

XIV. 3° Utrum in sacramentis quæ reviviscunt adsit causalitas physica.

Objicitur : Cum sacramentum reviviscit, confert gratiam. Atqui non confert physice, cum non amplius existât physice. Ergo tunc saltem non producit physice gratiam.

Besp. 1° : Non existit physice in se, concedo ; in *virtute* seu dispositione quam reliquit, nego, et nego conclus. — Pro sacramentis quæ imprimunt characterem, difficultas videtur eliminata, nam character,'"qui physice existit, potest concurrere physice ad gratiæ productionem. Quando sacramentum modo ordinario operatur, producit gratiam per seipsum, non mediante charactere ; at, quando sacramentum non jam remanet in seipso, potest operari per virtutem quam in charactere indelebiliter reliquit, sicut causa est aliquo modo superstes in influxu quem producit. Ad rem Angelicus : « Dicendum quod in baptismo imprimitur character, qui est immediata causa disponens ad gratiam, et ideo, cum fictio non auferat characterem, recedente fictione quæ effectum characteris impediebat,

1. Cf. *Curs. Philos. Thomisl.,* I. IV, pp. 88-89; t. Vi, pp. 167, 171 ; Billuart, loc. obj. 2, ubi clitticultas fuse exponitur et solvitur.

2. Cf. opusc. nostrum : *La Causalité instrumentale en théologie,* pp. 108 ss.

character, qui est præscns in anima, incipit habere effectum suum, et ita baptismus, recedente fictione, effectum suum consequitur[1], — Pro aliis vero sacramentis, respondetur cum Joanne a S Thonia, Billuart, etc , remanere in voluntate qua; sese determinavit ad sacramentum suscipiendum impressionem quamdam seu *vestigia physica,* quibus potest Deus uti ad gratiam producendam.

Hesp. 2° Etiamsi concederetur sacramentum eo casu operari moraliter, remaneret adhuc doctrina thomistica inconcussa. Quia enim objiciunt adversarii exceptionem, mirum esse non debet nos quoque respondere allegando aliquam exceptionem.

Inst. Idem sacramentum non habet duplicem operandi modum.

Resp. : Idem est operandi modus, si eædem concurrant conditiones ; at, si conditiones mutentur, pronum est diversum esse operandi modum. Quando ergo sacramentum existit physice, ut communiter contingit, operatur physice, et hic est modus quem attendunt Patres et Concilia ; si vero existit tantum moraliter, ut in casu reviviscenti®,' non erit absonum profiteri moralem causalitatem[2]. — Hanc tamen confiteri non cogimur; sufficit enim prior responsio, scilicet de vestigio physico. (Vide infra, n. xxn.)

XV. De causalitate. intentionali. — Primum assertum. — Gard. Billot[3],* G. Van Noort, Horatius Mazzella, Bellevue, etc., rejecta causalitate physica, adstruunt causalitatem intentionalem. Duo sunt hujus theoriæ asserta principaliora Asserunt imprimis virtutem sacramentorum non esse physicam, sed sacramenta eo modo gratiam causare quo verba externa ingerunt alicui conceptiones intellectus, quo verba S. Pontificis in consistorio jurisdictionem episcopis conferunt, vel quo testamentum causai hæreditatem, « Sacramenta, ut signa a Cliristo insti-

1. *IV Seni.* dist. III, q. iv, a. 2, quæstiunc. in.
2. Cf. Gonet, disp. III, a. 3, n*§ 75 ss. ; Billuart, dissert, III, a. 2.
3. Card. Billot, *De Ecclesiae Sacramentis,* th. VII ; Van Noort, *Tract. De Sacramentis,* pp. 48 ss. ; Horat. Mazzella, *De Sacram. ;* Br.i.i r vun, *I.a Grâce sacramentelle,* (1900), p. 103; Hervé, t. III.

tuta, operatione propria manifestant seu *nolificanl* decretum divinum sanctificandi hoc subjectum, et simul in virtute divina, operatione instrumental!, decretum illud huic subjecto efficaciter applicant, suscipientem efficaciter ordinant ad gratiam, a. v. in eo causant formam intentionalem', quæ est necessitas quantum est de se habendi gratiam*. »

XVI. Refellitur. — Ultro confitemur in sacramentis, quæ operantur *ex institutione Christi,* esse aliquid intentionale ; hinc est quod S. Thomas comparet virtutem illam verbis quæ deferunt intentionem intellectus[1] et recolat operari sacramenta *ex Christi mandato*[3]. At id minime sufficit.

1° S. Doctor aliud certissime requirit. — Virtus sacramentorum est physica, sicut physica est communicatio naturæ humanæ cum divina[4], sicut physica est actio baculi per manum moti[5][6] — Dicitur illa virtus non habere esse completum in natura, sed esse sicut motus : « *Sicut et motus est actus imperfectus*[3]. » Atqui *motus* est utique ens physicum, nec enim sufficit aliquid intentionale ad acquirendum vel mutandum locum, sed requiritur realis et physicus transitus de uno in aliud. Ergo virtus illa est utique physica[7]. — Demum, dicitur ab Angelico virtus illa *creata, conversiva, effectiva*[3] : quæ adjectiva convenire enti mere intentionali nequaquam possunt.

2° Patrum et Conciliorum verba, similitudinesque et analogiæ, *de semine, igne, aqua* calefacta, de *vi* seu *virtute* quæ *continet* gratiam, vel *novam* in anima *imprimit imaginem,* sensu obvio causalitatem propriam et physicam important[8][9]

1. Van Noort, p. 49.
2. S. Thom., III P., q. lxh, a. 4, ad 1.
3. III P., q. Lxxvni, a. 4.
4. Q. xxvn, *de Verit.,* a. 4, et III P., q. lxiii, a. 2 ; q. lxh, a. 5.
5. HI P., q. lxh. a. 5.
6. *Ibid.,* a. 4.
7. De virtute intentionali et simul physica in sensu thomistico, cf. *Curs, noslr. Philos. Thomist.,* t. VI, pp. 172-173.
8. Cf. supra, p. 74.
9. Supra, pp. 69 ss.

3° Idem evincit ratio theologica. Virtus et causalitas sacramentorum ea esse debet qua constituatur sacramentum virtuosius, efficacius, actualius, dum confertur. Atqui per virtutem mere intentionalem non constituitur sacramentum virtuosius et actualius. Ergo. — Prob. min. Virtus intentionalis est *exlrinseca,* cum intentionem referat ad intellectum. Ergo nihil in sacramento ponit quod sacramentum actu immutet ac virtuosius eiliciat. Provenit quippe virtus intentionalis ex institutione Christi Legislatoris Novi Testamenti et in extrinseca deputatione ministri reponitur. Atqui institutio vel deputatio dat tantum *aptiludinem, sed nihil actu confert.* Unde in illa' hypothesi tota sacramentorum virtus in illorum institutione reponeretur.

Objiciunt esse aliquid novi, quia significatio sacramenti verificatur, dum actu confertur. — *Besp.* Inde sequitur sacramenti causalitatein non esse nisi per modum signi. Nam, ut ipsorum exemplis utamur, verba R. Pontificis in consistorio sunt tantum signa voluntatis pontificiæ : id quod jurisdictionem confert est ipsa voluntas Papæ, verba autem ipsa jurisdictionem non attingunt efficienter. Pariter, testamentum dat jus ad hæreditatem per modum signi, quo manifestatur voluntas testatoris, sed non confert hæreditatem efficienter. Unde, velint nolint, causalités intentionalis non excedit causalitatem signi. Testamentum non magis operatur ex ordinatione testatoris quam denarius plumbeus ex ordinatione regis. Ergo de testamento et de aliis exemplis causalitatis intentionalis dicendum est id quod dicit Angelicus de plumbeo denario [1] « Si quis recte consideret, iste modus non transcendit rationem signi ; nam denarius plumbeus *non est nisi quoddarn signum, regiæ ordinationis de hoc quod pecunia recipiatur ab istol.* » Eodem pacto dici potest.: verba S. Pontificis non sunt *nisi quoddam signum pontificiæ ordinationis de hoc quod jurisdictio recipiatur ab episcopo* ; testamentum *non est nisi quoddam signum ordinationis testatoris de hoc quod h.erediiae recipiatur ab aliquo*[2].

1. S, Thom., III l'., q. lxii, a. 1.

?. Quonil emi cf. P. PftouEs, *Revue Thomiste,* Janvier et Juillet IM'il, cl. opiiHC. nostr. : *Causalité instrumentale.*

XVII. Alterum assertum. — Sacramenta non attingunt immediate ipsam gratiam, sed dispositionem quandam quæ postulat et exigit gratiam ; unde effectus immediatus est *titulus appellans gratiam.* « Titulus hic secundum se, et præcise in quantum per ritum externum efficaciter causatur, non est qualitas physica, sed potius aliquid morale, aut intentionale, ut v. *g.* jurisdictio in episcopo vel judice, et generatim jura et officia. Porro efliciendo hunc titulum, seu necessitatem habendi gratiam, sacramentum, non quidem effective, sed *dispositive causai-graliam,* nisi enim obex impediat, infusio gratiæ statim sequitur titulum prædictum. Et ita ritus externus est *causa inslrumenlalis* dispositiva gratiæ, quam solus Deus per seipsum causât1. »

XVIII. Refellitur. — 1° Hic dicendi modus, ut jam ostensum est, reducit sacramentum ad meram signi rationem : titulus quippe est tantum signum *ordinationis* de aliquo faciendo vel reddendo, ut vidimus de testamento vel de denario plumbeo.

2° Non salvat proprietatem verborum quibus et Patres et Concilia sacramentorum efficaciam extollunt. — Patres enim non concipiunt in sacramentis titulum vel dispositiones tantum ad gratiam, sed volunt ipsum ritum sacramentalem, qui corpus tangit, abluere animam, imprimere novam imaginem, concipere ac gignere Christianum, vimque sanctificandi combibere ac præsentia divinitatis fieri efficacem. — Concilia definiunt simpliciter continere gratiam, non vero solum dispositionem ad gratiam, conferre gratiam, non vero *solum titulum* ad gratiam. Mutat ergo illa theoria terminologiam Conciliorum.

3° Formula *operari dispositive* alio sensu accipiçpotest. Omne quidem instrumentum præstat aliquid prævium effectui causæ principalis, vel dispositionem producendo vel dispositive operando (supra, n. xm). Respectu illius actionis præviæ non est causa instrumentalis, sed principalis. At actio proprie instrumentalis attingit effectum totalem causæ principalis : distingui non debet duplex

1. G. Van Noort, p. 49. — Contra, Macquart, *Rev. Thomiste,* janvier 1927.

effectus aut duplex actio, sed ct eadem actio et idem effectus procedunt simul et ab agente et ab instrumento ; agens enim et instrumentum ei per se subordinatum constituunt unum totale agendi principium. Ergo, si sacramentum est vere ac proprie Dei instrumentum, debet attingere, non dispositionem ad effectum divinum, sed totum Dei effectum, gratiam nempe èt characterem.

XIX. Solvitur difficultas ex Angelico desumpta. — Vocat S. Thomas sacramenta *causas disponentes respeclu gratiæ*[1] et expresse asserit quod « *sacramenta non perveniunt directe et immediate ad ipsam gratiam* de qua nunc loquimur (gratiam sanctificantem)[2]. » — Duplex est responsio.

Prior sic breviter proponitur. In prioribus scriptis, S. Doctor loquilm per modum concessionis, quasi induD gendo opinionibus t unc vigentibus. Tenebant enim magistri Parisicnses gratiam produci per viam creationis : quo supposito, liquet nullum instrumentum attingere posse gratiam immediate, sicut in generatione hominis vires physico-chimicæ non attingunt ipsam animam, sed dispositiones quasdam, cum nullum esse possit creationis instrumentum. In *Summa* autem *Theologica* sententiam illam amendat et corrigit. Quia jam in Ia IIa'!, q. 110, probavit gratiam non per creationem fieri, sed e potentia obedientiali animæ educi, simpliciter statuit sacramenta attingere ipsam gratiam, sicut *securis* attingit opus arte lactum. Hinc habetur indicium S. Doctorem theoriam illam de causis dispositivis penitus abjecisse. Ita cum Cajetano plures thomistæ, præsertim P. Pègucs[3].

Dari potest altera responsio .quæ diversos textus conciliet. S. Doctor in prioribus operibus duplicem distinguit gratiam, nempe gratiam sacramentalem et gratiam virtutum et donorum seu sanctificantem. Entitative quidem est eadem gratia, sed differentia attenditur secundum modum et munia. Gratia ut sacramentalis propria est cuilibet sacrafnento et ordinatur contra speciales pecca-

1. *IV Sent.,* dist. I, q. i, a. 4.
2. O. xxvn *De Verit.,* a. 7.
3. ‹.f. 1'. Pèoues, *Revue Thomiste,* juillet 19U4.

torum delectus munusque habet removendi impedimenta gratiæ sanctificantis, et idcirco vocari potest dispositio ad gratiam ut sanctificantem. Producunt itaque sacramenta immediate gratiam quatenus sacramentalem, quæ exigit gratiam ut ,sanctificantem4 imo cum ipsa quoad reni convertitur ; sed, quia concipitur ut dispositio ad ipsam, dicuntur sacramenta causare dispositive gratiam sanctificantem. In compendio ergo, sacramenta duplicem causant gratiam seu potius duplex munus gratiæ : immediate et tamquam effectum proprium gratiam sacramentalem, et secundum illam distinguuntur diversa sacramenta; mediate et tamquam effectum communem, gratiam sanctificantem, « quæ etiam *per* sacramentum et non habenti datur et habenti augetur[1]. » — Quæ theoria erat subtilis et complexa ; unde in *Summa Theologica* Angelicus rem ..simplicius proponit et asserit absolute sacramenta continere gratiam, causare gratiam. Cum entitative sit eadem gratia sacramentalis et sanctificans, recte potuit S. Doctor non curare de distinctione quæ attenditur secundum diversa munia et statuere simpliciter sacramenta esse gratiæ causas.

Quidquid sit de evolutione facta in mente S. Doctoris, utrum priorem' sententiam deinde retractaverit an solum melius et simplicius proposuerit, certum est exhiberi in *Summa* doctrinam penitus definitivam. Quia ergo non amplius meminit causarum dispositivaruin, sed adhibet tantum exempla causæ perfectivæ, ut *securis,* quæ facit *lectum* (a. 1, c. et ad 2), et *baculi,* qui movetur a manu (a. 5), voluit theologiam sacramentariam esse deinceps ab illa intricata theoria liberam.

Quocirca-iterum suscitare opinionem illam quæ a scholis exsulaverat non esset theologicum progressum promovere, sed potius doctrinam jam in tuto et in aprico positam implicare et obscurare. Concludendum ergo cum *Summa Theologica,* cum Conciliis Florentino et Tridentino, sacramenta nostra continere, conferre, causare *gratiam,* non autem dispositionem aut titulum *ad* gratiam.

XX. De distinctione inter sacramentum tantum, rem

h Q.· xxvn, *De Verit.,* art. v, ad 12.

tantum, rem et sacramentum. — Sat celebris est hæc terininologia, quam approbat S. Thomas[1]. Sacramentum tantum est aliquid visibile exterius existens, quod est signum interioris effectus. Cura enim sacramentum sit in genere signi, id proprie dicitur sacramentum tantum quod *significat cl non significatur',* et hic est ritus externus constans ex materia et forma. — Res tantum est id *quod significatur el non significat* effectum ulteriorem ; et hoc est interior justificatio, seu gratia, quæ per ritum sensibilem significatur et causatur. — Demum res et sacramentum est illud quod jam *significatur et est iterum signum* ulterioris effectus ; sic character significatur per ritum externum et significat iterum gratiam ut homo fructuose utatur charactere. Ad rem Angelicus : « Res autem et sacramentum (in baptismo) est character baptismalis, qui est *res significata per exteriorem ablutionem, et est signum sacramentale interioris justificationis, quæ est res tantum hujus sacramenti, scilicet significata et non significans*[2]. »

In theoria causalitatis intentionalis, res et sacramentum habet rationem tituli de se appellantis gratiam. « In baptismo, confirmatione et ordine est character, seu verius deputatio ad functiones sacras subjectata in signo indelebili ; in S Eucharistia est corpus Domini sub specie panis realiter præsens, quod sumptum gratiam appellat ; in poenitentia est jus liberationis a reatu ; in extrema unctione est jus alleviationis aut existerc commendatum misericordiæ Dei ; in matrimonio est vinculum conjugale repræsentans unionem Christi et Ecclesiæ[3]. »

Non inficiamur esse in eo quod dicitur res et sacramentum titulum quemdam ad gratiam, sed non est unicus réspectus qui in eo importatur : attendit S. Thomas rem et sacramentum ex eo quod sit *simul significatum ei signum.* Quocirca exhiberi non debet ut ens mere morale, sed est in ipso aliquid physicum, nempe *res* quæ ritu externo significatur et aliquatenus producitur. — In sacramentis ergo quæ characterem imprimunt, res et sacramentum, ut explicatum est, proprie dicitur character : est res, nempe significatum quod a ritu sensibili efficitur ; est sacramen-

1. 111 P., q. Lxiu, a. 6, ad 3 ; q. 1 x v i, a. 1.
2 III P.', q. 1 x v i, a. 1.
3. Van Noort, op. cit., p. 55.

tum, nempe signum ulterioris gratiæ, quia characteri adnccti debet gratia ad pium et sanctum characteris exercitium. — In Eucharistia est Corpus Domini, non præcise et unice sub ratione tituli ad gratiam, sed quatenus est significatum per species sacramentales et quatenus significat, utpote cibus spiritualis, gratiam cibantem. — In Poenitentia non est tantum jus liberationis a reatu, sed est etiam poenitentia interior : hæc quippe per Lotum ritum externum significatur et aliunde significat ulteriorem purificationem et sanctificationem. — In Extrema Unctione non est tantum jus alleviationis, sed dici etiam potest sanitas corporaiis : hæc per ritum significatur, et, si ad. alutem expedit, producitur, et iterum est signum sanitatis spiritualis seu confortationis et alleviationis a peccatis ; vel etiam spiritualis unctio dici potest res et sacramentum. — In Matrimonio dici potest vinculum conjugale, vel potius mutua conjugum unio : hæc enim unio per ritum sacramentalem significatur et aliquatenus producitur, et iterum gratiam significat, quia debet esse sicut unio Christi et Ecclesiæ, cujus est symbolum et quæ fit secundum gratiam.

XXI. De origine illius distinctionis. — Adhibetur sæculo xii, jamque *Eucharistiae* illam applicant Hugo a S. Victore[1] ac tractatus qui tribuitur Stephane Augustodunensi[2] et Innocentius III[3]. Magister *Sententiarum* etiam illa utitur[4], ac deinde scholastici, qui, non solum in Eucharistia, sed' generatim in omnibus sacramentis illam reperiunt. — S. Thomas, ut vidimus, statuit verum fundamentum seu veram præbet rationem distinctionis : sacramentum tantum, quod significat at non significatur ; res tantum, quod significatur et efficitur, sed non significat ; res et sacramentum, quod et significatur et ulterius significat. In hac notione Angelici præcepforis est omnino insistendum.

XXII. Nova solutio ad conciliandam causalitateni physicam sacramentorum cum eorum reviviscentia.

1. Hugo a S. Victore, *De Sacramentis,* lib. II, P. VIII, c. vn ; ‹|. i.xxxv in *I Cor., Sent.,* tr. VI, c. ni.
2. Cf. *P. L„* CLxxn, 1295.
3. *De celebrat. Miss.,* cap. *Martha.*
4. *IV Sent.,* dist. XXII.

P. Marin-Sola, O. P., in *Divus Thomas* Jan. 1925, sic illam proponit : Sicut omnis potentia activa modificatur physice per *productionem* proprii actus, ita omnis potentia passiva modificatur physice per *receptionem* proprii actus. Atqui actus proprius potential passivæ quæ dicitur character baptismatis est receptio sacramenti validi Ergo per receptionem cujuslibet sacramenti validi modificatur physice character baptismalis recipientis sacramentum. — Quia hæc modificatio est physica. potest esse instrumentum physicum reviviscentiæ. Quia est perpetua/ virtus quoque reviviscentiæ in Confirmatione et Ordine, sicut in Baptismo, est perpetua ; quia non est perpetua in Extrema Unctione et Matrimonio, virtus reviviscentiæ Extremæ Unctionis non remanet nisi durante eodem mortis periculo nec virtus reviviscentiæ Matrimonii nisi durante vita conjugis ; in Eucharistia vero et Poenitentia potentia recipiendi vel nullam vel pure transeuntem modificationem physicam accepit per hæc sacramenta, ideo non possunt physice reviviscere. — Hac solutione simul explicatur quomodo sacramenta quæ reviviscunt *physice* operentur et cur *quinque* tantum reviviscant.

Concedimus hujusmodi solutionem esse probabilem ; at non constant principia quibus nititur. Licet character baptismalis sit potentia receptiva respectu cæterorum sacramentorum, non ideo sequitur *receptionem* sacramenti validi esse actuih *proprium* characteris. Sane, nisi jam adesset character, non reciperetur valide sacramentum, at hæc receptio non iit actus *proprius* characteris physice characterem immutans. Bene intelligimus intellectum et voluntatem physice immutari eo quod sese physice determinent ad sacramenta suscipienda, at non apparet cur debeat immutari physice character Baptismi quaties sacramenta cetera mediante ipso recipiuntur. — Ratio porro cur non reviviscant Eucharistia et Poenitentia, non est quia vel nullam vel transeuntem modificationem physicam acceperit potentia recipiendi, sed quia desunt conditiones in subjecto. — Quapropter, licet non improbemus illam solutionem, alteram iterum eligimus : sacramenta quæ reviviscunt physice operantur, quia remanet in voluntate physicum vestigium, quo Deus ut instrumento physico ad producendam gratiam utitur.

ARTICULUS' TERTIUS

DE GRATIA iACRAMENTALl

AD ART. 2 2. LXII S. VHOMJE

I. Diversœ quæstiones solvendæ. — Nomine gratiæ virtutum et donorum intelligit S. Doctor gratiam habitualem sanctificantem, quæ secum trahit virtutes et dona tanquam pioprietates et potentias. Sicut nempe animæ essentia non operatur immediate, sed per facultates, quæ cum anima concreantur: ita gratia habitualis non est per se et immediate operative, sed agit per virtutes et dona, quæ sunt potentiæ proxime operativæ et cum ipsa gratia in justificatione infunduntur.

Jam vero dupliciter dicitur gratia sanctificans i gratia scilicet prima, quæ aliam non supponit et confertur subjecto justitia carenti ; et gratia secunda, quæ aliam expostulat et subjecto justo advenit. Sacramenta porro alia ordinantur ad conferendam gratiam primam, et hinc dicuntur *mortuorum* ; alia vero ad gratiam secundam, et dicuntur *vivorum,* quæ vitam spiritualem prærequirunt et augent

Plura ergo sunt solvenda : de ipsa gratia habituali quam conferunt sacramenta ; de relatione gratiæ sacramentalis ad habitualem : de diversis gratiis quæ diversis sacramentis conferuntur.

II. Prima conclusio : Omnia et singula sacramenta conferunt gratiam habitualem.

Scriptura et Patres, in locis præcitatis (art. I), testantur conferri per sacramenta gratiam quæ regenerat, vivificat, cibat, etc. Atqui regeneratio, vita, cibus animæ cat proprie gratia habitualis.Ergo

Concilium Tridentinum' loquitur « de sanctissimis Ecclesia· sacramentis, *per quæ omnis vera justitia vel incipit,*

1. Sees. VII, Procem.

vel coepta augetur, vel amissa reparatur. » Atqui justitia vera consistit, non in gratia actuali, sed in gratia habituali, qua fit homo Deo gratus et acceptus. Ergo doctrina Concilii est conferri gratiam habitualem per omnia sacramenta.

Id pariter liquet ex notione sacramenti. Vocatur enim sacramentum signum et causa rei sacræ sanctificantis homines. Atqui sanctificantur homines per gratiam habitualem, quæ idcirco vocatur sanctificans. Ergo.

III. Secunda conclusio : Duo sacramenta, scijicet Baptismus et Poenitentia, per se, seu ex primaria institutione, conferunt gratiam primam, et recte dicuntur mortuorum ; caetera autem sacramenta conferunt gratiam secundam et dicuntur vivorum.

probatur i» pars. — De hac movetur nullum dubium. Gratiam primam *per se* conferunt illa sacramenta quæ ex primaria institutione ordinantur ad suscitandum hominem a morte spirituali seu peccato iliumque transferunt de statu peccati in statum justitiæ. Atqui Baptismus, cum sit per se sacramentum *regenerationis,* per se ordinatur ad transferendum hominem de statu peccati *originalis* in statum justitiæ ; Pœnitentia, çum sit *secunda post naufragium tabula,* per se ordinatur ad transferendum hominem de statu peccati *actualis* iu statum justitiæ. Ita Patres communiter et Concilia jam citata[1]. Ergo duo illa sacramenta per se coriferunt gratiam primam.

rrobatur iïa pars. — Docetur communius a theologis, licet Nugno et Joannes a S. Thoma existiment omnia nostra sacramenta ex ratione *generica* conferre gratiam *primam* et ex ratione *propria el specifica* gratiam *secundam*[2].

Contra : sacramenta quæ ordinantur ad spiritualem vitam augendam non conferunt per se gratiam primam. Atqui ex sua institutione, cætera sacramenta ordinantur ad *vitam spiritualem augendam,* sive per modum nutritionis, sive per modum confortationis vel unctionis interioris qua anima jam spiritualiter viva divinitus roboratur.

1. Cf. supra, art. i, n. vi ss., art. π, n. ii ss.

2. Cf. Commentatores in h. l., præsertim Joan, a S. Thoma, Sylv., Gonet, Salmant.

Ergo caetera sacramenta non conferunt per se gratiam primam. Confirmatur. Si sacramenta illa ex sua institutione ordinarentur ad gratiam primam conferendam, liceret illa suscipere in statu peccati et cum sola attritione, quia tunc *primarius effectus* esset delere peccatum.

IV. De conditione requisita in sacramentis mortuorum. Concedunt communiter theologi gratiam .primam in Baptismo et Poenitentia conferri ; contendunt tamen *nominales,* Occam, Gabriel Biel, etc., conferri quidem gratiam, sed non per se in adultis, in quibus sacramentum præsupponit contritionem perfectam. Idem censent *jansenislæ el nonnulli lheologi,* qui requirunt amorem charitatis ad validam sacramenti susceptionem.

Doctrina communis est omnino tenenda. In hoc distinguuntur essentialiter duo illa sacramenta, a cæteris, quod ex sua institutione ordinantur ad resuscitandum et relevandum hominem, quo facilior paretur via ad justificationem. At, si jam requireretur contritio perfecta vel (haritas, non esset facilior ad justificationem via, nec dici posset sacramentum ex attrito facere contritum, quia non infunderet gratiam nisi justificatis·. Igitur, sicut obex in his sacramentis est proprie impoenitentia de peccato, ita dispositio per se requisita est attritio, ita ut hæc sacramenta per se infundant gratiam primam.

V. Tertia conclusio : Sacramenta mortuorum possunt quandoque per accidens conferre gratiam secundam ; et sacramenta vivorum, gratiam primam.

prima PARS est doctrina inconcussa. — Ratio ex se liquet. Sacramenta nostra, conferunt semper gratiam non ponentibus obicem. Atqui justus qui accedit ad Baptismum jam per contritionem et charitatem ablutus et sanclilicatus. Ergo illis sacramenta mortuorum conferunt gratiam, non primam, quam habent, sed secundam.

altera pars est sententia communior, ,et probabilis-[ima l. Contradicunt tamen plures theologi, sicut Vasquez,

1. Cf. S. Alpiions., lib. VI, n. G ss.

Lugo, Hurtado, qui affirmant pro Extrema Unctione, dubitant vel negant pro quatuor cæteris sacramentis.

Prob, ex D. Thoma, a Et si aliquis adultus in peccato· existons, cujus conscientiam non habet, vel si etiam non perfecte contritus accedat (ad Confirmationem), *dummodo non fictus accedat, per gratiam collalam in hoc sacramento consequelur remissionem peccatorum*l. » « Potest tamen hoc sacramentum (Eucharistiae) operari remissionem peccati dupliciter « uno modo non perceptum actu, sed voto, sicut cum quis prius justificatur a peccato ; *alio modo etiam percepium ab eo qui est in peccato mortali, cujus conscientiam ei affectum non habet ? forte enim primo non fuit sufficienter contritus, sed devote et reverenter accedens consequelur per hoc sacramentum gratiam charilatis, quæ contritionem perficiet ct remissionem peccati*2 3 » .

Prob. ratiope theologica. De fide est sacramenta nostra conferre gratiam ex opere operato non ponentibus obicem. Sed peccator qui accedit ad sacramentum vivorum cum bona fide et ignorantia peccati et cum attritione supernatural! non ponit obicem. Ergo sacramentum vivorum confert ipsi gratiam ex opere operato. Probatur min. Non ponit obicem ratione peccati actualis, siquidem ex una parte attritionem habet et aliunde memoriam illius non retinet : vel credit, ignorantia invincibili, peccatum fuisse remissum, quando v. g. sacerdos, cui peccatum fuerat bona fide in confessione declaratum, ex distractione vel alia causa non absolvit. Nec ratione peccati habitualis, quod fuit per attritionem efficaciter revocatum.

Quoad Extremam Unctionem doctrina est certior. Probatur 1° auctoritate S. Jacobi : « *Et, si in peccatis sit, remittentur eis.»Ex* quo infertur Extremam Unctionem esse secundario sacramentum mortuorum. 2° Ratione congruentiæ maximæ et quasi necessitatis. Haud raro enim contingit ut peccator sensibus destitutus nec possit aliud sacramentum recipere nec valeat contritionis actum elicere : aptum salutis remedium erit Extrema Unctio, si peccatori qui supponitur attritus confert gratiam pri-

1. S. Thom., Ill P, q. lxxii, a. 7, ad 2,
2. Ill P., q. Lxxix, a. 3.
3. Jac., v, 15.

main ex opéré operato1. Recte ergo supponitur hanc luisse suavis Providentïæ ordinationem.

VI. Quid proprie addat gratia sacramentalis super gratiam habitualem.

Diversæ opiniones ad sequentes classes reduci possunt, 1° Gratia sacramentalis addit tantum *aliquid rationis,* quatenus gratia communis a solo Deo causatur, sacramentalis a Deo simul et sacramento vel potius a Deo in sacramento Ita S., Bonaventura, Gabriel Biel, etc. 2° *Novum habitum* addit a gratia habituali distinctum. Ita, ut videtur, l'aludanus et Capreolus. 3° Addit *'modum aliquem* seu perfectionem aliquam intrinsecam ab ipsa gratia habituali modaliter distinctam3. Ita Joannes a S. Thoma, Cabrera, ‹ ionlenson, Salmanticenses, Billuart, etc. *4°* Non est aliud præter *auxilia specialia,* pro specialibus sacramentorum elTectibus necessaria, sive jus aliquod morale ad illa. Ita <>onct3. 5° Consistit gratia sacramentalis in *complexu* ‹l unorum et gratiarum actualium ad finem sacramenta conducentium. Ita Van Noort et qui cum illo tuentur i ausalitatem intentionalem*. Non dicitur *jus,* quia jukta ipsos res ct sacramentum est ipsum jus seu titulus appellms tum gratiam sanctificantem tum dona et gratias actuals suo tempore impertiendas ; sed dicitur *complexus,* ii.mi gratia sacramentalis non est donum singulare, sed multitudo quædam auxiliorum pro loco et tempore recipiendorum.

S. Thomas duo docet de gratia sacramentali : 1° Gratia i... ramentalis est dispositio ad gratiam sanctificantem, mdinatur contra speciales peccatorum defectus officium- pi»· habet removendi impedimenta gratiæ sanctificantis5, ude habetur solum gratiam sacramentalem et gratiam iinctificantem esse duo munia ejusdem habitus sancti- h intis". Gratia sacramentalis confert auxilia ad conse-

l i.iuoad difficultates fieii solitas, cf. Billuart, dissert. Ill, irt 3.

Cf. Salmanticenses, disp. IV, dub. ix,

3. Ct GoneT, disp III, a- 6.

4. Van Noort, p 59.

i›. *IV Seni.,* dist. l, q I, a. *4 ; De Veril.,* q. xxvn, a. 7.

*l. Art. præced., ɳ. χιχ.

quenduin sacramenti finem[1] et addit aliquid effectivum specialis effectus ad quod ordinatur sacramentum[1]. Ut autem illud sit effectivum, debet importare auxilia actualia.

VII. Quarte conclusio ; Gratia sacramentalis addit aliquid supra gratiam habitualem, virtutes et dona : non quidem habitum novum ; sed vel specialem forsan vigorem, vel saltem jus quoddam ad auxilia tempore opportuno accipienda ad proprium effectum sacramenti consequendum.

ppobatur Is pars. — Eatenus explicanda est gratia sacramentalis, ut salvari possit mira sacramentorum varietas. Atqui non salvatur varietas et distinctio, si gratia sacramentalis nihil addit ; sed sufficeret unum sacramentum ad gratiam producendam vel augendam, cum sit commune omnibus sacramentis gratiam producere vel productam augere. — Confirmatur. Quodlibet sacramentum ad proprium et peculiarem ac distinctum finem ordinatur. At non possent singula sacramenta ad peculiarem et distinctum Iinem conducere, nisi peculiarem ac distinctam gratiam conferrent. Ergo gratia sacramentalis debet addere aliquid speciale ac distinctum a gratia communi. Ratio minoris est quia non obtinetur effectus et finis distinctus, nisi sit principium aliquo pacto distinctum. Principium vero effectus supernaturalis est gratia. Ergo, ut obtineatur specialis effectus ac finis supernaturalis, requiritur specialis ac distincta gratia.

probatur ua pars, scilicet non addi habitum novum. Dari nequit habitus novus qui nullum obiret munus, nec in essentia anirnæ ad ejus regenerationem nec in facultatibus ad earum operationes supernaturales. Porro habitus a gratia habituali, virtutibus et donis distinctus nullum haberet munus in anima, quæ per gratiam habitualem sufficienter regeneratur ac sanctificatur, nec in potentiis, quæ per virtutes et dona sufficienter habilitantur et disponuntur, adeo ut nullus assignari possit actus qui nequeat per virtutes et dona congruenter exerceri.

explicatur iiis pars. — Theoria quæ tenet addi spe-

1. S. Thom., q. lxii, a. 2.
2. III. P., q. lxxii, a. 7, ad 2,

cialem vigorem ac robur speciale suadetur ex comparatione cum gratia originali in Adamo. Hæc enim protoparentibus peculiares vires et intrinsecum vigorem conferebat, quamvis non esset habitus a gratia communi distinctus: a pari, gratia sacramentalis, licet non sit a gratia virtutum i-L donorum diversa, potest addere robur novum singulis sacramentis proprium. — Cæterum, sententia quæ tuetur dari jus ad auxilia specialia non distat maxime ab ista : utrobique assignantur diversi effectus pro diversis sacramentis, utrobique exhibetur gratia sacramentalis ut principium illorum effectivum. Utrum vero hujusmodi principium debeat concipi ut gratia habitualis cum novo modo intrinseco novoque vigore an ut gratia habitualis quatenus connotât jus ad auxilia specialia, est quæstio minoris momenti. Prior explicatio videtur esse profundior ipsasque rei radices aperire et idcirco nobis magis arridet ; altera tamen sententia sufficienter salvat in gratia sacramentali rationem rei permanentis, quatenus exhibetur ut ipsa gratia habitualis connotans jus permanens ad specialia auxilia suo tempore conferenda.

VIII. De mensura in qua gratia sacramentalis confertur. — « Plures theologi, ut scite animadvertit Van Noort[1], ⁱpinantur sacramentum Pcenitentiæ, dummodo adsit dispositio minima, semper producere illam mensuram ratiæ quam pcenitens habuit ante peccatum ; ampliorem vero, si dispositio melior est. » — Opinio illa, quæ expenditur proprie in tractatu de Poenitentia, non congruit principiis thomisticis ; nam, cum gratia respondeat dispositioni, debet dispositio adæquare præcedentem dispositionem, ut et gratia præcedentem gratiarp adæquet.

« Nonnullis probabile videtur Deum, saltem in iis qui propriam dispositionem afferre nequeunt, pro solo beneplacito suo mensuram gratiæ nonnunquam variare. Suspirantur, siquidem, Deum infantibus quos ad sublimia prædestinat jam in ipso baptismo uberiorem gratiæ thesaurum impertiri. » — Verum talia asserta non proferunt nisi divinando[2]. Liberrimus quidem est Deus in effusione

1. G. Van Noort, op. cit., pp. 61-62.

!. Pro confutatione illius sententiæ. cf. Salmant., disp. IV, ‹liit› vin, n.. 126.

munerum ; at, si Deus ipse auget gratiæ mensuram, jam non est proprie gratia sacramentalis, vi sacramenti collata, sed gratia extraordinaria vel potius iniraculosa. Non sunt autem adstruenda miracula, nisi positivis factis probentur.

Doctrina vero communis et tenenda sic proponi potest :

IX. -Quinta conclusio : Sacramenta specie diversa œqualiter dispositis inœqualem ex opere operato conferunt gratiam. — Causa præstantior, cæteris paribus, præstantiorem producit effectum. Atqui sacramenta sunt alia aliis perfectiora[1]. Ergo alia aliis perfectius operantur, si cætera sint paria, nempe si subjecta sint æqualiter disposita.

X. Sexta conclusio r Eadem specie sacramenta æquaiiter dispositis æqualem conferunt gratiam, inœqualem vero inœqualiter dispositis.

probatur i» pars. — Sacramenta ejusdem speciei operantur sicut cæteræ causæ solo numero distinctæ. Atqui duæ causæ solo numero distinctæ æqualem in iisdem adjunctis inducunt effectum. Ergo duo baptismata duæque pœnitentiæ duæque communiones æqualem producunt effectum, si adjuncta sint eadem, nempe si eædem concurrant dispositiones.

probatur II» pars. — Teste Concilio Tridentino*, unusquisque recipit gratiam secundum propriam dispositionem et cooperationem. Unde fluit eos qui majorem afferunt dispositionem majori et uberiori gratia ditari Licet enim actus subjecti non sit causa ipsa infusionis gratiæ, est tamen conditio prævia et per modum dispositionis operatur. Porro, ubi melior concurrit dispositio, melior inducitur effectus ; sicut, ubi major est siccitas in ligno, magis et citius urit ignis. Ergo qui magis est dispositus majorem recipit effectum sacramenti.

XI. Gratia sacramentalis a passione Christi derivatur (a. 5). — Ex omnibus quidem Christi operibus et passio-[2]

1. S. Thom., III P., q. lxv, a. 3 j Conc Trid., sess. VII, can. 3 ; Denz., 846.
2. Cone. Trident., sess. VI, cap. vu ; Denz., 799.

nibus,' sed specialiter ex ejus passione et morte sacramenta nostra virtutem habent

Agens quippe quod duplici instrumento utitur; uno conjuncto, altero separato, virtutem non communicat separato nisi per conjunctum, sicut anima nonnisi per manum movet baculum. Porro agens gratiæ principale, Deus, duplici instrumento utitur : humanitate Christi tanquam instrumento conjuncto et sacramentis tanquam instrumentis separatis. Ergo virtutem gratiæ causativam communicat Deus sacramentis per humanitatem Christi. — Humanitas vero in omnibus quidem operationibus et passionibus fuit instrumentum Verbi, in omnibus pro nobis meruit et satisfecit, quia omnes erant infiniti valoris propter dignitatem personæ operantis. — Sed *per passionem suam specialiter* causavit humanam salutem[1] t 1° Ratione operis, nam passio, utpote opus maxime pœnosum et ultimo terminativum vitæ Christi, fuit summum meritum summusque actus 2° Ratione exempli, quia manifestissime exhibuit in passione eximiarum virtutum opérai præsertim patientiæ, humilitatis, charitatis. 3° Ratione dispositionis divinæ. passio fuit ultima redemptionis consummatio. Potuisset certissime Christus una stilla sanguinis, uno amoris actu, mundum universum redimere, at divina ferebat præordinatio ut valor *objectivas* operum Christi ultimum terminum in passione et morte consequeretur[2].

XII. An sit tribuenda gratia sacramentalis veteris Legis sacramentis (a. 6). — Doctrina thomistica sic compendiari potest : Sacramenta veteris Legis non habebant *ex se* virtutem physicam gratiæ caus< tivam ; attamen in illorum ollatione gratia conferebatur quasi ex opere operato passive, non vi sacramenti significantis, sed ex vi fidei ignificatæ.

pr ima pa r s eruitur ex Paulo { « *Ex operibus legis non justificabitur omnis caro coram Deo*[3]. » Vox autem illa

1. Cf. S. Thom., III P., q. 1 x v iii, et quæ diximus voL *11 De Redemptione.*
2. Cf. *Le Mystère de la Rédemption,* pp. 94-97.
3. *Rom.,* in, 20.

generalis « *opera* » complectitur et legalia et cæremonialia, inter quæ lecensentur sacramenta. — e Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter ejus infirmitatem et inutilitatem[1] » Quæ verba excessum redolerent, si sacramenta Legis habuissent in se et ex se virtutem gratiæ causativam[2]?

Constat ex Concilio Florentino : « Illa enim non causabant gratiam, sed eam solum per passionem Christi dandam esse figurabant[3]. »

Suffragatur evidens ratio theologica. Sacramenta vetera virtutem gratiæ effectivam nec vi sui habebant independenter a passione Christi nec etiam ex passione. Ergo nullam habebant intrinsecam virtutem gratiæ causativam. — Probatur antecedens. Non habuisse vi intrinseca et nativa liquet, secus permanere debuissent et inutilis fuisset passio Christi. Nec etiam ex passione Christi. Quod nondum existit physice potest quidem per modum finis operari, at non efficiente?, sive per modum causæ principalis sive per modum instrumenti quæ *secundum usum rerum exteriorum agunt.* Finis nondum productus, sed apprehensus, moralitcr movet, sicut pecunia in spe movet operarium et gloria militem ; sed aliquid dicitur agere efficienter physice, quando actione sua reali et physica effectum attingit quod existentiarn physicam absolute requirit. Cum ergo nondum existeret physice humanitas Christi,, non poterat physice operari,, nec idcirco poterant sacramenta ab illa mutuare intrinsecam et physicam efficaciam.

probatur n» pars„ — In circumcisione conferri gratiam vidimus supra[3], nec infitias ibit quicumque tenet deleri in circumcisione peccatum originale. De cæteris sacramentis idem videtur dicendum cum multis Thomistis. Gratiam conferri ex opere operato passive et vi fidei est ipsam causari a solo Deo in positione ritus qui secundum se est fidei protestativus. Conferri autem hos modo gratiam in veteribus sacramentis nullam difficultatem implicat : humanitas enim Christi jam operabatur moraliter, ergo

1. *Hebr.,* vn, 18.
2. *Decret, pro Armenis ;* Denz., 695.
3. Art. præced., n.

et moralem quandam causalitatcm poterant jam sacramenta suscipere1.

Id est voluntati salvificæ omnino consentaneum. Eo enim fine instituuntur sacramenta, quo facilior reddatur via salutis. Jam vero non esset facilior, si justificatio deberet fieri semper ex opere operantis. Et frustranea videretur illorum sacramentorum institutio : si nunquam fit gratiæ infusio in ipsa ritus applicatione, videntur pertinere potius ad fidei instructionem quam ad animæ sanctificationem nec amplius retinent strictam rationem sacramenti.

Sic ergo intelligenda est oeconomia sacramentorum in antiqua lege : sacramenta vi ipsius ritus a Deo instituti passionem Christi præfigurabant et ejus efficaciam, ac proinde, quando adhibebantur, implicite protestabantur fidem in Christum venturum ; vi autem illius fidei significatæ conferebatur a Deo gratia in ipsa ritus positione. « Et ideo in circumcisione (addi potest : in omnibus sacramentis) conferebatur, gratia, in quantum erat signum passionis Christi futuræ. » (ad 3)

XIII De reviviscentia sacramentorum quoad gratiam. — Potest quæstio in tractatu de singulis sacramentis latius evolvi ; præstat tamen breviter quædam hic recolere.

De Baptismo, certum est locum esse reviviscentiæ. « Tunc incipit valere baptismus ad dimittenda peccata, ait Augustinus4, cum ad Ecclesiæ pacem venerint, ut vere dimissa non retineantur. » –r- JBatio theologica est quia poftftat.um originale non potest remitti nisj pcr~Baptismum aut eids voJLum. Atqui non pernovum Baptismum aut novi. Baptismi votum, quia Baptismus semel valide susceptus renovari nequit-; ergo per priorem Baptismum, qui reviviscit quoad__gratiam, charactere jam valide susçspip. — *Conditio* autem requisita est remotio impedimenti : scilicet attritio, si homo post Baptismum non peccavit mortaliter seu si Baptismus fuit invalidus ex obice negativo seu involuntario ; contritio autem cum voto Pœnitentiæ2

1. Ut liquet, ratio S. Thomæ, hic a. 6, evincit tantum sacramenta vetera nec fuisse nec esse potuisse causas gratiæ physicas, quia nondum eral humanitas Christi physice præsens. At nihil obstat fuisse causas morales : operabatur jam moraliter Christi humanitas, ergo et sacramenta jam poterant moraliter operari.

2. S. Augustin., lib. III, *De Baptismo,* c. χπι ; *P. L.,* x1 iii, 14fi.

vel attritio cum Pœnitentia, si peccatum mortale committitur post Baptismum Porro violatio sacramenti baptismalis est Baptismo *posterior ratione* ; quia tunc solum consummatur profanatio, quando susceptum est sacramentum. Ergo remitti non poLestnisi per ordinem ad Poenitentiam. Quocirca in hoc casu peccatum originale remittitur per contritionem operantem in virtute Baptismi seu per Baptismum qui reviviscit, et fictio seu profanatio Baptismi remittitur per contritionem cum voto Pœnitentiæ vel per ipsum Pœnitentiæ sacramentum. — *Modus* autem quo reviviscit jam explicatus est, scilicet per characterem,' qui potest operari physice ad infusionem gratiæ.

De Ordine et Confirmatione communiter admittitur reviviscentia, ne privetur homo gratiis sacramentalibus quæ tantum valent ad obligationes proprii status adimplendas *Modus* autem est character, ut dictum est -de Baptismo. *Conditio* requisita est attritio, si fuit obex mere negativus, vel contritio, aut attritio cilm sacramento pœnitentiæ, si fuit obex positivus.

De Matrimonio et Extrema Unctione idem tenent multi theologi, eo quod gratia horum sacramentorum tanti sit momenti in negotio salutis nec possit aliter recuperari. *Conditio* autem est attritio vel contritio, prout jam explicatum est ; *modus* vero videtur esse impressio quædam physica quam reliquerunt in anima, dum voluntas ad illa recipienda se determinavit, quæque adhuc virtualiter perseverat.

De Pœnitentia non videtur ponenda quæstio, tum quia non clare -concipitur sacramentum esse posse validum simul et informe, tum quia omnis gratia necessaria conferri potest in nova et fructuosa confessione.

De Eucharistia, ne concipi quidem potest fructum sacrilegæ communionis suspendi et postea in anima conferri. Reviviscentiam tamen Eucharistiæ admittit Cajetanus.

De gradu autem quo confertur gratia, quando sacramenta reviviscunt, disputatur, ut dictum est supra, n. vin ; at. juxta nostra principia thomistica, *proporlionatur gradui dispositionis* qua removetur obex[1].

1. Cf. Salmant., disp. IV, dub. vm; De Augustinis, thés. XXI; Tanqubrey. n. 386-392; Prümmer, O. P., *Theol. Moral.,* t. III, *De Sacram, in genere ;* Hervé, t. III.

QUÆSTIO QUARTA

DE ALIO EFFECTU SACRAMENTORUM. QUI EST CHARACTER

AD Q. LXIII S. THOM/E

De charactere multa quaeruntur : ejus existentia (a. 1) ; ejus natura (aa. 2 et 3) ; ejus subjectum (a 4) ; ejus proprietates, an nempe sit indelebilis (a. 5) ; demum an omnia sacramenta imprimant characterem (a. 6).

ARTICULUS PRIMUS

DE EXISTENTIA CHARACTERIS

AD ART. 1 S, TIIOMÆ

I. Quœstionis status. — Errores. — Est factum notissimum, ex tota Ecclesiæ historia comprobatum, tria Novæ Legis sacramenta, Baptismum, Confirmationem et Ordinem, semel rite collata, iterari non posse[1]. Hinc conclusum est his tribus produci effectum permanentem, immutabilem, indelebilem, qui dictus est postea « character ».

Protestantes contendunt dogma illud esse ab Innocentio III confictum[2]. — Quibus, præivit *Wiclef* doctrinam de charactere impugnando utpote Scripturæ et Patribus penitus ignotam. — Rem ipsam confitebantur sed inepte intelligebant *Donastitæ,* contra quos vindicavit S. Augustinus catholicam veritatem. — Scholastici omnes characterem confitentur, at opinantur *nonnulli,* ut Scotus[3],

1. Cf. Saltet, *Les Réordinalions :* Pourrat, *La théologie sacramentaire.*
2. Cf. Bellarmin., *De Sacrament, tn genere,* lib. II, c. xvi.
3. Scot., *IV Sent.,* dist. VI, q. vin.

Gabriel Biel[1], Cajetanus[2], illius existentiam non posse ex Scriptùra vel Patrum traditione evidenter probari, sed tantum per Ecclesiæ auctoritatem — Demum, *Rosmini,* qui characterem verbotenus admittit, illius notionem pervertit. « In Christiana doctrina Verbum, character et facies Dei, imprimitur in animo eorum qui cum fide suscipiunt baptismum Christi. Verbum, id est character in anima impressum, in doctrina Christiana, est Esse reale (infinitum) per se manifestum, quod deinde novimus esse secundam personam SS. Trinitatis. » Ouæ propositio fuit a S. Officio damnata, 14 dec. 1887[3].

II. Notio characteris. — In genere « character, χαρακτήρ », est nota vel signum impressum rei certæ quæ ad munus aliquod, præsertim publicum, destinatur : sic charactere aliquo insigniuntur pecunia et charta ad contractus ordinata. Charactere pariter aliquid notatur ut ab aliis distinguatur et in se agnoscatur. Demum insignit character eos qui ad officium alicujus momenti deputantur, ut sunt milites. — Sensu ergo proprio est signum sensibile distinctivum et deputativum certo usui vel certo officio ; sed metaphorice ad res etiam spirituales transfertur, unde et in divinis Verbum dicitur « character », id est imago expressissima, « substantiæ Patris[4] ».

In præsenti autem materia, character sacramentalis definiri potest : *Signaculum quoddam spirituale e! indelebile, aniinæ impressum, quo fit hemo aplus ad aliquid sacri suscipiendum vel conferendum et quo a cseleris discriminatur.* — Dicitur 1° *signaculum,* quia, licet sit in se aliquid invisibile, est tamen signum ratione ritus externi quo confertur et efficit ut homo Christo sacerdoti « configuretur ». 2° *Spirituale,* ratione potestatis quam tradit in ordine ad divina et ratione subjecti omnino immaterialis in quo recipitur. 3° *Indelebile,* cum sit consecratio quædam interior, quæ tamdiu remanet quamdiu persistit subjectum, nempe anima spiritualis. 4° *Aniinæ ÿnpressum,* non qui-

S"

1. Biel, Sen/., dist. VI, q n, a. 1.
2. Cajetan., in 111 P., q. 1 x h i.
3. Denz., 1918.
4. *Ilebr.,* i, 3. — Cf opusc. nostrmn : Le *Mystère rie la Très Sainte Trinité,* p. 203 : el Tract. *Pe. ^en Trine* r vv v /vol I).

<lem in ipsa essentia, sed in facultate intellectiva, ut mox explicabitur. 5° *Quo fit homo aptus...* ; non est character sacramentalis ens quoddam rationis, sed realitas positiva, seu potentia quædam operative, quæ otiosa non remanet, sed homini novam confert aptitudinem respectu divinorum suscipiendorum vel tradendorum. 6° *Quo discriminatur...* ; nam, cum sit signaculum, munus habet distinguendi, non solum coram Deo et angelis, sed etiam coram hominibus. ratione sacramenti quo imprimitur.

111. Existentia characteris ex Scriptura suadetur. — Catechismus Concilii Tridentinil existimat characterem non obscure describi a Paulo : « *Qui unxit nos Deus, qui et signavit nos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris*[2] » Triplex hic effectus innuitur : 1° *unctio,* qua interius anima consecratur et roboratur ; 2° *signatio,* quæ, instar sigilli, σορανισάαενο , animæ imprimitur ; 3° *pignus* Spiritus Sancti. Possent absolute tres illi effectus de gratia sanctificante intelligi : nam gratia intus ungit et sanat ; nosque configurat imagini Dei, cum sit physica naturæ divinæ participatio ; demum, importat habitationem Spiritus Sancti in. cordibus nostris et est pignus vitæ æternæ. \t, supposita doctrina de charactere sacramentali, verba illa pleniori sensu intelliguntur[3],[4] sicut etiam verba ista : *In quo et credentes signati estis Spiritus promissionis sancio, fjui est pignus hereditatis nostrfe* » ; nam vox *signavit, signati* estis, videtur importare effectum a gratia distinctum

Tria principaliora doctrinæ capita quæ tradit Ecclesia de charactere videntur in his contineri : 1° *distingui!* et hic effectus aptissime exprimitur voce *signaculi* 2° *deputat* hominem ad aliquid sacri, qui' etiam effectus in signatione includitur ; 3° est *indelebile,* et hoc etiam impor-

1. *Catech. Cone. Trid.*. P. II. *De Sacram.,* n. 29.
2. *II Cor.,* i, 21-22. — Cf. S. Thom., Cornélv, etc., in h. l.
3 « La doctrine du *sigillum,* qui apparaît dès les temps apostoliques, éclaire singulièrement les expressions dont saint Paul i i .l servi et y fait voir clairement le germe de la doctrine qui s'est développée pendant les siècles suivants. » H. Moureau, *Diction. Ihrnl.,* II, col. 1702.
4, *Ephes.,* i, 13-14.

tat signatio seu consecratio, quæ semper cum anima persistit ; insuper addit S. Paulus signationem esse in perpetuum seu in diem redemptionis : ▯ *EI nolite contristari Spiritum Sanctum Dei,. in quo* signati *estis in diem redemptionisl.* »

IV. Existentia characteris ex traditione patristica certo probatur. — Patres etiam ante Augustinum tria docent quæ existentiam characteris important vel supponunt. 1° Agnoscunt *sigillum* animæ impressum, quod hominem notat et distinguit coram Deo et angelis. Ita Tertullianus', S- Ambrosius2, S. Cyrillus Hieros.45 S. Chrysostomus"; etc., — 2° Profitentur illud sigillum esse penitus indelebile; indissolubile, *quod nullo conatu frangi potest.* Ita S. Basilius·; S. Gregorius Nazianzenus'. S. Gregorius Nyssenus·*, etc — 3° Esse *separabile a gratia,* nec in se mutari; cum gratia amittitur Ita S. Ambrosius, S. Basilius* S. Gregorius Nazianzenus®.

Sed S. Augustinus est in hac materia testis spectatissimus traditionis ecclesiasticæ. Adstruit et vindicat doctrinam veram contra Donatistas, qui contendunt non conferri extra Ecclesiam verum baptismum. Distinguit autem Augustinus *tria* in baptismo, sicut in sacramento chrismatis et in sacramento ordinis : 1° *sacramentum,* quod transit, scilicet ritum externum et visibilem ; 2° *effectum communem* et bonis et malis, nempe characterem, qui reddit sacramentum indissolubile, qui perpetuo remanet etiam in malis et fugitivis, quique extra Ecclesiam conferri potest et quo fit ut illa sacramenta sine sacrilegio reiterari non possint ; 3° effectum qui est bonis tantum *proprius,* scilicet gratiam, quæ quidem amitti potest, dum remanet

1. *Ephes.,* iv, 30.
2. Tertull., *De resurrect, carnis,* vin ; *P. L.,* n, 806.
3. S. Ambros., *De Mysteriis,* 42, *P. L.,* xvi, 402.
4. S. Cyrill. Hieros., *Caiech.,* i, 2 ; *P G,,* xxxm, 371.
5. S. Chrysost , *11 Co,.,* i III, n. 7 , 1xi, 418.
6. S. Basil., *in S. Baptism,* n. 4 sa. ; *P. G.,* xxxi, 431 ss.
7. S. Gregor. Nazianz., *Orat, in S. Baptism; ; P. G.,* xxxvi, 362.
8. S. Gregor. Nyssen., *Orat, in Bap'ism.,* xi ; *P. G^* xlvi, 582-
9« S. Ambros., *De Spiritu S^i; P. L.,* xci, 723 ; cæteri auctores loc cit. De aliis textibus qui communiter afferuntur, cf. Pourrai, *La théologie sacramentaire,* pp. 196-205.

in ordinatis sacramentum ordinationis[1]. Totam ergo characteris theologiam compendio exhibet Augustinus : illud sigillum est « character Domini « comparaturque signo corporali quo insigniuntur milites, discernit Christianos, remanet in bonis ad honorem et in fugitivis ad condemnationem[2].

V. Existentia characteris probatur ex Ecclesias praxi et declarationibus. — Viguit in Ecclesia praxis vi cujus aliqua sacramenta semel rite collata reiterari nunquam possunt, dum alia iterantur : factum illud testantur Hermas, *Conslilulliones aposlol.,* totaque historia ecclesiastica[3]. Dubitatum, fuit a quibusdam de validitate sacramentorum extra Ecclesiam collatorum*, sed dogma semper inconcessum fuit sacramenta quædam semel valide collata nunquam iterari posse. Atqui hujus discriminis ratio nulla in traditione affertur nec afferri potest præter characterem. — De facto jam Augustinus dicit ; « Baptismus ille tanquam *character infixus* est : ornabat militem, convincit desertorem[5]. » Concilia quoque hanc afferunt rationem : « Characterem... imprimunt in anima. *Unde* in eadem persona non reiterantur[6]... Imprimi characterem in anima *t unde* ea iterari non possunt[7] » — Nec alia concipitur ratio. Quia enim gratia potest amitti et iterum recuperari, vel, si non est amissa, semper augeri, sacramenta quæ gratiam tantum conferunt possunt iterari ; at, in illis quæ conferunt insuper potestatem indelebilem et immutabilem, iterationi non est locus : nam hæc supponeret deleuni fuisse signaculum vel mutatum vel saltem mutabile esse.

Præcipuæ declarationes Ecclesiæ sunt : 1° epistola

1. Cf. S. Augustin., *De Baptism.,* lib. III, c. xvi , lib. V, c. xxiv ; lib. VI, c. ix ; *P. L.,* xliii, 149, 193, 204 ; *Coni. Epistl. Parmen.,* lib. II, c. xiii, n. 28, 29; *P. L.,* xliii, 69, 72; *Coni. Utt. Petit.,* n. 239 ; *P. L.,* xliii, 342 ; *De Bono conjugaii,* xxiv, 32 ; *P. L.,* xl, 394.

2. Cf. foc. cit., præsertim *P. L.,* xliii, 71, 197 et l. *I Cont. Creston.,* n. 35 ; *P. L.,* xliii, 464.

3. Hermas, similit. IX : *Patres Aposlolici,* Funck, *I,* 608, 610; *Conslit. Aposl.,* l. III, c. xvi ; *P. C.,* I, 798.

4. Cf. L. Saltet, *Les Béordinalions.*

5. In Ps. xxxix ; *P. L.,* xxxvi, 433.

6. Cone. Florent., *Decret, pro Armenia ;* Denz., 695.

7. Cone. Trident., sess. VII, can. 9 ; Denz., 852.

Innocentii 111 : « Characterem suscipit christianitatis impressum... Characterem îacramentalis imprimit operatiol » ; 2° declaratio Concilii Florentini : « Tria sunt : Baptismus, Confirmatio et Ordo, quæ characterem, id est, spirituale quoddam signum a ceteris distinctivUm, imprimunt in anima indelebile. Unde in eadem persona non reiteranturâ4 » ; 3° definitio Concilii Tridentini : « Si quis dixerit in tribus sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione et Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale et indelebile, unde ea iterari non possunt. A. S.3. »

VI. Ratio congruentiae. — Quando quis ad aliquod officium determinatum deputatur, solet aliquo signo consignari, sicut milites signum habent militare, etc. Porro fideles per quædam sacramenta deputantur ad aliquid sacri suscipiendum vel conferendum. Ergo congruit ut aliquo signo spirituali seu charactere insigniantur, qui sit illorum animie impressus simulque deputativus et distinctivus Non sufficit igitur praedestinatio, quæ est in ipso Deo, sed requiritur aliquid in anima pro præsenti vita impressum. Ad rem S. Thomas : « Ad præmium quidem futuræ glonæ deputantur signaculo prædestinationis divinæ ; sed ad actus convenientes præsenti Ecclesiæ deputantur quodam spirituali signaculo eis insignito, quod character nuncupatur. » (ad 1)

VII. Cur autem sacramenta nostra characterem imprimant, non vero sacramenta vetera. — Ratio est quia nostra in se habent spiritualem virtutem, quæ veteribus deerat. « Sacramenta veteris legis non habebant in se spiritualem virtutem ad aliquem spiritualem effectum operandum ; et ideo in illis sacramentis non requirebatur aliquis spiritualis character, sed sufficiebat ibi corporalis circumcisio, quam Apostolus signaculum nominat3. » (ad 3)

1. Denz., 411. — In hoc loco Innocentius III supponit doctrinam de characteris existentia et natura esse antiquissimam et in tota Ecclesia admissam ut jam certissimam et inconcussam ; quomodo fingi potest ut inventor hujus dogmatis Î
2. *Decret, pro Armenia ;* Denz., 695.
3. Sees, vu, can. 9 ; Denz., 852.
4. *Horn.,* iv, 11.

ARTICULUS SECUNDUS

DE NATURA CHARACTERIS

AD ART. 2-3 *Q.* LXIII S. THOMJB

T. doctrina catholica. — Sententiæ. — De natura characteris Ecclesia docet esse « signum distinctivum, spirituale et indelebile, animæ impressum, unde sacramenta quæ illum imprimunt iterari non possunt » : ita Concilium Florentinum et Concilium Tridentinum. Constat insuper, contra Rosmini, esse aliquid creatum, non vero Esse divinum[1].

Theologorum sententiæ multæ recensentur. Juxta *Durandum,* consistit in extrinseca deputatione ad cultum divinum, ac proinde non est nisi relatio rationis[2]. *Scoius* reponit esse aliquid reale, sed, quia est signum et signum constituitur formaliter per relationem, esse characterem in genere relationis realis[3]. Sat communiter docetur esse qualitatem supernaturalem ; at, cum plures sint species qualitatis, iterum quæritur utrum sit habitus an potentia. Esse *habilum docent* Alexander Ilalensis[4], Bellarminus[5], Suarez[6,7] Vasquez'. *Thornistse vero curn S. Præceptore* profitentur esse in specie potentiæ reductive.

II. Refelluntur sententiæ ùurand» et Scoti. — Opinio Durandi non potest cum doctrina Conciliorum componi ; quapropter a multis censura notatur[8]. Juxta Concilia est character aliquid *anima·, impressum et indelebile.* Nullo

1. Propos. 28 damn 14 dec. 1«8/ . denz.., 1918.
2. Durand., *IV Seni.,* dist. IV, o. I
3. Scot., *JV Seni.*
4. IIalensis, IV P., q. χιχ. nemhi I
5. B. Bbllarm., *De Sacram.,* lib *1 ‹ χιχ.
6. Suarez, disp. IX, sect 3
7. Vasguez, disp. 134, cap. ni
8. Cf. Salmant., disp. V. dub. n, ᵽ la

autem sensu dici potest ens rationis imprimi animæ indelebiliter. — Id etiam excludunt similitudines quae adhibent Patres : comparant quippe characterem signo quo notatur pecunia, sigillo quod nullo conatu frangi potest, quæ omnia realitatem intrinsecam ponunt. — Demum, character est id quo deputatur realiter homo ad cultum divinum. Porro Deus, quos eligit, non deputat ad officia divina per denominationem extrinsecam ; sed, sicut amando infundit bonitatem rebus, ita deputando intrinsecam idoneitatem confert.

Nec est tantum relatio realis; ut vult Scotus. Dupliciter considerari potest character ! 1° respectu sacramenti externi quo imprimitur et quatenus est signativum et distinctivum, et hoc modo importat relationem, quæ fundatur in essentia characteris ; 2° in sc et secundum entitatem physicam, et hoc modo habet rationem principii. Unde sic arguitur: Delatio non est principium agendi vel suscipiendi, sed potius sequitui principium et actionem. Atqui character est principium suscipiendi aliquid sacri, ut in Baptismo, vel agendi sacra ut in Ordine Ergo character non est relatio, sed potius relatio sequitui characterem. — Delatio enim realis supponit fundamentum reale Porro hujus relationis fundamentum non es' anima, secus omnes characterem haberent- : nec gratia, cum possit absque gratia imprimi character Demanet itaque ut character sit, non relatio, sed potius fundamentum relationis.

Ill Character non est habitus- — Arg. Inm. Habitus potest actibus repetitis intendi vel cessatione actuum remitti vel pei actus contrarios amittj, sicut i.abitus supernaturales, beet divinitus infundantur, patiuntur tamen intensionem et remissionem et possunt totaliter desinere. Atqui character nec intensionem nec remissionem suscipit, sed invariatus et indelebilis indefinite persistit. Ergo.

Arg. IIuin Habitus non se habet indifferenter ad bonum et malum ; nam vel habitus est bonus et eo nulluc male utitur, vel est malus et eo nullus bene utitur. Atqui character se habet indifferenter ; nam potest minister sanctus eo bene uti, et pravus male uti ad perversum finem. Ergo character non est habitus.

Opponunt adversarii characterem esse qualitatem determinantem ad bonum ; nam est qualitas supernaturalis, quæ ex se inclinat ad bonum estque participatio sacerdotii Christi ac proinde, qua talis, bonum respicit, et aliunde inclinat ad verum Dei cultum in usu actionum sacramentalium, quod quidem non nisi bonum importat.

Bcsp. : Dist. antecedens : Determinat ad bonum ex parte objecti, concedo ; ex parte subjecti et quantum ad inodum attingendi objectum sancte et religiose, nego, et nego conseq. — Non sufficit ad rationem habitus boni ut respiciat objectum bonum, sed requiritur ut subjectum qui eo utitur attingat bonum bene et digne. Q.uare, si character esset habitus, non solum inclinaret ad verum Dei cultum, sed ad cultum pie et sancte exercendum, dum tamen sacerdos potest charactere uti irreligiose et sacrilege. Licet sit in se qualitas supernaturalis et idcirco bona et bonum tanquam objectum respiciat, non tamen efficit ut subjectum ipsa utatur bene et sancte ac religiose. Est participatio quidem sacerdotii Christi, sed imperfecta et diminuta, quæ dat solum posse ad actum, at non determinat subjectum ad rectum et sanctum usum[1].

IV. Character est de genere potentiæ.

Potentia est principium recipiendi vel agendi, quo quis bene vel male utitur. Porro character est principium recipiendi vel agendi, quo subjectum utitur vel sancte et meritorie, vel irreligiose et sacrilege. Ergo character est potentia.

Explicatur minor. — In Baptismo est principium recipiendi alia sacramenta. Quocirca est potentia passiva, non quidem respectu gratiæ, quæ potest etiam non habentibus characterem infundi, sed respectu Confirmationis et Ordinis, quia characteres illorum sacramentorum non recipiuntur nisi mediante charactere Baptismi. Licet anima sit capax absolute omnium characterum, secundum ordinariam tamen et suavem Dei ordinationem recipiuntur medio baptismal;, cui ex natura sua proportionantur. — In Confirmatione dici potest potentia passiva quantum

1. Quoad cæleras difficultates, cf. Gonet, disp. IV, a. 2; Sa1-uant., disp. V, dub. ii, n. 26 ss.

ad specialia illa auxilia quæ ad fidem tuendam homini; medio charactere, a Deo infunduntur; activa vero, ut homo per characterem possit profiteri fidem ex officio, tamquam miles Christi. — In Ordine autem est potentia activa : tum respectu gratiæ ad cujus productionem instrumentaliter concurrit ; tum respectu sacramentorum, ad quorum confectionem ordinatur ; tum respectu transsubstantiationis, quam instrumentaliter operatur[1].

V. Potentia illa non est naturalis, sed ministerialis et instrumentalis. — Sicut potentia naturalis id nobis præstat, ut possimus agere *principaliter,* quando volumus ; ita character id nobis confert, ut possimus agere *inslrumenlaliter,* quum volumus. Motio quidem qua movemur, dum actu efficimur Dei instrumenta, est transiens ; sed in nobis est potentia quædam permanens, ut possimus, quando volumus, operari instrumentaliter : quasi se obligaret Deus ad conferendam illam motionem instrumentariam, quotiescumque volumus potentia nostra ministerial! uti.

Patres et Concilia considerant characterem præsertim respectu sacramenti quo imprimitur et quatenus est signativus et distinctivus, et propterea illum vocant *signum* animæ impressum ; at aliunde agnoscunt in Ordine *potestatem* consecrandi, offerendi et ministrandi[2].

VI.. Differentia inter gratiam et .characterem. — Multipliciter differunt gratia et character : 1° Gratia est habitus entitativus, qui nonnisi per virtutes a se distinctas operatur ; chàracter vero est potentia immediate operative. 2° Gratia est divinæ naturæ participatio, quæ nos Dei filios et amicos efficit ; character autem est quædam deficiens sacerdotii Christi participatio, quæ nos reddit Dei instrumenta et ministros. 3° Gratia est principium agendi bene et sancte actus supematurales et meritorios ; character vero est principium agendi valide actus hierarchicos, in Ordine. Actus quidem nostri ministeriales possunt esse aliunde meritorii, at id non est ratione characteris, sed

1. Cf. Gonet, loc. cit.
2. Cone. Trid., sess. XXIII, cap. i ; Denz., 957.

ratione gratiæ et charitatis. *4°* Gratia est *res tantum,* nempe significata sed non signum ; character vero est *res el sacramentum,* quia significatur ritu et iterum gratiam significat qua sancte fungimur officio.

VII. Character sacramentalis est speciali ratione character Christi, quatenus per characterem nobis impressum Christo sacerdoti configuramur ; dici etiam potest character Dei, in quantum nos Deo assimilât (a. 3).

probatur I» pars. — Character est spiritualis potestas qua homo deputatur ad recipiendum vel tradendum aliis ea quæ pertinent ad cultum divinum. Sed omnis cultus derivatur specialitei a sacerdotio Christi : est enim Christus ut sacerdos auctor cultus nostri, et idcirco omnis potestas spiritualis in ordine ad cultum derivatur ab eodem sacerdotio. Ergo .character est derivatio seu participata similitudo sacerdotii Christi, ac proinde per characterem configuramur specialiter Christo summo sacerdoti. — Omnes fideles qui charactere insigniuntur sacerdotium Christi aliquatenus participant: per characterem Baptismi et Confirmationis Jam cultui divino initiantur ; sed participatio proprie dicta fit per characterem Ordinis, vi cujus homo dat et tradit ex officio divina : *sacerdos, sacra dans.* — Christus in Scripturis exhibetur ut *rex,* ut *propheta,* ut *sacerdos.* Per *Baptismum* configuramur Christo *regi,* quia tunc efficimur ejus servi; per *Confirmationem* configuramur Christo *prophets',* cum insigniamur milites fidei quam ipse docuit ; per *Ordinem* configuramur Christo *sacerdoti* et pontifici, quatenus efficimur ejus ministri et dispensatores mysteriorum Dei.

probatur ii» pars. — Cum character sit potestas spiritualis et omnis potestas sit quædam Dei adumbratio, potest sens.u vero dici character similitudo Dei ; et specialiter similitudo Verbi, cui convenit esse « characterem substantiæ Deil ».

VIII. De multiplici imagine Dei in nobis.

Quadruplex esse potest in nobis imago Dei : prima, per naturam, quatenus factus est homo ad imaginem Dei,

1. *Hebr.,* i, 3.

secundum partem intellectivam ś altera, per characterem, quo divinam potestatem participat in his quæ sunt cultus sacri ; tertia; per gratiam, quæ nos consortes efficit naturæ divinæ ; quarta, per gloriam; quæ nos reddit consortes beatitudinis divinæ in æternum.

Character quadruplicem pariter habet respectum t ad Christum sacerdotem; a quo derivatur ; ad cultum divinum; ad quem nos deputat ; ad sacramentum; quo significatur et imprimitur ; ad gratiam, quam significat.

ARTICULUS TERTIUS

DE SUBJECTO ET PROPRIETATIBUS CHARACTERIS

AD ART. 4-5 Q. LXIII S. THOM/E

I. doctrina catholica et opiniones de subjecto characterisl.— Certum est subjectum radicale characteris non esse ipsum compositum humanum, quod extensum est nec recipere valet qualitatem spiritualem, quodque morte disselvitui, dum character perpetuo manet. Hinc docent Concilie ‹ characterem imprimi in anima ». Quapropter ut falsa excluditur *sententia Durandi* recipi characterem in membris exterioribus.

Controversia vero est utrum subjectetur in essentia immediate, an in facultate, et, hoc dato, in quanam facultate. Recipi *in anirna immediate* volunt Bellarminus, Suarez, Vas jucz, Lugo, etc.; recipi autem *in voluntate,* plures Scotistæ ; *simul in intellectu et voluntate,* Alexander Halensis et S. Bonaventura ; Thomistæ .et cum ipsis inulti theologi docent recipi *in intellectu praclico**.

II Probatur 1° non recipi in essentia. — Subjectum ejus quod ordinatur immediate ad operationem debet cs-e principium immediate operativum. Atqui character est principium immediate operativum, cum sit de genere potentiæ. Ergo subjectum ejus est immediate operativum. Porro nec essentia animæ nec ulla, substantia creata possunt immediate operari. Nam principium et operatio debent esse in eodem genere ; operatio autem, quæ est in genere accidentis, non potest unquam fieri in genere substantiæ3. Ergo subjectum characteris non est essentia animæ, sed ejus facultas.

1. S. Thom., a. 4.

?. De liis opinionibus, cf. Gonet, art. 3 ; Salmant., disp. V, ilub. iv.

.l. Cf. nostr. *Curs. Philo?. Thomisl.,* t. fil, pp. ζυυ ss. : ι. V, pp. 43, 44 ; t. VI, pp. 159 S3·

III. Probatur 2° subjectum non esse voluntatem.

Quod subjectatur in voluntate inclinat ad actus moraliser bonos, non solum ex parte objecti, sed etiam ex parte subjecti, quia volun'as est principium actus moralis. Atqui character abstrahit a bono vel malo morali ex parte subjecti, sed ponit tantum actus validos (art. præc., n. in). Ergo non subjectatur in voluntate.

IV. Probatur 3° subjectum characteris esse intellectum practicum. — Quia character ordinatur ad ea quæ sunt cultus divini et ad exteriores fidei protestationes, debet in ea subjectari potentia in qua est fides. Atqui fides est in solo intellectu. Ergo character in solo intellectu immediate recipitur. Imo in intellectu practice. Nam character est quædam potentia executive dirigens potentias externas ad operationes in quibus consistit cultus divinus, atque ideo recipi debet in potentia quæ simul est dirigens et executive. Porro potentia simul dirigens et executiva est intellectus practicus. Ergo recipitur character in intellectu practico. — « Itaque character baptismi subjectatur immediate in intellectu practico, quia ipsum debet elevare, dando efficaciam imperio ejus ad dirigendas et movendas cæteras potentias hominis in ordine ad receptionem validam aliorum sacramentorum. Character confirmationis debet similiter pro suo subjecto immediato habere éumdem intellectum, quia elevat illum dando vigorem actui imperii ipsius, ad inferendum mediis aliis potentiis actionem ex officio protestativam fidei contra hostes Christi. Denique character ordinis ideo pariter in intellectu practico immediate residet, quia tribuit actui imperii ipsius efficaciam ad conficiendum valide et ex officio, mediis aliis potentiis, alia sacramenta, et convertendum substantiam panis et vini in corpus et sanguinem Christi1. »

V. Qua ratione character dicatur et sit indelebilis (a. 5).

Esse indelebilem saltem in vita praesenti est doctrina fidei, quæ constat tum ex praxi Ecclesiæ nunquam iterandi, etiam in hæresi recepta, sacramenta quæ characte-

1, Gonet, foc. cit., n. ICO.

rem imprimant, tum ex Conciliis Florentino et Tridentino : a signum spirituale et indelebile el.

Permanere etiam in vita futura est doctrina, non quidem de fide, sed adeo communis ut dici possit certa theologice.

Quærunt insuper scholastici utrum sit character indelebilis ab intrinseco et ex natura sua an vero ab extrinseca Dei ordinatione : priorem sententiam tenent Thomistæ, posteriorem vero Scotus, Vasquez, etc.

Probatur simul et esse indelebilem et ex natura sua indelebilem.

Arg. Iura. Character, cum sit imitatio et *participatio sacerdotii Christi,* debet aliquid de ejus immobilitate participare. Atqui sacerdotium Christi est in aeternum. Ergo et character quadam aeternitate gaudet.

Arg. IIum. Res semel Deo consecrata retinet consecrationem suam qqamdiu integra remanet. Porro character est divina quædam *animæ consecratio.* Ergo persistit character quamdiu remanet anima integra, id est in æternum.

Arg. IIIum. Dupliciter contingere potest formarum corruptio : vel pei se, ad introductionem contrarii, sicut destruitur calor introductione frigoris ; vel per accidens, ratione subjecti, sicut corruente muro perit pictura quæ ei inhærebat et pereunte corpore destruitur per accidens anima bruti, quæ a materia in fieri et esse et operari dependet. Atqui character *non corrumpitur per se,* nam est potentia quæ nullum suscipit contrarium quamque nec peccatum nec apostasia nec alia causa possunt evertere ; *non corrumpitur per accidens,* cum ejus subjectum, intellectus, sit penitus immortale et indelebile.

Arg. IVum, *ex fine characteris* Per characterem insignimur vel servi Christi ve) ejus milites vel ejus ministri. Sed ille finis non desinit post mortem. « Quamvis post hanc vitam non remaneat exterior cultus, remanet tamen finis illius cultus. Et ideo post hanc vitam remanet character et in bonis ad eorum gloriam et in malis ad (orum ignominiam ; sicut etiam militaris character remanet m militibus post adeptam victoriam, et in his qui vice-

I. Denz., 695, 852 . — Cf. Salmanticenses, n" 59, 64 ss.

runt, ad gloriam, et in his qui sunt victi, ad pœnam. » (ad 3)

Hinc concludit Gonet : « Characterem esse ex natura sua indelebilem et incorruptibilem, eo proportionali modo quo Angeli dicuntur incorruptibiles. In cujus rei signum docet D. Thoiqas *(Horn.,* vu, lect. 1, ad illa verba Apostoli : *Solula a lege viri,* et *Ilebr.,* xi, 'ect. 7, in fine ad illa verba : *Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos)* quod, si baptizatus vel confirmatus vel ordinatus moriatur et miraculose resurgat, non debet eadem sacramenta suscipere, quod verum non esset, si character ex natura sua non esset incorruptibilis et non posset absque miraculo post hanc vitam conservari[1]. »

1. Gonf.t , lie. cit., n. 117.

ARTICULUS QUARTUS

OVIBUS SACRAMEjNTIS IMPRIMATUR CHARACTER

AD ART. 6 *Q.* LXIII S. THOMffi

I. Tria sacramenta eaque sola, scilicet Baptismus, Confirmatio et Ordo, imprimunt characterem. Utraque pars est DE FIDE. 1° Declarationes Ecclesiæ. — *Cone. Florentlnum j a* Inter hæc sacramenta tria sunt ·. Baptismus Confirmatio et Ordo, quæ characterem, id est, spirituale quoddam signum a cæteris distinctivum, imprimunt in anima indelebile. Unde in eadem persona non reiterantur. Reliqua vero quatuor characterem non imprimunt et reiterationem admittunt[1]. » — *Concilium Tridenlinum :* « Si quis dixerit in tribus sacramentis, Baptismo scilicet. Confirmatione et, Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale et indelebile, unde ea iterari non possunt : A. SA »

IÎ. 2° Probationes ex praxi Ecclesiæ et traditione catholica.

Praxis Ecclesiæ fidem testatur : lactum enim illud nunquam iterandi tria sacramenta, dum cætera iterantur, rationem aliam non suscipit, nisi quia in tribus, non vero in cæteris, imprimitur character (supra, art. i, n. v.).

Textus allati pro existentia characteris de Baptismo præsertim intelliguntur, et aliqualiter etiam de Confirmatione, quæ cum Baptismo simul conferebatur. Patres, interdum, recolunt Confirmationem quantum ad sigillum Baptismo æquiparari[2] ; per Ordinem fieri miram animæ «ignationem et transformationem[3] : quæ omnia in csg-4

1. Dbnz., 695.
2. Sess. VII, can. 9; Denz., 852.
3. Cf. Tertull., *De resurrect earn.,* c. vin ; *P. L.,* i, 806; L H. Cyril. Hieros., *Calech. mysl.,* hi, 6 ; *P. G.,* xxxm, 1091.
4. Cf. S. Gregor. Nyssen., *Orat. >n Baptism.,* xi ; *P. G.,* xlvi, L 6»2.

teris sacramentis desunt. — S Augustinus expressius testatur imprimi characterem seu sigillum tum in Confirmatione : « Sacramentum ehrismatic in genere visibilium signaculorum sacrosanctum est sicut ipse Baptismus, sed potest essè et in hominibus pessimisl » ; tum in Ordinatione, quæ etiam in schismaticis remanet integra : « Episcopi redeuntes ex schismate non rursus ordinati sunt, sed, sicut. Baptismus, in eis Ita ordinatio mansit integral. »

III. 3° Rationes theologicae. — Subministrat Angelicus pro utraque parte congrua argumenta.

probatur i» pars. — Character est sacra potestas qua aliquis fit aptus ad aliquid sacri vel suscipiendum vel peragendum. Atqui per tria prædicta sacramenta fit homo aptus ad sacra suscipienda vel peragenda : nam in Baptismo confertur potentia spiritualis passiva ad alia sacramenta suscipienda ; in Confirmatione, potentia passiva ad specialia Dei auxilia et activa ad fidem quasi ex officio profitendam, potentia quiderr distincta a potentia Baptismi sicut operatio adulti ab operatione parvuli ; in Ordine demum, potentia activa ad conficienda et tradenda divina. Ergo.

probatur n» pars. — Ea tantum sacramenta characterem imprimunt quæ ordinantur directe ad cultum divinum et ad aliquid ulterius recipiendum vel agendum, ut constat ex dictis de notione characteris Atqui quatuor cætera sacramenta non ordinantur directe ad cultum et aliquid' ulterius suscipiendum vel agendum. Ergo. — Prob. min. Poenitentia est remedium peccati et hominem restituit in pristinum statum ; Extrema Unctio contra reliquias peccati ordinatur; Matrimoninm multiplicat spirituales Dei cultores, sed nec tradit potestatem in ordine ad cultum nec est proprie ipse cultus ; Eucharistia est quidem actio cultus præcipua, in quantum est Ecclesiæ sacrificium, at non ordinat hominem ad aliquid ulterius recipiendum vel agendum, cum sit ipsa finis et consummatio omnium sacramentorum.

1. S. Augustin., *Cont. lilter. Petition.,* η. n 239 ; P. L, x l iii. 342.

2. S. Augustin., *Cont. litter. Parmen.,* lib. Ill, c. νπι, n. 28 t *P. L.,* x l iii, 70.

IV. Corollarium quo compendiatur tota doctrina.

Ex omnibus hucusque expositis colligitur optimam et plenissimam esse characteris definitionem qualis ex Angelico traditur : « *Character esi potestas spiritualis, configurans homines sacerdotio Christi, ad divina suscipienda vel agenda*l. »

V. De recentiorum opinione quæ in Matrimonio et Extrema Unctione admittit quasi characterem.

Plures in Germania theologi, ut Laake, Oswald, Farine, animadvertunt in Extrema Unctione et praesertim in Matrimonio esse aliquid *stabile* et *permanens,* quo fit ut illa duo sacramenta non possint pro libitu, sicut Pcenitentia et Eucharistia, iterari. Licet characterem non imprimant, fundant tamen veram analogiam cum charactere, ac proinde concedi potest vigere in ipsis quemdam *guasi characterem,* qui est etiam titulus ad speciales gratias.

VI. Hæc theoria est doctrina nova ct penitus '.nfundata. et idcirco r e j i c i e n d a .

Licet admittatur in ipsis titulus quidam ad gratiam, non ideo habetur analogia cum chaiactere ; quia nullam tradunt potestatem spiritualem in ordine ad divina suscipienda vel peragenda.

Si autem non repetuntur ad libitum, id provenit, non ex aliquo *effectu quem in anima relinquant,* sed ex fine ipsorum proprio: nam, attenta institutione Christi, Matrimonium est indissolubile, ut significet unionem Christi cum Ecclesia, et Extrema Unctio esset îrustranea, si stante eodem morbi periculo iteraretur.

Standum est ergo avitae doctrinae, quam mirabiles aliunde commendant harmoniæ ac pulchrae congruentiæ, ut exposuimus[3].

I. S a l m a n t i ç e n s e s , n. 74.
Cf. II. M o u r e a u , *Diction. (Mol. calhol.,* TT, col. 1703.

QUÆSTIO QUINTA

DE CAUSA SACRAMENTORUM EFFICIENTE, TUM PRINCIPALI TUM MINISTERIAL!

AD Q. LXIV S, THOM/E

Moventur hic multa, tum de jure, turn de facto : circa institutionem sacramentorum (aa. 1-4) ; circa ministrum et conditiones in eo requisitas tum ad validam (a. 5), tum ad licitam sacramentorum confectionem vel administrationcm (a. 6) ; quis sit proprie minister, angelus an homo (a. 7) ; et quid in homine requiratur, an intentio (a. 8), an lides (a. 9), et quomodo se habeat intentio (a. 10).

V

ARTICULUS PRIMUS

DE CAUSA SACRAMENTORUM PRINCIPALI

AD ART. 1-4 S. THOM/E

I. Status quaestionis in art. 1. — Deum solum operari principaliter *interiorem effectum* sacramentorum inficiari nemo potest, nisi vel notionem gratiæ vel notionem sacramenti pervertat. Aliunde negare in· ministro omnem virtutem instrumentalcm ad gratiæ productionem esset ministerium sacerdotale ad actionem mere juridicam et externam reducere et errorem suscitare protestantium, vel Baii, cujus recolendæ sunt duæ propositiones damnatæ : « Prop. 57. Unde in sacramento baptismi aut sacerdotis absolutione proprie reatus peccati dumtaxat tollitur, et ministerium sacerdotum solum liberat a reatu. — Prop. 58. Peccator pœnitens non vivificatur ministerio sacerdotis absolventis, sed a solo Deo, qui, poenitentiam suggerens et inspirans, vivificat eum et resuscitat : ministerio autem sacerdotis solum reatus tollitur1. »

1. Dbnz., 1057, 1058. '

II. Conclusio : Solus Deus, ut agens principalis, operatur in anima interiorem effectum sacramenti ; potest tamen homo eundem effectum operari per modum ministri et ox virtute principalis agentis.

probatur **i**" pars. — Arg. Iura. Duplex distinguitur interior sacramentorum effectus, gratia scilicet ac character. Atqui solius Dei est producere in anima gratiam et characterem tamquam causa principalis. Ergo. — Probatur minor. Nullus operatur immediate ubi non est. Atqui solus Deus est præsens in anima, ubi est gratia et character. Ergo. Na.n ille solus est intrinsece in anima præsens *qui dal ei conservat esse* ; solus autem Deus causât et conservat esse in substantia spirituali, quæ nonnisi per creationem producitur; hinc axioma : *Solius est Dei mentem illabi.* Ergo : olus Deus potest immediate et principaliter in anima gratiam et characterem producere.

Arg. IIum. Ille solus potest interiorem sacramenti effectum, nempe gratiam et characterem, principaliter causare, n quo uterque derivatur tanquam'participatio. Atqui gratia derivatur a solo Deo : est enim naturæ divinæ participatio ; solus porro ille potest consortium naturæ divinæ tribuere, qui est Deus per essentiam. Character etiam a solo Deo derivatur ; est quippe participatio sacerdotii Christi ; cum autem sacerdotium Christi importet unionem hypostaticam, potest illud communicare ille solus cui subest unio hypostatica, nempe Deus. Ergo solus l >eus potest principaliter causare duplicem interiorem sacramenti effectum.

probatur **n»** pars. — **Ex Concilio Tridentino**l **eruitur** actionem sacerdotalem non esse nudum ministerium, sed vi rum actum judicialem, in quo forma non est vera nisi judex ipse reum absolvat. Porro absolvere pœnitentem aid. peccata ejus dimittere per infusionem gratiæ in animam. Ergo sacerdos potest causare ministerialiter interiorem lucramenti effectum. — Pariter ex **prop. damn, in Baio'** habetur pœnitentem, non solum liberari a reatu ,sed etiam vivificari in anima per ministerium sacerdotis. Porro vivilli itio et resuscitatio animarum est infusio gratiæ. Ergo

I. Cone. Trident./sess. XIV, can. 9; Denz., 919.
14. Vid. supra, η. i

ministerium sacerdotum attingit interiorem sacramenti effectum, gratia* infusionem.

Probatur ratione theologica. Eadem est ratio ministri et instrumenti, cum si* minister instrumentum animatum et liberum. Atqui instrumenta Dei attingunt interiorem sacramenti effectum ex virtute divina transeunter communicata, ut novimus ex dictis de causalitate sacramentorum. Ergo et ministri possunt ex virtute principalis agentis effectum sacramenti producere.

III. Plura notatu digna. — Notetur in resp. ad 2 valor orationum quæ dicuntur in sacramentorum collatione quæque proponuntur Deo, non ex parte singularis persome, sed ex parte totius Ecçlesiæ, *cujus preces sunt apud Ileum exaudibiles...* Devotio ministri non obtinet meliorem effectum sacramenti, scilicet meliorem characterem aut meliorem gratiam sanctificantem ; sed potest obtinere aliquid *annexum,* v. g , meliores dispositiones in subjecto recipiente sacramentum : « Nec tamen minister illud operatur, *sed impelral operandum a Deo* »

IV. Secunda conclusio : Solus Deus tanquam auctor principalis seu potestate auctoritatis potest instituere sacramenta (a. 2).

Conclusio certa omnino est, nec ullus citatur theologus qui illam infitiatus sit ; disputatur solum utrum, ex concessione vel delegatione. Apostoli vel Ecclesia instituerint sacramenta. Potestas porro auctoritatis est potestas, non participata, non derivata, sed propria et independens ; cum autem sacramenta non habeant ex se virtutem conferend* vel causandi gratiam, sed solum aptitudinem ut eligantur[1], institutor proprie est qui tribuit ipsis virtutem et robur

Unde sic arguitur : Sacramenta proprie instituere valet ille solus a quo sacramentorum virtus derivatur. Atqui a solo Deo derivatur virtus sacramentorum. Ergo solus Deus proprie seu potestate auctoritatis valet instituere sacramenta. — Explicatur major Cum virtus sacramenti sit instrumentaria, derivari debet vel ab eo qui sacramentum instituit vel ab eo qui sacramento

1. Vid. Supra, pp. 14, 82.

utitur. Sed non ab eo qui sacramento utitur, quia ille non agit nisi per modum ministerii. Ergo ab eo qui sacramentum instituit, ac subinde sacramentum instituere est conferre sacramento virtutem. — Prob. min. Virtus instrumentaria supernaturalis ab agente supernatural! principali hauritur et derivatur. Agens vero supernaturale principiale non est nisi Deusl. Ergo q solo Deo derivatur virtus supernaturalis quae in sacramentis *operatur.*

V. Tertia conclusio : Interiorem sacramentorum effectum operatur Christus, sive ut Deus sive ut homo ,. ut Deus per auctoritatem, ut homo potestate ministerii principalis seu potestate excellentiae (a 3).

probatur i» pars. — Operari per auctoritatem effectum interiorem, scilicet gratiam et characterem, est illum producere potestate non accepta, sed propria et independent!. Jam vero Christus, non ut homo, sed solum ut I >eus, potestatem habet irreceptam, independentem.. Ergo ‹ '.hristus ut Deus operatur interiorem sacramenti effectum potestate auctoritatis.

probatur na pars. — Potestas excellentia! illa intelli- ; itur quæ nulli homini vel* saltem non in eodem gradu convenit. Atqui potestas Christi quoad interiorem sacramenti effectum vel nulli homini convenit vel saltem non in eodem gradu. Ergo potestas Christi est potestas excel- Icntiæ.

Probatur minor. Christus ut homo interiorem sacramenti effectum operatur dupliciter . moraliter. tanquam causa principalis ; efficienter et physice, tanquam causa mstrumentalis. Prior autem modus nulli præter Christum ' impetere potest; alter vero etiam ministris, sed non in n idem gradu. Ergo-

Prob. prior pars majoris subsumptæ. nempe Christum ' e causam moralem principalem Quatenus enim caput l cclesiæ, gratiam hat^et capitalem qua potest suis membris mereri et satisfacere, sicut homo justus pro se ipso

I. Constat ex notione entis supernaturalis : omne supernatu- riilc creatum, etiam supernaturale *quoad substantiam seu essentiam,* niJ *accidentalis part'cipaiio* vitæ Dei propriæ et intimæ ; ac proinde mipmiaturale principale est supernaturale substantiale et increa- Iiiiii, scilicet Deus. Ci. De *Gratta,* q. r, art. r.

meretur et satisfacit[1]. Justus autem sibi meretur et satisfacit per modum causæ moralis principalis.'"Ergo pro omnibus hominibus Christus est causa meritoria et satisfactoria principalis. Hinc de Christo dicitur : « *Nec aliud nomen esi sub cælo datum hominibus in quo oporleal nos salvos fleri**. » Eodem jure est causa omnis potestatis spiritualis. Si enim est plena et perfecta salutis causa, debet nobis omnia obtinere quæ ad salutem ordinantur. Hujusmodi porro est potestas spiritualis, quæ saluti promovendæ tota deservit. Est igitur Christus ut homo causa moralis principalis tum gratiæ tum spiritualis potestatis, quæ sunt effectus interiores sacramentorum. — Declaratur altera pars. Christi humanitas est causa efficiens instrumentalis physica, qua Verbum utitur ad omnes effectus supernaturales producendos. Nulla igitur causatur gratia in sacramentis nisi mediante causalitate instrumental) humanitatis assumptæ[3].

Prob. min. Quoad causalitatem meritoriam et satisfactoriam liquet. Nullus homo purus satisfacere potest de condigno pro peccato mortali, ut alibi probatum est[4]. Nec de facto potest unus homo mereri de condigno pro cæteris, sed meritum in ipso operante exhauritur totum. Ut quis pro cæteris mereatur de condigno, debet institui eorum caput in ordine salutis. Solus autem Christus est caput. Ergo illa causalitas nulli præter Christum competit. ⊢ Causalitas vero instrumentalis physica etiam ministris competit, sed non eodem jure. Instrumentum enim conjunctum principalitatem habet respectu instrumentorum separatorum. Atqui humanitas Christi est instrumentum conjunctum Verbo hypostatice, ministri vero sunt instrumenta separata. Ergo causalitas Christi instrumentalis principalitatem habet.

VI. Potestas exceilentiœ in Christo respectu sacramentorum in quatuor consistit (a. 3). — Primo, *meritum ei virlus passionis ejus operatur in sacramentis :* meruit

1. Vide Tract. *De Verbo Incarnato et Redemptore.*
2. *Act.,* iv, 12.
3. Cf. opusc: nostr. : *La causalité instrumentale en théologie,* c. ni.
4. Cf. *De Incarn.,* q. i, art. n.

nempe Christus, utpote causa omnium bonorum spiritualium quæ salutem spectant, ut Deus sacramentis .tribueret vim causandi gratiam, et aliunde humanitas ejus ut instrumentum conjunctum communicat instrumentis separatis virtutem physicam gratiæ causativam.

Secundo, *sacramenta conficiuntur el administrantur in nomine Christi* et auctoritate a Christo accepta ; ratio est quia virtus passionis, ut dictum est, operatur in sacramentis et virtus illa copulatur nobis per fidem et fides per invocationem nominis Christi manifestatur[1].

Tertio, *Christus potuit instituere sacramenta* : si enim potuit rebus sensibilibus alligare virtutem sanctificandi, potuit eo ipso sacramenta condere. Imo, in præsenti mconomia, cum sit ipse solus causa salutis solusque conferat vim sanctificandi, est solus qui sacramenta instituerit et instituere potuerit.

Quarto, *potuit effectum sacramentorum sine exteriori sacramento conferre.* Dedit quippe virtutem ipsis sacramentis ; unde, sicut effectus pendet a causa, sed non e converso, ita sacramenta pendent a Christo, non Christus a sacramentis ; ac valet idcirco gratiam vel cum sacramento vel absque sacramento in animam infundere : sicut, de facto, paralyticum et Magdalenam immediate per seipHUm, absque sacramento, justificavit et sanctificavit[2].

Nulli porro homini competit ut sit causa meritoria (.aeramentorum, cum nulli sit collata gratia capitalis. Unde, licet ministri sint instrumenta, non dant virtutem moramentis, nec ministrant suo nomine sacramenta, nec possunt sacramenta instituere, nec a fortiori gratiam indep› ndenter a sacramentis conferre.

VII. Potestatem auctoritatis quam habet in sacramentla, non potuit Christus communicare ; potestatem vero oxcellentiæ potuit homini puro communicare, non tamen In oa perfectionis amplitudine quæ sibi competit (a. 4).

– · Prima pars a nullo in dubium vertitur ; quoad alterum vero partem fuit disputatum : negarunt Scotus, Durandus, Vasquez, Biel ; affirmant vero, cum S. Augus-

I. Gf. supra, pp. 101 ss.
Λ Matth., jx, 6; Luc., vu, 48.

stino et S. Thoma, Thomistæ, Lugo, Suarez et theologi communius[1].

declaratur 1» pars. — Potestas auctoritatis est potestas independens, irrecepta, quæ idcirco Christo competit ut Deo. Depugnat autem communicari creaturæ puræ potestatem irrceptam et independentem. sicut et repugnat communicari divinitatem essentialem. Ergo.

probatur 1i" pars. — 1° Auctoritate S. Augustini : «Potuit Dominus Jesus Christus, si *vellet, dare potestatem alicui servo suo* ut daret Baptismum suum tamquam vice sua et transferre a se baptizandi potestatem et constituere aliquo in servo; et tantam vim dare Baptismo translato in servum quantam vim haberet Baptismus datus a Domino. Hoc noluit ideo, ut in illo spes esset baptizatorum a quo se baptizatos agnoscerent[2]. » Confitetur ergo S. Doctor rei possibilitatem, negatque solum congruitatem quoad factum. Nec minus expresse affirmat Angelicus, hic a. 4.

2° Ratione theologica. Potestas excellentiæ ea est qua quis possit mereri de condigno gratiam quæ in sacramentis confertur. Atqui non repugnat ut Deus puro homini concedat eam gratiæ plenitudinem qua possit iste mereri aliis gratiam de condigno. Ergo. Explicatur et probatur min. Sufficit ut homo ille instituatur caput aliorum in ordine supernatural!. Quemadmodum autem institpit Deus Adainuin caput naturale, posset instituere aliquem hominem aliorum caput tum naturale tum supernaturale, ita ut mereretur pro aliis sicut pro seipso gratiam de condigno. — Unde, in illa hypothesi, haberet purus homo quatuor prærogativas in quibus potestas excellentiæ reponitur : primo, ipse daret virtutem sacramentis, cum meruisset de condigno gratiam et vim gratiæ causativam ; secundo, quia omne meritum in ejus operibus fundaretur, hinc sacramenta in nomine ipsius ministrarentur ; tertio, quia esset œconomus gratiæ, posset vel gratiam dare per signa sensibilia et sic sacramenta instituere, vel, quarto, per seipsum gratiam absque sacramentis conferre.

Dices ·: Major est justificatio hominis per sacramenta

1. Cf. Gonet, disp. V, a. 2 ; Salmant., disp. VI, dub. it.
2. S. Augustin., tract. V, *in Joan.',* ɳ. 7; *P. L.,* xxxv, 1417.

quam creatio. Atqui potestas creandi nequit communicari. Ergp nec potestas justificandi. — *Resp. :* Dist. maj. : Justificatio est major *ex parte facti* seu termini, concedo, quia terminatur ad esse supernaturale, dum creatio terminatur ad esse naturale; *ex parte modi* faciendi, nego, quia creatio est ex nihilo, dum justificatio fit ex potentia animæ obedientiali1. Unde negatur sequela : sicut enim potest esse instrumentum justificationis, licet non sit instrumentum creationis, ita communicari valet potestas secundaria justificandi, licet nullatenus communicetur potestas creandi. — *Inst. :* Purus homo non potest satisfacere de condigno pro cæteris. Ergo nec mereri de condigno. — *Resp. :* Nego paritatem ; nam ad satisfactionem de condigno pro offensa infinita requiritur persona infiniti valoris ; ad merendum vero de condigno sufficit persona quæ sit Deo amica per statum justitiæ, quæ habeat formam divinam, nempe gratiam et charitatem, et moveatur a Motore divino, scilicet Spiritu Sancto2. Unde, sicut homo purus meretur sibi de condigno, ita posset ex ordinatione divina mereri de condigno pro aliis ; sed repugnat absolute ut satisfaciat de condigno sive pro aliis sive pro semetipso.

probatur ma pars. — Christus est instrumentum conjunctum ; homo vero purus, quantacumque gratia polleat, remanet semper instrumentum separatum. Porro instrumentum conjunctum semper erit instrumento separato nobilius ac semper præstantiori modo operabitur. Ergo, etiamsi Christus communicaret homini puro potestatem excellentiæ, remaneret tamen ille homo in gradu humiliori infra Christum.

Insuper, meritum Christi, ratione unionis hypostaticæ, est infiniti valoris et est de condigno ex toto rigore justitia·. Nullus autem homo purus poterit unquam meritum infiniti valoris suscipere, imo nec potest ex toto rigore pistitiæ mereri, cum jam acceperit' a Deo principium merendi. Ergo communicari nequit potestas excellentiæ in eo gradu qui Christo competit.

VIII. Utrum de facto Christus contulerit Apostolis vel la clesiæ potestatem instituendi sacramenta.

I. Cf. S. Thom., bl IIae, q. exui, a. 9.
Cf. Tract. *De Gratia,* ubi de merito.

Tripliciter concipi posset sacramentorum institutio per Apostolos : Primo, hoc sensu quod per sacramenta nobis applicarentur Apostolorum merita ; qui modus, licet absolute non repugnet, ut vidimus, est certissime excludendus nec ab aliquo theologo propugnatur. Secundo, hoc sensu quod acceperint Apostoli a Christo potestatem instituendi pro libitu signa sensibilia gratiaé collativa ad applicationem meritorum Christi ; nec etiam hic dicendi modus ab aliquo defenditur. Tertio, hoc sensu quod Spiritus Sanctus Apostolis *tamquam organis suis revelaverit ei commiserit* certa sacramenta esse instituenda per quæ applicarentur merita et virtus Christi.

De hoc ultimo modo procedit quæstio ; et hoc sensu intelligenda videtur *senlenlia plurium theologorum ante Concilium Tridenlinum*. Hugo Victorinus[1], Magister Sententiarum'[2], S. Bonaventura[3] opinati sunt sacramentum Extremæ Unctionis, non ab ipso Christo immediate, sed ab Apostolis fuisse institutum. Pœnitentiam quoque esse apostolicæ vel ecclesiasticae institutionis tenuerunt Gulielmus Altissiodorcnsis[4], Alexander Ualensis[5][6] S. Bonaventura[7]. Confirmationis pariter institutionem Ecclesiæ adseribunt S. Bonaventura' et præsertim Alexander Ualensis, qui dicere videtur institutam fuisse Confirmationem sæculo ix (845) in concilio Meldensi[8] ; quam tamen opinionem aliqui interpretantur, non proprie de institutione, sed de nova determinatione materiæ et formæ, seu, prout ipse loquitur, quantum « ad formam verborum et materiam elementarem ».

Loisy ei modernislæ contendunt nullum sacramentum esse a Christo historico institutum, sed omnia orta esse

1. Hugo a S. Victore, t. III, part. XV, c. n.
2. Petr. Lombard., *IV Seni.,* dist. XXIII, c. n.
3. S. Bonavent., *IV Seni.,* dist. XXIII, q. n, a. 2. Opinari tamen licet S. Bonaventuram postea sententiam illam correxisse in *Breviloquio.* VI, xm.
4. Gulielm. Altissiod., *Serm.,* lib. IV, tit. 2 cap, in.
5. Alexandr. Halens., IV P., q. ix, tnemb 3
6. S. Bonavent., dist. XVII, q. i, a. 3. Sed, ut videtur, correxit in *Breviloquio,* loc. cit.
7. *Id.,* dist. VI, q. i, a. 1.
8. IV P., q. ix, membr. 1 et 2.

('X ipsa Ecclesia interpretante aliquam intentionem Christi[1].

Concilium Tridentinum definit omnia Novæ Legis sacramenta esse a Christo instituta. Ab illo tempore nullus theologus inficiatus est immediatam ï Christo institutionem. Putarunt Cellarminus, Vasquez, Gonet immediatam illam institutionem esse jam de fide ; sed talem non fuisse Concilii mentem communiter tenent hodie theologi cum Ruardo Tappero, qui Concilio adfuerat, Dom. Soto, Suarez, Biliuart, Gotti, Franzelin, de Augustinis et signanter M. de Baets, qui hoc argumentum erudite pertractavit[2].

IX. Conclusio : Omnia Novæ Legis sacramenta fuerunt a Christo IMMEDIATE instituta.

Non est conclusio exhibenda ut dogma fidei vel doctrina stricte catholica, sed dici potest assertio theologice certa. Esto nolucrit Concilium reprobare opinionem Magistri Sent., Ualensis, Bonaventuræ, intendebat tamen veram ac proprie dictam institutionem a Christo asserere ac vindicare ; hoc autem præstando, modum loquendi adhibuit formulasque elegit quæ institutionem immediatam æquivalenter important. Probatur ergo conclusio.

Arg. Ium, ex Concilio Tridentino[3]. — 1° Proprietas verborum fert ut *verus auclor* vel institutor dicatur ille qui condit immediate aliquid, legem, statum, societatem. Unde, sicut dicitur Christus auctor salutis, quia immediate operatus est salutem, auctorque Ecclesiæ, quia condidit immediate Ecclesiam ; ita dicendus est institutor sacramentorum, quia immediate illa instituit. Hunc esse modum loquendi proprium elucescit ex sequenti animadversione : In Ecclesia sunt triplicis generis instituta, quæ diversa sortiuntur nomina juxta diversum auctorem : instituta a Christo dicuntur *juris divini* ; instituta ab Apos(olis dicuntur *originis aposlolicæ ;* instituta post Apostolos dicuntur *originis ecclesiasticæ.* Unde illa solum quæ sunt juris divini et immediatæ institutionis dicuntur esse a

1. Loisy, *Autour d'un petit livre,* pp. 220 ss. ; Décret. *Lamentabili* prop. 39, 40 ; Denz., 2039-2040.
2. *Uevue Thomiste,* mars 1906, pp. 31 ss.
3. Sees. VII, can. 1 ; Denz., 844.

Christo. Quapropter, si sacramenta dicuntur esse a Christo, proprietas verborum immediatam institutionem indulcat.

2° Concilium Tridentinum[1], quum de Extrema Unctione loquitur, apprime distinguit inter *insliluliouem* a Christo et *promulgationem* a B. Jacobo. Non autem esset plena ratio distinguendi, nisi admitteret Concilium esse Christum unicum et immediatum institutorem, cum in altera opinione potuerit B. Jacobus, non solum promulgare, sed ex divina commissione instituere.

3° Distinguit Concilium[2] inter *rilum* et *substantiam* sacramentorum : valet nempe Ecclesia ritus diversos addere, sed nequit substantiam mutare. Atqui posset mutare, si sâcramentum esset immediate ab ipsa institutum. Nam immediate instituere sacramentum est elementa ejus essentialia, nempe materiam et formam, non solum quoad ultimam determinationem perficere, sed proprie et simpliciter determinare.

Concilium vero interpretatur et declarat traditionem priorum saeculorum.

Arg. 1!"', ex Traditione. — Patres non discernunt inler sacramenta Christi et sacramenta Apostolorum, sed universaliter pronuntiant omnia sacramenta esse a Christo l Jomino. « Nostra enim servitia, sed tua *sunt sacramenta*[3,4]» — Quapropter ostendit Augustinus ideo sacramentum non pendere a dignitate ministri, quia est sacramentum Christi[1]. Dixerat potuisse Christum delegare servum ad instituendum sacramentum, sed id noluisse ne servus in servo spem suam reponeret. — Hinc auctor librorum *De Cœlesli Hierarch,* et *De Hierarch. Ecclesiast.* concludit Christum esse sacramentorum auctorem et institutorem, sicut est auctor et institutor nostræ hierarchiæ[5]. Est porro auctor hierarchiæ immediatus.

Patres Scripturam interpretantur.

1. Sess. XIV, *De Extrema Unctione,* can. 1 ; Denz., 926.
2. Sess. XXI, cap. π ; Denz., 931.
3. S. Ambros., *De Spiritu Sancto,* lib. 1, Prolog., n. 18 ; *P. L* xvi, 708.
4. S. Augustin., *Traci. V in Joan. ; P. L.,* xxxv, 1422 ss. — Cf. *ibid.,* 1417.
5. *De coelest. Hierarch.,* I ; *P. G.,* m ; 121 ; *De Hierarch. Eccles.,* I ; *P. G.,* ni, 372.

Arg. IIIum, ex Scriptura. — Institutionem Baptismi et Eucharistiæ Scriptura apertissime attribuit Christo. Idem constat de Poenitentia ; dicendo quippe : « *Quorum remiseritis peccata remittuntur eis et quorum retinueritis retenta sunt*[1] », instituit Christus manifeste per modum judicii sacramentum remittendi peccata. Pariter, instituendo Eucharistiam, debuit condere sacramentum quo possit Eucharistia confici et ministrari : quapropter, præcipiendo Apostolis ut consecrarent et offerrent in sui commemorationem, instituit Ordinis sacramentum[2]. — Quoad cætera sacramenta valet hæc ratio præcipua : Scriptura commemorat Apostolos « testari » tantum « quod viderunt[3] », non se commendare ut institutores, sed solum ut « dispensatores mysteriorum Dei[4] ». — Quocirca Scriptura supponere non sinit aliquod sacramentum fuisse ab Apostolis institutum.

Arg. IVum, seu rationes theologicae. — 1° Christus, cum sit proprie auctor novæ (Economise, debuit immediate ln condere quæ ad intrinsecam nostræ (Economiæ constitutionem pertinent. Atqui sacramenta, seu *ministerium,* pertinent ad intrinsècam nostræ Œconomiæ constitutio-; nem, sicut *magisterium* et *regimen.* Ergo sunt immediate n Christo, sicut doctrina et regimen. 2° Congruebat maxime ut potestas sacramenta instituendi, quæ est *potestas excellentiae, in solo Christo remaneret* : primo, propter) jus dignitatem, quia est instrumentum Verbi conjunctum ; secundo, ne servus inservo spem nimiam reponeret; b ctio, ne schismata in Ecclesiam inducerentur, dum alii ‹licerent : Ego sum Pauli, alii vero : Ego sum Cephæ ; llimum, ne essent plura capita in Ecclesia.

X. Difficultates non paucæ nec leves ex historia oriuntur, ad quarum solutionem recolendà sunt principia nlilii[6] tradita de *determinatione specifica* vel *lanium genera a* materiæ et formæ sacramentorum.

l Joan., xx, 23.
" ICf. Cone. Trid., sess. XXII, cap. i et sess. XXIII, cap. ; fyia, 938 et 957.
[.i Joan., i, 1-3.
4. / Cor., tv, 1.
l ▷ Cf. supra, q. i, art. iv, n. vii-xn.

ARTICULUS SECUNDUS

DE CAUSA SACRAMENTORUM MINISTERIAL!

AD ART. 5-9 *Q.* LXIV S. THOMÆ

I. Errores[1]. — Duplex quæstip movetur de ministro sacramentorum : altera de *probilale* seu sanctitate, utrum sacramenta a ministro peccatore collata sint valida ; altera de *fide,* utrum sacramenta extra Ecclesiam collata, nempe in infidelitate, hæresi vel schismate, sint valida.

Dubium primus movit *Agrippinus* episcopus Carthaginensis, praedecessor S. Cypriani. — *S. Cyprianus* vero cum 31 episcopis Africanis contendebat baptismum extra Ecclesiam collatum esse invalidum ac proinde rebaptizandos qui extra ipsam baptizantur. Re autem ad Stephanum Papam delata, Summus Pontifex validitatem baptismi pronuntiavit, a quo celebre eïïatum : « Nihil innovetur nisi quod traditum est[3]. »— A morte Cypriani videtur error ille evanuisse ; sed sæculo iv sub alia forma excitatus est. *Donalistæ* quippe asseruerunt peccatores gratia destitutos non posse obire valide munia ecclesiastica et hinc invalida esse omnia sacramenta quæ in statu peccati mortalis ministrantur. — Cui errori postea adhæserunt *Waldenses, Albigenses, Fralicelli, Wicleff, Anabaptislæ,* — Opinatur quoque *Magister Sententiarum* non confici valide Eucharistiam ab hæreticis et nominatim excommunicatis.

II. Prima conclusio: Ad valorem sacramenti non requiritur in ministro fides (a. 9).

Propositio est definita quoad Baptismum ; videtur etiam de fide quoad Ordinem, propter decretum Pascha-

1. Cf Tixeront, *Ilisldre des dogmes,* 1, pp. 392 ss. ; Schwane, *Controversia de valor· Baptismi,* Héfélé-Leclercq, *Hist, des Conciles,* t. J, pp. 172-191 ; A. d'Alès, *Diction. Apol.* I, 390 ss.
2. Denz., 46.

lis TI inox referendum ; quoad cætera Sacramenta, est DOCTRINA PROXIMA FIDEI.

De Baptismo ergo valent : 1° Decretum S. Stephani I, non esse rebaptizandos baptizatos, a quacumque hæresi veniant[1]. 2° Declaratio concilii Arelatensis (a. 314), sufficere ut Baptismus fiat in nomine Patris et Filii et Spiritus S.[2]. 3° Canon Concilii Nicæni de Baptismo hæreticorum pro valido habendo[3]. 4° Besponsio S. Innocentii I ad Vitricium Rotomagensem, hæreticos esse vere in nomme Christi baptizatos[4]. 5° Responsio S. Nicolai I ad Bulgaros, sufficere ut fiat Baptismus in nomine Trinitatis[5]. 6° Verba Eugenii IV, in decreto *Unionis* : « In casu necessitatis, etiam paganus et hæreticus baptizare potest[6] ». 7° Definitio Concilii Tridentini : « Si quis dixerit Baptismum qui etiam datur ab hætericis in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non esse verum Baptismum ; A. S.[7]. »

De Ordine citari debet declaratio Paschalis II in concilio Cuastallensi (a. 1106) : validæ agnoscuntur ordinationes factæ a schismaticis et hæreticis[8].

Quoad cætera Sacramenta, valent argumenta generalia mox exponenda. Notetur tamen in Poenitentia requiri, ad validitatem sacramenti, *jurisdictionem,* quæ non conceditur hæreticis nisi in mortis articulo[9].

III. Secunda conclusio : Ad valorem sacramenti non requiritur in ministro sanctitas seu status gratiæ (a. 5). - Propositio est de fide. — Præter documenta jam allata contra rebaptizantes et donatistas, sunt specialissimæ hac de re declarationes : 1° Professio fidei Waldensibus nb Innocentio III præscripta : « Sacramehta quæ in Ecclesia

1. Denz., 46, 47.
2. *Id.,* 53.
3. *Id.,* 55.
4. *Id.,* 94.
5. *Id.,* 335.
6. *Id.,* 696.
7. Sess. VII, *De Baptismo,* can. 4; Denz., S60.
8. Denz., 358. — Cf. Saltet, *Les Réordinations.*
9. Cf. Cone. Trident., sess. XIV, c. vu ; Denz., 903 ; *Ritual. Unman., De Sacram. Pœnilentiæ ; Codex Juris Canonici,* can. 872 ss., 882.

celebrantur, licet a peccatore sacerdbte ministrentur, dum Ecclesia eum recipit, in nullo reprobamus[1]. » 2° Propositio Wiclelfi in Concilio Constantiensi damnata : « Si episcopus vel sacerdos existât in peccato mortali, non ordinat, non consecrat, non conficit, non baptizat[2] » 3° Definitio Concilii Tridentini : « Si quis dixerit ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia quaj. ad sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent servaverit, non conficere aut conferre sacramentum, A. S-3. » Docet pariter Concilium sacerdotes qui in peccato mortali absolvunt potestatem ligandi et solvendi habere[4], et in sacramento Eucharistiæ hostiam quæ in altari offertur nulla indignitate aut malitia offerentium inquinari posse*.

IV. Argumenta quæ utramque conclusionem corroborant.

1° Imprimis perpetua Ecclesiæ praxis[8]. Sacramenta ab haireticis vel a peccatoribus collata pro validis agnoscebat Ecclesia, et hæc vigebat praxis, pacifica possessione jam firmata, et, quando dubium ingeritur ab Agnppino, Cypriano et episcopis Africanis, fortiter obstitit S. Stephanus, reponendo nihil esse innovandum. Veritas aliquatenus obscurata iterum resplendet et strenue ab Augustino vindicata Ecclesias omnes paulatim in pace possidet.

2° Patres doctrinam illam analogiis et similitudinibus efficaciter illustrant. Sicut canalis sive lapideus sive plumbeus æqualiter aquam transmittit, sicut imago regis annulo ferreo impressa non est minus vera quam in annulo aureo insculpta, sicut sigillum sive ferreum sive aureum in cera impressum vere notat et signat ; ita minister sive probus sive malus, dummodo sit Christi instrumentum, valide conficit' sacramenta.

3° Rationes evidentes suffragantur. Si sacramentorum

1. Denz., 424.
2. *Id.,* 584 .
3. Sess. VII, can. 12 ; Denz., 855.
4. Sess. XIV, can. 10 ; Denz., t)20.
5. Sess. XXII, cap..i ; Denz., 039.
6. Cf. Pourrat, *La théologie sacramenlaire.*
7. Cf. S. Augustin., *Tract; V in Joan. ; P. L.,* xxxv, 1422-1425 ; *De Baptismo·, Coni: Gresconium,* etc. ; *P. L.,* xlhi ; S. Gregor. Nazianz., *Oral.* 40 *in S. Baptisma ; P. Gr,* xxxvi, 396.

vnlor a fide vel probitate ministri penderet; id proveniret ve; ex intrinseca sacramenti natura, quod efficaciam suam ex ministri merito mutuaretur ; vel ex natura potestatis ministerialis, qualis a Christo confertur. Atqui neutrum dici potest. Ergo.

Probatur minor. — Non ex natura sacramenti, quod est signum practicum et causa efficax gratiæ, non quidem ex opere operantis, vel suscipientis vel ministri, sed ex opere operato seu ex virtute Christi. — Non ex natura potestatis ministerialis. Minister quippe sacramenti per modum instrumenti operatur. Atqui, cum tota virtus instrumenti a causa principali pendeat et effectus non instrumento sed agenti principali assiiniletur, accidit instrumento quod ex materia nobili 'vel infirma conficiatur, dummodo retineat id quod ad rationem instrumenti requiritur. Ergo accidit ministro ut sic quod malas vel bonas dispositiones· suscipiat, charitatem et fidem habeat, aut illis careat, dummodo retineat id quod ad rationem instrumenti supernaturalis requiritur. Porro id solum quod ad rationem instrumenti supernaturalis postulatur est intenlio laciendi quod facit Ecclesia vel character sacramentalis, qui remanet indelebiliter in bonis et in malis, etiam in fugitivis et apostatis. Valet igitur sacramentum, dummodo minister habeat intentionem laciendi quod facit Ecclesia (et potest habere etiam infidelis) vel sit charactere insignitus.

Cæterum in hoc elucet Dei providentia circa hominum silutem : si enim sacramentorum valor a merito ministri penderet, magnum oriretur animarum dispendium et frequens in suscipientibus anxietas de ritus validitate.

V. De requisisitis ad licitam administrationem (a. 6).

Distinguitur minister ex officio seu *solemnilalis* et minister *tifcessilalis.* Minister ex officio seu *solemnilalis* dicitur qui ril. specialiter deputatus vel consecratus ad sacramentum iouficiendum, ut sacerdos celebrans Missam vel absolxrus ; minister vero *necessitatis,* qui non est ad tale officium consecratus, ut laicus baptizans, vel, si est consecratus, non agit solemniter et vi consecrationis, ut sacerdos in necessitate baptizans quando posset etiam laicus baptizare.

I∪ *Minister ex officia solemniter conficiens sacramentum*

in statu peccati mortaliter peccat. Ita communiter theologi1. Gravis quippe inordinatio in materia gravi est peccatum mortale. Sed conficere solemniter sacramenta in statu peccati est gravis inordinatio. Ergo. — Prob. min. Minister consecratus agens ex oficio gerit personam Christi et Ecclesiæ debetque ipsis conformari : « Sancti estote, quia ego sanctus sum', ıı At, si agit in statu peccati, non se conformat ipsis, sed injuriam potius irrogat, eonim personam indigne gerendo. Ergo gravem in materià gravi et sancta inordinationem inducit. — Confirmatur. Cum de jure naturali sit ut sancta sancte tractentur, gravis inordinatio est tractare sancta indigne. Porro qui sacramenta ministrat in mortali peccato indigne tractat sancta ; nam illa- contaminat, quantum est ex parte ipsius, licet sacramenta secundum seipsa incontaminabilia sint. Ergo qui conficit in mortali gravem inducit inordinationem. -

2° *Minister necessitatis baptizans* in mortali non peccat graviter. Ita S. Thomas, hic ad 3, Thomistæ communiter, Suarez, etc , quibus tamen contradicunt Ledesma, Vasquez, Lugo, S. Alphonsus, etc. Katio 1). Thomæ est quia ille, sive laicus sive sacerdos, non agit ut consecratus, non irrogat injuriam Christo et Ecclesiæ, quippe qui non se exhibeat ministrum Ecclesiæ, sed solum subveniat necessitatem patienti. — Exemplo confirmatur : qui non est specialis regis famulus, licet in aliquo casu per accidens regi serviat absque ornatu et insignibus officii, in regem non peccat ; et idem contingeret in propriissimo regis famulo, si in urgenti aliqua necessitate ipsi subveniret, non quidem ut famulus, sed ut alius quivis2.

3° *In Matrimonio,* contrahentes in mortali peccant mortaliter, saltem ut suscipientes indigne sacramentum vivorum. Utrum vero novum committant sacrilegium, quatenus sunt ministri respectu illius sacramenti, disputatur. Sententia negativa videtur verior, quia non agunt ut specialiter consecrati.

4° *In cæteris vero sacramentis,* conficiens in peccato semper peccat graviter. In his enim minister agit semper

1. Cf. Salmanticenses, disp. VII, dub. iv, n. 61 ss.
2. *Levit.,* xi, 44 et xix, 2.
3. Salmanticenses. n. 72 : card Billot, *De Sacram.,* I, ρρ. 193-194.

nomine Christi et Ecclesiæ, et actus quem exercet est semper proprius ordinis sacerdotalis. Quapropter hic distingui nequit minister necessitatis et minister solemnitatis. — ' '.æterum, minister non constituitur in statu perplexitatis, quia, si urgente necessitate non possit confiteri, potest semper actum contritionis elicere nec ipsi deerunt gratiæ actuales ad illud præceptum pro tempore adimplendum.

De cæteris porro, sicut et de dispositionibus ex parte subjecti, *consulanlur moralislæ* et casuistæ.

VI. De angelorum ministerio respectu sacramentorum (a. 7). — Perpendatur pulchra ac profunda ratio qua probat S. Doctor *non convenire angelis* ut ministrent sacramenta. Quum tota virtus sacramentorum derivetur a passione Christi et passio sit Christi ut est horno, illis proprie convenit sacramenta nostra ministrare qui conformantur Christo homini et redemptori per passionem. Sed qui conformantur hoc modo sunt homines, non angeli, quibus potius secundum passionem dicitur « modico ininoralus » Christus[1]. Ergo, non angelis, sed tantum hominibus competit ministrare sacramenta.

Potest tamen Deus *ex speciali commissione* delegare ■mgelos : sicut enim virtutem suam non ita alligavit sacramentis, quin possit effectum interiorem sacramenti sine sacramento producere ; sic virtutem suam non .ita alligavit Ecclesiæ ministris, quin possit etiam angelis virtutem tribuere ministrandi sacramenta. « Et, quia boni angeli sunt nuntii veritatis, si aliquod sacramentale ministerium a bonis angelis perficeretur, esset ratum habendum, quia Heberet constare hoc fieri voluntate divina. »

1. *flebr.,* n, 9.

ARTICULUS TERTIUS

SPECIATIM de intentione ministri

AD AHT. 8 ET 10 *Q.* LXIV S. THOM®

I. Status quæstionis. — Errores. — *Intentio* est voluntatis actus quo quis aliquid agere decernit. *Intentio ministri* est voluntas deliberata conficiendi sacramentum seu ponendi quod instituit Christus. Intentio *explicita* est expressa voluntas conficiendi ipsum sacramentale signum fôrmaliter sacrum ; intentio autem *implicita* est voluntas in genere laciendi quod facit Ecclesia, quodcumque illud sit. Utraque potest esse : vel *actualis,* si, eodem tempore quo sacramentum confertur, minister intendat illud reapse conferre ; vel *oirlualis,* quando quis, licet actu non intendat vel advertat, virtute tamen intentionis prius habitæ et adhuc perseverantis vult ritum sacrum perficere ; vel *habitualis,* quæ fuit actu habita sed quæ in præsenti neque actu neque virtute ad sacramentum ponendum influit. Demum *interpretation* dicitur quæ nunquam tuit habita, sed haberetur, si prævisa fuisset circumstantia, sicut Christianus interpretative vult, id est supponitur velle, extremam unctionem suscipere. At, si ex parte subjecti admitti potest intentio interpretativa, non intelligitur ex parte ministri, qui, non interpretative, sed reapse et actu confert sacramentum.

Ouæritur ergo an et qualis requiratur intentio ex parte ministri. Non sufficere habitualem liquet, nam ex hoc quod est in habitu nullus operatur ; non requiri actualem indubium est, quia hæc non est semper in potestate hominis, propter distractiones quas penitus cohibere est moraliter impossibile. Sufficere et requiri virtualem est doctrina certa.

Protestantes contendunt nullam per se requiri intentionem : cum enim, juxta ipsos, verba sacramentalia sint « mere concionatoria », eo ipso quod proferuntur, effectum suum sortiuntur fidemque excitant, quin ulla concurrat

voluntas ministri ; quæ sententia est H/Eretica, requirentibus Conciliis intentionem saltem generalem faciendi quod facit Ecclesia. — *Quidam veteres theologi,* ut Alexander llalensis, S. Bonaventura, Durandus, Biel, Paludanus, etc., existimarunt intentionem ministri, licet necessaria sit ad receptionem ipsius ritus sacramentalis, non requiri tamen ad effectum sacramenti, quia tunc supplet Christus, non permittendo ut subjectum effectu privetur propter intentionis defectum vel pravam ministri intentionem ; quæ sententia est omnino derelinquenda[1]. Unde sit

II. Prima conclusio : Intentio saltem virtualis in ministro ita est necessaria, ut Deus defectum non suppleat.

Doctrina hæc hodie communis est et tenenda. — Posset quidem Deus absolute intervenire et defectum in casu particulari supplere ; at talis interventus miraculum foret, quod non possumus affirmare nec etiam supponere, nisi a posteriori, evidentissimo facto, probetur.

Opposita opinio, nedum habeat fundamentum in Scriptura et Traditione, imo aperte ipsis adversatur. *Absolute* ‹7 *universaliter* pronuntiat Christus : « Nisis quis renatus luerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei[2]. » Quæ verba veritate carerent, si alio modo ipse Christus suppleret baptismi effectum.

Patres idem testantur et invocant Ecclesiae praxim, ubi cum baptizandis parvulis festinatur et curritur. » Ad rem . Augustinus : « Quisquis dixerit quod in Christo vivificabuntur etiam parvuli qui sine sacramenti ejus participatione ‹!‹· vita exeunt, hic profecto et contra Apostolicam prædi- ' ulionem venit, et totam condemnat Ecclesiam, ubi prop- l rica *cum baptizandis parvulis festinatur et curritur, quia nine dubio creditur aliter eos in Christo vivificari omnino mm posse*[3]. «

Concilia asserunt simpliciter esse invalidum sacramentum, si desit aliquid aut ex parte materiæ et formæ, aut ' . parte ministri qui non haberet intentionem faciendi

1. Cf. Suarez, disp. XIII, sect. 2; Gonet, disp. VII, v, a. 2 ; Ha i.µ anticenses, disp. VII, dub. π, η09 36 ss.

2. Joan., hi, 5.

3. S. Augustin., *Epist. ad Hieron. ; P. L.,* xxxm, 730.

quod facit Ecclesia[1]. Defectum autem non suppleri indicant, eo ipso quod affirmant saluti parvulorum non posse alio remedio subveniri nisi lavacro regenerationis*. Poterunt quidem adulti justificari, scilicet per actus contritionis et caritatis sub influxu gratiæ actualis[2], sed quoad characterem nihil supplebit defectum : « Character nunquam imprimitur nisi per sacramentum[4]. »

III. De intentione externa vel interna, — Demonstrato necessariam esse aliquam intentionem, inquiritur an sufficiat intentio illa qua minister velit ponere externe et congruenter actum externum quem facit Ecclesia, licet interne contradicat. Hæc vccatur intentio *externa,* quia ejus objectum externum est, nempe positio externa ritus modo convenienti et honesto. Intentio autem *interna* est voluntas in anima existons faciendi quod facit Ecclesia.

Sufficere intentionem externam docuerunt Catharinus, Salmeron, Contenson, Juénin, Serry, Drouin, Farvacques, Oswald, Glossner, etc[5]. Opinio illa multum differt a Protestantium errore. Nam, juxta Novatores, valet sacramentum, etiamsi ritus externe irrideatur ct minister non sit sui compos ; dum, juxta Catharinuin ct sequaces, requiritur actio humana et deliberata quæ externe ponit humano et congruo modo omnia ad sacramentum necessaria, licet interne sacramentum irridehtur.

IV. Secunde conclusio : Ad valorem sacramenti requiritur intentio saltem oxterna faciendi quod facit Ecclesia. — De fide. — Sunt plures Ecclesiæ declarationes. *Innocentius 111* requirit in sacerdote intentionem ad consecrandam valide Eucharistiam[6]. *Martiaux V* ponit intentionem faciendi quod facit Ecclesia inter requisita ad

1. Cone. Florent., *Decret, pro Armenis,* Denz., 695 ; Cone. Trident., sess. VII, can. 11 ; Denz., 854.
2. Cone. Carthagin., can. 2; Denz., 102; Florent., *Decret, pro Jacobitis ;* Denz., 712; Trident, sess. V, can. 4; Denz., 791.
3. Cf. Tract. *De Baptismo,* q. i, art iv, n. iv.
4. S. Thom., III P., q. lxiv, a. 8, ad 2.
5. Cf. Pourrat, *La théologie sacramenlaire,* ch. vu ; Oswald in ultima editione sententiam suam correxit.
6. Denz. 424.

valide conficienda sacramental. *Concilium ' Florentinum* asserit omnia nostra sacramenta tribus perfici, « videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, et persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia : quorum si aliquod desit, non perficitur sacramentum[3] ». Demum *Concilium Tridenlinum* definit : « Si quis dixerit in ministris, dum sacramenta conficiunt et conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi quod facit Ecclesia : A. S.[3]. »

Ex Scriptura Christus exhibetur ea ratione instituisse sacramenta, ut voluerit illorum confectionem ab intentione ministri pendere ; nam. relinquit sacramenta in illorum potestate . « Euntes, *docele... baplizanles...* ; hoc *jacite* in meam commemorationem... ; quorum *remiserilis* peccata, remittuntur eis... » Quibus verbis innuitur non remitti peccata nisi velit minister, non confici Eucharistiam nisi intendat sacerdos facere quod instituit Christus.

Argumentum certissimum suppeditat historia ecclesiastica. S. Cornelius Papa invalidam pronuntiat ordinationem quam Novatianus a tribus episcopis deceptis et crapula oppressis acceperat : deficiebat quippe intentio in ministris nec facti consciis nec sui compotibus.

Ratio theologica desumitur tum ex notione sacramenti tum ex conditione ministri. — Actiones sacramentales, materialiter spectatae, utpote signa ad placitum, possunt ad plura ordinari, sicut ablutio est secundum se ad piura indifferens. Porro quod est indifferens ad inulta debet ad unum ab ipso agente determinari. Ergo actiones sacramenlales debent per ministrum ad unum determinari. Nihil vero est quod determinet nisi intentio : signum quippe ad placitum ex intentione determinatur propriumque intenli.mis munus est significationem signorum determinare vel ' xpliciLam efficere. Ergo ex natura ipsius sacramenti eruitur necessitas intentionis. — Aliunde ministri sacramentorum sunt instrumenta rationabilia et supernaturalia, quæ non virtute propria operantur, sed virtute a Christo communicata. Quatenus rationabilia, debent rationabiliter

1 /a., 672. 5
2. *Ia.,* 695.
3. Sess. VII, can. 11 ; Denz., 854.

agere, id est cum deliberata voluntate iaeoque cum intentione ; quatenus supernaturalia, debent habere voluntatem veram, non jocosam, utendi potestate siv> divinitus concessa ; secus nomine proprio agent et hinc nonnisi humanus valor inerit sensibili ritui. Ergo requirit conditio ministri intentionem laciendi quod instituit conditio ministri intentionem faciendi quod instituit Christus. Quocirca illam voluntatem excludere est ponere actus mere naturales prorsusque invalidos in ratione sacramenti.

V. Tertia conclusio : Ad valorem sacramenti non sufficit intentio quam externam vocant, sed vera et interna requiritur. — Sententia hodie communis et omnino tenenda.

1° Quoad Poenitentiam non videtur esse dubitationi locus. Concilium Tridentinum supponit in sacerdote « animum serio agendi et vere absolvendi[1]. » Potest quis serio agere externe absque intentione interna, sed « animus serio agendi », et pnesertim « animus vere absolvendi » non concipitur sine intentione interna.

2° Quoad Baptismum, damnata est ab Alexandro VIII, 7 dec. 1690, sequens propositio desumpta ex operibus Farvacques : « Valet Baptismus collatus a ministro qui omnem ritum externum formamque baptizandi observat, intus vero in cdrde suo apud se resolvit : Non intendo quod facit Ecclesia[2] » — Reponunt nonnulli propositionem illam, cum sit universalissima et « omnem ritum » consideret, posse etiam de Protestantium errore intelligi. Quidquid sit et licet concedatur non esse opinionem Catharini formaliter damnatam, negari haud potest, concludit Benedictus XIV, « grave vulnus » præfatæ opinioni inllictum esse ab Alexandro VIII[3].

3° In omnibus sacramentis tria distincta a Conciliis requiruntur : materia, forma, intentio ministri. Atqui, si sufficeret ponere tantum ritum externum modo convenienti, frustra requireretur distincta mentio intentionis ; nam intentio externa reapse confunditur cum applicatione debita materiæ et formæ. Ergo Concilia, loquendo expresse de

1. Sess. XIV, cap. vi ; Denz., 902.
2. Denz., 1318. — Cf. *Diction, ihéol. cathol.,* I, 761.
3. Benedict. XIV, *De Synodo diœc.,* lib. VII, c. ιv, η. 8.

intentione ministri, aliam intendunt ab intentione externa faciendi ritum externum honesto modo.

4° Ut valeat sacramentum, debet intendere minister quod facit Ecclesia. Sed Ecclesia facit ritum formaliter sacrum. Ergo debet minister ritum formaliter sacrum intendere. Porro qui caret intentione interna non intendit ritum formaliter sacrum, dum intus pronuntiat : Non intendo quod facit Ecclesia. Ergo qui intentione interna « aret invalide confert sacramenta.

5° Ad valorem sacramenti requiritur ut minister agere velit nomine Christi et uti potestate sibi divinitus commissa ; quia, si nomine proprio agere .intendat, operatio erit mere naturalis, nullatenus sdcramentalis. Atqui, nisi habeat intentionem internam, non -vult, ne implicite quidem, potestate supernaturali uti, nec ponit actionem minis-Irrialem, sed mere naturalem, siquidem intus dicit : Nolo facere quod facit Ecclesia. Ergo ad valorem sacramenti requiritur omnino intentio interna.

VI. Evertuntur alterius sententiae fundamenta[1].

Objicidnl 1° sacramenta, ex institutione Christi et .illentis circumstantiis in quibus conferuntur, cum debitis I a-remoniis, in loco sacro, etc., operari instar causarum naturalium, ideoque independenter ab interna ministri intentione effectum sortiri, dummodo materia et forma nle adhibeantur. — *Resp. :* Neg. assertum. Nam positio materiae et formæ, etiam consuetis adhibitis cæremoniis, ii‹ni est sufficienter determinata ut necessario ordinetur nd actionem proprie supernaturalem ; potest enim minister illum ritum ponere virtute sua naturali et tanquam causa principalis. Ut ergo agat tanquam delegatus Christi, ut '.irtute sua supernaturali utatur, requiritur adhuc nova determinatio, quæ alia esse nequit nisi intentio interna.

Objiciunt 2° salutem fidelium periclitari perpetuasque (me animorum anxietates, si requiratur intentio interna, il·· qua inter homines constare nequit. — *Resp.* Christum, qui Ecclesiæ suæ assistentiam indefectibilitatemque proiiie.it, certissime provisurum ne Ecclesia propter pravam ministrorum intentionem gravia damna patiatur. De inten-

I. Pro expositione illius sententiæ, cf. Drouin, q. vu, c. m.

tione autem vera constare certo potest ea certitudine quæ in rebus humanis omnem excludit formidinem. Sicut enim invitatis ad prandium apud amicos certo constat cibos non esse veneno infectos, ita fidelibus certo innotescit sacramenta quæ communiter in Ecclesia ministrantur esse rite et valide collata.

VII. Quomodo ergo innotescit intentio faciendi quod facit Ecclesia ? — Formula illa « intentio faciendi quod facit Ecclesia » a temporibus Gulielmi Altissiodorensis in scholis invaluit ac deinde fuit a Conciliis Florentino et Tridentino consecrata. Quia Christus in Ecclesia continuatur et commisit Ecclesiæ suæ omnia salutis media, voluntas ejus per Ecclesiam manifestatur, seu potius voluntas Christi cum voluntate Ecclesiæ practice identificatur. Qui ergo vult agere nomine Christi implicite vult facere quod facit Ecclesia.

At pratice nullum de illa intentione moveri potest dubium. Ad rem Leo XIII : « De mente vel intentione, utpote quæ per se quiddam est interius, Ecclesia non judicat; at. quatenus extra proditur, judicare debet. Jam vero, cum quis ad sacramentum conficiendum et conferendum materiam formamque debitam serio ac. rite adhibuit, *eo ipso censelur* id nimirum facere intendisse quod facit Ecclesia. Quo sane principio innititur doctrina quæ tenet esse vere sacramentum vel illud quod ministerio hæretici aut non baptizati, dummodo ritu catholico, conferatur[1]. » Indicat S. Pontifex requiri intentionem veram, sed hanc de facto adesse semperque esse supponendam, nisi aliter esse probetur[2].VIII.

VIII. Notanda pro praxi. — Optime P. Prümmer, O. P. :

a) Aliud est intentio faciendi quod *facil* Ecclesia, et aliud faciendi quod *inlendil* Ecclesia. Facit enim Ecclesia ritum

1. Leo XIII, *Bull. Aposloltcæ curæ,* 13 sept. 1896. Collect, de Propag. Fide, n. 1954, p. 345, et edit. Desclée, VI, 207.

2. Eoderr. sensu intelligendus est S. Thomas, hie ad 2 : « *In verbis autem quæ profert, exprimitur intentio Ecclesiæ, quæ sufficit ad perfectionem sacramenti, nisi contrarium exterius exprimatur ex parie ministri vel recipientis sacramentum.* » Sufficit nempe ut velit agere tamquam minister ; eo ipso habetur intentio Ecclesiæ.

.'iorum a Christo institutum ; intendit autem ut mediante hoc ritu conferatur gratia. Ad valorem sacramenti minime requiritur ut minister intendat collationem gratiae. Ita Omnes.

b) Aliud est *velle serio facere* ritum quem Ecclesia Christiana ut sacrum habet, et aliud est quod minister credit istum ritum esse revera sacrum. Sic v. g. Judaeus baptizans potest habere intentionem faciendi quod facit Ecclesia christiana, etiamsi interius cogitet hanc Ecclesiam errare et ritum exhibitum esse prorsus inefficacem. Nihilominus iste baptismus est validus, dummodo debita materia et forma adhibitæ sint. Quod constat ex praxi Ecclesiæ, quæ nunquam baptismum iteravit ob eam solam rationem quod ab hæreticis aut infidelibus fuerit collatus. Quare S. Thomas dicit : « Quamvis ille qui non credit baptismum esse sacramentum aut habere aliquam spiritualem virtutem, non intendat, dum baptizat, conferre sacramentum, tamen intendit facere quandoque quod facit Ecclesia, etsi reputet illud nihil esse, et quia Ecclesia aliquid facit, ideo ex consequenti et implicite intendit aliquid facere, quamvis non explicitel. »

c) Pariter non est necessarium ut minister habeat intentionem faciendi id quod facit Ecclesia *catholica,* dummodo intendat facere quod facit Ecclesia ab illo christiana putata. Sic baptismata collata a ministris protestantibus, qui putant Ecclesiam catholicam esse falsam, non sunt eo ipso propter hunc errorem invalida2

IX. Quid vero, si minister neget divinitatem Christi, Ecclesiam ab eo institutam, imo existentiam Dei personalis ? — Existimat laudatus auctor dubium esse Baptismum, quia tales ministri non possunt baptizare serio el. cum vera intentione faciendi quod facit Ecclesia. Quæ animadversio valet, quando status animi in ministro expelli! u quivalenter voluntatem veram seu internam bapti-/nudi. — At contingere potest ut minister dubitet de divinitate Christi vel de existentia Dei et tamen velit serio non

I. S. Thom., *IV Sent.* dist. VI, q. i, a. 3, sol. 2, ad 1.

P. Prûmmer, O. P., *.Manuale Theologiae Moralis,* t. III, b. 57.

decipere fideles, facere quod ipsi petunt, seu facere id quod communiter iit apud Christianos : tunc valet utique Baptismus, quia, licet minister reputet inefficax et vanum id quod a se petitur, reapse tamen quod petitur et quod fit apud Christianos est sacramentum. Ilis iterum concinunt verba Angelici : « Intendit facere quandoque quod facit Ecclesia, etsi reputet illud nihil esse. » Concludimus itaque haereticum, apostatam, infidelem, atheuin, retinere implicite intentionem faciendi quod facit Ecclesia, dum volunt serio satisfacere petentibus, illos non illudere ipsisque tradere quod dant ministri christiani, verbo, facere id quod fit apud Christianos.

X. De intentione in subjecto sacramentorum.

adulti, sicut ad justificationem more adultorum et per actus proprios disponuntur, ita more adultorum et per aliquem actum debent ad sacramenta accedere. Hinc necessitas cujusdam intentionis ad validam sacramenti susceptionem. — Quapropter declarat *Innocentius III* : « Ille qui nunquam consentit sed penitus contradicit, nec rem nec characterem suscipit sacramenti. Dormientes et amentes, si, priusquam amentiam incurrerent aut dormirent, in contradictionem persisterent, quia in illis intelligitur propositum perdurare, etsi fuerint sic immersi, characterem non suscipiunt sacramenti. Secus autem, si prius catechumeni exstitissent et habuissent propositum baptizandi, unde tales in necessitatis articulo consuevit Ecclesia baptizare. Tunc ergo characterem sacramentalis imprimit operatio, cum obicem voluntatis contrariæ non invenit obsistentem[1]. » — Docet pariter *Concilium Tridentinum* adultos ad justificationem disponi, « dum *proponunt* suscipere Baptismum[2] ». — Quod propositum etiam pro aliis sacramentis requiri, paritas rationis evincit. In Poenitentia et Matrimonio, quorum materia sunt actus subjecti, requiritur intentio saltem virtualis ; in cæteris vero sacramentis, sufficit intentio aliquando saltem implicite habita et nondum revocata. Ita communiter theologi.

Quoad infantes et perpetuo amentes, liquet non

1. Denz., 411.
2. Cone. Trid., sess. VI, cap. vi ; Denz., 798.

posse valide ab illis suscipi sacramenta quæ actus subjecti requirunt, ut sunt Poenitentia et Matrimonium, vel quæ peccatum actuale supponunt, ut est Extrema Unctio. — Quoad cætera quatuor sacramenta, nihil susceptioni validæ et fructuosæ obstat. Sicut enim illi absque actibus propriis justificantur, ita possunt absque ullo proprio actu vel intentione sacramentum et sacramenti effectum consequi. Hinc in primitiva Ecclesia praxis conferendi infantibus, post Baptismum, et Confirmationem et Eucharistiam. — Valere etiam Ordinem infantibus collatum, declaravit *Benedicius XIV* in epistola ad missionarios in regionibus Coptarum degentes : « Si contingeret ab episcopo, non solum minores, sed etiam sacros ordines conferri, concordi theologorum et canonistarum suffragio definitum est validam sed illicitam censeri hanc ordinationem, non attenta contraria sententia, quæ raros habet asseclas cl. quæ supremis Tribunalibus et Congregationibus Urbis nunquam arrisit[1], a

I, Benedict. XIV ; Bull. *Eo quamvis,* 4 maii 1745, n. 20.

QUÆSTIO SEXTA
DE NUMERO SACRAMENTORUM

AD Q. LXV b. THOMæ

Quæstiones hic solvendæ spectant *ipsum septenarium numerum* (a. 1) et *sacramentorum ordinem ad invicem* ratione naturæ seu generationis (a. 2), ratione perfectionis (a. 3), ratione necessitatis (a. 4). Quibus adjungetur aliquid *de cieremoniis sacramentorum et de sacramenlalibus**

ARTICULUS PRIMUS

DE IPSO SEPTENARIO NUMERO

AD ART. 1 8. THOM/E

I. Negatores. — doctrina fidei. — Non videntur fuisse, ante novatores, hæretici qui dogma de « septenario » sacramentorum numero expresse oppugnaverint. Cathari et Waldenses non directe septenarium numerum impetebant, sed modo generaliori ritus sensibiles despiciebant. Quidam theologi dubitarunt de immediata institutione plurium sacramentorum a Christo[1], at rationem veri sacramenti illis ritibus non demebant. — Novatores nec inter se concordes fuerunt nec sibi semper consentientes. *Lulherus*[2] primo tria sacramenta retinuit : Baptismum, Poenitentiam et Panem : postea Poenitentiam rejecit. *Zwinglius* et deinde cum ipso *generatim protestantes,* præsertim *Uniiarii, Qualceri,* admittunt Baptismum et Cœnam. His *adhærent Anglicani*[3] ; ritualistæ tamen septem verbotenus profitentur, duo majora, quinque minora, quæ plenam sacramenti rationem non obtinent, sed sensu diminuto

1. Supra, q. V, art i, n. vni-x
2. *Dc raplivit. babylonica, Oper. Lulheri,* n, 275.
3. Cf. Book of Common Prayer

nncrnmcnta nuncupantur[11].Demum, *protestantes liberales* omnia sacramenta proprie dicta eliminant, et etiam Baptismum, qui, juxta ipsos, non est signum et causa am titatis, sed tantum signum aggregationis ad sectam.

Doctrinam catholicam declaravit Concilium Florentinum : « Novæ Legis septem sunt sacramenta : videlicet Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema llnctio, Ordo et Matrimonium' »; et definit Concilium Tridentinum : « Si quis dixerit sacramenta Aovæ Legis... esse plura vel pauciora quam septem, videlicet Baptismum, etc.,... : A. S.[3]. »

II. Testimonium Scripturae. — Licet septenarius numerus non possit ex sola Scriptura demonstrari apodictice, ‹·χ Scriptura tamen per Traditionem explicata colligitur.

Baptismus, sive ex Evangelic sive ex Paulo[4], exhibetur ut signum sensibile, *lavacrum aquæ,* et simul supernaLurale, quod virtute *Spiritus Sancti* regenerat animam, ac proinde collativum gratiæ, qua *renascitur* et *abluitur* anima ; permanenterque institutum, utpote medium quo Christus *mundat* suam Ecclesiam.

De Confirmatione, colligitur ex sacris Litteris imposi-l ionein sensibilem manuum esse signum gratiæ collativum, nam *per ipsum datur Spiritus Sanctus*[5].

Eucharistia est sacramentum sensibile, sub speciebus panis et vini, collativum gratiæ cibantis : *caro* enim *vere ‹ d cibus* et *sanguis vere est polus ;* et permanenter institutum, nam debet fieri in *commemorationem* Christi *donec venial*[5].

l >e Pœnitentia, eruitur quoque institutum fuisse a Christo forum quoddam pro peccatis remittendis[7]. Quia mitem est actus judicialis pro hominibus et inter homines, debet esse quid sensibile; cumque sit remissivum peccatoiiiiii, est necessario collativum gratiæ; et, cum illa pote-

I. Cf. Morgan Dix, *Sacramental System.*
'. *Decret, pro Armenis ;* Denz., 695.
.l. Sess. vu, can. l ; Denz., 844.
▮. Joan., ni, 5 ; *Ephes.,* v, 26 ; *TU.,* ni, 5.
l>. *Act.,* vin, 17-18 ; xix, 1-6.
II. Joan., vi, 52-59 ; Matth., xxvi, 26 ss. ; *1 Cor.,* xi, 24-26.
7. Joan., xx, 23.

stas tradatur Apostolis eorumque successoribus, indicatur institutio in Ecclesia permanens.

Extrema Unctio describitur ut ritus sensibilis, scilicet. *unctio oici* cum *oratione fidei ;* collativusque gratiæ, nam *reiniliU peccata,* ac permanenter institutus, nam indicatur praxis communiter servata in Ecclesia : « *Inducat presbyteros Ecclesisel.* »

De Ordine colligitur esse signum sensibile, nempe impositionem manuum, ac collativum gratiæ, quæ *per* ipsum ritum confertur, permanenterque institutum, siquidem fit communiter in Ecclesia cum impositione manuum, presbyterii1.

De Matrimonio citatur celeberrimum Apostoli testimonium : « Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam... *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia3.* » Est igitur matrimonium signum unionis Christi cum Ecclesia. Porro unio illa Christi cum Ecclesia secundum gratiam attenditur et per gratiam peragitur : ergo, ut matrimonium sit illius symbolum, debet esse gratiæ collativum. Aliunde, exhibetur illa institutio ut perpetuo permansura, sicut ipsa Ecclesia.

111. Traditio patristica. — Ante sæculum XII, Doctores non fuerunt solliciti de illo puncto speciatim vindicando. Patres, occasione data, modo unum, modo aliud sacramentum commemorant, quandoque tria simul, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam4. Batio est quia loquebantur solum de sacramentis quæ erant tunc conferenda et quia unumquodque specialem requirit instructionem5. Non intendebant illam communem tradere de

1. Jac., v. 14-15.
2. *I Tim.,* tv, 14 , *11 Tim.,* i. 6.
3. *Ephes,* v, 25, 32.
4. Ita Tertullianus ; « Scilicet caro *abluitur* ut anima emaculetur ; caro *ungitur.* ut anima consecretur; caro *signatur,* ut et anima muniatur ; caro *manus impositione* adumbratur, ut et anima illuminetur , caro corpore et sanguine Christi *vescitur,* ut et anima de Deo saginetur, t *De carnis resurrectione,* vm ; *P. L.,* n, 806
5. S Cyrillus Hierosolymitanus mstruit speciatim de *bapilsmo, de chrismate, de eucharistia corporis et sanguinis Christi. Calech.* 19, 21 ; *Mystagog.,* 1, 3 ; P. *G.,* xxxm, 1072, 1089, 1097.

aeramentis in genere doctrinam, quæ postea per theoloicain synthesim exstructa est. — Attamen ex diversis ■cis eruitur septem sacramenta non fuisse ignorata, nullunique esse sacramentum cujus mentio apud aliquem l'atrem non inveniatur. Sic, pro singulis sacramentis citari potest testimonium Augustini : simul commemorat sacramenta Baptismi et Eucharistiæ[1] ; agnoscit sacramentum lirismatis', sacramentumque Ordinis, quod etiam in hismaticis remanet[8] ; rationem sacramenti tribuit etiam l'mnitentiæ, Extremæ Unctioni et Matrimonio[4]. S. Ephræm \rus extollit et baptismum, qui. loco deturpatæ elligiei pnmi Adæ, *novam imprimit imaginem,* et confirmationem, 'I eucharistiam, et ordinem : « Benedicto *luo pane firmasti, isto tuo vino relevasti atque sacro luo chrismate lælificasli... iicerdolium, dum paril,* suum præstat ministerium. » Ilaque, baptismus est uterus qui concipit et gignit chrisimos; sanctum chrisma lætilicat ; eucharistia est cibus ipii natos lactat, lætat et alit ; sacerdotium est ministerium pio alia sacramenta conficiuntur[5].

Sæculo XII jam in systema redigitur theologia sacramenuria, jamque septenarius numerus ita vindicatur, ut stamint doctores septem esse, nec pauciora nec plura, sacrali H-nta. Otto Bambergensis, initio sæculi χπ, vel saltem ejus evus Herbordus, luculentum habet testimonium : «Ista n *septem sacramenta,* quæ iterum vestri causa enumerare libet, Baptismum, Confirmationem, infirmorum Unclioi, Eucharistiam, lapsorum Beconciliationem, Conjurai m et Ordines[6]. » Eadem enumeratio traditur a Roberto 1'imlulo'. Deinde a Magistro Sententiarum et a Scholasticis .I··· rina definitive statuitur et perpolitur.

Argumentum praescriptionis. — Sic proponitur nun muniter a theologis : Quando Novatores negaverunt

I i *Epist. LIV ; P. L.,* xxxm, 200.
1 " *Coni, liller. Petilian.,* m, n. 239 ; *P L.,* x1 iii, 342.
I Il. *Coni. Ulter Parmen.,* lib. III, c. χιπ, n. 28 ; *P. L.,* x1 iii, 70.
I I *l>e Baptism.,* v, 20 ; *Coni. Episl. Parm.,* lib. II, c. xn, n. 28; 'uno *Conjug.,* vn, 15 ; *De conjug. adulter.,* lib II, c. xvi.
■ I>. *Hymn, de Virginii.,* Edit. Rahmani, pp. 23, 24, 106.
■ tl. *P. L.,* cLxxni, 1360.
H 7, *De Officiis ecclesiasticis ; P. L.,* c l x x v ii, 388.

septenarium sacramentorum numerum, jam a multis retro sæculis Ecclesia tum Latina tum Græca sectæque Orientales praxi sua dogma illud profitebantur. Atqui tam mirabilis consensus alia non potest assignari ratio, nisi institutio Christi et traditio ab Apostolis Ecclesiæ transmissa. Ergo.

PROBATUR MAJOR. — Quoad Ecclesiam Latinam res manifesta est. Fidem illam testantur Concilium Florentinum sæculo XVI ; professio Michaelis Palæologiin Concilio Lugdunensi (1274)[1] ; professio fidei ab Innocentio III Waldensibus præscripta[2] ; Constit. Synod. Odonis episc. Paris. (1197)[3] ; antiqua documenta, præsertim Catacumbarum picturæ vel inscriptiones[4].*

Quoad Ecclesiam Græcam, constat duplici argumento. — Primum, *argumento negativo* sed evidenti : quoties actum fuit de ineunda Græcorum cum Latinis unione, etsi de aliis punctis mota; fuerint lites, nunquam de substantia et numero sacramentorum exstitit controversia[5]. — *Argumentum positivum* pra bent ipsa; professiones fidei. Jeremias, patriarcha Constantinopolilamis, anno 1576, Confessionem Augustanam Protestant)um impugnavit et confessus est septem esse, nec plura nec pauciora, Novæ Legis sacramenta. Quando Cyrillus Lucaris, ejus successor intrusus, lentavit Protestantium placita de sacramentis introducere, omnes episcopi Orientales ei restiterunt ac fuit propterea depesitus. Anno 1643, Orientales episcopi adhæserunt confessioni Petri Mogilæ, in qua septenarius sacramentorum numerus expresse vindicatur[7]. Demum, an. 1874, cum ageretur de unione quadam ineunda Russos inter et protestantes et vetero-catholicos, Janyschew, rector Academia; Petroburg., hæc professus est nomine Orientalium : « Continetur (doctrina septem Sacramentorum) et veteri utri usque Ecclesiæ praxi liturgica et scriptis Patrum a

1. Denz., 695-702.
2 *Id.,* 465.
3. *id.,* 424.
4 Cf Mansi, xxii, 675.
5. De hoc, argumento, cf. P. Allard, *Rome souterraine ;* Marucchi, *Eléments d'archéologie chrétienne ; Diction, théol. calhol.* art. *Catacombes ; Diction. Apolog.,* art. *Epigraphie.*
6 Cf. Arcud., *Concordia Ecclesiæ Occident, et Orient.,* l. 1.
7 Cf. Héfélé, *Theol. guartals,* 1843, p. 541.

Conciliis approbatorum, qui quidem, sacramenta quamvis non explicite enumerent, unumquodque eorum tamen absque dubio agnoscunt[1]. »

Quoad sectas Orientales, licet a saeculo v sint ab Ecclesia separatæ, constat eas nostra retinere sacramenta. Armeni, qui a pluribus sæculis forte omittunt Extremam Unctionem, administrabant olim omnia nostra sacramenta, ut constat ex Epistola Joannis XXII (an. 1318) ad regem Armenorum[2]. Monophysitas septem habere sacramenta testantur et professio fidei patriarch» Damasceni contra Calvinistas (an. 1670)[3] et documenta varia quæ tradit \ssemani[4]. De Coptis idem evincunt et professio fidei patriarch® Coptarum an 1670[5] edita et eruditæ disser-I.-itiones quas edidit Solleri®.

Tametsi aliquæ Ecclesiæ separatæ paulatim novos errores admiserint, ut contingit forte apud Nestorianos, vel in ıpiibusdam a nobis dissentiant plures scriptores Orientales[7], id minime impedit quominus consentiant quoad substantiam Ecclesia Latina et Ecclesiæ Orientales de septenario i aeramentorum numero.

probatur minor. — Nisi esset institutionis divin® die septenarius numerus, assignari posset auctor, tempus, locus, etc[8]. Jam vero historice nequit assignari talis inventionis ætas aut modus. Dum exortæ sunt statim lites, ‹ınando aliquid novi prodivit in Ecclesia, nulla, ut constat, deprehenduntur controversiarum vestigia de septenario n ramentorum numero. Hinc concluditur unicam hujus mirabilis consensus rationem esse institutionem Christi et traditionem Apostolorum, juxta effatum Tertulliani : « ‹›*uod apud mullos unum invenitur non esi erralum, sed*

I. Cf. Einig, *De Sacram.,* i, 44.

Cf. Raynald., *Annal, eccles.,* ad. an. 1318, n. 9 ; L. Petit, *Λh lion. théol. cathot.,* ı, 1956.

Apud auctores operis *Perpétuité de la Fci* (Paris, 1704) I ill, p. 551

•ı Assemani, *De Sgris monopht/s. dissert.,* pp. 17-19, et *Bililo lh. Orient.,* t. II, 53 ss., et t. Ill, 240 ss.

Perpétuité de la Foi, p. 554.

i·, Solleri, apud *Acta Sanctorum,* t. V junii, pp. 128, 140.

I 7 Cf. Franzelin, *De Sacram.,* thés. XX.

He hoc argumento, cf. Drouin, *De re sacram.,* l. I, c. n, 1.

traditum[1] » et illud S. Vincentii Lirinensis : « Id teneamus *quod ubique, quod semper, quod ab omnibus traditum est.* Hoc est etenim vere proprieque catholicum, quod ipsa vis nominis ratioque declarat, quæ omnia fere universaliter comprehendit[2] »

V. Ratio congruenti»[3]. — Sacramenta ordinantur ad spiritualem hominum vitam, quæ maximam habet cum vita naturali similitudinem. Porro ad vitam naturalem septem requiruntur : quinque quatenus homo est persona *privata,* duo quatenus homo est persona *publica.* Ergo, a pari, in ordine spirituali et pro anima nostra requiruntur septem instrumenta vitæ supernaturalis, seu sacramenta, quinque quatenus homo est persona privata in societate fidelium, duo quatenus est persona publica.

Declaratur minor. — Primo generandus est homo ; deinde augendus et roborandus ; tertio nutriendus ; postea, si infirmatur, sanandus ; quinto, rcliquiæ infirmitatum sunt removendæ. Cum autem homo sit animal sociale, debent esse in societate superiores ad regendam multitudinem ; el, demum, quia homo est mortalis, necessaria est conjunctio maris et fœminæ ad humani generis propagationem.

Ita pariter septem concurrunt in vita nostra spirituali. Primo, per Baptismum regeneramur ; secundo, per Confirmationem augemur et in fide roboramur ; tertio, per Eucharistiam enutrimur ; quarto, per Poenitentiam sanamur ab infirmitate spirituali ; quinto, per Extremam Unctionem tolluntur peccatorum reliquiæ et confertur ultima præparatio ad gloriam ; sexto, per Ordinem constituuntur superiores ad regendam Ecclesiam ; septimo, per Matrimonium fit propagatio fidelium. Hæc valet analogia, si considerantur sacramenta quatenus ordinantur ad perficiendum hominem in his· quæ pertinent ad cultum Dei *secundum religionem christianæ vitæ.*

1. Tertull., *De Præscript.,* c. xxvin ; *L. P.,* ii, 40.
2. S. Vincent Lirin., *Commonit.,* c. ii ; *P. L.,* iv, 639. — Cf. P. Dausse, O. P., *Revue Thomiste,* t. XVI, pp. 629 ss. ; t. XVII, pp. 692 ss.
3. S. Thom., q. lxv, a. 1 ; P. Monsabré, Conférences à Notre-Dame, *Les Sacrements.*

Menti sunt alte infigenda ea quæ addit S. Thomas : Ex his etiam patet sacramentorum numerus, secundum quod ordinantur *contra defectum peccati.* Nam Baptismus nlinatur contra carentiam vitæ spiritualis ; Confirmatio ‹'ntra infirmitatem animi quæ in nuper natis invenitur; Eucharistia contra labilitatem animi ad peccandum ; Pœ- ■itentia contra actuale peccatum post Baptismum coin- Hiissum ; Extrema Unctio contra reliquias peccatorum jiia: non sunt sufficienter per Pœnitentiam sublatæ, aut ·. negligenlia aut ex ignorantia ; Ordo contra dissolu- l ionem multitudinis; Matrimonium contra concupiscen- i un personalem et contra defectum multitudinis qui per mortem accidit. »

VI. De latiore acceptione sacramenti apud veteres theologos et canonistas. — Sumebatur quandoque vox I aeramentum » sensu generalissimo, prout complectitur ‹ i *sacramenta* proprie dicta et *sacramenlalia.* Hinc auctores i et xii sæculi vocem extendebant ad multas cæremo-, .,s quæ postea dicta sunt sacramentalia. Hoc sensu Petrus Damianus duodecim enumerat sacramenta, inter quæ aquam lustralem, benedictiones rerum, canonicorum, monachorum, moniahum. S. Bernardus decem agnoscit ramenta ; .Hildebertus, noveni. Canonistæ sæculi xii linguunt quatuor species sacramentorum. Sic Hufinus 1157 vel 1159) scribit : « Sacramentorum species quadri- l uniter propagatur. zVlia enim sunt *salutaria,* alia *minis- h itoria,* alia *veneraloria,* alia *praeparatoria.* Salutaria sunt quibus salus acquiritdr, ut baptismus, eucharistia et continuatio. Ministratoria quæ in officiorum ministeriis ‹ rcentur, ut missarum laudes et cetera diurna vel noc- ti na officia clericorum, vigiliis sedulo deputata. Venera- ti ·' ia : quæ per certa anni tempora in alicujus rei memoriam «'u rcentur, ut sunt dominicæ festivitates, sc. conceptio itoris, nativitas, theophania... Præparatoria : quæ ni iiibus præfatis sacramentis celebrandis præparantur, ni lericorum, ecclesiarum, ecclesiasticorum vasorum et ‹u num ecclesiæ utensilium libaminumque præparatio1... »

I *Die Summa Doctorum* edit.* Singer, Paderborn, 1902, p. 537.
› i. de Ghellinck, *Revue des science Phil, el Theol.,* 1912, I'ı 628.

Eandem part it ionem tradunt Stephanas Tornacensis, Joannes Faventinus, Sicardus Cremonensis, Huguccio Ferrariensis[1].

VII. De pedum lotione in Cœna Domini. — Disputatum aliquatenus fuit utrum lotio pedum ab ipso Christo facta causaverit in discipulis remissionem peccatorum venialium et augmentum charitatis'. Caeremoniam illam introduxerunt Ecclesia Mediolanensis et Ecclesia Gallicana ut caeremoniarum baptismalium complementum[2]. Postea usus invaluit illam celebrandi in Cœna Domini, ut testatur Concilium Toletanum VII (a. 694). Quia vocatur « sacramentum » a quibusdam, nempe ab auctore libri *De Sacramentis* (iv sæculo)[4].et a S. Bernardo[5], quæritur utrum veram sacramenti rationem habeat. — Quidquid sit de ellectu quem in Apostolis habuerit, liquet omnino non fuisse institutam a Christo tanquam ritum gratiæ collativum et perpetuo in Ecclesia permansurum ; sed voluit Christus hoc exemplo nos edocere ollicia humilitatis a nebis exercenda et signa dilectionis proximo esse interdum exhibenda. Testantur Patres, nempe Augustinus[6] et ille auctor libri *De Sacramentis,* cærcmoniam illam non esse ab omnibus receptam, quod inauditum esset de sacramento divinitus instituto. Valorem ergo alicujus sacramentalis tantum tribuebant lotioni pedum. « S. Bernardus agit de tribus sacramentis, i. e. « signis sacris », Baptismo, Eucharistia, lotione pedum, quam « sacramentum remissionis venialium peccatorum » appellat. At, quum Baptismo et Eucharistiæ aperte tribuat virtutem causandi gratiam, nullo modo dicit lotionem operari gratiam vel saltem remissionem peccatorum. Lotionem hanc proponit ut sacrum signum quo admonemur ut remissionem peccatorum venia-

1. *Ibid.,* pp. 529 ss. — Cf. Po Ur r a t , *La Théologie sacramenta ire* Paris, 1910.

2. Cf. Sa l mant., disp. IX, dub. i, n. 8 ss. ; Kn a ben bau e r , *in Joan.,* pp. 403-404 ; Gu t ber l et , *Dogmat. Theol.,* ix, 21.

3. Cf. Du chesne, *Origines du culte chrétien,* 3e édit., p. 326.

4. *De Mysteriis,* c. vi, n. 32.

5. *Serm. in cœna Domini,* n. 1-4.

6. S. Au g ust in., Epistl. LV *ad Januarium,* n. 33 ; *P. L.,* xxxiii, 220-221.

limn quæramus et quo simul certioramur hanc remis- aonem feliciter a Deo impetrari. Hinc, ubi venit ad remedia quibus venialia delentur, nullam lotionis mentionem facit, luitur caeremoniam lotionis nonnisi latiori et improprio icnsu sacramentum vocavit1. »

XIII. martyrio et professione religiosa.

Nonnulli theologi, ut Joannes Major et Nugno, exis- timant *martyrium* causare gratiam ex opere operato, instar aeramenti. Sed liquet non constare rebus et verbis, mate- ii i et forma, ut sacrainehta, nec effectus producere nisi ‹ x opere operantis. « Unde martyrium non est proprie sacra- mentum, sed comparatur per modum meriti, vel actus im i itudinis, et generalius per modum imitationis passionis (Jiristi2. »

l tionysius3 inter sacramenta recenset *religiosam pro- l ^sionem;* at sacramentum sumit lato sensu, pro re «aera vi cujus homo Deo, quantum est de se, traditur, dicatur et sacratur. « Nihil autem occurrit ut dicamus Christum instituisse peculiare aliquod sacramentum pro hiatu religiosorum : neque enim reperimus quod signum ' utibile sit, quam formam habeat, quem vindicet mini- mi mm, et multo minus, quod tali signo sit repromissa pialia. Unde, quidquid fuerit de convenientia instituendi hii|iiscemodi sacramenti, nullum datur fundamentum ut du atur fuisse de facto institutum*. »

Van Noort, *Traci, de Sacramentis,* I, pp. 18-19.
V. Salmant., loc. cit., n. 10.
il *pectes. Hierarch.,* cap. vi, p. 3 ; *P. G.,* m, 532.
salmanticenses, *ibid.,* n. 11.

ARTICULUS SECUNDUS

DE ORDINE SACRAMENTORUM Ab INVICEM

AD ART. 2-4 *Q.* LXV £. THOMzE

I. Triplex ordo inter sacramenta considerari potest. — Attenditur imprimis *ordo naturæ* seu generationis, secundum quem unum naturaliter alterum præcedit ; secundo, ordo *perfectionis,* quatenus unum est alio nobilius ; tertio, ordo *necessitatis,* quatenus unum magis præ alio ad salutem requiritur.

II. Prima conclusio : Ordine naturae, attento fine proprie cujusque sacramenti, conveniens est enumeratio quam, post S. Thomam, ponit Concilium Tridentinum[1] : Baptismus, Ccnfirmatio, Eucharistia, Poenitentia, Extrema-Unctio, Oido et Matrimonium (a. 2).

Probatur. — Sacramenta quæ pertinent ad perfectionem personæ individuæ priora sunt sacramentis quæ ad perfectionem multitudinis ordinantur, sicut etiam in natura individua sunt priora multitudine. Atqui Ordo et Matrimonium ad perfectionem multitudinis tendunt. Ergo ordine naturæ seu generationis sunt cæteris posteriora ; et Matrimonium ponitur post Ordinem, eo quod minus participat dc ratione spiritualis vitæ. — Inter quinque cætera, eaquæ per se ordinantur ad perfectionem vitæ spiritualis sunt ordine naturæ priora illis quæ ordinantur per accidens dumtaxat ; Poenitentia porro et Extrema Unctio ordinantur per accidens ad vitam spiritualem, scilicet ad removendum accidens nocivum superveniens ; sunt ergo tribus aliis posteriora. Ipsa vero Extrema Unctio post Poenitentiam ponitur, quia illam perficit, consummando sanationem quam illa inchoat et animam propius disponendo ad cloriam. — Inter tria cætera, primo venit Baptismus, cum

λ. «est. Vil, can. i ; ηωζ,, «44.

«it. spiritualis regeneratio ; secundo, Confirmatio, quæ augmentum confert et hominem in statu perfectorum reponit ; tertio, Eucharistia, quæ est cibus grandium : dum itaque perfectos facit Confirmatio, perfectos alit Eucharistia1.

III. Secunda conclusio : Ordine perfectionis, Eucharistia 'st inter sacramenta primum et potissimum ; cætera vero c ordinari posse videntur : Ordo, Confirmatio, Baptismus, l xtrema Unctio, Poenitentia, Matrimonium (a. 3).

Concilium Tridentinum definit : « Si quis dixerit hæc ptem sacramenta ita esse inter se paria, ut nulla ratione nliud sit alio dignius, Λ. S.I. » Alibi disserit de excellentia ES. Eucharistiæ supra alia sacramenta2.

prob. ia pars.— 1° Id in quo continetur per se et essentialiter persona Christi prius semper est eo in quo contiih l.ur solum virtus participata a Christo. Sed in Eucharistia continetur persona Christi, in cæteris autem sacramentis vn tus a Christo derivata. Ergo Eucharistia prior est cæteris r i ramentis. — 2° Quod est finis per se intentus est per-I·d ione prius eo quod ad aliud ordinatur. Atqui Eucharistt i intenditur per se et omnia cætera sacramenta ad ipsam Iiinlunt : Ordo est directe propter Eucharistiam confici, udam et ministrandam ; per Baptismum fit homo aptus n l Eucharistiam suscipiendam ; Confirmatio adultum perlli il ut non erubescat illud sacramentum recipere ; Poenitentia et Extrema Unctio subjectum præparant ad dignam Christi susceptionem. Matrimonium directe significat conunctionem Christi cum Ecclesia ; porro unitas Ecclesiæ n Eucharistia maxime significatur et eificitur : sicut enim x multis membris fit unum corpus in Ecclesia, ita in Euchaiwliii ex multis granis fit unus panis et ex multis acinis fit Ijnnin, et inde hauritur gratia ut fideles in unum corpus llji licum coalescant4. — 3° Quod est consummatio cæte-

I. S. Ephræm considerat Baptismum tanquam uterum qui |nll Christianos et Eucharistiam ut alimentum qui nutrit illos ! n uterum l qui gignit natos, quos lactat, lætat alitque. O natos: Il vico lactis nutriuntur protinus p^ne *per/eclo.* s *Hymn, de Viruit.,* Edit. Rahmani, pp. 23-24.

jU. Soss. VII, can. 3 ; Denz., 846.

M. css. XIII, cap. in ; Denz., 876.

4. Cf. S. Augustin,. *Serm. CCLXXII ; P. L.,* xxxvni, 1247 ss.

rorum perfectione prius est orunib'us quæ consummantur. Sed Eucharistia est consummatio omnium ; ita quippe in Eucharistia consummantur sacramenta, ut in receptione cujuslibet sacramenti comumniter recipiatur communio, sicut ordinati communicant, et etiam baptizati, si sint adulti.

probatur ila PARS. — Inter cætera sacramenta primum locum obtinet Ordo, qui propinquius se habet ad Eucharistiam quique potestatem confert ad conficiendum et Eucharistiam et cætera sacramenta. Deinde venit Confirmatio, quæ Baptismum complet ac Christianum constituit in statu adulti et perfecti1. Sequitur Baptismus, qui est vitæ spiritualis inchoatio ; postea Extrema Unctio, quæ Poenitentiam complet ; demum Poenitentia ipsa, ac ultimo loco Matrimonium, quia minimum habet de spirit militate. — « Nihilominus, ut bene animadvertit Van Noort, verum est quodlibet sacramentum habere peculiarem excellentiam, per respectum sc. ad proprium suum finem. Hinc in can. trid. adjecta fuerunt verba : « nulla ratione ». Etsi enini Eucharistia sub diversis respectibus excedat v. g. Extremam Unctionem, ad auferendas reliquias peccatorum plus valet unctio ; unde sub hoc respectu non est infra Eucharistiam2. »

IV. Tertia ^onclusio : Ratione necessitatis, omnia Novæ Legis sacrapaenta non sunt æqualia ; sed ex his tria sunt quæ specialiter necessaria dicuntur, licet non eadem ratione, nempe Baptismus, Poenitentia, Ordo ; cætera vero non sunt necessaria absolute, sed secundum quid (a. 4).

Concilium Tridentinum definit : « Si quis dixerit sacramenta Novæ Legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua, et sine eis aut eorum voto per solam fidem homines a Deo gratiam justificationis adipisci, licet omnia singulis n icessaria non sint, A. S.3 »

Baptismus vel in re vel saltem in voto est omnibus neces-

1. Hanc oeconomiam sic exponit S. Ephræm Doctor : « Tu ipsam (immanitatem) *benedicto tuo pane firmasti, casto tuo vino relevasti atque sacro luo chrismate lætificasti.* » *Hymn, de Virg.*, χχχνπ, 3, edit. Rahmani, p. 106.
2. Van Noort, op. cit., p. 22.
3. Sess. VII, can. 4 ; Denz., 847.

narius necessitate medii, ad delendum peccatum originale, ita ut, omisso illo medio, nulla possit obtineri salus.

Poenitentia, in re vel in voto, est medium ad salutem necessarium, non omnibus simpliciter, sed omnibus in peccatum mortale lapsis post Baptismum.

Ordo est ipsi Ecclesiæ necessarius, ct ut Ecclesia regatur, juxta illud : « Ubi non est gubernator, populus corruet* », et ut sibi comparet idoneos ministros ad conferenda sacramenta.

Cætera sacramenta non sunt necessitate medii necessaria, sed vel quia divinitus sunt præcepta, vel quia vitam spiritualem augent et nutriunt, vel quia subjecta vitæ spiritualis multiplicant, sicut Matrimonium Ecclei;e multitudinem per propagationem conservat.

V. Recte concludit Doctor Angelicus : « Licet omnium aeramentorum contemptus sit saluti contrarius, non tamen est contemptus sacramenti ex hoc quod aliquis non curat iccipere sacramentum qüod non est de necessitate salutis ; dioquin omnes qui non recipiunt ordinem et qui non contrahunt matrimonium, contemnerent hujusmodi sacramenta. » (ad 3).

i *Prov.,* xi, 14.

ARTICULUS TERTIUS

DE CÆREMONIIS SACRAMENTORUM ET DE SACRAMENTALIBUS

T. **Notio et utilitas.** — Nomine caeremoniarum veniunt *ritus accidentales* in solemni sacramentorum administratione ab Ecclesia adhiberi soliti. A sacramentis ergo differunt dupliciter : et quia, non juris divini, sed ecclesiasticae-sunt institutionis ; et quia, non ad gratiam directe conferendam, sed ad venerationem sacramentorum promovendam ordinantur.

Novatores hos ritus ut superstitiosos aspernantur. At contra *utilitas multiplex* necessario se prodit ; multum conferunt ad reverentiam sacramentorum, ad ornatum et majestatem divini cultus, qui facile languescit, nisi exterioribus adjuvetur; lidem et attentionem adstantium vividius percellunt ; intelligentiamque manuducunt, quo melius doctrina ipsorum sacramentorum capiatur et altius in mente, figatur. Utilitates illas extollit **Concilium Tridentinum**, ubi de cæremoniis Missæ : « Quo et majestas tanti, sacrificii commendaretur et mentes fidelium per hæc visibilia religionis et pietatis signa ad rerum altissimarum, quæ in hoc sacrificio latent, contemplationem excitarentur[1]. » Et **Catechismus** Concilii Tridentini : « Primum enim maxime decuit sacris mysteriis eum religionis cultum tribuere,, ut sancta sancte tractare videremur. Prætérea, quae sacramento efficiuntur cæremoniæ ipsæ magis declarant ac veluti ante oculos ponunt et earum rerum sanctarum veram sanctitatem in animos fidelium altius imprimunt. Deinde vero mèntes illorum qui eas intuentur et diligenter observant ad sublimium rerum cogitationem erigunt, fidemque in eis et charitatem excitant[2]. »

1. Sess. XXII, cap. v; Denz., 943.
2. P. II, n. 16.

II. **Legitimitas institutionis*** — **Ex** dictis colligitur. ‹ hristus Ecclesiæ suæ contulit potestatem instituendi ‹a omnia quæ ad convenientem sacramentorum adminis- l rationem et ad ornatum cultus Dei pertinent. Hinc **Con**cilium Tridentinum declarat « hanc potestatem perpetuo in l cclesia fuisse, ut in sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia, ea statueret vel mutaret quæ suscipientium utilitati seu ipsorum sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum et locorum varietate, magis expedire judicaret[1]. » Quapropter d e f i n i t **idem Concilium** : « **Si** quis dixerit receptos et approbatos Ecclesiæ Catholicae litus in solemni sacramentorum administratione adhiberi insuetos, aut contemni, aut sine peccato a ministris pro li bito omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiarum pastorem mutari posse : A. S.[a] »

III **Efficacia.** — His ritibus veram efficaciam tribui ab Ecclesia, liquet ex ipsis verbis quæ in eorum adminis- l ratione adhiberi solent : sive benedictionibus sive exorcismis effeçtiïs mirabiles adscribit sacra liturgia. Non agunt quidem ex opere operato physice, sicut Sacramenta ; sed moraliter, per modum *impelralionis,* quatenus preces l lesiæ sunt semper exaudibiles et ritus a Sponsa adhibiti i.pecialem semper consequuntur efficaciam[3].

IV **Sacramentalia.** — Quidam ritus extra sacramenta ndliiberi solent, qui sacramentalia proprie dicuntur, eo quod habent *nonnullam cum sacramentis analogiam.* In Ime porro consistit hæc similitudo, quod aliquatenus cultui divino deputant et producunt effectum spiritualem, gratia lumen sacramentali inferiorem. Unde dicuntur « minora •aeramenta ».

\on sunt unius labii theologi in tradenda sacramenta- llmn notione. Alii intelligunt hoc vocabulo : 1° ritus in «in ramentis adhibitos ; 2° benedictiones extra sacramenta ;

I I. Sess. XXI, cap. n ; D e n z., 931.
I Sees. VII, can. 13 ; D e n z., 856.
l (juapropter scribil S. T h o m a s : « Orationes quæ dicuntur in *ii') mentorum collatione, proponuntur Deo, non ex parte singu- Jiui personæ, sed *ex parte totius Ecclesiae, cujus preces sunt apud* j|>ni»i *exaudibiles.* » Supra, q. l x i v, a. 1, ad 2.

3° ipsas res benedictas ; 4° quædam pia opera. Aliis vero displicet cæremonias sacramentorum, quæ ad majorem sacramenti honorem tantum ordinantur, dici posse sacramentalia seu sacramenta minora. — Communiter tamen admittitur sequens definitio : *Bes sensibilis ab Ecclesia inslilula ad quosdam effeclus spirituales significandos el producendos*[1]. Convenit sacramentale cum sacramento, quatenus est signum sensibile et ad ellectus spirituales ordinatur ; differt vero, quatenus est institutionis ecclesiasticæ, licet quædam sacramentalis a Christo originem ducant[2], et quatenus effectus sunt minores gratia sanctificante quam producit sacramentum.

V. Divisio. — Triplex recenseri potest.

Prima exhibet sex species sacramentafium :

« Orans, tinctus, edens, confessus, dans, benedicens. »

Orans innuit orationem Dominicam vel aliam in ecclesia benedicta fusam ; *linctus* alludit ad aquam lustralem vel etiam ad regum unctionem ; *edens,* ad esum panis benedicti ; *confessus,* ad confessionem generalem quæ fit initio Missæ vel in Prima et Completorio ; *dans,* ad eleemosynam pia intentione et præsertiin nomine Ecclesiæ vel in loco sacro erogatam ; *benedicens,* ad benedictiones liturgicas. — Notant Sylvius[3] et Salmanticenses[4] hanc divisionem non magno fundamento niti ; nam Oratio Dominica non es· institutionis ccclesiasticæ et panis benedictus dabatur olim catechumenis cl non communicantibus.

Alia septem species enumerat :

« Crux, aqua, nomen, edens, ungens, jurans, benedicens. »

Indicatur hic valor signi crucis, aquæ lustralis, invocationis nominis Jesu, unctionis olei benedicti, exorcismorum. — At non apparet quomodo invocatio SS. Nominis Jesu secundum se sumpta similitudinem habeat cum sacramento

1. Cf. Van Noort, p. 120.
2. Exorcismi itaque fiunt ad exemplum Christi, sed institutio ipsa per modum sacramentalis est ab Ecclesia.
3. Sylvius, in III P., q txxxvn, a 3.
4. Salmant., disp. X, dtib. i, n. 8.

Recentiores theologi omnia sacramentalia ad ties species reducunt : 1° exorcismos ; 2° benedictiones Ecclesiæ ; usum rerum exorcizatarum ac benedictarum. « *Exorcismi* applicantur hominibus ad repellendam ab iis potestatem daemonis ; creaturis irrationalibus, ne diabolus iis abutatur ad nocendum hominibus. Benedictiones aliæ nut constitutivae, quæ faciunt rem sacram eamque plus minus usui profano subtrahunt ; alia: invocativæ, quæ ni non faciunt. *Benedictiones constitutivae* applicantur hominibus et creatitris irrationalibus, ut Dei servitio man- ipcntur aut constituantur media benedictionis communirandæ. *Benedictiones invocalivæ* applicantur hominibus, ni aliquod munus a Deo consequantur; crèaturis irra- tonalibus, ut earum usus nobis prosit ad salutem corporis cl. animæ1. »

VI. Specialis quædam virtus sacramentalibus competit. *Sex effectus* enumerantur : 1° Deputatio ad cultum divinum, et hæc fit infallibiliter quasi ex opere operato ; nam, eo ipso quod ponitur ritus ab Ecclesia institutus, res lit benedicta et Deo dedita. 2° Bepulsio dæmonuin, et hac fit per modum impetrationis, quatenus Ecclesiæ preces dignæ sunt quæ exaudiantur. 3° Beneficium aliquod temporale, ut sanitas, et hic effectus non obtinetur infallibiliter, sed Ecclesia illum eatenus postulat quatenus mi salutem expedit. 4° Collatio gratiarum actualium. b° I{emissio peccati venialis. 6° Remissio pœnæ temporalis. res ultimi effectus non conferuntur immediate et ex opere operato ; quia non valet Ecclesia rei sensibili alligare vim onferendi ipso facto gratiam actualem, aut delendi culpam etiam venialem independenter ab hominis actu, aut remittendi poenam temporalem directe, cum ejus sit relaxare I" nam contra quem fuit culpa. Consistit ergo efficacia In hoc quod Ecclesiæ preces, semper exaudibiles, movent Deum ad conferendas gratias actuales, quibus homo uti poleiit et ad nova auxilia obtinenda et ad excitandos in Heipsd pios motus fidei, charitatis, pœnitentiæ, qui et ad emissionem venialium operantur et ex se præstant ut Illiquid de pœna temporali remittatur.

I. Van Noort, p. 121. — Cf. etiam G. Arendt, *De Sacramentalibuit,* llomæ, 1900.

Hinc, juxta Angelicum, sacramentalia operantur ad remissionem venialium, « in quantum sunt cum *aliquo mola detestationis peccatorum,* vel in quantum sunt cum aliquo *motu reverenliæ in Deum* et ad res divinas[1] » ; « reatus autem pœnæ remittitur per prædicta secundum *motum fervoris in Deum,* qui per prædicta excitatur quandoque magis, quandoque autem minus[2] » — Concludimus cum eodem Angelico : « Aqua benedicta et aliæ consecrationes non dicuntur sacramenta, quia non perducunt ad sacramenti elïectum, qui est gratiæ consecutio. Sed sunt *dispositiones quaedam ad sacramenta :* vel *removendo prohibens,* sicut aqua benedicta ordinatur contra insidias dæmonum et contra peccata venialia ; vel *etiam idoneitatem faciendo* ad sacramenti perfectionem et perceptionem, sicut consecrantur altare et vasa propter reverentiam Eucharistiæ[3]. »

VII. Doctrina Codicis Juris Canonici de Sacramentalibus. — « Can. 1144. Sacramentalia sunt res aut actiones quibus Ecclesia, in aliquam Sacramentorum imitationem, uti solet ad obtinendos ex sua impetratione effectus præsertim spirituales. »

« Can. 114£u Nova Sacramentalia constituere aut recepta authentice interpretari, ex eisdem aliqua abolere aut mutare, sola potest Sedes Apostolica. »

« Can. M46. Legitimus Sacramentalium minister est clericus, cui ad id potestas collata sit quique a competente auctoritate ecclesiastica non sit prohibitus eamdem exercera. »

1° Itaque, juxta Codicem, Sacramentalia sunt *res* vel *actiones* ; ac deinde enumerat Codex *consecrationes, benedictiones, exorcismos,* resque *consecratas* et *benedictas* (can. 1147 ss.).

2° Dicuntur « Sacramentalia », eo quod *in aliquam Sacramentorum* imitationem adhibentur ab Ecclesia.

3° Efficaciam habent ex *impetratione Ecclesiæ.*

4° Illorum *effectus* sunt *præseriim spirituales.*

5° Sola Ecclesia, id est *Sedes Aposlolica,* potest Sacra-

1. III P., q. T.xxxvn, a. 3.
2. *Ibid.,* aci 3.
3. III P., q. i-xv, a. 1, ad 0.

mentalia constituere, authentice interpretari, ex eisdem aliqua abolere aut mutare.

6° *Minister* est, non tantum sacerdos, quia diaconi, imo et lectores, possunt, positis ponendis, quasdam benedictiones dare (can. 1147, § 4), sed *clericus,* juxta determinationes juris.

VI11. Conclusio Tractatus de Sacramentis in communi.

a Cum omnia Sacramenta Novæ Legis, a Christo Domino Nostro instituta, sint praecipua sanctificationis et salutis inedia, summa in iis opportune riteque administrandis ac suscipundis diligentia et reverentia exhibenda est1. »

TRACTATUS DE BAPTISMO

DIVISIO TRACTATUS

S. Thomas quadruplici quæstione (lxvi-lxix) totum Tractatum absolvit, disserendo de iis quæ spectant ipsum sacramentum, q. lxvi ; ministrum, q. lxvii ; subjectum, q. Lxviii ; effectum, q. lxix.

QUÆSTIO PRIMA
DE IPSO SACRAMENTO BAPTISMI[1]

AD Q. LXVI S. THOM®

In ipso sacramento Baptismi considerari possunt : natura et definitio (a. 1) ; institutio (a. 2) ; materia et forma (aa. 3-6) ; applicatio materiæ et formæ (aa. 7-9) ; ritus (a. 10) ; ac demum ea quæ possunt vicem gerere Baptismi (aa. 11-12).

ARTICULUS PRIMUS

DE NOTIONE ET INSTITUTIONE SACRAMENTI BAPTISMI

AD ART. 1 ET 2 S. THOM.®

I. **De ipso vocabulo. —** Verbum græcum *Βαπτίζω,* a sua radice *Βάπτω,* significate immergere, tingere, abluere. » Usurpatur in Scriptura pro *lotione communi ;* quo sensu dicitur in libro Judith : « Baptizabat se in fonte aquæ[2]. »

1. Consulantur Commentatores S. Tbomæ in h. l. : Cajetan., Sylvius, Gonet, Billuaht, SaLmant., Suarez ac recentiores theologi ; in lingua gallica : J. Corblet, *Histoire dogmatique, liturgique et archéologique du sacrement de baptême.* Paris, 1881 ; *Diction Biblique* et *Diction, théol.,* v. « Baptême ».
2. Judith, xii, 7.

— Vel pro *lotione riluali* : « Unusquisque tantum nudabatur ad baptismum[1]. » « Nisi baptizentur, non comedunt*, s — Vel pro *baptismo Joannis* : « Venientes ad baptismum suum... Ego quidem baptizo vos in aqua[2]. » — Vel *metaphorice pro passione Christi* « Baptismo quo ego baptizor*. » — *Vel pro effusione donorum Spiritus Sancti* : « Vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies[5]. »

Stricte autem sumitur pro *sacramento regenerationis per lavacrum aquæ cum expressa SS. Trinitatis invocatione.*

II. Aliæ denominationes. — Vocatur simpliciter *lavacrum, Χοντρόν*[6]* *sacramentum aquæ*[7], et, ratione effectus qui est regeneratio, **novum natale**[8]*,* *unda genitalis*[6]. Et, quia est vera *illuminatio mentis,* dicitur a Patribus Græcis *φωτισμό* [10] ac etiam, quia relinquit in anima impressionem indelebilem seu characterem, vocatur *σφραγί , sigillum*[11]. — Itaque, præter nomen « baptismi », tria præcipua vocabula a veteribus usurpata sunt : lavacrum, a Paulo adhibitum[1]*; illuminatio, quæ vox a Paulo etiam derivatur : « Impossibile est enim eos qui sunt *illuminati*[10]... » ; et *sigillum* seu signatio vel *obsignatio,* ex Paulo quoque t « Qui et *signavit* nos et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris[14]. »

III. Baptismus sumptus pro eo quod est sacramentum

1. Nehem., iv, 23.
2. Marc., vii, 4.
3. Matth., in, 7, 11.
4. Marc., x, 38, 39.
5. *Act.,* i, 5.
6. Clem. Alexandr., *Strom.,* i, 6 ; *P G.,* vm, 281.
I. Tertull., *de Baptism.,* 1 ; *P. L.,* i, 1197,
8. Tertull., *De Baptism.,* 4, 20; *P. L.,* i, 1204, 1221.
9. S. Cyprian., *Epistl. LXX111,* 11 ; *P. L.,* in, 1116.
10. S. Justin., *Apol.,* I, 61 ; *P. G.,* vi, 420; S, Chrysost., *Ad illumin. calech.,* i ; *P. G.,* xlix, 225.
II. S. Cyrill. Hieros. *Calech.,* i, 2 ; in, 4 ; *P. G.,* xxxm, 372, 432 ; S. Chrysost., *II Cor.,* homil. Ill, 7 ; *P. G* , lxi, 418 ;,S. Augustin., *Epist. LXXXV111,* 9; *P. L.,* xxxm, 307.
12. *Ephes.,* v, 26 ; *Tit.,* in, 5.
13. *Hebr.,* vi, 4.
14. *11 Cor.,* I, 22. Cl. *de Sacramentis in communi,* q. iv, arti, n. m

tantum consistit proprie in ablutione sub determinata verborum forma (a. 1). — Recolenda est *distinctio superius exposita :* « sacramentum tantum, res tantum, res et sacramentum[1] ». Res tantum est gratia regenerationis ; res et sacramentum est character ; sacramentum tantum esi ritus sensibilis, qui in ipsa ablutione reponitur.

Licet SS. Patres interdum vocent Baptismum « sacramentum *aquæ* » vel « *undam* genitalem », alludunt semper ad ipsam ablutionem. S. Thomas autem rationem theologicam assignat cur, non in aqua sola, sed in applicatione aquæ cum verÈis formæ sit reponendum sacramentum. Ibi quippe perficitur sacramentum, ubi perficitur sanctificatio. Atqui sanctificatio perficitur, non in aqua, ubi habetur quidem virtus instrumentalis, fluens, non permanens, sed in ipsa applicatione aquæ ad hominem, quæ est ablutio : quum enim sacramenta efficiant quod significant, tunc habetur interior sanctificatio seu animæ purificatio, cum perficitur exterior ablutio. Ergo sacramentum perficitur in ablutione seu in applicatione aquæ cum verbi» formæ.

Hinc approbanda definitio Petri Lombardi : « *Baptismus esi ablutio corporis exterior facta sub forma præscripla verborum*[1]. » — In hoc sensu accipienda sunt celeberrima verba Augustini : « *Accedit verbum ad elementum et fit sacramentum*[3]. » Scilicet, dum applicatur aqua cum verbis formæ, fit sacramentum, « non quidem in ipso elemento, sed in homine, cui adhibetur elementum per usum ablutionis » (ad 3)·

IV. De institutione Baptismi a Christo facta (a. 2). — *Xonnulli protestantes* et pariter *modernistæ* contendunt Christum non instituisse Baptismi sacramentum, sed tantum retinuisse baptismum Joannis ut symbolum purificationis et pœnitentiæ ; posteaque christianam communitatem baptismo rationem et necessitatem sacramenti adjunsisse. Hinc prop. damn, decreto *Lamentabili,* 3 Julii 1907 :

[1] Communitas Christiana necessitatem baptismi induxit,

1. *De Sacram, in- communi,* q. in, art. ii, n. xx-xxi.
2. Petr. Lombard., *IV Sent.,* dist. III.
3. S. Ait .hstin., *In Joan.,* tract. LXXX, 4 ; *P. L.,* xxxv, 1840.

.adoptans illum tamquam ritum necessarium eique professionis christianæ obligationes adnectens1. »

Omnes catholici theologi profitentur ut dogma institutionem Baptismi a Christo factam, sed plures ortæ sunt «ententiæ de tempore quo fuit institutus vel quo fuit necessarius necessitate praecepti et medii.

Tres præcipuæ recilantur opiniones de tempore mstitutionis. Quidam-cum Alexandro Halensi existimant institutum fuisse post resurrectionem, cum Christus dixit : « Euntes, praedicate..., baptizantes », quia passio Christi, aiunt, debet praecedere sacramentorum institutionem2. Alii, ut S. Bernardus, Estius, censent institutum fuisse Baptismum, quando Christus dixit Nicodemo : « Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto...3 » Petrus 1.ombardus, S. Thomas ejusque discipuli et communius *theologi inslilulionem conjungunt cum baptismo Christi.* Alii volunt institutum fuisse sacramentum Baptismi, quum Christus Apostolos ad praedicandum misit : ita plures Scotistæ et etiam Wurceburgenses4,5

V. Prima conclusio : DE FIDE est Baptismum habere rationem veri Sacramenti ab ipso Christo instituti. — Quanquam disputari potest de institutionis tempore, liquet omnino Christum intendisse ritum sensibilem collativum gratiæ per ablutionem aquæ cum invocatione SS. Trinitatis permanenter in Ecclesia usurpandum. Assignat materiam, scilicet *aquam6,* et formam expresse determinat post resurrectionem : « baptizantes eos *in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti6.* » Attribuit illi ritui vim regenerandi **hominem et ipsi aperiendi coelum : « Nisi quis** *renatus* fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest *introire in regnum Dei6.* » Indicat ritum illum esse **perpetuo in Ecclesia permansurum,** nam statuit legem *universalem,* ut absque

1. Prop. 42 ; Denz., 2042.
2. Cf. Alexandr. Halens., *IV Seni.,* q. xn, n. 3, a. 1 ; et pariter Melchior .Can., *De Locis Theol.,* lib. VIIf, c. v ^.Schanz, pp.210ss
3. S. Bernard., *De Baptism. : P. L.,* clxxxii, 1031 ss. ; Estius, in *IV Sent.,* dist. V, n. 11.
4. *Theol.,* ix, pp. 161 ss.'
5. Joan., hi, 5.
6. Matth., xxviii, 19.

illo non aperiatur regnum Dei (« *nisi* quis renatus luerit *ex aqua...* ») et cum illo haberi possit salus (« qui crediderit et *baptizalus* fuerit, salvus erit[1] ») ; et addit retinendum esse usque ad finem saeculi (a *baptizantes..., ecce ego uobiscurn sum... usque ad consummationem sæculi* »);

Jam a Pentecostes die adhibetur ab Apostolis tanquain ritus cui adnectitur remissio peccatorum : « *Baptizetur* unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi *in remissionem peccatorum vestrorum*[9]. » Qui ritus ita pertinet ad constitutionem œconomiæ christianæ, ut quicumque Ecclesiæaggregatur debeat Baptismo initiari, ipse quoque Paulus[2] et qui jam receperant baptismum Joannis sint etiam baptizandi in nomine Jesu[5]. — Primitiva Ecclesia illum ritum ut necessarium retinet, ut testatur *Didachè,* quæ illum ex integro describite — Patres deinde Baptismum vocant « *sacramentum aquee*[7][8]».

Ceterum, Baptismus semper recensetur ut primum sacramentorum a Christo Domino institutorum. Sufficiat recolere definitiones Concilii Tridentini, quod ponit *Baptismum primum inter sacramenta a Christo Domino instituta*[6]*, distinctumque a baptismo Joannis :* a Si quis dixerit baptismum Joannis habuisse eamdem vim cum Baptismo Christi, A. S.*. »

Scriptura ipsa asserit *baptismum Joannis non habuisse vim sacramenti,* sed tantum fuisse medium ad poenitentiam in cordibus excitandam, dum *Baptismus Christi confert Spiritum Sanctum et charitatem :* « Ego quidem baptizo vos in aqua in poenitentiam, qui autem post me venturus est..., ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni[10]. » Et idcirco, ut jam animadvertimus, qui receperant baptismum Joannis debuerunt iterum Baptismo Christi initiari, ut fructum haberent sacramenti.

1. Marc., xvi, 16.
2. Matth., xxviii, 19-20.
3. *Aci.,* n, 38.
4. *Act.,* ix, 18.
5. *Aci.,* xix, 1-5.
6. *Didachè,* vu ; Funk., i, 20 ss.
7. Cf. Tertull., *De Baptismo,* i ; *P. L.,* i, 1197, 1199.
8. Sess. VII, *De sacramentis in genere,* can I ; Denz., 844.
9 *De Baplismo,* can. I ; Denz., 857.
10. Matth., tu, 11.

VI. Secunda conclusio : Baptismus institutus fuit in ipso Christi baptismo ; licet ejus efficacia a passione derivetur et ejus necessitas nonnisi post sufficientem Evangelii promulgationem inceperit. — Sacramentum quippe tunc institui censetur, quando accipit virtutem producendi suum effectum. Atqui Baptismus accepit virtutem abluendi spiritualiter homines, quando Christus baptizatus est ; quia, ut canit liturgia, « fontes aquarum sanctificati sunt, Christo apparente in gloria ;... sanctificavit enim nunc omnem creaturam Christus Deus noster. » Ergo tunc fuit institutum sacramentum.

Jamque habebat efficaciam a Christi passione, quatenus eam præfigurabat (ad 1) ; sed efficaciam definitive sortitus est in morte Christi, in qua terminata sunt figuralia sacramenta et in qua valor satisfactionis *objeclivus* fuit in summol. — Quia autem homo per Baptismum configuratur passioni et resurrectioni Christi, quatenus moritur peccato et incipit novam justitia: vitam, oportuit Christum prius pati et resurgere quam hominibus indiceretur necessitas Baptismi. Quæ nonnisi promulgato Evangelio cœpit urgere.

VII. Hinc colligitur perfecta Baptismi definitio. — Ex dictis potest definiri Baptismus : *Sacramentum. Novæ Legis a Jesu Christo institutum, ad spiritualem hominis regenerationem, per externam aquse ablutionem, cum expressa SS. Trinitatis mentione.* Constat esse sacramentum regenerationis, tum ex verbis Christi : « Nisi quis *renatus* fuerit », tum ex verbis Pauli : « lavacrum *regenerationis* » ; et idcirco proprie ordinatur contra peccatum originale, quod est mors animæ. Cetera intelligentur ex dicendis nunc de materia et forma.

Catechismus autem Concilii Tridentini brevius definit Baptismum esse *sacramentum regenerationis per aquam ia verbo*[2]

1. Cf. *de Verbo Incarnato,* ubi de redemption^·
2. *Catechism. Cone. Trident.,* P. II, η. 5.

ARTICULUS SECUNDUS

DE MATERIA ET FORMA BAPTISMI

AD ART. 3'6 ç>. LXVI S. THOMÆ

I. **Errores de materia Baptismi. —** Jam sæculo II, pliires hæretici, qui materiam exhibebant ut malam et i i incipium mali, *aquam excludebant* de collatione Baptismi, •ilicet nonnulli gnosi-ici, prout refert Irenaeus, Caiam et ' hiintiliani, quos commemorat Tertullianus, deinde archon- l ici, ut novimus ex Theodoreto, ac Manichaei, ut exponit Augustinus1. Alii, ut asseclæ Marci, *aquæ oleum admisce-Iıaŋl**. Alii, præsertim discipuli Simonis Magi, abutentes ' rbis Joannis Baptistæ « in Spiritu Sancto et igni », vole- l .ut baptismum conferri per *ignem*3. Alii contenderunt m casu necessitatis posse *arenam* adhiberi*.

II. Prima conclusio : Ex institutione divina, aqua est , i opria materia Baptismi (a. 3).— DE FIDE.

Christus ipse *aquam* designat ut materiam necessario Ihibendain : « nisi quis renatus fuerit ex *aqua...* » Paulus recolit « lavacrum *aquæ* in verbo vitæ® » Apostoli n nnisi in aqua baptizant et idcirco « descenderunt uter- que in *aquam,* Philippus et eunuchus, et baptizavit eum®. »

Primitiva Ecclesia hanc praxim firmissime tenet. Sic *Ihdaché* præscribit ut fiat Baptismus in aqua vivente i fluente : « Nisi autem habeas aquam viventem, in alia nqua baptiza ; nisi potes in frigida, in calida'. »

i. Cf. b. Iren·., *i Coni, /Iteres.,* c. xxi, *4; P. G..* vn, 665; i HTULU, *De Baptismo,* i; *P. L.,* i, 1198; Theodohet, *Haeret.* i, 10, 11 . *G.,* 1xxxiii, 360; S. Augustin., *Hæres.,* xlii, ti.; *P.* L.,-xlh, 34, 42.

'I. S. Iren , loc. eit. col. 664.

3. Cf. Opusc. *De Rebaplismah,* xvi : *P."L.t* ni, 1201.

I. Moschus, *P. G.,* 1xxxvii, 3045.

ı *Ephes.,* v 26.

i 6. *Act.,* vin, 38,

I 7. *Didachè.,* c. vu.

Patres scriptis confutant haereticos .qui aquam non adhibent. Eiturgia ab initio aquam præscribit.

Recolantur præcipuæ declarationes Magisterii supremi. *Innocentius 111* declarat « illos verum non habere baptismum, in quibus, non solum utrumque praedictorum (verbum et aqua), sed eorum alterum est omissum[1]. » *Concilium Viennense* confitetur Baptismum « celebratum in aqua[2] ». *Cone. Florentinum* asserit : « Materia hujus sacramenti est aqua vera et naturalis ; nec refert, frigida sit an calida[3]. » *Cone. Trideniinurn* definit : « Si quis dixerit aquam veram et naturalem non esse de necessitate Baptismi. atque ideo verba illa D. N. J. C. « Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu S. » ad metaphoram aliquam detorserit, A. S.[4]. »

Rationes congruentiae ex se liquent. Aqua effectus Baptismi optime significat, sive abluendo, sive refrigerando, et pariter mysteria Christi, quatenus sepelimur in aqua et deinde resurgimus ; ac præcipiïc « ratione suæ communitatis et abundantia; est conveniens materia necessitatis hujus sacramenti : potest enim ubique de facili haberi[5]. »

III. Secunda conclusio : In qualibet aqua, qualitercumque transmutata, dummodo non solvatur species aquæ, potest fieri Baptismus ; si vero solvitur species aqua, non potest fieri Baptismus (a. 4). — Agitur **de validitate** ; quia ad liceitatem jam a sæculo m aqua baptismalis solemni benedictione donatur : quæ praxis est omnino servanda.

S. Thomas in resp. ad objecta plures solvit casus. Ouæ solutiones sunt recolendæ.

1° Aquis maris et similibus potest fieri valide Baptismus, quia mutatio quæ in his contingit non est tanta quæ mutet speciem.

2° Admixtio chrismatis non mutat speciem, sicut nec decoctio carnium aut aliorum hujusmodi, nisi fiat tanta resolutio corporum lixatorum, ut liquor plus habeat de

1. Denz., 412.
2. *Id.,* 482.
3. *Id.,* 696.
4. Sess. VII, *de Baptismo,* can. 2; Denz., 858.
5. Cf. etiam *Catechism. Cone. Trid.,* P. II, n. 9.

liliorum substantia quam de aqua, quod potest accidere in potu calfei vel thei.

3° Licet non possit baptizari· in luto, valida tamen est 'qua quæ ex luto vél ex aliquo liquore exprimitur.

4° Potest valide baptizari in lixivio et in aquis sulphureorum balneorum, eo quod alterationem tantum *accidentalem* recipiunt transeundo corpora.

;>° Valida est aqua pluvialis quæ non retinet proprietatem alicujus corporis mixti sed veram habet speciem aquæ ; mvalidæ, e contra, sunt aqua rosacea et aquæ alchimicæ, in quibus abundant materiæ alterius speciei.

6° Pariter invalida materia sunt lac, sanguis, sudor, vinum, quæ speciem prorsus diversam exhibent ; vel 'diva, quam invalidam materiam declaravit Innocentius III 1 mart. 1206[1] ; sicut etiam Innocentius IV, S Jul. 1241, dixit : « Non debent reputari rite baptizati qui in cerevisia baptizantur[2]. »

IV. Tertia conclusio : Ad valorem Baptismi requiritur ut forma exprimat et ipsum baptizandi actum et subjectum et distinctam SS. Trinitatis invocationem ; ideoque nola valida forma est : Ego te baptizo in nomine Patris et ' ilii et Spiritus Sancti (a. 5).

1° **Rationes convenientiae. —** Quum Baptismus per 'nam formam consecretur, oportet ut forma exprimat ' ausam Baptismi et subjectum in quo operatur cau- a. Atqui causa duplex est : principalis, a qua aeramentum virtutem suam derivat, scilicet Trinitas, ll instrumentalis, nempe minister qui exterius tradit aeramentum. Ergo forma debet exprimere et Trinitatem, quod fit dum dicitur : *In nomine Patris et Filii et Spiritus ancti,* et actum ministri : *Eget baptizo,* et subjectum in quo lit. effectus : *Te.* —.Insuper, cum sacramentum efficiat quod significat, oportet ut forma exprimat id quod efficitur, i idcirco dici debet : *Ego te baptizo* ; et, quum Baptismus it sacramentum fidei, requiritur ut præcipuum fidei nostræ mysterium explicite exprimatur cum ista forma : *In nomine t'alris et Filii et Spiritus Sancti.*

2° **Praxis Ecclesiæ. —** Verba Christi : « Baptizantes

1. Denz.., 412.
2. *Id.,* 447.

in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti », Ecclesia semper ita intellexit ut Baptismus absque expressa SS. Trinitatis invocation'e prorsus invalidus esset, et idcirco semper sollicita fuit ut hæc observaretur forma. Hinc in tota traditione regula firmissima : quoties defuit expressa trium Personarum invocatio, Baptismus sit renovandus ; quoties adfuerit, baptizati etiam extra Ecclesiam debeant tantum reconciliari. — Praxim ab initio testatur *Didachè,* quæ Udem ætatis apostolicæ refert : « Quod ad Baptismum attinet, ita baptizate : hæc omnia dicentes, baptizate in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti[1]. » Pro ætate immediate sequenti testes habemus et Tertullianum : « *Nec semel, sed ter* ad singula nomina in singulas personas mergitamur[2] » ; et S. Justinum : « Nam in nomine Parentis universorum ac Domini Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi et Spiritus Sancti lavacrum in aqua tunc suscipiunt[3]. »

3° Ecclesiæ declarationes. — Initio sæculi iv (314), *Concilium Arelalense* perhibet insigne testimonium et regulam firmam statuit : » Ut, si ad Ecclesiam aliquis de hæresi venerit, interrogent eum symbolum, et si perviderint cum in Patre et Filio et Spiritu Sancto esse baptizatum, manus ei tantum imponatur, ut accipiat Spiritum Sanctum. Quodsi interrogatus non responderit hanc Trinitatem, baptizetur[4]. » — Quam normam iterum sancivit *Zacharias Papa,* 1 Maii 748 : « quicumque sine invocatione Trinitatis lotus fuisset, sacramentum regenerationis non haberet... ; perfectus non est, nisi fuerit in nomine Patris et Filii et Spiritu? Sancti baptizatus... ; si eyangelicis quis verbis, invocata Trinitate, juxta regulam a Domino positam... mersus esset..., sacramentum sine dubio haberet... : et e contra, licet minister justus fuerit, si Trinitatem juxta regulam a Domino positam in lavacro non dixisset, verum baptisma non esset, quod dedit[5][6] »— Huc etiam faciunt *declarationes Concilii Florentini el Tridenlini*,* etc.

1. *Didachè,* c. vu, 1 ; Funk, i, 20.
2. Tertum., *Adv. Prax.,* 26 ; *P. L.,* n, 190.
3. S. Justin., *Apol.,* i, 61 ; *P.* G., vi, 419.
4. Denz., 53
5. Denz., 297.
6. *Id.*. 696, 856, 859, 860.

V. Quarta conclusio : Baptismus in solo Christi nomine collatus non est validus[1] imo probabilius est nunquam, ne ex dispensatione quidem, validum fuisse, ita ut nunquam in solo Christi nomine baptizaverint Apostoli (a. 6). — Difficultas desumitur ex *Actibus Apostolorum.* Petrus dixit : « Baptizetur unusquisque vestrum *in nomine Jesu Christi*[2]. » In aliis ejusdem Libri locis dicitur : « *In nomine Jesu Christi* baptizabantur viri ac mulieres[3]. » Petrus jussit eos baptizari in *nomine Domini Jesu Christi*[4]. » Orta est ergo quæstio utrum valeat baptismus in solo Christi nomine collatus.

Triplex fuit sententia. — *Ante saeculum* XIII, plures scriptores, ùt Hugo a S. Victore, Petrus Lombardus[5], existimarunt baptismum in solo nomine Christi collatum esse omni tempore validum. A sæculo autem XIII, hæc opinio paulatim derelinquitur nec nisi rarissimos habuit defences. Gajetanus tentavit illam aliquatenus suscitare, sed jussu Pii V fuit illa explicatio ex editione romana operum Cajetani expuncta.

Scholastici sæc. XIII statuunt non valere baptismum in solo nomine Christi collatum ; exceptionem tamen admittunt pro tempore Apostolorum, ut exponit hic S. Thomas, qui[6] : « Ex speciali Christi revelatione Apostoli in primitiva Ecclesia in nomine Christi baptizabant, ut nomen Christi, quod erat odiosum Judaeis et gentilibus, honorabile non ilderetur per hoc quod ad ejus invocationem Spiritus anctus dabatur in baptismo » Quam exceptionem admittebant propter auctoritatem S. Ambrosii, qui dicere videtur totam Trinitatem in nomine Christi intelligi[7] ; et propter auctoritatem Nicolai Papæ I (ad Bulgares), videlicet non esse rebaptizandos qui « in nomine sanctæ Trinitatis vel tantum in nomine Christi baptizati sunt[8] ».

Post *saeculum* sæc. XVI *mediante et deinceps,* theologi sat uninuniter exceptionem illam rejiciunt et absolute

1. *Ad.,* II, 38.
2. *Ad.,* VIII, 12. Cf. 16.
3. *Ad., X,* 48.
4. Hugo a S. Victore, *De Sacrament.,* lib. II, P. VI, c. II ; *P. L.,* CLXXVI, 447 ; Petr. Lombard., *IV Sent.,* dist. III, n. 2-5.
5. Cf. S. Ambros., *De Spirit. Sand.,* lib. I, c. II et III ; *P. L.* XVI, 7, 13 ss.
6. Cf. Labbe, *Concil.,* t. VIII, 548; Denz., 335.

pronuntiant nunquam fuisse Baptismum in solo nomine Christi collatum. Sæculo tamen xvm, fuit disputatio hac fle re inter P. Drouin, O. P., et cardinalem Orsi, 0. P. Sed hodie communis est sententia negans.

Reponunt igitur theologi verba « in nomine Jesu » non spectare formam Baptismi, sed significare « in Baptismo Christi et virtute Christi » per oppositionem ad baptismum. Joannis. — Textum autem Ambrosii explicant, non de forma baptismi, sed de fide suscipientis, ut sensus sit requiri ad justificationem per Baptismum rectam fidem Trinitatis, et hanc fidem haberi posse, etiamsi una persona tantum nominetur ; et, e contra, deesse posse, etsi tres nominentur, sed sensu ariano, scilicet cum inæqualitate inter se. Ceterum S. Ambrosius dicit expresse alibi : « Nisi baptizatus fuerit in *nomine Patris el Filii el Spiritus Sancti,* remissionem non potest accipere peccatorum[1]. » — Pariter respondent verba Nicolai I « vel tantum in nomine Christi » non referri ad formam Baptismi sed ad intentionem ministri, qui potuit valide baptizare, dummodo '«•oluerit agere virtute Trinitatis vel tantum virtute Christi[4].

Recolenda sunt omnino pulchra verba S. Thom» : « Linde non sufficit intellectus vel fides Trinitatis ad perfectionem sacramenti, nisi sensibilibus verbis Trinitas exprimatur. Unde et in baptismo Christi, ubi fuit origo sanctificationis nostri baptismi, affuit Trinitas in sensibilibus signis, scilicet Pater in voce, Filius in humana natura, Spiritus Sanctus in columba. »

VI. Quædam normæ pro praxi. — Ct actus baptizandi recte exprimatur, debet adhiberi modus indicativus praebentis temporis : « ego .te baptizo », vel « baptizatur talis », non autem « baptizetur... » Formula nostra latina est antiquissima, formula autem græca reperitur initio saeculi vi apud Theodorum Lectorem[2] et in tine ejusdem saeculi atque nitio saeculi vu apud Joannem Moschum[4].

Pronomen *ego* sufficienter continetur in verbo latino

1. S. Ambkos., *De Mysteriis,* c. iv, n. 20; *P. L.,* xvi, 394.
2. Cf. *Diction. Biblique,* i, 1440 ; *Diction. Théol.,* art. « Baptême », roi, 271 ss.
3. Theodor., H. E., n, 25; *P. G.,* lxxxvi, 196.
4. *P. G.,* lxxxvii, 3045.

vcl græco et idcirco non requiritur essentialiter; secus autem in linguis hodiernis, gallica, anglica, germanica.

Vox *le* est essentialis, utpote designans subjectum, at impletur per *vos* aut nomen proprium subjecti.

In non videtur essentialis, si sensus ex adjunctis clare deprehenditur. Hinc S. Cong. Concilii validum agnovit baptismum hoc modo collatum : Io ti battezzo nome de Padre, di Figliuolo e dello Spirito Santo[1].

Repetitio verbi non reddit invalidum baptismum ; nam Officium declarat validum baptismum hac formula collatum : Ego te baptizo in nomine Patris, ego te baptizo ni nomine Filii, ego te baptizo in nomine Spiritus Sancti'. Inde concludunt auctores valere baptismum, si dicatur: ego te baptizo in nomine Patris et in nomine Filii et in nomine Spiritus Sancti — Formula *in nominibus* l'atris, etc., habetur communiter ut invalida, quia non ullicienter exprimit unitatem in Trinitate ; formula *in nomine Dei Iriunius* est invalida, eo quod non est explicita professio personarum.

Nulla occurrit ratio dubitandi de validitate formulæ : « In nomine *Dei* Patris et Filii et Spiritus Sancti », quia est omnino explicita nec ullum errorem innuit.

Vox *et* non debet omitti : si bis omitteretur, dubius i emaneret Baptismus; si semel tantum, nempe dicendo : In nomine Patris, Filii et Spiritus Sancti», non invalidât Il iptismum, quia sensus consuetus ingeritur.

l lenium, quia professio explicita debet fieri vocibus n-itatis et quia « Genitor, Genitus, Procedens ab utroque » recedunt aliquatenus a modo loquendi communi, dubia i sset, juxta S. Thomam et multos theologos, formula : „ in nomine Genitoris et Geniti et Procedentis ab utroque. » l nde concludendum cum S. Thoma : « In forma Baptismi n sumuntur illa nomina quibus communius consueverunt nominari personæ in illa lingua ; nec in aliis nominibus perficitur sacramentum. » (a. 5, ad 7.)

1. *Thesaurus Resolution.,* 1 x v ii, 211.
2. *Collectanea* S. C. *de Propag. Fide,* n. 530.

ARTICULUS TERTIUS

DE APPLICATIONE MATERIÆ ET FORMÆ AC DE RITU BAPTISMI

AD ART. 7-10 2. LXVI S. TUOMÆ

I. Diversa Ecclesiæ praxis. — Constat modum baptizandi ab initio fuisse per triplicem **immersionem.** Id expresse testatur *Didachè,* quæ tamen agnoscit triplicem aspersionem vel infusionem fieri posse, quum impossibilis est immersio[1]. Hinc intelliguntur verba Patrum « *descendere in aquarn, exire de aqua*[2][3] », aut « *ascendere de lavacro, egredi de lavacro* » : « Egressi de lavacro... Cum de illo sanctissimo lavacro novi natalis ascenditis[4][5]. » Qui mos communiter fuit servatus in Ecclesia etiam Latina. Hinc usus baptizandi in locis ubi erat aquarum copia[6] prope fontes, fluvios, stagna, cisternas vel piscinas, sicut et ipse Petrus in 'liberi baptizavit*.

A sæculo autem decimo quarto prævalet, saltem in Ecclesia Latina, usus baptizandi per infusionem. — Quem ritum invalidum esse contendunt generatim *Græci schismatici,* præSertim Marcus Ephesinus in concilio Florentino ; et nostra ætate Theot mus VII, patriarcha cecumenicus, in sua *encyclica palriarchali el synodali epislola,* an. 1895 edita, ponit hunc morem baptizandi inter decem articulos qui, juxta ipsum, dividunt Ecclesiam Græcam ab Ecclesia Latina®. — Duæ quoque Protestantium sectae, scilicet *Baplislæ* et *Anabaptisise,* adhuc fortius impetunt hunc ritum ut prorsus invalidum, eo quod nec significationem

1. *Didachè, vu,* l et 2 ; Funk, i, 22.
2. Hermas, *Mandat.,* ıv, 3; *Similit.,* ix, 16; Funk, i, 396, 532.
3. Tertull., *De Baptismo,* vn et xx ; *P. L.,* i, 1206, 1224.
4. S. Justin., *Apol.,* i, 61 ; *P. L.,* vi, 420.
5. Tertull., *De Baptismo,* iv ; *P. L., i,* 1203.
6. Cf. Baur, *Argumenta contra Orientalem Ecclesiam elusqn* synodaiem encyslicam,* (Eniponte, 1897.

verborum nec significationem spiritualem nec avitam traditionem salvet.

II. Prima conclusio : Ad valorem Baptismi sufficit exterior corporis ablutio, quocumque modo fiat, sive per immersionem, sive per infusionem, sive per aspersionem (a. 7). — Ratio theologica liquet. Id quod per se requiritur nec potest unquam mutari est quod essentiam ritus spectat, ea vero quæ sunt per accidens possunt variari invariata rei essentia (ad 1). Atqui quod ad essentiam Baptismi pertinet est ablutio corporalis, per quam significatur interior ablutio peccatorum (cf. art. I, n. in). Ergo, dummodo fiat vera ablutio corporalis, servatur essentia sacramenti. Sed ablutio vera fieri potest triplici modo : per immersionem, quæ est sane tutior et expressior lotio ; per infusionem, quae reapse lavat et abluit ; per aspersionem, quæ, dummodo lluat aqua, vere abluit. Ergo sive per immersionem, sive per infusionem, sive per aspersionem salvatur essentia et valor Baptismi.

Nec valent ea quæ opponunt adversarii :

1° Vox « baptizare » significat, non tantum immergere, sed etiam abluere, purificare (supra, art. I, ŋ. I).

2° Significatio spiritualis est purificatio animæ seu regeneratio, quæ quidem salvatur per quamcumque ablutionem veram i « *Mundans illam* lavacro aquæ1. » « Sed quod fiat ablutio hoc vel illo modo, accidit Baptismo. Iit ideo talis diversitas non tollit unitatem Baptismi. » (a. 1). Si autem objicitur aliquam significationem Baptismi esse Hcpulturam Christi, reponimus id etiam aliquo modo, licet minus expresse quam per immersionem, repræsentari in aliis modis baptizandi : « Nam, quocumque modo fiat ablutio, corpus hominis vel aliqua pars ejus aquæ supponi lur, sicut corpus Christi sub terra fuit positum. » (ad 2).

3° Nec obstat traditio. *Apostoli* una die tria millia Iu.minum et alia die quinque millia baptizarunt2. Jam vero imn erat in loco tanta aquarum copia, ut potuerint octo millia hominum per immersionem baptizari. Ergo debuit idm modo fieri Baptismus. Catechismus Concilii Tridentini

1. *Ephes.,* v, 26.
2. *Act.,* n, 41 ; iv, 4.

probabile putat hunc modum fuisse aspersionem. — Praxi Apostolorum continuatur immediate *testimonium Didachès.* Nam refert fieri posse per infusionem, ubi deest aqua fluens : « Si non habeas aquam fluentem, in alia aqua baptiza ; si non potes in frigida, in calida baptiza. Si neutram habeas (ut fieri immersio possit), *effunde* in caput ter aquam in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti[1], » — Constat pariter ex *baptism» clinicorum,* nempe eorum qui in lecto per infusionem baptizabantur. Testantur autem Patres per hunc Baptismum « in nullo mutilari et debilitari posse divina beneficia[2] », sed etiam in articulo mortis purificari hominem a suis peccatis per Baptismum in lecto receptum[3]. — Facta sunt publica, quando scilicet martyres baptizabant *in carcere vel in loco supplicii,* sicut Laurentius aquam effundendo ex urceolo Romanum baptizavit.

Probatur demum ex manifestis inconvenientibus. Quum Baptismus sit tantæ necessitatis, oportet ut, non solum materia sit communis, scilicet aqua, sed etiam modus illam applicandi sit facillimus et omnibus possibilis. Si autem unicus modus esset immersio, non raro periclitaretur salus, sive propter aquæ penuriam, sive propter infirmitatem baptizandi, sive demum propter alias difficultates adhibendi immersionem.

III. Normæ pro praxi. — De ratione Baptismi est ut sit *ablutio* et de ratione ablutionis est ut aqua fluat, et idcirco curandum omnino est ut non tantum guttæ taûgant, sed vere effluant. Iterum, recolendum est Baptismum esse *lavacrum, non vero unclionem.* Hinc quæstioni quid sentiendum de baptismo collato « per modum unctionis in fronte cum pollice in aqua baptismati madefacto », respondit S. Officium, 14 dec. 1898 : « Curandum ut iterum baptizentur privatim sub conditione, adhibita sola materia cum forma, absque caeremoniis, ad mentem[4]. »

Oportet insuper ut præcipua pars corporis abluatur,

1. *Didachè,* vn, 3 , Funk , i, 22.
2. S. Cyprian., *Epistl.,* ad *Magn.,* n. 12 ; *P. L.,* m, 1147.
3. S. Basil., *Epist. CCLX1X,* 2; *P. G.,* xxxu, 1001.
4. Cf. *Canoniste contemporain,* mai 1899, p. 299 ; *Collectanea,* 2028.

et luce est caput. « Principalis pars corporis, ait Angelicus, pnccipue quantum ad exteriora -membra, est caput, in «pio vigent omnes sensus et interiores et exteriores. Et ideo, hî totum corpus aqua non possit perfundi propter aquæ paucitatem vel propter aliquam aliam causam, oportet caput perfundere, in quo manifestatur principium animalis vitæ. » (ad 3) — Utrum vero valeat Baptismus, si ablutio lint in alia parte, v. g. in scapulis aut in pectore vel· in liumeris ? Licet sententia affirmativa fuerit olim *communissima,* ut dicit S. Alphonsus[1], hodie plures theologi reponunt esse *dubium* Baptismum[2]. In praxi autem servandum est id quod præscribit Rituale Roïhanum : « Si aliud membrum emiserit, in illo, si periculum immineat, baptizetur sub conditione ; at tunc, si natus vixerit, est rursus Hiib conditione baptizandus[3]. »

Oportet quoque ut aqua corpus tangat immediate ; ac proinde, si vestes tantum tetigerit, Baptismus est absolute iterandus[4]* Censetur autem dubius, si crines tantum, non nutem cutem immediate, aqua tetigerit.

Quoad aspersionem vero, animadvertendum est Eccleiam illum ritum habere ut validum, sed non usurpare in praxi.

IV. Secunda conclusio : Trina immersio vel trina infusio, non ad validitatem, sed solum ad liceitatem requiritur (a. 8). — Ex dictis constat Baptismum essentialiter esse ablutionem. Atqui *accidit ablutioni ut sit trina vel una* i hi trina, melius exprimit Trinitatem personarum ; si una, divinitatis singularitatem ; at, etiamsi una sit, significatio Trinitatis fit per verba formæ, et similiter mors et sepultura Christi sufficienter significatur in unica immersione.

Liceitas autem ex praxi Ecclesiæ atténditur. Jam *l>idachè* præcipit ; « effunde in caput *ler* aquam[8]. » Tertullianus testatur : « Non semel, sed *ler* ad singula nomina in singulas personas mergitamur[3]. » Idem communiter refe-

1. S. Alphonsus, *Theol. Moral.,* lib. VI, η. 107.
2. Cf. Ballerini-Palmieri, t. IV, pp. 540-544.
3. Rituale Rom., tit. II, cap. i, n. 20. — Cf. *Cod.,* can. 746.
I. Ita S. Officium, 27 maii 1671 ; apud *Acta S. Sedis,* t. XXV, p. 256.
5. vu, 3 ; Funk, i, 22.
(l. Tertull., *Adu. Prax.,* 26 ; *P, L.,* n, 190.

runt Patres, v. g. S. Basilius, S. Cyrill. Hierosol., S. Gregor. Nyssenus[1]. Animadvertit, autem S. Hieronymus id ex traditione Ecclesiæ provenire : « Et multa alia, quæ per *iradilionem* in Ecclesia observantur, auctoritatem sibi scriptæ legis usurpaverunt, velut in lavacro *ter* mergitare[2]. » Tanti autem ponderis erat ille ritus, ut poena depositionis pronuntiaretur contra episcopum vel presbyterum qui trinam immersionem omisisset[3]. — Usus porro unam tantum immersionem adhibendi fuit ab hæreticis introductus : m Oriente ab Eunomio, ut refert Theodorctus[4]; postea in Occidente. Leander, episcopus Hispalensis, quærit a S. Gregorio .Magno quid sit agendum. Respondet Gregorius validum esse Baptismum cum una vel trina immersione, sed addit usum Romanæ Ecclesiæ esse præferendum : « Nos autem, quod tertio mergimus, triduanæ sepultura; sacramenta signamus, ut, dum tertio infans ab aquis educitur, resurrectio triduani temporis exprimatur[5]. »

At, quia in Hispania quidam haeretici repetebant Baptismum, Concilium Toletanum IV ad detestationem erroris præscripsit unam tantum immersionem[6]. — Cessante autem tali causa, communiter servata est trina immersio vel infusio. Alcuinus videtur dubitare de vqlore Baptismi collati cum una tantum immersione vel infusione[7]; sed Concilium Wormense (868) expresse declarat validum prorsus esse cum una vel triplici[8].

Nunc tuta omnino est doctrina quam **S. Thomas** sic compendiat in præsenti, nempe servandam esse triplicem infusionem vel immersionem, et id sub gravi, ad liceitatem tantum : « Graviter peccaret aliter baptizans, quasi ritum Ecclesiæ non observans ; nihilominus tamen esset baptismus. »

1. S. Basil., *De Spirit.* S., xv, 35 ; *P. G.,* xxxn, 132 ; S. Cyrill., *Catech.,* xx, 4; *P. G.,* xxxin, 1080; S. Gregor. Nyss., *Catech.,* 35 ; *P. G.,* xlv, 85.
2. S. Hieron,; *Dialog, coni. Lucif.,* vm ; *P. L.,* xxm, 172.
3. *Can. Apost.,* 49 ; Hardouin, i, 29, can. 50 ; *P. L.,* lxvii, 148.
4. Theodoret., *Haeret, fab.,* iv, 3 ; *P. G.,* lxxxiii, 420.
5. S. Gregor. M., *Episl. XLIII·, P. L.·,* lxxvii, 498.
6. Cf. Harduin, iii, 581.
7. Alcuin., *P. L., c,* 289, 342.
8. Cf. Labbe, *Concil.,* vm, 946.

V Tertia conclusio : Baptismus semo' valide colïatu» une licite nec valide iterari potest (a, 9). — De FIDE, can- I[illegible].i diversas erroris formas. — Imprimis, *Ajriaant. tempo,e* ·'·. *Cypriani,* confundentes liceitatem ac validitatem, ac mipra modum extollentes fidem et sanctitatem ministri, nec distinguentes inter gratiam et characterem, contenderunt invalidum esse Baptismum qui est illicitus vel qui ((infertur a ministro infideli aut hæretico aut pravo1, Sl.ephanus autem Papa definit : « Si qui ergo a quacumque liipresi venient ad vos, nihil innovetur nisi quod traditum est, ut manus illis imponatur in poenitentiam, cum ipsi lueretici proprie alterutrum ad se venientes non baptizent, ; ed communicent tantum2.*» — Postea *Donatislae* errorem innovarunt, asserentes Baptismum non conferti nisi a bonis et in Ecclesia. S. Augustinus porro doctrinam veram indicat. Reponit sacramentum esse ex seipso ^anctum, dummodo servetur forma Christi, et posse a bonis et a malis haberi ; et in Baptismo distinguit effectum proprium bonis tantum, scilicet « gratiam », et effectum communem bonis et malis, qui etiam in fugitivis remanet, nempe « characterem », quo fit ut sacramentum iterari nequeat8. — Tempore demum reformationis, *anabaptislæ* contenderunt osse :'ursum baptizandos pueros in infantia baptizatos ‹'l eos qui apostataverunt.

Hoctrina catholica constat ex iis quibus alibi probavimus veritatem characteris, et quibus ostensum est non i equiri in ministro fidem aut sanctitatem, dummodo habeat Intentionem faciendi quod facit Ecclesia4.* Sufficiat refer e in præsenti professionem fidei Michaelis Paiæologi in i oncilio Lugdunensi II i « Sacrosancta Romana Ecclesia... iln it et prædicat eos qui post Baptismum in peccata liibuntur non *rebaptizandos,* sed per veram poenitentiam imorum consequi veniam peccatorum® » ; et definitiones Concilii Tridentini . « Si quis dixerit in tribus sacramentis

i. De illa quæstione habentur documenta in *P. L~* t. ««-1008 ε?-Denz., 46.

! i. S. Augustin , *De Baptismo P L..* x l ih. 109, i 17. 119, 122, #4;i, 144, 146, 166, 168, 173, 178, 191, 198, 200

i. *De Sacramentis in communi,* q.iv,urt l, niv ss. ; q. v, art in Il Il es.

F 5. Denz , 464.

Baptismo scilicet, Confirmatione et Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale et indelebile, unde *ea iterari non possunt,* A. S.1. Si quis dixerit verum et rite collatum Baptismum *iterandum* esse illi qui apud infideles fidem Christi negaverit, cum ad poenitentiam convertitur, A. S.a. Si quis dixerit parvulos, eo quod actum credendi non habent, suscepto Baptismo inter fideles computandos non esse, ac propterea, cum ad annos discretionis pervenerint, esse *rebaptizandos...,* A. S.s. »

Rationes theologicae quas evolvit Angelicus omnino evincunt invalidam prorsus esse iterationem, ex ipsa natura sacramenti. 1° Baptismus est quædam spiritualis regeneratio. Atqui unius non est nisi una regeneratio proprie dicta, licet plures possint esse recuperationes gratiæ. Ergo non potest esse nisi unus Baptismus, licet possit esse post Baptismum Poenitentia. 2° Baptismus est configuratio quædam inorti Christi. Atqui Christus nonnisi semel mortuus est. Ergo nonnisi semel conferri potest Baptismus. 3° Quum Baptismus imprimat characterem, non potest unquam renovari, nisi renovetur vel mutetur character. Atqui character est indelebilis et immutabilis. Ergo Baptismus nequit renovari : et hæc est.ratio præcipua, quam assignant Concilia. 4C Baptismus ordinatur principaliter contra originale peccatum. Atqui peccatum originale non iteratur. Ergo nec iterari debet Baptismus.·

VI. De caeremoniis Baptismi (a. 10). — Legenda est. S. Thomæ littera, tum in corpore articuli, tum in.responsis. Recolantur *tria* quæ exponit Angelicus, nempe hujusmodi cæremonias adhiberi : 1° ad excitandam devotionem fidelium et reverentiam erga sacramentum ; 2° ad fidelium instructionem, quatenus spiritualia per hujusmodi sensibilia signa significantur ; 3° ut per orationes et benedictiones et alia hujusmodi cohibeatur vis dæmonis ab impedimento sacramentalis effectus : quæ virtus non est physica sicut virtus ipsius sacramenti, sed moralis, quatenuspreces Ecclesiæ sunt dignæ quæ a Deo exaudiantur.2 3

1. Sess. VII, can. 9 ; Denz., 852.
2. Can. 11, *De Baptismo;* Denz., 867.
3. Can. 13, *De Baptismo ;* Denz., 869.

ARTICULUS QUARTUS

DE HIS QUÆ POSSUNT SUPPLEEE BAPTISMUM AQUÆ

AD ART. 11 ET 12 Q. LXVI S. TIIOMAE

I. Ratio distinguendi tria baptismata. — Dici potest baptismus per analogiam quidquid participat ejus virtu- l rm ejusque vices supplet vel quosdam ejus effectus confert. Qui modus loquendi fundatur tum ipsa nominum analogia l um usu Scripturæ. — Si enim passio Christi vocatur baptismus, juxta illa verba ipsius Christi : « *baptismo* quo ego *baptizor*[1]... ; *baptismo habeo baptizari*[2] », id etiam quod perfecte imitatur passionem, nempe martyrium verum, potest vocari, baptismus, scilicet *sanguinis,* quo anima reapse nil us abluitur. — Pariter contritio perfecta cum charitate, quatenus importat infusionem gratiæ sanctificantis, quæ abluit et justificat, dici potest baptismus *ignis* seu amoris •'l pœnitentiæ, prout monet Joannes : « Ipse vos *baptizabit* m Spiritu Sancto et *igni*[3] », et ipse Christus Dqininus : " Vos auiem *baptizabimini Spiritu Sancio* non post multos hos dies[4], *r* Igitur adventus Spiritus Sancti, qui fit per charitatem, vel effectus Spiritus Sancti, qui est amor l ici et contritio de peccatis, potest ex Scriptura vocari baptismus ignis.

('undatam ergo comperimus divisionem in baptismum fluminis seu aquæ ; sanguinis seu martyrii ; flaminis seu umoris et pœnitentiæ. Primus est proprie dictus et sacramentum ; duo autem posteri analogice tantum nec sunt i›a‹ ramentum, sed quemdam effectum sacramenti possunt hiipplere, scilicet remissionem peccati seu infusionem gratiæ, ut est nunc uberius exponendum.

1. Marc., x, 38, 39.
I 2. Luc., xii, 50. |
i. Matth., m, 11.
•L *Aci.,* i, 5.

II. Prima conclusio : Baptismus sanguinis seu martyrium supplet Baptismum aquæ tam in adultis quam in parvulis, quoad remissionem culpæ et pœnæ.

Ex Scriptura, nempe ex ipsius Christi verbis, constat eos qui perdunt vitam pro Christo et qui illum confitentur coram hominibus gaudere vera vita, nempe salute æterna, cujus. Baptismus aquæ est introitus : « Qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam[1]. Omnis qui confitebitur me coram hominibus confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in coelis est[2]. » Atqui martyres adulti perdunt vitam pro Christo et ipsum coram hominibus expresse confitentur ; parvuli quoque propter Christum occisi amittunt vitam pro ipso et ipsum in actu exercito, moriendo, confitentur. Ergo martyres tam adulti quam parvuli vi martyrii consequuntur æternam salutem, ita ut nihil eos retardet a præmio Christi, nec culpa nec pcena ; ac proinde martyrium æquatur Baptismo aquæ quoad remissionem culpæ et pœnæ

Antiquissima Treditio id docet. *Jam Tertullianus* alludit ad lavacrum seu baptismum sanguinis, qui habet virtutem Baptismi aquæ ; siquidem repræsentat baptismum non acceptum et reddit baptismi gratiam amissam : « Est quidem nobis etiam secundum lavacrum, unum et ipsum, sanguinis scilicet... Hic est baptismus, qui lavacrum et non acceptum repræsentat et perditum reddit[3]. » S. *Cyprianus* expresse loquitur de « maximo sanguinis baptismo », asserens martyres qui erant tantum catechumeni « nec privari baptismi sacramento, utpote qui baptizantur gloriosissimo et maximo sanguinis baptismo[4][5] » *Deinde Paires* nituntur illo Cypriani testimonio et doctrina ita clara et firma evadit, ut scribere potuerit *Augustinus* : « Quicumquc etiam non recepto regenerationis lavacro pro Christi confessione moriuntur, tantum in eis valet ad dimittenda peccata, quantum si abluerentur sacro fonte baptismatis[8]. »

Ecclesiæ praxis fidem testatur. Semper Ecclesia coluit

1. Matth., x, 39.
2. *Ibid.,* 32.
3. Tertull., *De Baplismo,* xvi ; *P. L.,* 1326.
4. S. Cyprian., *Epistl. LXXV11,* 22 ; *P. L.,* iv, 418.
5. S. Augustin., *De Cie. Dei,* lib. XII, c. vu ; *P. L.,* xlt, 381.

martyres etiam catechumenos qui vitam pro Christo obtulerunt ; quod evincit illos fuisse in proprio sanguine l l, albatos seu baptizatos. Quoad parvulos vero est speciale festum Innocentium ab Herode occisorum Non constat illos fuisse omnes circumcisos, et, hoc etiam dato, non esset sufficiens ratio illos colendi. Ergo propter martyrium honorantur, quod fuit pro ipsis quoddam lavacrum regenerationis

Ratio tandem id congrue explicat. Qui configurantur passioni Christi in re, per imitationem operis, debent recipere passionis effectum, sicut illi qui configurantur in signo per sacramentum aquæ Sed martyres, tam parvuli quam a'iulti, configurantur passioni Christi in re, opus ipsum imitando. Ergo debent illos passionis effectus recperè qui inferuntur per sacramentum, et ita baptismus sanguinis i' <lnari debet Baptismo fluminis. — Ceterum, eo ipso quod e l, actus charitatis, continet saltem implicite votum ndimplendi omnia quæ præscripsit Christus et idcirco Votum recipiendi Baptismum aquæ.

III. De modo quo baptismus sanguinis operatur. — llequiritur ad rationem martyrii ut sit voluntaria mortis perpessio propter catholicam fidem seu propter alicujus virtutis exercitium quæ tandem ad fidei professionem in 'linatur Id autem importat : 1°ut fuerit inmartyremortis i" reptatio, saltem habitualis ; 2° ut secuta fuerit mors, vel li em adfuerit vulnus ex se lethale, licet miraculose impeti ila sit mors ; 3° ut mors acceptetur ex motivo supernatmali, quod nempe in Christum referatur; 4° absque Violenta resistentia, secus non esset immolatio in testini"iiiuni fidei; 5° ut patiens mortem doleat de peccatis, lull em per attritionem.

Nonnulli theologi requirunt contritionem perfectam l'uni charitate conjunctam, arguendo ex verbis Apostoli : « i tradidero corpus meum, ita ut ardeam, *charilalem* bulcin non habuero, nihil mihi prodestl. » — At argulii'iilum minime cogit; nam intendit tantum Apostolus ■ou prodesse martyrium, si homo retineat affectum ad |i' · itum et mors intercedat absque charitate *concomilanle,*

l */ Cor.,* xin, 3.

non autem asseriL requiri cnaritatem *antecedentem.* — Si autem requireretur actus contritionis et charitatis antecedentis, non posset prudenter Ecclesia colere omnes qui martyrium subeunt; quia non facile constaret ipsos habuisse· illam contritionem et cliaritatein antecedentem. — Cæterum, si martyrium non justificaret hoc modo, non jam discreparet a'martyrio flaminis in adultis.

Quocirca melior est solutio quæ ex Angelico deducitur, scilicet martyrium posse quandoque esse absque charitate antecedente, sed semper conjungi cum charitate concomitante ; ita ut, dum consummatur mors, anima sit in charitatis actu et statu. Unum impedimentum quod attendit S. Thomas est defectus attritionis seu actualis adhæsio ad peccatum : « Passio pro Christo suscepta obtinet vim baptismi ; et ideo purgat ab omni culpa et veniali et mortali, *nisi aclualiler voluntatem peccato invenerit inhaerentem*[1]..» — Igitur martyrium remittit culpam et poenam, non solum vi charitatis et contritionis, secus a baptismo flaminis non discriminaretur ; sed ratione sui seu vi propria, *quasi ex opere operato passive,* quatenus opus ipsum est configuratio cum Christo in actu exercito et idcirco vi sui applicat fructum passionis, animam a culpa et poena liberando. — Non agit quidem ex opere operato *instrumenlaliler* sicut sacramentum, quia non est ad hoc institutum a Deo, nec est signum gratiæ demonstrativum et collativum, nec cæreinonia sacra ad cultum pertinens[2] ; sed ex opere operato *principaliter,* quia, ut diximus, opus ipsum *vi propria.* fructum passionis applicat.

IV. Secunda conclusio : Baptismus flaminis, seu charitas vel contritio perfecta cum voto Baptismi, supplet Baptismum fluminis.

Intelligitur hic *volam implicitum* quod in ipsa charitate includitur, quæ, cum sit plenitudo legis, importat voluntatem servandi omnia mandata et idcirco mandatum recipiendi Baptismum aquæ, quum opportuna se praebuerit occasio. — Conclusio exprimit doctrinam omnino certam, quæ tum Scriptura tum Traditione manifeste nititur.

1. III P., q. lxxxvii, a. 1, ad 2.
2. Cf. P. Lépicier, *De Baptismo et Confirmatione,* p. 95.

In Scriptura, pœnitentiæ et charitati promittuntur remissio peccatorum et amicitia Dei seu gratiæ infusio. Vtqui, ubi habetur remissio peccati et infusio gratiæ, habetur supplementum Daptismi aquæ quantum ad effectum principalem. Ergo charitas et contritio, quoad principalem effectum, supplent Baptismum aquæ. — Declaratur major. Dicitur de *pœnilenlia* : « Impietas impii non nocebit ei, in quacumque die conversus fuerit ab impietate sual » ; quod evincit remitti peccatum impii per ejus conversionem seu contritionem. Pariter dicit Christus : « Hemittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum[1]»; hic iterum *charitati* adseribitur remissio peccatorum. Alibi ipsi charitati attribuitur habitatio Dei in anima : « Qui diligit me *diligetur a Patre meo,* et ego *diligam eum...* Ad cum veniemus et *mansionem* apud eum faciemus[3][4]. Qui manet in charitate, *in Deo manet* et *Deus in eo*[5] » ; atqui habitatio et mansio Dei in anima non sunt nisi per gratiam nnnctiflcantem : ergo constat ex Scripturis pœnitentiæ et charitati promitti et annecti gratiæ infusionem et peccalorum remissionem. — Allerunt communiter theologi *factum Cornelii*[6][7] qui ante Baptismum receperat Spiritum anctum ideoque et peccatorum remissionem et gratiam, de [iio scribit Augustinus : « Melior est centurio Cornelius nondum baptizatus Simone baptizato[8]. »

Traditio patristica non dubiis testimoniis manifestatur. Valent imprimis textus quibus Patres dicunt Deum diversis iis justificare per fidem circumcisos et incircumcisos, ut licit S. *Irenaeus*[9] ; quod ostendit fidem vivam, nempe conjunctam contritioni et charitati, sufficere ad justificationem. Sæculo autem tertio exeunte expresse asserit *uncior De llebaplismale* « homines posse^ine aqua baptizari[10].»

sæculo vero iv efficaciora adhuc sùnt testimonia.

5. *Cregorius Nazianzenus* extollit vim pœnitentiæ, quam

1. Ezechiel, xxxiii, 12.
2. Luc., vn, 47.
3. Joan., xiv, 21-23.
4. 1 Joan., iv, 16.
5. *Act., x,* 44.
6. S. Augustin., *De Baptismo,* lib. IV, c. xxi ; *P. L.,* xliii,171.
7. S. Iren., *Coni. Haeres.,* lib. IV, c. xxn ; *P. G.*. vn, 1047-
8. *De Rebaptism.,* v; *P. L.,* m, 1189.

vocat baptismum lacrymarum*. Celeberrima inter omnes est *oralio S Ambrosii,* qua docet Valentinianum illo Baptismi voto, absque sacramento aquæ, fuisse salvatum : « Certe, quia poposcit, accepit... Si (martyres) suo abluuntur sanguine, et hunc sua pictas abluit et voluntas[1]. »

Declarationes Ecclesiœ plures huc spectant. — *Innocentius III,* interrogatus de Judæo qui seipsum in mortis articulo baptizaverat, respondit invalidum quidem esse sacramentum, at talem hominem potuisse salvari « propter sacramenti fidem, etsi non propter fidei sacramentum[3] », id est propter votum sacramenti, licet non propter vim sacramenti. Idem asserit de sacerdote qui non fuerat baptizatus et idcirco invalide ordinato.— *Concilium Tridenlinuin,* dum docet post Evangelium promulgatum nunquam fieri translationem a statu veteris Adæ in statum gratiæ « sine regenerationis lavacro aut ejus voto[4] », eo ipso innuit fieri posse justificationem per Baptismi votum. — Colligitur etiam ex *damnatione harum propositionum in l>aio* : « Caritas perfecta et sincera, quæ est « de corde puro et conscientia bona et fide non ficta » *(I Tim.,* i, 5), tam in catechumenis quam in pœnitentibus potest esse sine remissione peccatorum... Catechumenus juste, recte et sancte vivit, et mandata Dei observat, ac legem implet per caritatem, ante obtentam remissionem peccatorum, quæ in baptismi lavacro demum percipitur[5]. » Ex quarum damnatione concluditur posse haberi in catechumenis caritatem quæ sine Baptismo aquæ confert remissionem peccatorum.

Ratio theologica est quia actus contritionis et caritatis possunt ex se haberi extra sacramentum aquæ. Porra actus contritionis et pœnitentiæ, licet non justificent formaliter, non possunt tamen componi cum peccato mortali, cui opponuntur contradictorie ; siquidem peccatum est aversio a Deo, illi autem actus sunt conversio ac proinde secum trahunt peccati mortalis remissionem, quæ fit formaliter per gratiam sanctificantem. Ergo

1. S. Gregor. Nazianz., *Orat.,* xxxix, 17 ; *P. G.,* xxxvi, 356.
2. S. Ambros., *De obitu Valentiniani,* 51 ; *P. L.,* xvi, 1374, 1375.
3. *Decretal,,* lib. III, tit. XLII, c. iv ; Denz., 413.
4. Sess. VI, c. iv ; Denz., 796.
5. Propos. 31 et 33 ; Denz., 1031. 1033.

actus contritionis et caritatis possunt extra sacramentum aquæ justificare et sanctificare seu supplere Baptismum fluminis.

V. Tertia conclusio : Baptismata sanguinis et flaminis nunquam sunt sacramentum nec supplent id quod est « res *et* sacramentum » (a. 11, ad 2, et a. 12, ad 1).

'fria, ut alibi exposuimus, sunt in sacramentis attendenda : « sacramentum tantum, res tantum, res et sacramentum ».

Porro nec baptismus flaminis nec baptismus sanguinis dici possunt sacramentum, cum nec verbis et rebus constent seu materia et forma nec ministrum habeant nec sint necessario in genere signi. « Sacramentum habet rationem signi ; alia vero duo conveniunt cum baptismo aquæ, non quidem quantum ad rationem signi, sed quantum ad effectum baptismatis ; et ideo *non sani sacramenla.* » (ad 2).

Bes autem et sacramentum, nempe character, annectitur sacramento, nec est separabilis a sacramento, sicut gratia seu res tantum ; nam gratia non habet rationem igni, character autem « animæ impressus habet rationem **signi,** in quantum per sensibile sacramentum imprimitur : per hoc enim scitur aliquis esse baptismali charactere insignitus, quod est ablutus aqua sensibili1. » Hinc, quia iTatia est separabilis a sacramento, potest conferri extra sacramentum ; sed, quia character est effectus a sacramento inseparabilis, non potest per baptismum sanguinis \el flaminis suppleri. Recolatur elfatuin D. Thomæ : " *Characler nunquam imprimitur nisi per sacramentum**. »

VI. Quarta conclusio : Ratione gratiæ quam confert, baptismus sanguinis est potior utroque alio (a. 12).

Effusio sanguinis et contritio cum amore dicuntur baptismata ratione gratiæ collatæ, quatenus, sicut ipse llnptism.us aquæ, efficaciam habent a passione Christi et a Spiritu Sancto. Atqui duæ istæ causæ efficacius in baptismo sanguinis quam in utroque alio operantur. Ergo,

I. 111 P., q. Lxin, a. 1, ad 2.
Ill P., q. 1 x iv, a. 8, ad 2.

ratione gratiæ collatæ, baptismus sanguinis est potior utroque alio. — Probatur min. Quum baptismus sanguinis sit *passionis imitatio* per effectionem operis, dum Baptismus aquæ est imitatio per figuralem repræsentationem et baptismus flaminis imitatio per quamdam affectionem, oportet ut fructus passionis, qui est gratia, efficacius et excellentius applicetur martyri. Similiter *Spiritus Sanctus* perfectius operatur in baptismo sanguinis ; nam in Baptismo aquæ agit per virtutem quamdam latentem, quæ instrumentaliter operatur, in baptismo autem flaminis per cordis commotionem ; in baptismo vero sanguinis per potissimum dilectionis et affectionis fervorem ,ita ut sit martyrium maximæ dilectionis signum » « Majorem hac dilectionem nemo habet[1]. »

Sub alio quoque respectu, baptismus sanguinis est potior, quia, dum baptizatus potest iterum peccare, martyr *non secundis maculis inquinatur.*

Demum, martyrium est utroque alio baptisii|Jp præstantius, quia ipsum solum *aureolam confert*[2].

1. Joan., xv, 13.
2. Cf. Tract. *De Novissimis,* q. vit, art. τν, η. ν-νπτ.

QUÆSTIO SECUNDA
DE MINISTRIS BAPTISMI

AD Q. LXVII S. THOMAS

Versat S. Doctor omnia quæ spectant tum ministrum solemnitatis (aa, 1 et 2), tum ministrum necessitatis (aa. 3-6), tum illos qui instar ministri se habent, et hinc quædam tangit de patrinis (aa. 7 et 8).

ARTICULUS PRIMUS

DE MINISTBO SOLEMNITATIS IN BAPTISMO

AD ART. 1 ET 2 S. THOMAS

I. Duplex minister solemnitatis. — Dicitur generatim *minister solemnitatis* qui sacramentum confert cum ritu <l. cærcmoniis in Ecclesia adhiberi solitis ; minister vero necessitatis, qui applicat solum materiam et formam, omissis cæremoniis, ut alicui in periculo subveniat. Iterum minister solemnitatis duplex distinguitur, nempe *ordinarius,* qui vi officii, et *extraordinarias,* qui ex commissione ministrat.

II. Prima conclusio : Ad diaconum non pertinet quasi e . officio tradere sacramentum Baptismi, sed in collatione Hujus sacramenti et aliorum assistere et ministrare majoribus (a. 1).

i'.onstat tum ex praxi Ecclesiæ tum ratione theologica. In principio episcopus collationi Baptismi præsidebat, presbyter episcopo assistebat et diaconus presbytero1. Unando autem multiplicatæ fuerunt ecclesiæ, presbyteris commissum fuit munus baptizandi2. Deficiente vero

1. *Canones Hippolyti,* apud Achelis, , pp. 95-96.
2. Cf. Duchesne, *Origines du culte chrétien,* p. 324.

presbytero, diaconus baptizat1. Gelasius Papa diaconis interdicit ne baptizent, nisi necessitas extrema compellat2. Codex demum statuit : « Extraordinarius baptismi sollemnis minister est diaconus ; qui tamen sua potestate ne utatur sine loci Ordinarii vel parochi licentia, justa de causa concedenda, quæ, ubi necessitas urgeat, legitime præsumitur'. »

Ratio autem est quia, sicut cœlestium ordinum proprietates et officia ex eorum nominibus accipiuntur, ita et officia ecclesiasticorum ordinum ex nominibus innotescunt. Porro nomen diaconi indicat causam ministerialem, non principalem. Ergo ad diaconum non pertinet conferre sacramentum ut causa principalis et ex proprio officio, sed potius assistere et ministrare majoribus. — Ubi autem urget necessitas vel ratio sal gravis, potest diaconus, ad tramitem canonis præcitati, baptizare.

III. Secunda conclusio : Omnis et solus sacerdos tsi minister solemnitatis ordinarius Baptismi (a. 2),

Constat ex traditione jam indicata. Concilium Florentinum expresse declarat : « Minister hujus sacramenti est sacerdos, cui ex officio competit baptizare4. » Et Codex J « Minister ordinarius baptismi sollemnis est sacerdos5. »

Ratio congruentiæ est quia ejusdem est conficere **Eu**charistiam et habiles reddere ad Eucharistiam, sicut ejusdem est facere convivium et invitare atque invitatos ad convivium introducere. Atqui sacerdotis est vi suæ ordinationis conficere et conferre Eucharistiam seu convivium eucharisticum instruere. Ergo sacerdotis est habiles efficere ad Eucharistiam, illos baptizando, cum per Baptismum homo fiat particeps ecclesiasticæ unitatis et accipiat jus ad mensam Domini accedendi. — Quapropter Christus contulit Apostolis eorumque successoribus episcopis simul utrumque munus docendi et bapti-

1 Tertull., *De Baptism.,* xvii ; *P. L.,* i, 1218 ; *Constit. Apost.,* vin, 28 ; P. *G.,* i, 1125.
2. *Episl. ad Episcop. Lucaniæ,* c. vu ; cf. Jaffé, n. 636.
3. Can. 741.
4. Cone. Florent. *Decreto pro Armenis ;* Denz., 696.
5. Can. 738.

/andi : docendi quidem, ut principalissimum, quod per .i· exercerent ; baptizandi vero, ut secundarium, quod possent per alios, nempe presbyteros, adimplere, vel, ut .ilii dicunt, *docere* dedit ut episcopis, *baptizare* ut sacerdotibus (cf. ad 1).

IV. Tertia conclusio : Ad liceitatem in casibus ordinariis requiritur in ministro solemnitatis jurisdictio. — Quum enim per Baptismum, ut exponit Angelicus, aliquis fiat particeps ecclesiasticae unitatis et consequenter alicui Ecclesiæ particulari aggregetur, Joaptizare spectat ad eum qui curam animarum in illa Ecclesia et idcirco jurisdictionem !labet.

Quapropter etiam ab initio requirebatur consensus Episcopi, quando Baptismus a presbytero vel diacono ! on ferebatur. Sic Tertullianus jam expresse testatur requisitum fuisse illum consensum[1]„ et pariter S. Hieronymus recolit non posse presbyteros vel diaconos baptizare nisi permittente episcopo[2].

Jus autem nunc vigens in Codice compendiatur : « Can. 738, I. Minister ordinarius baptismi sollemnis est sacerdos; hi-d ejus collatio reservatur parocho vel alii sacerdoti de ejusdem parochi vel Ordinarii loci licentia, quæ in casu necessitatis legitime præsumitur. § 2. Etiam peregrinus . parocho proprio in sua parœcia sollemniter baptizetur, •i id facile et sine mora fieri potest; secus peregrinum quilibet parochus in suo territorio potest sollemniter baptizare. — Can. 739. In alieno territorio nemini licet, me debita licentia, baptismum sollemnem conferre ne nui quidem loci incolis. — Can. 740. Ubi parœciæ aut quasi puneciæ nondum sunt constitutæ, statutorum peculiamini et receptarum consuetudjnum ratio habenda est, lit constet cuinain saëerdoti, præter Ordinarium, in unimtso territorio vel in ejus parte jus insit baptizandi. »

1. Tertull., *De Baptismo,* xvn ; *P. L.,* i, 1218.
Hieron., *Dialog, coni. Lucif.,* ix ; *P. L.,* xxm, 173.

ARTICULUS SECUNDUS

DE MINISTRIS NECESSITATIS ET DE PATRINIS

AD ART. 3 ET SS. Q. LXVII S. THOM®

I. De laicis (a. 3.) — Ratio cur laicis liceat baptizare desumitur **ex necessitate Baptismi.** Sicut materia hujus sacramenti est communissima, ut possit sacramentum facillime conferri ; ita minister potest esse quicumque non ordinatus, ne propter defectum Baptismi homo salutis suæ dispendium patiatur.

Et hæc praxis jam initio Ecclesiae comprobatur. Testatur *Tertullianus* fieri posse a laico, urgente necessitate, collationem Baptismi[1] ; *Liber Pontificalis* refert concessum fuisse a Victore Papa (189-196) ut quilibet Christianus posset in illa necessitate baptizare ubicumque ethnicum qui prius symbolum recitasset*. S. *Cyrillus Hierosolymitanus* docet posse conferri Baptismum ab ignorante sicut a docto, a servo sicut a liberto[3] ; et pariter S. *Hieronymus* : « Si tamen necessitas cogit, scimus etiam licere laicis[4]. » Tametsi controversia de fide et sanctitate ministri aliquando veritatem obnubilaverit, oommunis fides et usus validum habuit Baptismum a laico vel haeretico collatum, ita ut sufficeret baptizatum confirmari ab episcopo.

Concilium Florentinum declarat : « In causa necessitatis non solum 'sacerdos vel diaconus, sed etiam laicus vel mulier, immo etiam paganus et haereticus baptizare potest, dummodo formam servet Ecclesiae et facere intendat quod facit Ecclesia[5]. »

De mulieribus (a. 4). — Eadem recurrit ratio, nempe

1. Tertull., *De Baptismo,* xvn ; *P. L.,* i, 1218.
2. *Liber Pontificalis,* Edit. Duchesne. Paris, 1886, t. I, p. 137.
3. S. Cyrill. Hieros., *Catech.,* xvn, 25; *P. G.,* xxxm, 1109.
4. S. Hieron., *Dial. coni. Lucif.,* ix ; *P. L.,* xxm, 173.
5. *Decrel. pro Armenis ;* Denz., 696.

nocossitas sacramenti, ita ut Christus, qui est causa principalis, possit tanquam instrumento seu ministro uti sive laico sive muliere.

Quia in primitiva Ecclesia plures haeretici; ut Marcionitæ, Pepuziani, concedebant mulieribus facultatem baptizandi etiam solemniter[1], Patres illos vehementer impugnant et concilium Carthaginense IV statuit : « Mulier baptizare non præsumat[2]. » Quæ prohibitio postmodum intellecta fuit extra casum necessitatis, ut audivimus **Concilio Florentino.**

Codex sancivit quæ hic tradit S. Doctor : « Baptismus non Nolemnis potest a *quovis* ministrari... Si tamen adsit «acerdos, diacono præferatur, diaconus subdiacono, clehus laico et vir feminæ, nisi pudoris gratia deceat feminam potius quam virum baptizare, vel nisi femina noverit melius formam et modum baptizandi. Patri aut matri nam prolem baptizare non licet, præterquam in mortis periculo, quando alius præsto non est, qui baptizet[3]. »

III. Utrum non baptizatus possit sacramentum Baptismi conferre (a. 5). :— Non videtur posita fuisse quæstio mte S. Augustinum, qui, ut animadvertit Angelicus, illam indeterminatam reliquit. Statuit tamen *Augustinus* principium quo solvi potest quæstio : « Nequaquam dubitarem habere eos Baptismum qui ubicumque et a quibuscumque illud verbis evangelicis consecratum sine sua simulatione Il cum aliqua fide accepissent[4]. » Quæ verba generalissima innuunt valere Baptismum a quocumque, etiam non baptiknlo, collatum, dummodo serventur verba evangelica, .n fiat debita applicatio materiæ et formæ et adsit recta ini entio.

I'ulrês Græci, licet hanc quæstionem non dirimant; iK nilam tamen statuunt, quæ hic applicari possit : sic If Gregorius Nazianzenus animadvertit non requiri in baptizante fidem, sed posse malum vel bonum baptizare;

1. Cf. S. Epiphan., *Hæres.,* xlii, xlix ; *P, G.,* xli, 700, 881.
2. Baudouin, *Aci. Concit.,* i, 984.
3. *Codex,* can. 742.
4. S. Augustin., *De Baptism., Coni. Donatr,* vu ; *P. L.,* xlii, foil.

quemadmodum annulus ferreus potest sicut aureus eamdem imaginem referre[1].

Dubium tamen sat diu perstitit, præsertim *saeculis VIII el IX* Sic Carolus Magnus præcipit « ut qui a paganis bàptizati sunt denuo a Christi sacerdotibus in nomine sanctæ Trinitatis baptizentur..., quia aliter nec Christiani dici nec esse possunt[2]. » Ex adverso, concilium in Gallia celebratum an. 754 declarat validum esse sacramentum, prout pronuntiavit. Sergius Papa, duinniodo servata fuerit forma in nomine Trinitatis[3]„ *Halio opposilæ praxis* ex eo desumitur quod alii existimabant paganos aut non servare debitam formam aut carere intentione faciendi quod facit Ecclesia, et propterea iterandum esse baptismum ; alii vero intendebant tunc valerfe Baptismum, cum pagani debito modo baptizassent.

Nicolaus Papa in resp. ad Bulgares optime quæstionein solvit : « A quodam Judæo, nescitis utrum Christiano an pagano, multos in patria vestra baptizatos asseritis, et quid de his sit agendum consulitis. Hi profecto, si in nomine Sanctæ Trinitatis... baptizati sunt, constat eos non esse denuo baptizandos[4][5] » Concilium Later. IV hanc solutionem confirmat : « Sacramentum baptismi... tam parvulis quam adultis in forma Ecclesiæ *a quocumque rile collalum* proficit ad salutem®. » Deinde Cone. Florentinum et Codex, ut jam diximus.

Perspicua est omnino ratio S. Thomæ : « sicut ex parte materiæ, quantum ad necessitatem sacramenti, sufficit quæcumque aqua, ita etiam sufficit ex parte ministri quicumque homo. »

IV. Utrum possint plures unum baptizare (a. 6). — Quoad liceitatem, nunquam licet. — Quoad validitatem vero distinguendum est : Si baptizantes se habeant ut *duos* ministros, dicendo : *Nos te baptizamus,* non valet baptismus ; quia, sicut unus est Christus, ita oportet esse

1. S. Gregor. Nazianz., Orat., xl, 26 ; *P. G.,* xxxvi, 396*
2. *P. L* xcvn, 849
3. Hefelé-Leclercq, *Hisl. Cone.,* t. III ,§ 378.
4. Denz., 335.
5. Denz., 430.

unum ministrum qui Christum repræsentet. Si baptiza- i' n* *singulariler,* dicendo : *Ego le baplizo,* et simul omnino verba proferrent, valeret Baptismus, quia Christus, qui est unus interius baptizans; unum sacramentum per utrumque conferret ; si autem unus prius proferret verba, ille eoius daret Baptismi sacramentum, nec posset alter facere id quod jam est factum.

V. De patrinis (aa. 7 et 8). — Rationes congruentiæ quas indicat Angelicus ex se ipsis innotescunt : sicut in generatione naturali parvulus nuper natus indiget nul rice et pædagogo, ita in regeneratione spiritual! indiget l .qdizatus aliquo qui fungatur vice nutricis et pædagogi in his quæ pertinent ad fidem et vitam Christianam. J line qui assumit aliquem de fonte Baptismi assumit obligatio- ii' i.i habendi curam de 'Ilo et saluti ipsius intendendi hecundum suum modum, nisi per pareilles aut per alios in Ecclesia hujusmodi officium sufficienter exerceatur.

Codex p-æscribit ut patrinus, etiam in baptismo privato, Ni facile haberi queat, adhibeatur, qui sit baptizatus, nec nd aliquam sectam hæreticam vel schismaticam pertineat, ‹*t aliis debitis dotibus sit præditus^

I. Legantur de hir canone" 762-769.

I

QUÆSTIO TERTIA
DE SUSCIPIENTIBUS BAPTISMUM

AD *Q.* LXVIH S. TIIOM/E

Agitur tum de necessitate sive præcepti sive medii (aa. 1-3) ; tum de diversis subjectis cum dispositionibus requisitis : sive de peccatoribus (aa. 4-8) ; sive de pueris et his qui pueris assimilantur (aa. 9-12).

ARTICULUS PRIMUS

DE NECESSITATE BAPTISMI

AD ART. 1-3 S. THOM7E

I. Principium quo S. Thomas probat obligationem recipiendi Baptismum (a. 1). — Colligit S. Doctor obligationem qua tenentur homines recipiendi Baptismum ex illo principio in praebenti oeconomia celebratissimo et loco fundamenti habendo, nullum salutem consequi posse nisi per Christum et fidem exteriorem in Christum, manifestatam aliquo signo visibili, quo possint homines Christo incorporari et fieri ejus membra. Quapropter etiam in veteri lege, sive naturæ sive mosaica, non potuerunt homines salvari, nisi fierent membra Christi et ipsi incorporarentur per aliquod signum seu sacramentum protestativum fidei in Christum venturum, cujusmodi fuerunt remedium naturæ et circumcisio1. Modus autem quo post Christi adventum homines Christo incorporantur est Baptismus. Hinc necessitas et obligatio recipiendi Baptismum. — Optime concludit S. Doctor : « Sed alio signo manifestatur fides rei jam præsentis quam demonstraretur quando erat futura, sicut etiam aliis verbis significatur præsens, præteritum et futurum. Et ideo, licet ipsum

1. Cf. *De Sacramentis in communi,* q. u, art. in.

sacramentum Baptismi non semper fuerit necessarium ad salutem, fides tamen, cujus Baptismus sacramentum est, semper necessaria fuit. » (ad 1)

Hoc est igitur primum et pulcherrimum principium sem-**per recolendum** : quia incorporat io in Christo est necessaria, eo ipso necessarium est sacramentum quo fit incorporatio, juxta modum a Deo ipso præscriptum. — Hinc, si per miraculum aliqui nunc sanctificarentur in utero, ncccsse esset eos baptizari, ut per susceptionem characteris alüs membris Christi conformarentur (ad 3).

II. Errores. — Baptismi necessitatem inficiati sunt *Pelagiani,* qui primum negaverunt peccatum originale, postea autem contenderunt parvulos sine Baptimo consequi posse vitam æternam, etsi non regnum coelorum ; quem errorem acritei impugnavit et confutavit S., Augustinus[1] Quædam secta, nempe *Hieracilarum,* tenebat parvulos, incapaces esse recipiendi Baptismum. Massaliani, qui vocati sunt *Euchiiæ* seu *Oranlesi* vim regenerandi tribuebant, non ipsi sacramento baptismi, sed orationi.

Medio ævo, *Albigenses* voluerunt, loco baptismi aquæ, imponere « Consolamentum » seu baptismum Spiritus Sancti, eo quod baptismus aquæ sit a principio malo. Pariter *Flagellantes* contendebant novum a tempore ipsorum necessarium esse baptismum, scilicet sanguinis per llngellationem. *Wicle/fistæ* quoque necessitatem Baptismi impugnaverunt

Protestantes diversimode de hoc locuti sunt. *Lulluus ejusque primi discipuli* Baptismi necessitatem asserunt, ,ѡ[l] postea perverse explicant, illius efficacitatem repetendo ex fide. *Calvinus* statuit sacramentum Baptismi nonnisi in electis et prædestinatis efficax, essç nec imponi ex necessitate medii. — *Anabaplislæ* reponunt baptismum non esse nisi ritum exteriorem absque virtute intrinseca, qui tantum usum rationis adeptis prodest ; *baplislui* tenent dium non valere nisi in adultis qui conscientiam et fidem, habent. *Bucerus et plures cum ipso* dicunt saltem non esse necessarium parvulis prædestinatis. — Ceneratim *Liberales* et *Protestantes hodierni* necessitatem medii negant et putant solam fidem sufficere.

[1] Lib. I et IJ *De peccat, merit, et remiss et Hæres..* xi.

Ex catholicis, plures theologi admiserunt quasdam exceptiones. S. Bonaventura putavit probabiliter modo extraordinario sufficere preces et vota parentum, quamvis de lege ordinaria Baptismus sit necessarius necessitate medii. Cajetanus existimat ad salutem infantium sufficere votum baptismi a parentibus vel aliis conceptum et expressum signo quodam exteriori seu benedictione sub invocatione SS. Trinitatis ; quod antea opinatus erat Gerson. Perrone et nonnulli cum ipso existimant adhuc valere remedium naturæ in locis in quibus lex evangelica non est sufficienter promulgata. De his feremus infra judicium.

Stabilienda est imprimis doctrina catholica.

III. Conclusio : Baptismus aquæ, post sufficientem Evangelii promulgationem, est, ex positiva Dei institutione, omnibus necessarius necessitate medii ad salutem : adultis quidem in re vel saltem in voto, infantibus vero in re extra casum martyrii ; insup.er est adultis necessarius necessitate præcepti. — 1° Probatio scripturistica.

Necessarium *necessitate præcepti* dicitur quod citra culpam omitti nequit, licet forte sine eo finis obtineri possit ; necessarium autem *necessitate medii* censetur id quo etiam inculpabiliter omisso obtineri nequit salus. Agitur autem de necessitate quæ provenit *ex positiva Dei institutione,* non autem ex natura intrinseca rei, sicut detestatio peccati requiritur in justificatione impii.

Conclusio est de fide quoad adultos, certa quoad parvulos, ut infra explicabitur.

Probatur ex verbis Domini : « *Nisi* quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei[1] ». Verba in propositione universali negante ita sunt accipienda, ut nullam prorsus admittant exceptionem, ac proinde enuntiatur aliquid ita necessarium, ut eo etiam inculpabiliter omisso nequeat obtineri salus : et hæc est proprie necessitas medii. — Ex toto contextu confirmatur. Christus ita comparat regenerationem spiritualem cum corporali, ut renasci ex aqua et Spiritu Sancto sit necessarium ad salutem eo modo quo necessaria est nativitas ex matre ad vitam naturalem. Atqui nativitas est ad vitam

1. Joan., III.

naturalem consequendam necessaria necessitate medii. Ergo et Baptismus necessarius est necessitate medii omnibus ut vitam supernaturalem adipiscantur, et idcirco etiam parvulis. — Insuper, indicat Christus hominem vi nativitatis corporalis esse tantum carnem, seu gratia destitutum : « Quod natum est ex carne caro est, quod natum est ex spiritu spiritus est. » Ex quo sic arguitur : Quum per nativitatem carnalem homo sit tantum caro, seu gratia privatus, debet ex Spiritu et aqua renasci quicumque vult vitam supernaturalem habere. Sed hæc necessitas est medii et pro omnibus, sive adultis sive parvulis. Ergo tum adultis tum parvulis necessaria est nativitas ex Spiritu et aqua, seu Baptismus, necessitate medii ad salutem.

Alibi addit Christus : « Qui crediderit et baptizatus luerit, salvus erit[1]. » Eadem est necessitas Baptismi et fidei. Atqui fides est necessaria necessitate medii ad salutem. Ergo necessitas Baptismi est pariter necessitas medii. Hic Dominus non restringit Baptismi necessitatem, quam jam absolute declaravit universalem, sed indicat solum necessitatem Baptismi in his qui debent Baptismum recipere æquiparari necessitati fidei in his qui possunt habere lidem, et idcirco esse necessitatem medii.

IV. 2° Traditio patristica. — Modus quo Patres probant Baptismi necessitatem ad id reducitur : vel nemini patere nalutem sine Baptismo, vel si quis non recipiat Baptismum, ipsum non habere salutem ; quod est æquivalenter adstruere necessitatem medii.

Jam testatur *Hermas* : « Aliter enim non poterant inii are in regnum Dei, nisi mortalitatem deposuerint vitæ Hinc prioris[2]. » Exhibetur hic Baptismus ut conditio sine qua non pro omnibus, et, licet plura erronea admisceat Ili rmas, v. g., quod descenderint Apostoli in limbos ut veteres patres baptizarent, testis tamen est verus primitivæ Iulei de absoluta necessitate Baptismi. — S. *Irenaeus* eandem fidem testatur, dum recolit venisse Dominum ad blilvandos « omnes qui per eum renascuntur in Deum, infank<'n et parvulos et pueros[3]. » Quod indicat Baptismum esse

[1] I. Marc, xvi, 16.
[2] Hermas, *Similil.,* ix, 16, 2-7.
[3] S. Iren., *II Cont. Ilærcs.,* c. xxn, 4; P. C., c. n, 784.

illis omnino necessarium, cum sil unicum medium quo renascuntur.

Concinit *Tertullianus* : « Præscribitur nemini sine Baptismo competere salutem, ex illa pronuntiatione Domini, qui ait : Nisi quis...1 » S, *Cyprianus* et episcopi Africani docent simul et dogma peccati originalis et necessitatem Baptismi, quum decernunt parvulos etiam ante octavum diem baptizandos, ut eis dimittantur non propria, sed aliena peccata2. — Quod alio modo adstruit *Origenes* : « Quid causæ sit, cum baptisma Ecclesiæ pro remissione peccatorum detur, secundum Ecclesiæ observationem etiam parvulis baptismum dari ? cum utique, si nihil esset in parvulis quod ad remissionem deberet et indulgentiam pertinere, gratia baptismi superflua videretur3. »

Sæculo iv, in Occidente fidem testatur *S. Ambrosius* : « Utique nullum excipit, non infantem, non aliqua præventum necessitate4 » ; in Oriente, *S. Cyrillus Hierosol.* : « Si quis baptisma non recipiat, salutem non habet, solis martyribus exceptis, qui etiam sine aqua regnum recipiunt5. »

Quando incipit controversia pelagiana, S. *Hieronymus* hæreticos impugnat dicendo : « Etiam infantes in remissionem peccatorum baptizandos, in similitudinem prævaricationis Adæ. » S. *Augustinus,* qui errorem debellavit, concludit absolute : « Baptizantur ut justi sint et in eis originalis ægritudo sanetur'. » Quia igitur omnes indigent justificari et sanari, manifeste inculcatur necessitas medii pro omnibus.

V. 3° Declarationes Ecclesiae. — Hæresim pelagianam damnarunt Concilia et summi Pontifices. Præcipuas tantum declarationes referimus.

Dicitur in canone *Concilii Milevilani* (416) ab Inno-

1. Tertull., *De Baptismo,* xu ; P. L., i, 1213.
2. *Epist. LIX ;* n, 5$ P. Z.., in, 1015, 1018, 1019.
3. *In Levit.,* HomiL VIII, 3 ; P. G., xu, 496. — Cf. *In Rom.,* v, 9 ; P. G., xiv, 1047.
4. S. Ambros., *De Abraham,* lib. II, c. xi, 84 ; P. *L.,* xiv, 497.
5. S. Cyril. Hieros., *Caleches.,* in, 10 ; P. G., xxxm, 440.
6. S. Hieron,, *Dialog, adv. Pelag.,* 17, 18; P. *L.,* xxm, 618.
7. S. Augustin., *De peccator, merit, el remiss.,* i, 24 ; P. *L.,* kliv, 858.

contio I approbati et *Carlhaginensis* (418) a Zosimo Papa approbati : « Placuit, ut quicumque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lavacro regenerationis expietur..., A. S... Ideo in peccatorum remissionem veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione inundetur quod generatione traxerunt[1]. » Manifestum est agi de necessitate medii, cum exhibeatur Baptismus ut unicus modus expiandi et mundandi originale peccatum, quod generatione contraxerunt.

in *Concilio Florentino* (decret, pro Annenis), dicitur Baptismus « *vilæ spiritualis janua*[2] », ita scilicet ut non possit fieri introitus in vitam sine ipso ; et in decreto pro Jacobitis additur : « Cum ipsis non possit alio remedio subveniri[3]. » Ouod sane dicit necessitatem medii.

Concilium Tridenlinurn repetit canonem jam citatum Concilii Milevitani[4] et definit baptismum esse necessarium ad salutem[5] et justificationem post Evangelium promulgatum sine lavacro regenerationis aut ejus voto ii eri non posse*.

VI. 4° Ratio theologica quæ ostendit utramque necessitatem et medii et præcepti. — Jam exposuimus *principium* S. *Thomæ* (n. ,1). Nemo potest salvus fieri, nisi Christo incorporetur per gratiam sanctificantem, quæ est spiritualis regeneratio. Atqui nemo potest habere gratiam sanctificantem sine Baptismo, qui est lavacrum regenerationis, aut saltem sine ejus voto, ut audivimus ex Conciliis. Ergo nemo potest salvus fieri sine Baptismo in re aut saltem in voto. Cum autem pueri non sint capaces voti, debent habere Baptismum in re, excepto tamen casu martyrii, quod etiam in parvulis æquatur Baptismo fluminis, ut i plicatum est supra. Et hæc est *necessitas medii.* — Hinc colligitur *necessitas præcepti* : primo, *jure naturæ,*

1. Can. 2; Denz., 102.
2. Denz., 606.
3. *Id.,* 712.
I. Sess. V, can. 4 ; Denz., 791.
i>. Dess. VII, *De Baptismo,* can. 5 ; Denz., 861.
0. Sess. VI, cap. iv ; Denz.. 796.

buia unusquisque jure naturæ tenetur consulere suæ saluti et sumere medium necessarium ; secundo, *jure divino,* tum quia censendum est præcipi a Deo quidquid necessarium est necessitate medii, tum quia Christus, præcipiendo Apostolis ut docerent et baptizarent gentes, eo ipso imposuit gentibus præceptum recipiendi Baptismum ; tertio demum, *jure ecclesiaslico,* ut liquet ex praxi Ecclesiæ, ex Conciliis et ex novissimo *Codice,* can. 745 ss.

VII. A quonam tempore inceperit obligatio vel necessitas Baptismi. — Quæstio jam instituitur a S. Bernardo et ab Hugone Victorino. S. *Bernardus* ponit hoc principium : « Ex eo tempore tantum cuique ccepit antiqua observatio non valere et non baptizatus quisque novi præcepti reus existere, ex quo præceptum ipsum inexcusabiliter ad ejus potuit pervenire notitiam[1, 1]. Idem censet *Hugo a S.. Victore,* qui putat insuper nullum esse hominem qui possit ignorare præceptum, cum in omnem terram exierit sonus Apostolorum'. Quam sententiam sequuntur Alexander Halensis et S. Bonaventura.

S. Thomas habet : « Necessitas utendi hoc sacramento indicta fuit hominibus post passionem et resurrectionem[8]. Post passionem obligatorius fuit, quando circumcisio mortua fuit, quantum ad omnes ad quos institutio potuit pervenire[1]. » — *Scolus* docet Baptismum fuisse de consilio ante Pentecosten, de necessitate autem a Pentecoste : « quibusdam incepit tempus ad mensem post Pentecosten, et aliquibus ad annum, aliquibus ad decem annos, et sic deinceps, sicut eis prædicabatur[6]. »

Concilium Tridentinum dicit : « post promulgatum Evangelium[6] — *Suarez* admittit promulgationem illam ïaetam fuisse paulatim, ita tamen ut « promulgatio » habeatur ubique, licet « divulgatio » quotidie fiat[7]. — Plures theologi

1. S. Bernard., *Epistl. ad Hugonem,* c. n ; *P. L.,* cxlxxh, 1031 ss.
2. Hugo A S. Victore, *De Sacramenlis,* lib. II, P. VI, c. iv ; *P. L.,* clxxv, 450, 451.
3. III P., q. lxvi, a. 2.
4. *IV Sent.,* dist. 111, a. &.
5. Scot., *IV Sent.,* dist. III, q. iv.
6. Sess. VI, cap. iv ; Denz., 79G.
7. Suarez, disp. XXXI, sect 1, ŋ. 5.

putant cum *Perrone* nondum esse in pluribus regionibus eufiicienter promulgatum Evangelium et pro ipsis adhuc valere remedium naturæ.

VIII. Quid sit de exceptionibus sentiendum. — Quoad *opinionem Cajelani,* animadvertendum est illam fuisse ex ejus operibus jussu Pii PP. V expunctam. Contra illam certe valent verba Concilii Florentini : « Cum ipsis non possit alio remedio subveniri. » Quæ assertio saltem de locis ubi promulgatum est Evangelium intelligenda est. Ergo i altem in illis remedium salutis non est oratio aut votum parentum, sed tantum Baptismus (« non alio remedio »).

Contra *opinionem Perrone et recenliorum* valent quoque illa verba quæ legem universalissimam enuntiant, a qua nulla prævidetur aut supponitur in ilis textibus exceptio. At præsertim hæc ratio concluait : Ut valeret adhuc remedium naturæ, deberet persistere ut « medium supernaturale» inter infideles. At nullo pacto id explicari potest. Ergo. — Declaratur major. Ut valeret ille ritus ad delendum peccatum originale et infundendam gratiam, deberet esse protestativus fidei » supernaturalis aut ex parte suscipientis aut ex parte parentum aut ex parte societatis cujus nomine conferretur. Valet quidem Baptismus, tametsi i nscipiens vel parentes vel minister non habeant fidem, sed datur nomine societatis, nempe Ecclesiæ, quæ fidem veram habet; pariter valebat circumcisio aut remedium naturæ, licet suscipiens aut ministrantes fide carerent, at societas ip a credebat et illi ritus erant protestatio externa hujusmodi fidei. Oportet semper ut societas in qua ministratur remedium naturæ fidem supernaturalem retineat. — Constat quoque minor, nam nullatenus concipitur inter infideles societas supernaturalis, quæ fidem supernaturiilem retineat et valeat applicare medium supernaturale gratiæ collativum.

Id *quod imaginatur Klée,* nempe pueros in instanti mortis recipere usum rationis, est omnino rejiciendum ; nam importat miraculum « invisibile », quod nullatenus m linatur ad manifestationem « externam » attributorum divinorum, ut exigit finis miraculi.

\ fortiori repugnat *lheoria Schell,* qui contendit mortem ■pirrorum absque propria culpa decedentium esse instar

cujusdam martyrii, quo salvantur; nam contradicit definitionibus de necessitate Baptismi pro parvulis et concludere debet nullum damnari cum solo peccato originali, quod est contra definitionem Concilii Florentini : « Illorum autem animas qui in actuali mortali peccato vel solo originali decedunt mox in infernum descendere[1]... »

IX. Hac necessitate probe intellecta, solvitur quæstio utrum sit Baptismus differendus necne (a. 3).

Hic occurrit *error anabaptislarum,* imo et *plurium hodiernorum parenlum,* qui contendunt non esse baptizandos parvulos, nisi quando ad discretionis ætatem pervenerint, vel ea ætate qua baptizatus est Christus. Hinc canon Concilii Tridentini : « Si quis dixerit esse neminem baptizandum nisi ea ætate qua Christus baptizatus est, vei in ipso mortis articulo, A. S.[2] ».

Rationes quas indicat S. Doctor sunt evidentes et cogentes : quia non potest in parvulis exspectari « major instructio aut plenior conversio » et aliunde urget ratio periculi, « quia non potest eis alio remedio subveniri nisi per sacramentum Baptismi. » — Hinc dilatio unius mensis in his qui debent de Baptismo infantium providere esset peccatum grave, imo, juxta plures theologos cum S. Alphonso, probabilius est dilationem decem dierum esse jam grave peccatum. Recolatur id quod diximus supra, n. iv, jam præscripsisse episcopos Africanos, cum S. Cypriano, baptizandos esse pueros ante octavum diem.

Quoad adultos vero, cum possit in ipsis per votum Baptismus suppleri, certum probationis tempus est imponendum : tum propter cautelam Ecclesiæ, ne decipiatur ; tum propter eorum instructionem et exercitationem ; tum propter sacramenti reverentiam, ut in præcipuis solemnitatibus homines ad Baptismum admittantur et ita devotius sacramentum suscipiant. — Dilatio tamen prætermittenda est, quando baptizandi sunt jam sufficienter instructi et idonei, et quando adest infirmitas aut aliquod periculum mortis.

1. *Decret, pro Graecis ;* Denz., 693.
2. Can. 12, *De Baptismo ;* Denz., 868.

ARTICULUS SECUNDUS

DE PECCATORIBUS

AD ART. 4-8 *Q.* LXVIII S. THOMZB

T. **Status et conscientia peccati non obstant receptioni Baptismi; sed obstat propositum persistendi in peccato, ‹›t sic peccatoribus non est sacramentum Baptismi conferendum (a. 4).**

pr ima pa r s liquet. Nam sacramentum Baptismi ordiuntur contra peccata præterita, ut ea deleat, ut animam *mundet lavacro aquæ1.* Quapropter macula, reatus, conseicntia, non sunt obex ; sed obex est defectus attritionis seu propositum remanendi in peccato, ut statim ostenditur.

pr o b. **ii»** pa r s. — **Constat ex ConcilioTridentino** : « **Ac** propterea moventur adversus peccata per *odium* aliquod *rl detestationem,* hoc est per eam *poenitentiam,* quam ante baptismum agi oportet2. » — Recolatur sex esse *actus qui ad in lificationem disponunt* : fidem, timorem, spem, amorem Initialem, poenitentiam, propositum8:

\t in præsenti tres præcipuæ militant rationes. 1° Per llnptismum homo Christo incorporatur seu induit Christum : « Quicumque in Christo baptizati estis, Christum Imluistis4. » Atqui ille qui retinet propositum peccandi Ium potest esse Christo incorporatus 'aut conjunctus, sed »l potius *adversatur.* Ergo non debet baptizari. 2° In ‹›P ribus Christi et Ecclesiæ nihil debet fieri frustra. Alqui fieret aliquid frustra, seu aliquid quod non pertinad finem ad quem est ordinatum, imo induceretur *koidradiclio,* si daretur Baptismus peccatoribus ; nam Jlnpl ismus ordinatur ad emundationem animæ, volun-4ii i autem permanendi in peccato opponitur huic purifi-

I, *Ephes.,* v, 26.
■ V, Boss. VI, cap. vi ; Denz., 798.
■ il. Gf. *De Gralia,* q. vi,* art. in, et Denz., 798.
I ‹l, *Gal.,* in, 27.

cationi. Ergo. 3° In sacramentalibus signis non debet esse aliqua falsitas. Atqui esset in præsenti casu *falsiias* ; nam ipsum factum recipiendi Baptismum significat dispositionem ad interiorem ablutionem, et propositum remanendi in peccato huic manifeste contradicit. Ergo.

II. Dispositio in peccatore requisita est attritio supe»'-naturalis. — Si requireretur contritio perfecta, jam homo accederet justificatus et vivus, et idcirco Baptismus non diceretur proprie sacramentum mortuorum. Sufficit itaque attritio vera, quæ sit ex motivo supernatural! et universali, ad omnia peccata *morlalia* se extendenti. — Quantum vero ad *venialia,* hæc remittuntur quoad culpam et poenam eo modo quo valet attritio : omnia, si ad omnia se extendat attritio ; si autem de quibusdam venialibus desit attritio, pœna ipsis debita remittetur, quando removebitur obex. « Quod si in hoc statu morereturl, tunc culpa quidem ipsi remitteretur in momento mortis, quando scilicet anima totaliter ad Deum convertitur, et consequenter, vi ejusdem sacramenti ex hac parte reviviscentis, etiam poena ei remitteretur. » I

III. Ei qui baptizatur, pro quibuscumque peccatis non est aliqua satisfactio injungenda (a. 5). — Quum passio Christi sit satisfactoria et superabundans pro peccal is totius mundi, non debet imponi nova satisfactio, quando *passio Chrisli iota applicatur* ; secus esset irrogare injuriam passioni ut insufficienti. Atqui de ratione Baptismi esi ut applicet totaliter passionem Christi, quia est. sepultura cum Christo et perfecta incorporatio cum ipso. Ergo.

Attamen, sicut qui baptizantur debent de peccatis pernitere et Deo reconciliari, ita debent *proximis satisfacere* pro injuriis illatis. Quapropter non dispensantur a solvendis debitis erga proximum, tametsi dispensentur a luendis pomis pro peccatis præteritis.

IV. A baptizatis non requiritur specialis confessio peccatorum ; sed sufficit generalis quam faciunt, cum secundum ritum Ecclesiæ abrenuntiant Satanæ et pompis ojiiM

1. Lépicier, *De Baptismo el Confirmatione,* p. 165,.

(η. β). — Manifestum est *requiri confessionem interiorem* qua; iit Deo, quatenus homo de peccatis dolet, et etiam confessionem quæ est *renuniialio omnibus pompis Satanae;* ut clare appareat baptizatum reapse incorporari Christo.

At, *non posse fieri confessionem sacramenlalem,* triplici ratione probatur « 1° quia hæc confessio pertinet ad Pcenitentiæ sacramentum; quod quidem non potest recipi ante Baptismum, cum hic sit janua omnium sacramentorum; "" quia confessio exterior ordinatur ad remissionem peccatorum per potestatem clavium et ad opera satisfactoria, bnptizati autem nec remissione peccatorum nec satisfactione indigent pro praeterito ; 3° quia hæc confessio habet lationem pœnæ; nulla vero poena exterior debet baptizatis imponi.

V. An tamen debeat fieri confessio, quando Baptismus dubie collatus iteratur. — Plura de hac re prodierunt decreta S. Sedis. — S. Officium, d.. 17 Junii 1715, respondit li creticum neo-conversum « esse rebaptizandum sub conditione, at, collato Baptismo, *ejus prælerilæ vitæ peccata ‹ unfitealur,* et ab iis sub conditione absolvatur1. » — Rerum, d. 17 dec. 1868, ad quæsitum ʊ an debeat confessio sacrali un talis a neo-conversis in Anglia exigi, et an debeat esse integra, resp. *affirmative,* et dandum esse decretum datum 17 Junii 1715*. » At plures theologi cum card. d'Annibale, qui fuerat S. Officii assessor, reponebant decretum illud non esse generale, sed valere solum pro nco-conveçsis in Anglia. Alii vero sustinebant vim universalem. — Anno mitem 1899, *Analecta ecclesiastica* vulgarunt responsura H. Cong. *De Prop. Fid.* hucusque ignotum, licet datum |2 Julii 1869, in quo dicitur ζ « Responsum elapsi anni, ‖ι·‹·|. episcopis Angliæ tantummodo rogantibus datum; universalem legem continere, proindeque. non solum in Anglia, sed et in aliis etiam regionibus obligare. Hinc jintet quod nullatenus permitti possit ut prædictæ decisioni ■ontraria sentenlia edoceatur3. » Propterea multi theologi

1 I, *Collectan. Prop. Fid.,* η. 286.
2 *'i. Ibid.,* η. 1338.
■ Îl. *Analecta ecclesiastica* et *Collectan.* Prop. Fid., vol. II, p. 19, Li cnlcem.

certam dixerunt sententiam obligantem. P. Bucceroni adhuc post hoc responsum adhæret sententiæ oppositæ ; illum autem refellit Illm. Mannaioli[1].

Ratio cur eligenda sit sententia quæ obligat, hæc est : si validum fuit reapse primum Baptisma, peccata post ipsum commissa nunquam remittentur directe, nisi subjiciantur potestati clavium ; quod exigit confessionem.

Itaque, si Baptismus sit sub conditione iterandus, hoc ordine procedendum erit : 1° abjuratio seu fidei professio ; 2° Baptismus conditionatus ; 3° confessio sacramentalia cum absolutione conditionata. « Poterunt etiam, ad majorem functionis ecclesiastics facilitatem, prius peccatorum accusationem apud designatum confessarium peragere ; deinde, post collationem Baptismi sub conditione, ab eodem confessario, reassumptis per summa capita iis de quibus jam accusationem fecerint, absolvi sacramentaliter, pariter sub conditione^ » — *Inlegra* quidem debet esse confessio, cum fiat, non ex devotione, sed ex obligatione ; et *absolutio* debet sub conditione dari, quia, si forte invalidum fuisset primum baptisma, jam peccata per secundum directe remitterentur.

VI. In adultis requiritur intentio suscipiendi sacramentum Baptismi (a. 7). — Parvuli quidem, qui sine consensu proprio contraxerunt peccatum originale, possunt sine consensu per vim sacramenti justificari ; at vero adulti qui peccatum actuale propria voluntate' admiseuunt deb<nl. propria voluntate salvari. Requiritur voluntas ut homo bene moriatur vitæ veteri et intendat vitæ novitatem. Atqui moritur vitæ veteri per Baptismum et pariter principi utri vitæ novæ est susceptio Baptismi. Ergo requiritur iq adultis voluntas seu intentio suscipiendi Baptismum, l l. cum hæc susceptio imponat onera gravia, requirit voluti» tatem, non tantum interpretativam, sed veram et positi» vam et persistentem ; sicut liquet voluntate bene morieud vitæ veteri et bene inchoandi vitam novam importa· actum verum. Hinc sequitur non baptizari valide dofl

1 Cf Dominici Mannaioli, *De obligationibus dubie bapli torum.* Romæ, Pustet, 1913..

2. *Colleclan, Prop. Fide,* n. 1426.

iiiicntes qui ante somnum voluntatem veram non habuerint.

Declarationes Ecclesiæ huc spectantes sunt s 1° Verba *Innocenta III* : « Originale igitur (peccatum), quod sine consensu contrahitur, sine consensu per vim remittitur µ.κ ramenti ; actuale vero, quod cum consensu contrahitur, ■inc consensu minime relaxatur... Ille vero qui nunquam consentit, sed penitus contradicit, nec rem nec characterem suscipit sacramenti, quia plus est expresse contra- il nere quam minime consentire... Dormientes autem et nim ntes, si, prius quam amentiam incurrerent aut dormi- irmt, in contradictione persisterent, etsi fuerint sic immersi, characterem non suscipiunt, sacramenti ; secus autem, si iirius catechumeni exstitissent et habuissent propositum Λιηpl izandi, unde tales in necessitatis articulo consuevit lùclesia baptizare1. » — 2° *Canones Codicis* : « Adulti knl.ein censentur, qui rationis usu fruuntur : idque satis ut suo quisque animi motu Baptismum petat et ad illud admittatur... Adultus, nisi sciens et volens probeque mil ructus, ne baptizetur; insuper admonendus ut de fccecatis suis doleat2. »

l **VII. Ad recipiendum totalem sacramenti effectum, scili- kl et gratiam et characterem, recta fides ex necessitate [requiritur in baptizato; non autem ad recipiendum sacramentum tantum aut characterem tantum (a.8).**

i l p a r s est m a n i f e s t a , quia fides est *prima inter dispo-* ■/(o/ics *quæ ad justificationem requiruntur3,* et est necessaria ■mi lilio ut justitia Dei applicetur, juxta illud : « Justitia ■ᵏ⁄i ' t per fidem Jesu Christi4. » Intelligitur autem recta Bd· quæ est proprie supernaturalis, etiamsi subjectum ■limit teret plures errores materiales, adhærendo semper ■ropier auctoritatem Dei revelantis.

I p r o b a t u r n» PARS. — Quumsacramentum perficiatur, ■]nm per justitiam hominis dantis vel suscipientis Baptis- Kiim, sed per virtutem Dei, » valet sacramentuni et impri- nilm character, dummodo adsint cetera quæ sunt le

Ii Denz, 410-411.
■t ‹.an. 745, § 2, 2«, et can. 752, § 1.
M. Cone. Trid. sess. VI, cap. vi ; Denz., 798.
k i *Horn.,* in, 22.

necessitate sacramenti. Atqui potest contingere ut qui caret recta fide oirca alios articulos habeat tamen rectam fidem circa sacramentum Baptismi et ita veram efformet intentionem recipiendi sacramentum, vel etiam ut, errando circa hoc sacramentum, habeat tamen generalem intentionem « qua intendit suscipere Baptismum sicut Christus instituit et sicut Ecclesia tradit » (ad 3) Ergo non requiritur in subjecto recta fides ut valeat sacramentum et imprimatur character, dummodo cetera requisita concurrant. — Non licet quidem conferre sacramentum ei qui non vult infidelitatem deserere, sicut nec ei qui non vult a peccato recedere; a uterque tamen suscipit sacramentum, si ei conferatur, licet non ad salutem » (ad 4).

Doctrina catholica constat tum ex **decreto Stephani Papæ,** qui validum agnoscit baptismum haereticorum[1]; tum testimonio Augustini, qui fuit in hoc veritatis vindex contra haereticos[2]; tum verbis S. Gregorii M. a S. Thoma recitatis.

VIII. Concludamus verbis Codicis : « *Adultus, nisi sciens el uolens probeque instructus* ne baplizelur*[3], »

1. Cf. *P. L.,* ni, 1128; Denz., 46-47.
2. S. Augustin., *De Baptismo contra Donatislas ; P. L.,* xliii, 107 ss.
3. Can. 752, § 1.

ARTICULUS TERTIÙS

DE PUERIS

AD ART. 9-12 *Q.* LXVni S. THOMÆ

I. Plures quæstiones hac de re solvendæ. — Quærî imprimis potest *utrum pueri indigeant Baptismo* an possint alio remedio salvari, et huic quæstioni jam satisfecimus, art. I, ubi ostendimus necessitatem medii pro omnibus lain pueris quam adultis. — Insuper quæri potest utrum pueri *sint capaces Baptismi,* et utrum *expediat ipsos bapli:nri,* ah potius exspectandum sit donec adoleverint et Baptismum ipsi petierint.

Huc spectant plures errores ab Ecclesia damnati. Jam *tempore S. Cypriani* Fidus episcopus volebat infantes non) -se baptizandos nisi post octavum diem ; cujus opinio-m-in rejecerunt Cyprianus et episcopi Africanil„ Deinde,' medio ævo, *Petrus de Bruis* et *Waldpnses* contenderunt pueros non posse Baptismum suscipere, quia credere non p - unt. Quod etiam *anabaplislæ* dixerunt. *Erasinus*[2] paritei mil pueros, quum adoleverint, esse interrogandos utrum rutas habeant promissiones a sponsoribus factas ; quod hi nolint, non esse ad Christianam vitam' cogendos. Hunc i norem renovarunt *rationalistes* et *modernislx.*

II. — Conclusio : Non tantum pueri sunt capaces BaptiHini, sed etiam eos baptizari et necessarium et conveniens «' f (a. 9). — Valent hic documenta et argumenta quibus mipra *ostendimus necessitatem Baptismi.*

Probatur insuper. Constat ex veteri Lege pueros Judæonmi circumcidi ante rationis usum. Inde concluditur Pilantes in Nova Lege teneri ad recipiendum Baptismum, qui circumcisioni successit.

Christus asserit parvulos esse capaces regni coelorum,

I I. *Epist. LIX ; P. L.,* in, 1015 ss.
Γ Er a sm., Prolog. *Super Mallh.*

juxta illud : « Talium est enim regnum coelorum[1]. » Sed qui est capax regni coelestis est capax Baptismi, sine quo nemo potest introire in illud regnum[2]. Ergo ex verbis Domini colligitur parvulos esse Baptismi capaces.

Item ex Apostolo arguere licet : Constat pueros ex Adamo contrahere peccatum originale[3]. Atqui, si Adam potuit reddere ompes obnoxios peccato, ita et a fortiori Christus potest omnes redimere : « Sicut pei unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic et per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ » (v. 18). Ergo multo magis pueri possunt per Christum recipere gratiam in Baptismo.

Traditionem patristicam et praxim Ecclesiae et declarationes jam exposuimus, art. I. Juvat tamen recolere verba *Innocenta HI* : « Absit ut universi parvuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moritur[4] » ; et *professionem fidei Waldensibus præscriplam* : π Approbamus ergo Baptismum infantium, qui, si defuncti fuerint post Baptismum, antequam peccata committant, fatemur eos salvari et credimus[5]. »

Errorem autem anabaptistarum et Erasmi condemnavit Concilium Tridentinum : « Si quis dixerit hujusmodi parvulos baptizatos, cum adoleverint, interrogandos esse an ratum habere velint quod patrini eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti sunt, et, ubi se nolle responderint, suo esse arbitrio relinquendos ; nec alia interim poena ad Christianam vitam cogendos, nisi ut ab Eucharistiæ aliorumque sacramentorum perceptione arceantur, donec resipiscant, A. S.[6]. » — Iterum hic valet definitio Tridentina : sacramenta conferunt gratiam ex opere operato non ponentibus obicem. Atqui pueri non ponunt obicem qui est propositum remanendi in peccato ; nam voluntate propria omnino carent. Ergo sacramentum Baptismi confert ipsis gratiam ex opere operato.

1. Matth^ xix, 14.
2. Joan., iii, 5.
3. *Rom.,* v, 12-21.
4. Denz., 410.
5. Denz., 424.
6. Sess. VII, *De Baptismo,* can. 14 ; Denz., 870.

Sicut in ordine naturali parvuli nutrimentum et alia vitæ necessaria habent per alios, *ila in ordine supernalurali* •alutem accipiunt per actum Ecclesiae, intendunt per actum eorum a quibus offeruntur et credunt per Ecclesiam. ‹ Fides autem unius, imo totius Ecclesiae, parvulo prodest per operationem Spiritus Sancti, qui unit Ecclesiam et bona unius alteri communicat. » (ad 2)

111. De pueris judæorum et aliorum infidelium (a. 10).— *Durandus* tenuit Baptismum collatum pueris Judaeorum invitis parentibus esse invalidum[1]. E regione, *Scolistæ* contendunt filios infidelium subjectos principi fideli posse licite baptizari etiam invitis parentibus, modo provideat princeps ne majora mala inde sequantur[2]. — S. Thomas quæstionem optime solvit : valide quidem baptizantur ; sed, « si nondum habent usum liberi arbitrii, secundum pis naturale sunt sub cura parentum, quamdiu ipsi sibi providere non possunt ; et ideo contra justitiam naturalem esset, si tales pueri invitis parentib.us baptizarentur, s

Ecclesia doctrinam S. Thomæ approbavit et sancivit. I'lures hac de re prodierunt declarationes, sed celeberrima est decisio Benedicti XIV, in epistola 28 febr. 1747 et in ‹ pistola 15 dec. 1751R. — Opinionem Durandi 'Cajetanus vocat a ratione alienissimam ; et Benedictus XIV, singularem, quæ nusquam aut plausum aut existimationem nacta est. Imo, S. Officium pluries contra ipsam decrevit valere Baptismum hoc modo collatum : ita decret. 3 mart. 1633, 30 mart. 1638, 23 dec. 1698, 8 mart. 1708. Re quidem vera, validum est sacramentum, dummodo servetur debita applicatio materiæ et formæ a ministro qui habet intentionem faciendi quod facit Ecclesia. Atqui voluntas parentum invitorum non mutat debitam applicationem materiæ et formæ nec intentionem ministri. Ergo. — '•pinionem autem Scotistarum rejicit Benedictus XIV, qui sententiam S. Thomæ sequitur et vindicat. Docet generatim non esse baptizandos pueros invitis parentibus. De jure quippe naturali est, sicut exponit hic Ange-

1. Durand., *IV Sent.,* dist. IV, q. vn, a. 13.
2. Scot., in *IV Sent.,* l. IV, q. ix.
.l. Documentum illud exponitur in *Diction, théol. cathol.* « Bapll'uio des infidèles », col. 342 ss.

licus, ut pueri non subtrahantur curæ parentum. At, si hoc modo baptizantur pueri, jam debent curæ parentum subtrahi, Ergo læderetur jus naturale, si parentibus invitis baptizarentur. « Esset etiam periculosum, addit S.. Thomas, taliter filios infidelium baptizare, quia de facili ad infidelitatem redirent propter naturalem affectum ad parentes. » Si tamen fuerint pueri baptizati, jam propter Baptismum sunt *res* Ecclesiæ, *aggregantur corpori Ecclesiæ. jusque* in ipsos obtinet Ecclesia ; et idcirco, ut eorum incolumitati spirituali provideat, potest illos a parentibus separare. — Ita docet Benedictus XIV in præcitato documento, quam doctrinam ad praxim deduxit Pius IX in celeberrimo casu Edgari Mortara.

Consentiunt omnes theologi pueros *in inorlis articulo* etiam invitis parentibus esse baptizandos, quia jam non concurrunt incommoda superius indicata et prævalere debet salus animæ, et pariter licite baptizari, si unus parentum consentiat, sive pater, sive mater, vel avus aut avia defectu matris, quia tunc jus naturale quod ipsis inest committitur Ecclesiæ^

Tota doctrina optime compendiatur in Codice. « Can. 750, § 1. Infans infidelium, etiam invitis parentibus, licite baptizatur, cum in eo versatur vitæ discrimine, ut prudenter prævideatur moriturus, antequam usum rationis attingat.

§ 2. Extra mortis periculum, dummodo catholicæ ejus educationi cautum sit, licite baptizatur : 1° si parentes vel tutores, aut saltem unus eorum, consentiant ; 2° si parentes, id est pater, mater, avus, avia, vel tutores desint, aut jus in eum amiserint, vel illud exercere nullo pacto queant.

Can. 751. Circa Baptismum infantium duorum hæreticorum aut schismaticorum, aut duorum catholicorum qui in apostasiam vel hæresim vel schisma prolapsi sint, generatim serventur normæ in superiore canone constitute. »

IV. Utrum pueri in maternis uteris positi sint baptizandi (art. 11). —*S. Augustinus* quæstionem sibi posuit et negative resolvit, quia « nemo renascitur nisi primo nasca-

tur[1] ». *S. Thomas* addit hanc rationem : Ut valeat Baptismus, oportet ut aqua physice tangat puerum. Atqui non potest aqua physice tangere puerum in utero clausum ; nec dici potest ablutionem qua corpus matris lavatur ad filium in ventre existentem pervenire., quia corpus pueri est a corpore matris penitus distinctum. Ergo non potest puer in utero matris positus baptizari.

Recenliores autem theologi reponunt posse hodie, ope scientiæ chirurgicae, aqua perfundi etiam physice puerum, et idcirco posse valide, imo, urgente necessitate, licite baptizari. Adduntque necesse non esse ad regenerationem spiritualem ut puer sit natus externe, sed sufficere ut sit conceptus. Nam potest renasci simul ut habet peccatum originale. Atqui habet peccatum originale a conceptionis momento Ergo jam potest renasci ; et reapse quidam fuerunt renati seu sanctificati in utero, antequam fuissent, in externam lucem editi.

Quæstio fuit de pueris in utero clausis ; et, quia solutio est tantum probabilis, fetus post ortum est iterum sub conditione baptizandus — Si autem puer emiserit caput et aqua caput perfuderit, valet Baptismus nec debet iterari ; si alia pars egressa fuerit et aqua perfundatur, Baptismus erit dubius, quia in nulla exteriorum partium integritas vitæ consistit sicut in capite, et idcirco renovandus est Baptismus sub hac forma : « Si non es baptizatus, ego te baptizo » (ad 4). — Notetur regula quam tradit Angelicus : « Non debet homo occidere matrem, ut baptizet puerum Si tamen mater mortua fuerit vivente prole in utero, debet aperiri, ut puer baptizetur. » (ad 3)

Bccolendæ sunt leges Codicis.

Can. 746, § 1. Nemo in utero matris clausus baptizetur, donec probabilis spes sit ut rite editus baptizari possit.

2. Si infans caput emiserit et periculum mortis immineat, baptizetur in capite ; nec postea, si vivus evaserit, tamen iterum sub conditione baptizandus.

3. Si aliud membrum emiserit, in illo, si periculum

1. Cf. S. Augustin., *Epistl. ad Dardan. ; P. L., xxxui,* 844, 845; (Jo *peccat. merit.,* 11, 27, 43; *P. L.,* xliv, 177.

immineat, baptizetur sub conditione ; at tunc, si natus vixerit, est rursus sub conditione baptizandus.

§ 4. Si mater prægnans mortua fuerit, fetus ab iis ad quos spectat extractus, si certo vivat, baptizetur absolute ; si dubie, sub conditione.

§ 5. Fetus in utero baptizatus post ortum denuo sub conditione baptizari debet.

Can. 747. Curandum ut omnes fetus abortivi, quovis tempore editi, si certo vivant, baptizentur absolute ; si dubie, sub conditione.

Can. 748. Monstra et ostenta semper baptizentur saltem sub conditione ; in dubio autem unusne an plures sint homines, unus absolute baptizetur, ceteri sub conditione. »

V. De amentibus et furiosis (a. 12). — Solutiones quas sapienter tradit hic S. Doctor compendiantur in Dodice.

« Can. 754, § 1. Amentes et furiosi ne baptizentur, nisi tales a nativitate vel ante adeptum rationis usum fuerint ; et tunc baptizandi sunt ut infantes

§ 2. Si autem dilucida habeant intervalla, dum mentis compotes sunt baptizentur, si velint.

§ 3. Baptizentur quoque imminente periculo mortis, si, antequam insanirent, suscipiendi Baptismi desiderium ostenderint.

§ 4. Oui lethargo aut phrenesi laborat, vigilans tantum et volens baptizetur ; at, si periculum impendeat, servetur præscriptum § 3. »

QUÆSTIO QUARTA

DE EFFECTIBUS BAPTISMI

AD Q. LXIX S. THOMK

Attendi possunt effectus quoad remissionem culpæ et pœnæ (aa. 1-3) ; quoad infusionem gratiæ et virtutum (aa. 4-7) ; quoad modum quo conferuntur et quoad dispositiones requisitas (aa. 8-10).

ARTICULUS PRIMUS

DE REMJSSJONE CUEPÆ ET PŒNÆ

AD ART. 1-3 S. THOM/E

I. Errores. — Plures hæretici cum *gnoslicis, archoniicis-el manichaeis,* contenderunt Baptismum esse inutilem nec aliquid operari in animal ; alii vero, ut *Origenistæ,* deinde *Pelagiani,* ac demum *Lulherani,* in eo reponunt eflicaciam Baptismi quod peccata tegat, non tamen proprie abluat aut deleat. *Lulherus, Calvinus, Kemniiius,* volunt Baptismum remittere peccata omnia, non solum quæ antea commissa sunt, sed etiam quæ postea committuntur, ea scilicet ratione ut tegantur, occultentur seu non imputentur[1] ; vel sola recordatione et fide suscepti Baptismi dimittantur. E regione, alii dixehmt cum *Jovi-*■*niano* tanti momenti esse Baptismi effectum, ut gratia baptismatis nequeat amitti, imo nec possit baptizatus tenlari a diabolo : quem errorem confutavit S. Hieronymus[3].

1. Cf. S. Epiphan., *Hæres.,* x ; S. Augustin., *Hæres.,* xlvi, etc.
2. Cf. Bellarmin., *De Baptismo,* lib. I.
3. Cf. S. Ambros., *Epist. LX11I,* ZZ ; *P. L.,* xvi, 1196 ; S. Hieiion., *Adv. Jovin.,* lib. II, 1-4; P. *L.,* xxm, 281-288; S. August., *Hæres.,* lxxxh ; *P. L„* xlii, 45.

Illuni sub alia forma suscitaverunt *novalores,* dicendo baptizatum non posse, etiamsi velit, gratiam amittere, imo esse liberum ab omnibus Ecclesiæ præceptis. Quæ omnia damnavit Concilium Tridentinum[1].

II, Prima conclusio : Baptismus, secluso obice, omnia peccata delet, tam originale quam actualia (a. 1). — De fide. — Scriptura testatur : 1° Baptismum conferri in *remissionem* peccatorum : « Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum[2] » 2° Per Baptismum *ablui* peccata et *sanclificari* animam : « Exsurge et *baptizare* et *ablue peccala tua* invocato nomine ipsius[3]. » Paulus, enumeratis maximis peccatis, concludit : « Et hæc quidam fuistis, sed *abluti* estis, sed *sanclificati* estis, sed *juslificali* estis[4][5] » Quasi diceret : Baptismus vos ab omnibus sordibus abluit et intus sanctificavit. 3° Per Baptismum ita *sepeliri* hominem, ut *deslrualur corpus peccati et ullra non. serviamus peccato*[6][7]: quæ verba vivide exprimunt veram peccatorum ablutionem. 4° Per Baptismum *iieri regenerationem, renovationem, salvationem, novitatem vitæ* : « Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus Sancti"... In novitate vitæ ambulemus'[8] » Atqui non esset anima regenerata nec salvata, nec novitatem vitæ haberet, nisi peccata omnia prorsus delerentur et abluerentur.

SS. Patres diversimode hunc effectum asserunt. Modo illum describunt sub figura mortis et vitæ « In aquam igitur descendunt *mortui* et ascendunt *vivi*[9]. » Modo dicunt eximi simul et *reatum* et *pcenam* : « Exempto scilicet reatu eximitur et pcena[8][9]» Modo explicant baptizatos *illuminari,* adoptari *in filios' perfici* · « Baptizati *illuminamur* ; illuminati *in filios adoptamur* ; adoptati *perficimur* ; perfecti

1. Sess. VII, *De Baptism.,* can. U ss. ; Denz., 862 ss.
2. *Aci.,* n, 38.
3. *Aci.,* xxii, 16.
4. *I Cor., vi,* 11.
5. *Bom.,* vi, 4, 6.
6. *TU.,* m, 5.
7. *Bom.,* v», 4.
8. Hermas, similit. ix, 3, 16.
9. Tertull., *De Baptismo,* 5 ; P. *L.,* r, 1206.

immortales reddimur[1]. » Modo recolunt baptizatum reddi conformem Christo nihilque retinere veteris hominis[2]. Huc maxime faciunt pulchra verba S. Augustini : « Baptismus abluit quidem peccata omnia, prorsus omnia, laetorum, dictorum, cogitatorum, sive originalia, sive addita, sive quæ ignoranter, sive quæ scienter admissa sunt[3]. »

l'ræcipuæ declarationes Ecclesiæ sunt : 1° *illæ quæ probant* necessitatem Baptismi et simul ejus efficaciam «in remissionem peccatorum » 2° Verba *Concilii Florentini* : Hujus sacramenti effectus est remissio omnis culpæ originalis et actualis, omnis quoque pœnæ, quæ pio ipsa· culpa debetur[4]» 3° Definitio *Concilii Tridenlini* : « Si quis per Jesu Christi Domini nostri gratiam quæ in baptismate infertur reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit non tolli totum id quod veram et propriam peccati rationem habet, sed illud dicit tantum radi aut non imputari, A. S. In renatis enim nihil odit Deus,... ita ut nihil prorsus eos ab ingressu coeli remoretur[5]. » Quæ definitio asserit remitti simul reatum culpæ et reatum pœnæ.

Ratio theologica breviter proponitur. Per Baptismum homo moritur vetustati peccati et incipit vivere novitati ratiæ. Atqui omne peccatum ad pristinam vetustatem pertinet. Ergo omne peccatum per Baptismum tollitur. Recolantur insuper ae quæ addit So Thomas : « Baptismus item operatur in virtute passionis Christi, *quæ esi univer-iilis medicina omnium peccatorum ; et ideo per baptismum 'innia peccata tolluntur.* » (ad 3)

III. Secunda conclusio : Per Baptismum remittitur, non mtum pœna æterna, sed et pœna temporalis pre peccatis coram Deo debita (a. 2).

Conclusio esse supponit in peccato *duplicem reatum,* i. licet culpæ et pœnæ. Quando remittitur culpa mortalis,

1. Clem Alexandr., *Pædag.,* lib I, €. vi, 3, 25.
Ita S. Cyrill. Hierosol., *Calcch.,* m, 12 ; xx, 2 ; P. *G.*. s XXIII, 444, 1077.
3. S. Augustin., *Contr. duas Epist. Pclag·,* m, 5·; *P.* 4., xl iii. :mo.
4. *Decrel. pro Armenis ;* Denz., 696.
5. Sess. V, can. 5 ; Denz., 792.

remittitur eo ipso reatus pœnæ æternæ at non semper remittitur totus « reatus pœnæ temporalis exsolvendæ vel in hoc sæculo vel in futuro in purgatorio, antequam ad regna coelorum aditus patere possit », ut tradit Concilium Tridentinum[1]. — In Baptismo porro, nisi adsit obex ex parte subjecti, totus remittitur pœnæ temporalis reatus. Est de fide ex documentis jam relatis.

Hoc testantur Patres. *Tertullianus* asserit : « Exempto scilicet reatu eximitur et poena[2]. » *Clemens Alexandrinus* sic effert efficaciam Baptismi : « Lavacrum quidem, per quod peccata abstergimus- Gratia autem qua remittuntur pœnæ quæ peccatis debentur[3-4]» Juxta S. *Basilium,* Baptismus est « redemptionis pretium, debitorum condonatio*. » *S. Augustinus* expresse testatur : « Si continuo consequatur ab hac vita migratio, non erit omnino quod hominem obnoxium teneat, solutis omnibus quæ tenebant. Nihil habet reinoræ[6-7] »

Constat liquido ex praxi Ecclesiæ, nam, licet ardua catechumenis imponerentur, nunquam fuit post Baptismum imposita pœna satisfactoria.

Jam audivimus Concilia : *Florentinum* : « Hujus sacramenti effectus est remissio omnis culpæ originalis et actualis, omnisquoquepœnæ, quæ proipsa culpa debetur[6]»· et *Trident.* : « Ita ut nihil prorsus eos ab ingressu cccli remoreturL »

Probatur ratione theologica. Per Baptismum homo ita incorporatur Christo patienti et morienti et fit ejus membrum, ut passio ei communicetur ad remedium ac si ipse passus et mortuus esset. Atqui passio' Christi est sufficientissima satisfactio pro omnibus peccatis omnium hominum. Ergo baptizatus liberatur a reatu totius pœna· a se debitæ pro peccatis, ac si ipse sufficienter satisfecisset

1. Sess. VI, can. 30 ; Denz., 840.
2. Tertull., *De Baptism.,* 5; *P. L.,* i, 1206.
3. Clem. Alexandr., *Pædag.,* lib. I, c. vi, n. 3, 25 ; *P.* Vili, 280.
4. Cf. Basil., *Homit.XIIl in s. Baptism., v ;P.* xxxi, 433.
5. S. Augustin., *De peccai. merit, et remiss.,* l. II c.xxvm.n. 46 j P. *L.*. xliv, 179.
6. *Decret, pro Armenis ;* Denz., 696.
7. Sess. V, can. 5; Denz., 792.

pro omnibus peccatis suis. — Confirmatur. Baptimus est quædam generatio, in qua destruitur vetus homo. Atqui destructo subjecto pereunt quoque quæ erant ipsi propria. Ergo per Baptismum destruuntur quæ veteri homini inerant, scilicet peccata et pœna ipsis debita.

IV. Tertia conclusio : Baptismus non aufert poenalita-'vs hujus vitæ pro praesenti., sed habet virtutem illas auferendi et reapse auferet a justis in resurrectione (a. 3).

Experientia constat remanere hujus vitæ pœnalitates, nempe defectus qui sequuntur conditionem naturæ sibi relictae, ut sunt fomes, ægritudo, dolor et mors, quæ locum non habuissent in statu innocentiæ.

Rationes congruentiae egregie exponit S. Doctor : Primo, ut baptizatus, qui Christo incorporatur, *conformetur ipsi Domino,* pleno gratiæ quoad animam, sed retinenti corpus passibile ; et idcirco, licet gratiam consequatur quoad animam, habeat tamen corpus passibile. Secundo, *propter spirituale exercitium,* ut homo pugnans contra concupiscentias coronam accipiat. Tertio, *ne homines propter impossibilitatem præsentis vitæ,* et non propter gloriam vitæ æternæ, ad Baptismum accederent.

Virtute tamen Baptismi auferentur illæ pœnalitates in 'esurrectione, quando « mortale hoc induerit immortalitatem[1]. » — *Notandum* est (ex resp- ad 3) curationefn fieri ex ordine inverso ac corruptionem. Nam peccatum originale ta processit, ut persona inficeret naturam et postinodum natura inficeret personam. Christus, e converso, prius reparat id quod est personæ et idcirco statim tollit impedimentum divinæ visionis, et tandem simul in omnibus reparabit id quod naturæ est ; ac proinde præsentes poenalitates, quæ respiciunt naturam, ex cujus principiis causantur, non tollentur nisi in ultima reparatione naturæ per resurrectionem gloriosam.

1. / *Cor* , xv, 54.

ARTICULUS SECUNDUS

DE INFUSIONE GRATIÆ ET VIRTUTUM

AD ART. 4-7 2.' LXIX S.· THOM/E

I. **DOCTRINA** catholica de illa quæstione (a. 4). — Infundi baptizatis gratiam et virtutes, illi tantum negare possunt, qui contendunt remissionem peccatorum fieri per. favorem Dei mere extrinsecum aut non imputationem culpæ, absque intrinseca immutatione. *Plures medio ævo lheologi* distinctionem invexerunt : in adultis quidem conferri gratiam et virtuteé ; in parvulis autem, qui non sunt actuum capaces, superfluere habitus, et idcirco remitti culpam quin infundatur gratia informans cum virtutibus. *Concilium aulem Viennensel* eligit ut « probabiliorem » sententiam quæ dicit tam parvulis quam adultis conferri in Baptismo informantem gratiam et virtutes : sed declarationes posteriores certitudinem præstant. Quoad adultos igitur est doctrina fidei, quoad pueros est doctrina hodie certa, imo catholica, ut mox exponetur.

Patres hanc veritatem tradunt, qui dicunt nos per ipsum Baptismum illuminari (art. præced., n, n), recipere Spiritum Sanctum[2,3] effici filios Dei adoptivos, regeneratos, hæredes regni cœlestis[8]. Unica quippe forma nostræ regenerationis et filiationis adoptivæ est gratia sanctificans, ut fusius exponitur in. tractatu *de Gratia.*

Documenta ecclesiastica sunt, præter *Concilium Viennense,* expressæ declarationes *Concilii Tridenlini* : Justificatio (sive baptismo, sive 'alio modo fiat) « non est sola peccatorum remissio, sed et sanctificatio et renovatio per voluntariam susceptionem gratiæ et donorum[4] », unica

1. Denz., 483.
2.. S. Hilar., *in Mallii.,* n, 6 ; P. *L.,* ix, 927.
3. S. Hilar., *ibid. ;* S. Athanas., *De Decretis Nicaen. Syn.,* 31 : P. G., xxv, 473 ; S. Cyril 1. Hieros., *Calech., i,* 2 ; m, 14et 15 ; P. *'G.,* xxxiii, 372, 445.
4. Sess. VI, cap. vu ; Denz., 799.

causa* formalis justificationis est gratia[1] ; sacramenta Novæ Legis conferunt *gratiam* ex opere operato non ponentibus obicem[2]. Quæ saltem de adultis ita valent, ut de fide sit adultis in Baptismo infundi gratiam et dona.

Ratio theologica omnino cogit. Jam constat in Baptismo remitti peccata. Atqui remissio peccati fieri nequit sine « gratia et charitate », ut asserit Concilium Tridentinum[3]. Insuper baptizati Christo incorporantur ut ejus membra. Atqui Christus ut caput in membra jugiter influit gratiam et virtutes, quæ ex ejus plenitudine derivantur, juxta illud : « *De plenitudine ejus nos omnes accepimus* » (Joan., i, 16). Ergo per Baptismum homo consequitur uratiam et virtutes.

II. Convenienter attribuuntur Baptismo incorporatio in Christo, illuminatio, fecunditas operum (a. 5). — Tres illi actus Baptismo communiter a Patribus attribuuntur. Dicitur baptizatus *incorporari* Christo et *aggregari* Ecclesiæ, quia recipit vitam a Christo seu *vivificatur* in justitia ; recipit charactererp, *σφραγί* , quo aptus fit ad recipienda Hcclesiæ sacramenta, præsertim Eucharistiam, in qua cfiieitur *concorporalis* et *consanguineum* Christi[4]. — Dicitur etiam Baptismus *φωτισμό* , *illuminatio*[5], eo quod baptizati recipiunt fidem, quæ est vera mentis illuminatio, et fiunt docibiles a Spiritu Sancto. — Pari jure, tribuitur Baptismo *fecunditas operum,* quia baptizati jam amicti luce proficiunt in justitia et sanctitate®.

S. Thomas optime exponit rationes horum actuum. Per Baptismum homo regeneratur in spiritualem vitam, quæ est per fidem Christi. Atqui vita non est nisi membrorum capiti unitorum. Ergo baptizati *Christo capiti uniuntur* et incorporantur. — Porro, sicut a capite naturali deriuitur in membra sensus et motus, ita a Christo capite

1. *Ibid,* et can. 11 ; Denz., 799 et 821.
2. Sess. VII, can. 6-8 ; Denz., 849-851.
3. Sess. VI, can. 11 ; Denz., 821.
4. Cf. S. Cyrill. Hierosol., *Calech.* i, 2; m, 4, 12: xu, 1-3; *P. G.,* xxxni, 372, 429, 432, 444, 476, 1077, 1097, 1100.
Cf. S. Justin., *Apol.,* i, 61 ; *P. G.*. vi, 420 : Clemens. Alexanor., *Pædag.,* i, 6 ; *P. G.,* vm, 281.
5. Cf. S. Chrysost., *Ad illum.,* i, 3 ; *P. G.,* xlix, 226, et *1 Cor.,* (Hom) XI, n ; *P. G.,* xli, 348.

baptizati recipiunt sensum spiritualem, qui consistit in cognitione veritatis supernaturalis et idcirco est vera *illuminatio,* et motuin spiritualem, qui est per gratiæ influxum et in fecunditate bonorum operum manifestatur. — Itaque Baptismo convenit *fecunditas operum,* quatenus cum gratia infundit virtutes omnes, quæ sunt bonorum operum 'principia, et jus confert ad accipienda auxilia actualia quibus possit homo in accepta gratia se custodire et juxta illam operari.

III. Parvuli recipiunt in Baptismo, non modo characterem, sed *ei* gratiam et virtutes quoad habitum,, etsi non pro illo tempore quoad usum (a. 6). — Nullus catholicus theologus negavit imprimi characterem in parvulis. Pariter de fide est in parvulis *regeneratione* mundari quod *generatione* contraxerunt : ita Cone. Milev. et Carthag.[1] et Trident.[2] Testatur quoque *Cone. Florentinum* baptizatum fieri membrum Christi. Constat itaque parvulos esse regeneratos et membra viva Christi et idcirco sub hoc respectu recipere gratiam.

Verum, quia *plures theologi cum Petro Olivi* nesciebant distinguere inter « habitum » et « actum », contenderunt in pueris qui non sunt actuum capaces non infundi habitus, et idcirco pueros, licet recipiant gratiam ut remittit peccatum, « non habere gratiam informantem et virtutes quoad habitum » Concilium Viennense oppositam «opinionem, quæ dicit tam parvulis quam adultis conferri in Baptismo informantem gratiam et virtutes, tanquam probabiliorem » eligit[3].

Licet autem vi Concilii Viennensis illa doctrina esset tantum « probabilior n, hodie tamen est certa, imo catholica, quia definitiones ConciEi Tridentini non possunt aliter explicari. Definit enim Concilium parvulos « *in remissionem peccatorum* » vere baptizari*, et iterum definit homines non justificari « *exclusa gratia et chariiale,* quæ in cordibus eorum per Spiritum Sanctum diffundatur atque *illi**

1. Can. *I ;* Denz., 102.
2. Ses». V, can. 4 ; Denz., 793.
3. Denz., 483.
4. Sess. V, can. 4; Denz., 791,

inhæreall » ; et expresse docet[1] a In ipsa justificatione cum remissione peccatorum hæc omnia simul infusa accipit homo- per Jesum Christum, cui inseritur : *fidem, spem et i.haritatem**. »* Tametsi Concilium præcipue attendat adultos, qui se præparant « per *voluntariam susceptionem gratiæ et donorum* », statuit tamen legem *universalissimam,* a qua non licet parvulos eximere · nempe justificationem fieri per *graliam inhaerentem ei charila*em*0 Ergo doctrina catholica cat parvulis infundi et gratiam et charitatem quæ 'Ilis inhæreat.

Rationed theclogieæ S. Thomæ rem omnino ostendunt. Per Baptismum pueri sicut adulti, fiunt *membra Christi.* At, eo ipso quod sunt membra, debent recipere a Capite influxum, qui est per gratiam et virtutes Ergo pueri, sicut adulti recipiunt gratiam et virtutes in habitu, licet nondum actus exerceant. Insuper, si pueri non reciperent gratiam, non possent recipere *vitam æiernam,* cum hæc non conferatur absque gratia sanctificante, quæ est inchoatio gloriæ, et ita non profuisset eis ad salutem baptizatos esse.IV,

IV, Hinc inielligitur quomodo effectus Baptismi sit apertio januae regni coelestis (a. 7). — Hæc conclusio in Traditione catholica ita fundatur, ut dicat S. Augustinus : « *Si continuo consequatur ab hac vita migratio, non erit omnino quod hominem obnoxium teneat, solutis omnibus quæ tenebant*[3]. »

Probatur ratione S. Thomæ. Aperire januam regni cœlestis est removere impedimentum quo quis impeditur regnum cœleste introire, scilicet reatijm culpæ et reatum pœnæ. Atqui Baptismus removet utrumque, ut constat ex præcedenti articulo. Ergo. — Attamen baptizatus non potest ccelum ingredi ante mortem, quia, licet non habeat reatum personæ, impeditur propter statum naturæ,. : ed per mortem fit aptus ad introitum, quasi jam persoluto eo quod naturæ debebatur (ad 3).

V. De charactere. — Constat ex dictis supra *(de Sacr.*

1. Sess. VI, can. 11 ; Denz., 821.
2. Sess. VI, cap. v»i ; Denz., 800.
3. S. Augustin., *De peccat, merit, ei remiss.,* 110. II, c. xxvm^ n. 16 *P, L.,* x1iv, 179.

ip communi, q. iv) alterum effectum Baptismi esse charae terem, qui dicitur *res et sacramentum,* quique est *potentia* quædam supernaturalis seu principium recipiendi alia sacramenta quoque configuramur Christo regi et etiam sacerdoti et aggregamur ejus Ecclesiæ ut membra. Est omnino indelebilis, non solum in hac vita, sed in perpetuum; imprimitur, tantum per Baptismum aquæ, nec suppletur per baptismum flaminis aut baptismum sanguinis (Supra, q. i, art. iv, n. v).

Cqncludendum cum Catechismo Concilii Tridentini : « Ac Baptismi quidem charactere utrumque consequimur, ut ad alia sacramenta percipienda reddamur idonei et eo præterea fidelis populus a gentibus quæ Deum non colunt distinguatur1. »

ARTICULUS TERTIUS

DE MODO QUO BAPTISMUS EFFECTUS SUOS PRODUCIT

AD ART. 8-10 Q. LXIX S. THOMÆ

L Baptismus eumdem producit effectum æqualiter dispositis, inæqualem vero mæqualiter dispositis (a. 8).

Quæstio ponitur *de gratia, non de charactere,* qui est immutabilis et idem imprimitur in sanctis et non sanctis.

Ex parte qua excluditur peccatum originale, de fide est Baptismum æqualiter operari in omnibus. « Omnibus enim qui dicunt quod hi, qui sacrosancti fonte baptismatis credentes in Patrem et Filium Sanctumque Spiritum renascuntur, non æqualiter originali abluantur delicto, anathema sitl. »

Nec probari ullatenus potest opinio illorum qui existimant Deum aliquando in pueris quos ad sublimia prædcstinat uberiorem in Baptismo conferre gratiam. Nam, ut monuimus supra (De *Sacram, in communi,* q. m, art. in, ŋ. vm), hujusmodi augmentum non esset sacramenti (ITectus, sed miraculum quoddam, quod non potest supponi, sed deberet probari.

Tenendum est Baptismum, utpote causam quæ secundum dispositiones subjecti operatur, eumdem producere clïectum in his qui se habent æqualiter ad ipsum, inæqualem in his qui inæqualiter se habent. Atqui omnes pueri «•qualiter se habent ad Baptismum, quia, non in fide propria, sed in fide Ecclesiæ baptizantur ; adulti vero, quia per propriam fidem accedunt, non se habent æqualiter, sed quidam cum minori, quidam cum majori devotione accedunt. Ergo infantes omnes eumdem recipiunt effectum lfmorationis spiritualis, adulti vero inæqualem pro dispoLllionis gradu.i.

i. Ita Nicolaus I, in Concilio Romano (861 vel 863), cap. ix ; ir.NZ., 329.

II. De fictione (a. 9). — Nomine fictionis, hic non intelligitur simulata susceptio Baptismi cum intentione non recipiendi, tunc enim invalidum esset sacramentum ; sed simulata dispositio, quando scilicet aliquis *indispositus accedit* : aut *positive,* nempe vel sine fide ve) sine attritione et cum affectu ad peccatum ; aut *negative,* nempe si accedat cum attritione naturali aut insufficienti, quam invincibiliter putat supernaturalein aut sufficientem.

Licet igitur quatuor modis, qüos exponit hic /Angelicus post S.' Augustinum, possit aliquis dici fictus, proprie tamen dicitur ficte suscipi sacramentum, quoties suscipitur *valide sed infructuose.*

III. Fictio sumpta pro simulata intentione absolute invalidai sacramentum ; fictio vero sumpta sensu mox explicato non impedit impressionem characteris, sed impedit infusionem gratiæ sanctificantis.

i» pars jam constat ex dictis in tractatu de Sacramentis, ubi ostenditur requiri intentionem in subjecto; et ejj declaratione Innocentii III . « Ille vero qui nunquam consentit, sed penitus contradicit, nec rem nec characterem suscipit sacramenti1. »

iift pars ostenditur es eodem documento : « Talis, sicut et *is qui ficte ad baptismum accedit, characterem suscipit christianitatis impressum.* « — Ratio est quia, cum character sit distinctus et separatus a gratia, potest suscipi, etiamsi non recipiatur gratia, dummodo adsit in subjecto intentio vera suscipiendi ritum a Christo institutum. — Colligitur etiam ex tota historia Ecclesiæ, quæ semper valida retinuit sacramenta Baptismi, Confirmationis et Ordinis recepta etiam a peccatoribus vel hæreticis.

ultima pars constat ex doctrina catholica de justificatione, quæ requirit in adultis dispositiones proprias, nempe fidei, timoris, spei, amoris initialis, pœnitentiæ et propositi (cf. Tract. *De Gratia,* q. vi, art. in).

IV. Baptismus ficte susceptus, remoto per subsequentem dispositionem obice, ita reviviscit, ut gratiam conferat et omnia peccata ante Baptismum vel in Baptismo

1. Denz.., 411.

sod non post Baptismum commissa remittat, tum quoad culpam tum quoad poenam (a. 10). — Conclusio explicata cet supra *{de Sacram, in communi,* q. in, art. m, n. xm), ubi etiam ostenditur violationem sacramenti esse Baptismo *posteriorem ratione* et idcirco remitti tantum posse per l'œnitentiæ sacramentum vel per contritionem cum voto l'œnitentiæ sacramenti.

V. Conclusio Tractatus de Baptismo. — Cetera quæ addit Angelicus de circumcisione et de præparatoriis quæ simul concurrunt cum Baptismo sunt legenda in ipsa littera S. Thomæ nec specialem præbent difficultatem.

Concludamus itaque cum Catechismo Concilii Tridentini, n. 63 : « Ut fideles in hac cura et cogitatione perpetuo versentur, ut in iis quæ adeo sancte et religiose spoponderunt, cum Baptismo initiati sunt, fidem servent, atque eam vitam instituant, quæ sanctissimæ Christiani nominis professioni respondeat. »

TRACTATUS DE CONFIRMATIONE

AD *Q.* LXXII S. THOM®[1]

Attenta consideratione expendit S. Thomas omnia quæ Confirmationem spectant : rationem sacramenti seu institutionem a Christo (a. 1); materiam (aa. 2-3); formam (a. 4) ; effectum qui est character (aa. 5 et 6) ; effectum qui est gratia (a. 7) ; subjectum (aa. 8 et 9) ; ministrum et ritum (aa. 10-12).[1]

ARTICULUS PRIMUS

DE IPSA RATIONE SACRAMENTI SEU DE DIVINA CONFIRMATIONIS INSTITUTIONE

AD ART. 1 S. THOM.E

I, Duplex quæstio distinguenda. — Plures veteres theolugi duplicem respectum hac in re attendebant : profitebantur quidem Confirmationem esse sacramentum, sed existimabant esse institutionis apostolicæ vel ecclesiastica;, non proprie divinæ.

Itaque rationem sacramenti Confirmationi communiter lidscribit traditio catholica; denegaverunt vero plures' Im retici, scilicet in primitiva Ecclesia *Novatiani,* quos jam ®r,uit Cornelius Papa2; medio ævo, *Waldenses* et *Albigenses ;* postmodum *novalores,* qui dixerunt cum Luthero er e ritum mere ecclesiasticum, aut cum Calvino esse ab episcopis invectum ; deinde *modernislæ,* quorum *damnalur Vine propositio :* « Nihil probat ritum sacramenti confir exitionis usurpatum fuisse ab Apostolis ; formalis autem

[1. Cf. Commentatores S. Thomæ in h. 1. ; contra Protestantes : **|1**ıi i Ar min., *De Confirm.* ; ex recentissimis scriptis, *Diction, théo:. ualhol.,* art. *Confirmation* et art. *Imposition des mains.*

I V. Euseb., *Hist. Eccles.*,Aπ, x l iii ; *P. G.,* xx, 624.

distinctio duorum sacramentorum, baptismi scilicet et confirmationis, haud spectat ad historiam christianismi primitivi[1]. »

Inter scholasticos vero qui, rationem sacramenti retinentes, putarunt tamen ipsam institutionem non esse Christo attribuendam, citari possunt, præter *Hugpnem a S. Victore* et *Petrum Lombardum*[2], *Potandus Bandinelli,* qui scribit[3] : « Instituta est air Apostolis quando manus super baptizatos imponebant ac Spiritum Sanctum invocabant[4] ; et *Alexander Halensis,* qui hoc sacramentum putat originis ecclesiasticæ : « Sine præjudicio dicendum quod Dominus neque hoc saciamentum ut est sacramentum instituit, neque dispensavit... neque Apostoli... Sacramentum confirmationis in concilio Meldensi institutum fuit, Spiritu Sancto instigante et virtutem sanctificandi praestante[5] » — *S Thomas* hanc opinionem rejicit ut absurdam[6] *Theologi cum ipso et etiam Scotiis*[7] generatim docent immediatam institutionem a Christo ; quæ sententia a tempore Concilii Tridentini evasit communis et est ut CERTA OMNINO TENENDA.

Duo itaque sunt nobis vindicanda : et ratio sacramenti et immediata institutio a Christo.

II. Conclusio : de FIDE est Confirmationem esse verum ac proprie dictum Novæ Legis SACRAMENTUM. — 1° Probatio scripturistica — Ex Scripturis colligi potest jam fuisse adhibitum ab Apostolis ritum imponendi manus, quo conferebatur Spiritus Sanctus et idcirco gratia ; ritum quidem permanenter in Ecclesia retinendum. « Qui, cum venissent, oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum Sanctum ; nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizari tantum erant in nomine Domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos et accipiebant Spiritum Sanctum'. ■ Pariter, Paulus imposuit manus eis qui erant jam bapti-

1. Denz.. 2044.
2. *IV Seni* , dist VII, 23.
3. Giet l., *Seni. Roland»,* p. 213.
4. Al exandr. Ha l ens., *Summ.,* l. IV, q. ix, membr. 1.
5. S. Thom., IV *Sent.,* dist. VII, q. i, a. 1, ad 1
6. Scot., *IV Sent.,* dist. VII, q. i, a. 1.
7. *Act.,* vin, 15 ss.

/nt). « tit cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiri- t ii. Sanctus super eosl. » — Ex quibus eruitur tota ratio i. ici amenti. 1° Est ritus distinctus a Baptismo, nam con- ici Lur iis qui erant jam baptizati. 2? Est permanenter insti- tutus, siquidem adhibetur, non semel, sed communiter, non ab uno Apostolo, sed tum a Petro et Joanne, tum i Paulo, et deinceps in Ecclesia, ut mox ex Traditione apparebit. 3° Esse ex opere operato gratiæ productivum, ex co constat quod vi impositionis manuum conferebatur Spiritus Sanctus, quæ collptio non fit absque gratia sancti- ficante.

Objicitur sermonem hic esse, non de infusione gratiæ Hiiictificantis, sed de manifestatione *externa* charismatum, m ilicet de dono miraculorum, linguarum, etc. — *Resp.,* Uicet illa charismata essent connexa cum missione Spiri- tu Sancti, fuisse tamen quid accidentale nec esse id quod ner impositionem manuum quærebant fideles aut confere- li.uit Apostoli; nam illi Samaritani, ad quos mittuntur I'ctrus et Joannes, non petunt donum miraculorum aut linguarum, sed gratiam quæ perficit baptizatos, et similiter I'udus imponit baptizatis manus ut fiant perfecti Christiani p‹t infusionem gratiæ confirmantis et corroborantis. Quo- circa, licet transierit quod accessorium erat, nempe colla- te visibilis charismatum, non ideo desinit invisibilis missio Spiritus Sancti quæ fit per gratiam.

III. 2° Traditio.— Ritum quem adhibuerant Apostoli Iὺ-clesia retinet. .— *Clemens Romanus,* enumeratis donis ιρι.'· Ecclesia Corinthi receperat, meminit « plenæ infusionis Bpiritus », *Πλήρη εκχυσι ἰ*, quæ verba innuunt continuari Ii»· t. Apostolos ritum quo infundebatur Spiritus Sanctus.

Theophilus Antiochenus ex chrismatione olei derivat ibulum Christianorum 5 « Nos ideo, inquit, christiani I v » amur, quod divino oleo perfundimur3. » Id autem impor- I'nf ritum externum, qui hominem etiam intus ungit per ■i il iam. — *Tertullianus* clare asserit et fieri unctionem ■' n ibilem et per ipsam conferri Spiritum Sanctum :

i. *Act.,* xix, 6.
V. S. Clem., *I Cor.,* n, 2 ; Funk, i, 100.
II. S. Theophil. Antioch., *Ad Autolyc.,* i, 12 ; *P. G.,* vi, 614-615.

« Exinde egressi de lavacro, perungimur benedicta unctione... Dehinc manus imponitur per benedictionem, advocans et invitans Spiritum Sanctum... Tunc ille Sanctissimus Spiritus super emundata et benedicta corpora libens a Patre descendit[1]. » Describitur hic ritus sensibilis, communiter et permanenter in Ecclesia servatus, qui secum fert infusionem gratiæ per Spiritum Sanctum. — S. *Cyprianus* continuatam traditionem testatur, dum recolit fieri nunc in Ecclesia quod tempore Apostolorum fiebat : « Quod nunc quoque apud nos geritur, ut, qui in Ecclesia baptizantur, præpositis Ecclesiæ offerantur et per nostram orationem ac manus impositionem Spiritum Sanctum consequantur et signaculo dominico consummentur[2]. »

In Oriente præstat *S. Cyrillus Hierosolymitanus,* qui loquitur de « sigillo » quod in anima imprimit Spiritus Sanctus[3] et describit totum ritum sensibilem quo « anima vivificatur » spiritualiter per gratiam Spiritus Sancti : « « Quod quidem symbolice fronti aliisque sensibus tuis illinitur ; ac, dum unguento visibili inungitur corpus, sancto et vivifico Spiritu anima vivificatur[4]. » Fatendum est quidem plures textus accipi posse de unctione quæ, ipsum Baptismum comitatur. Attamen S. Cyrillus loquitur de sigillo distincto in Baptismo, seu de « sigillo per aquam », et in Confirmatione, nempe de « sigillo communicationis Spiritus Sancti ».

S. *Leo Papa* adhibet verbum « confirmare »[5] a quo derivatur nomen « confirmatio », jam adhibitum in concilio Arausicano (411)[6], deinde a S. Isidoro[7] ac demum in tota Ecclesia.

IV. 3° Declarationes Ecclesiæ. — *S. Innocentius I* recolit ritum illum esse in tota Ecclesia notum, et ministros esse episcopos : « Quod solis debetur episcopis, cum tradunt

1. Tertull., *De Baptismo,* c. vu et vni ; *P. L.,* 1206 ss.
2. S. Cyprian., *Epist. LXXH,* 9 ; *P. L.,* in, 1115.
3. S. Cyrill. Hieros., *Calech.,* xvn, 35 ; *P. G.,* xxxm, 1009.
4. *id.,* Catecli., xxxi, 3; *P. G.,* xxxm, 1029. — Cf. 1012 1089, 1092.
5. S Leo, *Epist. ad Nicet.,* clix, 7 ; *P. L.,* liv, 1139.
6. Hardouin, *Concil., t,* 1783.
7. S. Isidor., *De oflic. eccles.,'n,* 26 ; *P. L.,* lxxxhi, 823.

Spiritum Paracletum1. » — Idem tradit *Innocentius 11IZ.*

In Concilio Lugdunensi II, *professio fidei Michaelis l'alæologi* habet : « Aliud est sacramentum confirmationis, quod per manuum impositionem episcopi conferunt chrismando renatos3. » — *Cone. Florentinum :* « Secundum aeramentum est Confirmatio4.* » —*Cone. Trident.* definit : « Si quis dixerit Confirmationem baptizatorum otiosam cæremoniam esse, et non potius *verum el proprium sacramentum ;* aut olim nihil aliud fuisse quam catechesin quandam, qua adolescentiæ proximi fidei suæ rationem coram Ecclesia exponebant, S. A.6. »

V. 4° **Ratio theologica S. Thomæ. —** Ubi occurrit specialis effectus gratiæ, ibi ordinatur speciale sacramentum. Atqui in Confirmatione-est specialis effectus gratiæ. Ergo Confirmatio est speciale sacramentum. — Major constat ex notione sacramenti, siquidem singula sacramenta novæ legis ordinantur ad speciales gratiæ effectus producendos. Probatur min. Quum sensibilia et corporalia gerant spiritualium et intelligibilium similitudinem, ex his quæ in vita corporali aguntur, percipere possumus quid in spirituali vita gratiæ speciale existât, Atqui in vita corporali specialis quædam perfectio est ut homo ad perfectam aetatem perveniat et perfectas actiones hominis elicere possit. Ergo pariter in ordine spirituali specialis perfectio est ut, post motum generationis supernaturalis, habeatur motus augmenti, quo Christianus perducatur ad perfectam aetatem spiritualis vitæ. Sed motus generationis spiritualis datur per Baptismum, motus autem augmenti quo perducimur ad perfectam ætatem spiritualis vitæ est Confirmatio. Ergo in Confirmatione occurrit specialis perfectio vitae supernaturalis seu specialis effectus gratiæ, et idcirco oportet ut Confirmatio sit speciale sacramentum.

VI. **De Confirmationis INSTITUTIONE A CHRISTO** dicta. — Semel admisso Confirmationem esse verum sacra-

1. Denz., 98.
2. *Id;,* 419.
3. *Id.,* 465.
4. *Id.,* 697.
5. Sess, VII, can. 1, *De Confirmatione ;* Denz., 871.

mentum, confitendum est ipsam fuisse a Christo institutam, juxta ea quæ tradidimus superius de auctore sacramentorum1.

Scholastici in varias abierunt sententias. *Robertas Pullus* opinatur Christum instituisse Confirmationem, quando pueris imponebat manus # « Ipse quoque de confirmatione parvulorum decretum ponens ait g Sinite parvulos ad me venire2. » *Alii aulcm cum Alano de Insulis* dicunt 5 « Ubi Christus insufflavit in apostolos, dans eis Spiritum Sanctum ad robur, insinuavit eis confirmationi? sacramentum3. » S. Thomas (hic, ad 1) exponit soli Christo esse adscribendam Confirmationis institutionem, « quia instituere novum sacramentum pertinet ad potestatem excel!entiæ, quæ competit soli Christo s Et concludit : « Et ideo dicendum est quod Christus instituit hoc sacramentum, non exhibendo, sed promittendo » Quod Suarez interpretatur, ita instituisse hoc sacramentum pro tempore futuro pro quo Spiritum Sanctum promittebat, ut ante adventum ejus noluerit usum illius exerceri.

Certum est Christum promisisse effusionem Spiritus Sancti futuram post ascensionem : » Si non abiero, Parachtus non veniet ad vos I si autem abiero, mittam eum ad vos4. » Quum autem illa effusio non solos Apostolos spectet, sed ipsam Ecclesiam, non explicatur adæquate de missione visibili in die Pentecostes, sed debet in Ecclesia modo quodam permanenti continuari. Id porro importat vel innuit institutum fuisse a Christo sacramentum quo daretur plenitudo Spiritus Sancti in Ecclesia modo permanenti. Licet igitur non possit determinari tempus quo Cliristus instituerit Confirmationem, ex ipsa tamen Christi promissione ita arguere licet, ut credamus illum reapse instituisse sacramentum quo daretur Spiritus Sanctus cum gratia confortationis et perfectionis.

VII. Hinc colligitur qua ratione sit necessarium Confirmationis sacramentum (ad 3). — Non est de necessitate medii vel præcepti absoluti, quasi non posset sine ipso

1. Cf. supra, De *Sacramentis in communi,* q. v, art i, n vm-x.
2. Robert. Pull., *Senlenïiæ,* P. V. c. xxii, p. 158. Paris, 1657,
3. Alan., *Coni. Haeres.,* i : *P. L.*. cxx, 369.
4. Joan., xvi, 7.

esse salus, sed *necessilale relativa* sicut ea quæ cooperantur ad *perfectionem* salutis. Itaque, si quis hoc sacramentum contemneret ve' illud negligendo periculum fidei amittendæ incurreret aut aliis scandalum præberet, non. careret gravi culpa. Si autem tantum omittit ex negli< gentia, non videtur violare *speciale* præceptum ; at saltem deficit in caritate erga seipsum, sese privando mediis et auxiliis quæ cooperantur ad *perfectionem salutis1.*

VIII. Diversa nomina hujus sacramenti. — Vocatur *manuum impositio, %etpâ>v èmGeais1 ; tinctio ;* vel divini *chrismatis unctio3 sacramentum chrismatis** et *chrisma salutis6 σφραγί 6, signaculum, signaculum dominicum, spiritale signaculum1,*

In *Constitutionibus Aposlolicis* habetur *Βεξαίωσι 6,* cui respondet vox latina *Confirmatio.* Hæc autem a Latinis adhibetur in concilio Arausicano (441), sicut verbum *confirmare* adhibetur a S. Leone Papa (sup. n. m). Ouæ vox *Confirmatio* deinde communiter usurpatur, ut innuatur esse sacramentum plenitudinis gratiæ.

1. Codex (can. 787) sapienter dicit : « Quamquam hoc sacramentum non est de necessitate medii ad salutem, nemini tamen licet, oblata occasione, illud négligera; imo parochi curent ut fideles ad illud opportuno tempore accedant ». — Benedictus XIV *(Etsi pastoralis)* scribit - « Monendi sunt ab Ordinariis locorum *eos gravis peccati realu teneri, ci, cum possint ad Confirmationem iccedere, illam renuunt aut negligunt.* » Respondent plures cum Scavini Benedictum XIV loqui de invalide confirmatis a presbyteris Græcis, qui renuebant ad Confirmationem accedere, quasi haberent priorem validam. Verum explicatio illa non multum cogit : cur enim tenerentur *gravi lealu* illi Græci renuentes aùt négligentes, si liceret impune Confirmationem omittere ? Non arguuntur quia falsum credunt, sed quia renuunt aut negligunt ad sacramentum accedere.

2. Ita S. Cyrill. Alexandr., *Calech.,* xvi, 26 ; xvn, 25 ; *P. G.f* xxxiii, 956, 996 ; S. Augustin., *De Baptismo,* ni, 21 , P. *L.,* xliii, 149.

3. *Conslil. Apost.,* vn, 44 ; *P. G.,* i, 1045 ; Salvian., *De Gubern.,* iii, 2 ; *P. L.,* lui, 58.

4. S. Augustin., *Coni.* Htt. *Pelii. ; P. L.,* xliii, 342.

5. S. Leo, *De Natio. Domini,* serm. IX, 6 ; *P. L.,* liv, 207.

(>. Cornel., apud Euseb., *H. E.,* vi, 43 ; *P. G.,* xx, 624.

7. S. Cyprian., Epist. LXXXIII, 9 ; *P. L.,* 1115 ; S. Ambros.? *De Myst..* vii, 42 ; *P. L.,* xvi, 403.

8. in, xvn ; *P. G.,* i, 800.

ARTICULUS SECUNDUS

DE MATERIA ET FORMA HUJUS SACRAMENTI

AD ART. 2-4 Q. LXXI1 S. THOM/E

I. Conspectus historicus. — In *Actibus Apostolorum* nonnisi *manuum impositio* indicatur , nec ceterum apparet quomodo Apostoli secum habuissent tantam olei copiam ad inungendas turbas, quibus facilius erat manus imponere[1].

Aut paulatim introducitur *unctio.* Existimant nonnulli auctores alludi ad hanc unctionem tum a Joanne : « Et vos *unctionem* quam accepistis ab eo... , sed sicut *unctio* ejus docet vos[2] » ; tum a Paulo : « qui autem *confirmat* nos vobiscum... et *unxit* nos Deus, qui et *signavit* nos et dedit *pignus* Spiritus in cordibus nostris[3]. » Supposito dogmate, hæc possunt de facili accommodari unctioni et signationi quæ fit in Confirmationis sacramento ; at interpretatio non cogit, quia hæc omnia intelligi possunt de de interiori et invisibili unctione, quæ per gratiam sanctificantem et habitationem Spiritus Sancti præstatur[4]. Constat omnino adhibitam fuisse chrismationem *post Baptismum* saltem sæculo secundo[5].

Quæstio autem est quando et ubi adhibita fuerit *unctio quæ propria est Confirmationis* et conjungitur impositioni manuum. Extra Ecclesiam Romanam non fuit communiter

1. Attamen S. Thomas, hic a. 2, ad. 1, admittit Apostolos usos esse communiter chrismate in exhibitione sacramenti, quando visibilia signa miraculose a Deo effecta non exhibebantur.

2. I Joan., n, 27.

3. *II Cor.,* i, 21-22.

4. Theodoretus textum Pauli interpretatur de Confirmatione, *P. G.,* lxxxii, 384 ; et S. Cyrillus Hieros. verba Joannis prosmittit catechesi de Confirmatione ; *P. G.,* xxxni, 1088.

5. « C'est l'onction du saint Chrême, ou la chrismation, qui était faite aux baptisés immédiatement après l'ablption baptismale et qui n'a jamais cessé de se pratiquer dans l'Église. L'usage en remonte pour le moins au n® siècle. » Galtier, art. *Imposition des mains,* in *Diction, thdol. cathol.,* col. 1358.

adhibita nec luit ab initio considerata ut mus essentialis in collatione Spiritus Sancti1. — At paulatim imponitur ut. materia necessaria. Sic Papa *Gregorius I'III* testatur Confirmationem tradi simul per manus impositionem et chrismatis unctionem : « Oportet eos per manus impositionem et sacri chrismatis unctionem confirmari2. » *Conci· Hum Florentinum* admittit chrisma ut materiam sacramenti : « Secundum sacramentum est Confirmatio ; cujus materia est chrisma3. » Demum *Concilium Tridenlinum* delinit : « Si quis dixerit injurios esse Spiritui Sancto eos qui sacro Confirmationis chrismati virtutem aliquam tribuunt, A. S.4. » At, si chrismati virtus inest, chrisma agnosci debet ut materia sacramenti. — Aliunde impositio manuum non fuit retenta universaliter *apud Orientales :* « En Orient, il s'en faut que l'imposition des mains soit restée ainsi associée à la collation du Saint-Esprit après le baptême5. »

II. Hinc problema solvendum. — Sententiae. — Explicandum est quo pacto *impositio manuum,* quæ prius videtur fuisse sola in usu, potuerit postmodum omitti µ n derelinqui, et *chrismalio,* quæ non fuit ab initio ubique adhibita, evaserit materia essentialis.

Multiplex recitatur sententia. Alii dixerunt *impositionem manuum* quæ præcedit unctionem fuisse unicam materiam i entialem. Alii *solam chrismaiionem* ut materiam essenli.dem agnoscunt. Alii requirunt *tum chrismaiionem tum manus impositionem* quæ unctionem comitatur. Alii dicunt n, inuum impositionem fuisse *in principio* unicam mate- II 'in essentialem, at postmodum, ex determinatione Eccle- i'i ' , *solam maleriam hodie essentialem esse chrismaiionem6.*

III. Quid extra controversiam esse debeat. — Id clare n ponit *Benedicius XIV*l *:* « Quod itaque extra contro- v< i iam est, hoc dicatur : nimirum in Ecclesia latina Con-

1. *Jdem,* coi. 1379-1381.
P. L., 1xxxx, 584.
I 'I. Denz., 697.
I I. Sees. VII, can. 2, *De Confirmatione ;* Denz., 872.
I Gal tier, art. cit., coi. 1321.
I ‹I. Cf. art. cit., coi. 1347 ss., 1386, ss.
I 7. Conslit. *Ex quo primum,* l niart. 1756.

finnationis sacramentum conferri adhibito sacro chrismate sive oleo olivarum balsamo commixto, ductoque signo crucis per sacramenti ministrum in fronte suscipientis, dum idem minister formæ verba pronuntiat. » Et aliunde asserit : « Nemini fas est asserere in Ecclesia Græca non adesse sacramentum Confirmationis », quamvis non retineatur manuum impositio.

IV. Solutio praeferenda. — Jam principia tradidimus supra (De Sacramentis in communi, q. i, art. iv). Christus non determinavit in specie materiam Confirmationis, sicut nec Ordinis, sed Ecclesiæ facultatem reliquit determinandi *modos aptos* ad effectum sacramenti significandum, qui idcirco *quoad substantiam* convenirent, sicut duæ versiones ejusdem sententiæ. Sic impositio manuum et unctio sunt duo modi apti : prior quidem, magis communis et facilioris usus, potuit ab initio adhiberi ; posterior vero, magis expressus, — cum oleum, cui admiscetur balsamum propter fragrantiam odoris quæ redundat in alios, melius designet plenitudinem gratia: qua: in hoc sacramento confertur —, potuit in decursu temporum ceu materia unica imponi. Ita res videtur explicanda : prima impositio manuum desiit esse necessaria et unctio evasit unicus ritus essentialis[1].

Nec propter hoc mutatur' *substantia* sacramenti, sicut nec sententia mutatur substantialiter, cum hac vel illa versione exprimitur. Animadvertendum est **impositionem manuum æquivalenter salvari in chrismatione,** prout nunc fit. Licet illa chrismatio non sit ipsa impositio quæ ab Apostolis fiebat, ei tamen substantialiter æquatur et idcirco vocatur « manus impositio ». — Hinc dicit *Innocentius III* (1201) : « Per frontis chrismationem manus impositio designatur, quæ alio nomine dicitur confirmatio[3]. — Et in *professione fidei Waldensibus præscripta· :* « Confirmationem

1. Cf. S. Thom., Ilie corp.

2. « La pensée de l'Église, à une époque plus récente, nous parait s'être manifestée si clairement au sujet de la confirmation que nom n'hésitons pas à reconnaître l'onction comme étant depuis long·temps devenue le seul rite essentiel de ce sacrement. · Gaiit ii.ii, art. cit., P-J386.

3. Denz., 419.

ab episcopo factam, idest impositionem manuum, sanctam et venerande esse accipiendam censemus[1]. » — Et pariter in *professione fidei Michaelis Palæologi* in Concilio Lugdunensi (1274) · « Sacramentum confirmationis, quod per manuùm impositionem episcopi conferunt, chrismando renatos[2]. » — Imo *Concilium Florentinum* explicat impo-'itioni manuum quæ fiebat ab Apostolis substitutam fuisse impositionem quæ fit in chrismatione : « Loco autem illius manus imposition's datur in Ecclesia confirmatio[3]. » — <Juæ omnia innuunt non fuisse immutationem substantialem in ritu, sed explicitiorern determinationem, sicut aliqua sententia clarior et expressior fit per aptiorem versionem.

Codex Juris Canonici, licet non intendat res theologicas dirimere, adhibet modum loquendi jam ab Innocentio III usurpatum - « Sacramentum confirmationis conferri debet per *manus impositionem cum unclione chrismatis* in fronte id, per verba in pontificalibus libris ab Ecclesia probatis præscripta[4]* «.Meminit vero prioris manuum impositionis eu extensionis, cui omnes confirmandi adesse debent : *Confirmandi,* si plures sint, *adsinl primae manuum impositioni. seu extensioni,* nec nisi expleto ritu discedant[6]. »

V **Oleum debet esse benedictum seu consecratum ab** episcopo (a. 3). — S. Thomas egregie exponit regulam qua discernitur utrum sit necessaria necne benedictio materiæ sacramentorum : In sacramentis quorum materia *usus esi Christus,* non requiritur benedictio ex necessitate bed tantum ad sollemnitatem sacramenti ;.nam *ex ipso usu Christi* materiæ horum sacramentorum aptitudinem acceperunt ad perfectionem sacramenti sulficitque ipsa benedictio Christi Hinc, quia usus est ipse aqua in Baptismo et pane et vino in Eucharistia, validus est Baptismus cum aqua non benedicta, et pariter Eucharistia cum pane et vino non prius benedictis, et pariter in Ordinatione. — Λl vero, *in materiis quibus non usus est Christus,* requi-

1. *Id.,* 424.
2. *Id.,* 465.
3. *Id.,* 697.
4. Can. 780.
t>. Can. 789.

ritur benedictio vei consecratio, ut aptitudinem accipiant ad rationem sacramenti. Jam vero Christus non est usus unctionibus visibilibus, quæ fiunt in Confirmatione et Extrema Unctione, ne fieret injuria invisibili unctioni qua est *uncius prie consortibus suis.* Ergo in Confirmatione, sicut in Extrema Unctione, oportet ut oleum sit benedictum seu consecratum. Porro consecrare ad illum pertinet qui habet sacerdotii plenitudinem scilicet episcopum. — Sermo est, ut liquet, de materiis corporeis, non vero de actibus humanis qui sunt materia in Poenitentia et Matrimonio.

Consecrationem porro olei in Confirmatione reservari episcopo probat antiquissima traditio. Jam enim *Innocentius I* docet utendum esse « chrismate quod ab episcopo fuerit consecratum[1] ». Pariterque hæc ordinavit *Concilium Cartilagineuse II* : « Ab universis episcopis dictum est i Chrismatis confectio et pucllarum^consecratio a presbyteris non liant... ; presbytçr, inconsulto episcopo, virgines non consecret; chrisma vero nunquam conficiat'»' *Clemens VIII* regulam hanc statuit pro presbyteris Græcis : posse illos benedicere oleum sanctum infirmorum, non autem *chrisma,* quod debent accipere ab episcopis Latinis diœcesanis, ubi desunt episcopi Græci[2]. — Demum Codex dicit : « Chrisma, in sacramento confirmationis adhibendum, debet esse *ab Episcopo consecratum, etiamsi sacramentum a presbytero, ex jure vel ex aposlolico indullo, ministretur*[3]. »

Certum est igitur hodie non posse simplicem sacerdotem valide chrisma consecrare potestate propria, absque delegatione. — Utrum vero id possit de potestate extraoidinaria seu ex concessione Summi Pontificis ? Controvei;-titur : multi theologi negant ; plures tamen affirmant, non solum Scotistae, sed et Cajetanus et alii, qui reponunt non esse majus chrisma conficere quam sacramentum Confirmationis ministrare, et idcirco, si possunt simplices presbyteri sacramentum illud ministrare, posse quoquo chrisma conficere[5].

1. Denz., 98.
2. Hardouin, *Concit.,* i, 952, 9G1.
3. Denz., 1086 ; Cf. Bened. XIV, *De Synod.,* lib. VITI, c. t.
4. Can. 781.
5. Cf. P. Lépicter, *De Confirm.,* pp. 334-335.

Quoad liceitatem, oportet ut unctio, non aliquo instrumento, sed ipsa ministri manu (dextera) capiti confirmandi rite imposita[1], fiat pollice per modum crucis in fronte.

densent nonnulli theologi quodeumque oleum ab epincopo benedictum, etiam oleum catechumenorum, sufficere nd validitatem et idcirco posse in mortis articulo, deficiente chrismate, sub conditione adhiberi[2]. — At præcise ‹l iiæstio est utrum sacramentum quod non est tantæ necessitatis possit cum materia dubia conferri et nullitatis periculo exponi.

VI. De forma hujus sacramenti (a. 4). — Occurrunt iterum hic *sententliæ jam expositæ* de materia Confirmationis. Theologi enim qui volunt primam manuum impositionem esse materiam essentialem, formam unicam agnoscunt orationem quæ hanc impositionem comitatur ; verba flutem quæ profert minister ungendo, formam dicunt mere nccidentalem. Qui aütem existimant et primam manuum ini positionem et chrismationem essentialiter requiri, consequenter tenent et præfatam orationem et verba « signo te signo crucis », etc., esse de essentia formæ.

Sententia vero quam supra élegimus reponit, licet diversæ potuerint olim esse formæ, a multis jam sæculis, ex determinatione Ecclesiæ, unicam formam esse istam : « *Signo lr signo crucis et confirmo te chrismate salutis in nomine 1'atris et Filii et Spiritus Sancti.* »

Fuit in usu ante sæculum XII, licet parvas subierit v.i.iationes : sic tempore S. Thomæ dicebatur : *consigno;* «l addebatur : chrismate salutis et *sanctificationis* (ad 2).

Formam illam esse solam essentialem probatur ex Coninlio Florentino, quod nullam aliam tradit, sicut nec aliam liiateriam agnoscit nisi chrisma.

i Doctor rationem theologicam evolvit. — Sicut forma tm naturalis dat ei speciem, ita forma sacramenti continere Ih-bet quidquid pertinet ad speciem sacramenti. Porro lii.i fata forma continet quidquid ad speciem sacramenti Confirmationis pertinet. Ergo. — Prob. min. Quum in hoc ■lu ra mento detur Spiritus Sanctus ad robur spiritualis

I I. *Cod.,* can. 781, § 2.
I 2. Cf. Pesch, n. 509.

pugnæ, tria pertinent ad speciem hujus 'sacramenti : *causa, effectus, signum* distinctivum. Atqui hæc tria continet prædicta forma : nam causa conferens plenitudinem roboris spiritualis est Trinitas, et hæc exprimitur in formula, çum dicitur ' *In nomine Patris,* etc. ; elïectus est ipsum robin spirituale et hoc indicatur ; *confirmo ie chrismate salutis :* signum distinctivum, quod pugnatori datur, etiam exprimitur : *Signo te signo crucis,* in quo scilicet Rex noster triumphavit. Et, licet in Baptismo nihil simile dicatur, quia Baptismus est tantum regeneratio in spiritualem vitam qua homo vivit in seipso, in Confirmatione tamen, non solum fit mentio de interiori sanctificatione, sed etiam consignatur homo exterius quasi vexillo crucis ad pugnam spirilualem (ad 3).

VII. De forma Confirmationis in 'Zcclesia Græca. — Antiquissima formula apud Græcos hæc est : *σφραγί δωρεά ΙΙνεύματο αγίον, signaculum doni Spiritus Sancti.* Theologi Græci catholici, ut doctissimi Bessarion et Arcudius, illam omnino vindicantl Urbanus VIII, instituta speciali Cardinalium Congregatione, formam Græcorum validam declaravit, et pariter Benedictus XIV2.

Ad validitatem illius vindicandam, sufficiat anima lverLere : 1° Ecclesiam posse aliquid m determinatione inateriæ et formæ quorumdam sacramentoium, ut superius statuimus ; 2° formam græcam convenire quoad substantiam cum forma latina ; nam signum distinctivum seu insigne militare optime exprimitur per nomen *signaculum,* et effectus interior, nempe robur spirituale, sufficienter indicatur in verbis i *doni Spiritus Sancti ;* quia, cum Spii itui -Sancto approprietur perfectio et plenitudo, donum Spiritus Sancti importat plenitudinem gratiæ confortantis et corroborantis. Peest quidem expressa Trinitatis mentio, sed hæc necessaria non est, cum subjectum jam per Baptismum sit toti Trinitati dicatum.

1. Cf. Arcud., *De Concordia Ecclesiae Occidentalis et Orten. alis.* Paris, 1622, pp. 70, 79.

I 2. Cf. Benedict. XIV, Encyc. *E qua prunum,* ; .Mart. 17!irt

ARTÎCULUS TERTIUS

DE EFFECTIBUS HUJUS SACRAMENTI

AD ART. 5-7 *Q.* LXXII S. TH0M7E

I. Vetus Traditio de charactere Confirmationis.

Ipsa vox *signum* apud Latinos, *σφραγί* apud Græcos, innuit characterem quemdam in hoc sacramento imprimi, •lam *Tertullianus* indicat characterem illum distingui a charactere baptizati et habere rationem characteris militaris dum. illum opponit characteri quo Mithra « signat in Irontibus milites suos[1] ». Clarius et expressius S. *Cyrillus JIierosolgmiianus* distinguit characterem Baptismi et chalacterem Confli mationis : prior est « sigillum per aquam[2]», alter vero est ;\ sigillum communicationis Spiritus Sancti », quod *post* Baptismum imprimitur[3].

Firmum traditionis argumentum ex eo ingeritur quod ‹ lonfirmatio semel rite collata nunquam fuit iterata, dubitatum est in pluribus Ecclesiis de valore Confirmationis ab hæreticis collatæ, et hinc usus iterandi Confirma- l ionem, non quod putaretur bis conferri posse sacramenluin, sed quia censebatur prius fuisse invalidum[4]. Validitatem sustinebat *Auyuslinus,* reponendo : « Non inter- ı ipit medius minister beneficium largitoris[6]. » Batio hujus lacti, scilicet nunquam iterandi Confirmationem agnitam nt validam, nulla alia reddi potest nisi character, ut exposuimus in Tractatu de Sacramentis in communi, ubi de charactere.

II. **Declarationes Ecclesiae.** — *Concilium Florenlinum* : « Tria sunt : Baptismus, Confirmatio et Ordo, quæ charac-

[1] TERTULL., *De Prescript.,* XLI ; *P. L.,* II, 54.
[2] S. Cyrill. Hieros., Catecli., III ; *P. G.,* XXXIII, 429, 432.
[3] Ambr., Catecli.; XVII, XXI, XXII ; *P. G.,* XXXIII, 1056, 1092, 1101.
[4] Hier. Saltet **I/'** *Hcori!inations* . D. Pouriut. *In Hiéolo/jie* •ia *rumentaire.*
[6] S. Augustin., *Serm. CCLVI,* 11 ; *P. L.* XXXVIII, 1225.

terem, id est spirituale quoddam signum a ceteris distinctivum, imprimunt in anima indelebile. Unde in eadem persona non reiterantur[1]. « — *Concilium Tridentinum i* « Si quis dixerit in tribus sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione et Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale et indelebile, unde ea iterari non possunt, A. S.[2]3 » — *Professio fidei Pii IV* [3] « Baptismum, Confirmationem et Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse[8]. »

III. Ratio qua S. Thomas ostendit imprimi in Confirmatione characterem distinctum a charactere baptismati (a. 5). — Character est spiritualis potestas ad aliquas actiones sacras ordinata. Atqui datur in Confirmatione potestas spiritualis ad actiones sacras ordinata, distincta a potestate quæ in Baptismo datur. Ergo in Confirmatione datur character distinctus a charactere baptismali.— Prob. min. Quum Baptismus sit tantum spiritualis regeneratio in vitam christianam, dat tantum potestatem spiritualem ad ea quæ pertinent ad propriam salutem, prout homo secundum seipsum vivit ; et, quum Confirmatio sit quoddam spirituale augmentum, promovens hominem in spiritualem ætatein perfectam, dat spiritualem potestatem ad agendum ea quæ pertinent ad pugnam spiritualem contra hostes fidei. Atqui, sicut augmentum vitæ est distinctum a nativitate et actio hominis adulti est alia ab actione hominis recens nati, ita spirittralis potestas ad agendum ea quæ pertinent ad propriam salutem est discincta a potestate spirituali ad agendum ea. quæ pertinent ad pugnam spiritualem contra hostes fidei. Ergo potestas spiritualis quæ datui in Confirmatione ést alia a potestate spirituali quæ in Baptismo confertur

Iv Hinc colligitur characterem Confirmationis esse potentiam præsertim activam. — Est *sub aliqui respectu passiva,* quatenus ordinatur ad recipienda auxilia quæ medio charactere infunduntur et disponit ad receptionem quorumdam sacramentorum, quæ, licet possint valido

1. *Decret, pro Armems,* Denz., 695.
2. Sess. VII, can. 9 , Denz., 852.
3. Denz., 996.

recipi ante Confirmationem, congruentius tamen post Confirmationem recipiuntur1. — At *præserlim activa* est, quia per hoc sacramentum confirmatus accipit potestatem publice fidem Christi 'confitendi, quasi ex officio (ad 2). list igitur potestas provectorum et fortium, quæ ad fortiter agendum disponit. « Et ideo character Confirmationis est signum distinctivum, non infidelium a fidelibus, sed *spirilualiler provectorum.* ab his quibus dicitur : *sicut modo geniti infantes* ... » (ad 1).

V. Character Confirmationis ex necessitate preesupponit characterem baptismalem (a. 6). — Patres communiter l radunt Baptismo præparari fideles ad receptionem Spiritus Sancti quæ fit in Confirmatione : « Per nos fideles ad : anctum baptisma veniunt, nostris prècibus benedicuntur ‹ll |>er impositionem nostrarum manuum a Deo Spiritum Sanctum recipiunt2 »

Innocentius III declarat invalide ordinari hominem non baptizatum3. Eodem jure concluditur non baptizatum invalide confirmari. Quapropter absolute pronuntiat **Codex** juris canonici : « *Aquis baptismi non ablutus* valide *confirmari nequit*^ »

Convincit **ratio S. Thomæ.** ita se habet Confirfnatio ad Baptismum, sicut augmentum ad generationem. Atqui manifestum est nullum posse promoveri in ætatem perfectam, nisi primo fuerit natus. Ergo pariter, nisi primo aliquis fuerit baptizatus, nequit sacramentum Confirmal ionis accipere. Et, licet Deus possit dare aliquem effectum, Jicmpe gratiam roborantem, absque sacramento Confirmationis, nunquam dat sacramentum Confirmationis absque «aeramento Baptismi.

VI. Sacramentum Confirmationis confert ex opere ope-

I. Quo sensu dicit S. Thomas : « Sed ad *recipientes* pertinet •in ramentum baptismi, quia per ipsum homo accipit potestatem **recipiendi** alia Ecclesiæ sacramenta ; unde baptismus dicitur esse Jnima omnium sacramentorum. *Ad idem ordinatur quodammodo Confirmatio.* » III *P.,* q. exhi, a. 6.

[?.. S. Gregor. M., *Homil. XVII in Evang.,* 18; *P. L.,* lxxvi, IMS.

Γ il Innoc. III, *Decret.,* lib IIII, tit. XLIII, c. m.

l 4. Can. 786.

rato gratiam sanctificantem ; non quidem primam, nisi per accidens ; sed secundam et specialem, nempe gratiam confortantem ad firmitatem justitiae et ad robur spiritualis pugnee (a. 7).

probatur i» pars. — De fide est Confirmationem esse sacramentum et sacramenta conferre gratiam ex opere operato non ponentibus obicem[1]. Et speciatim docet Concilium Florentinum : « Per Confirmationem *augemur in gratia* et roboramur in fide[2]. » Huc etiam facit definitio Tridentina, scilicet inesse « sacro chrismati virtutem aliquam[3] »

Scripturisticum argumentum optime exponitur hic a S. Doctore. Ex *Actibus Apostolorum* constat dari per impositionem manuum Spiritum Sanctum. Atqui datio Spiritus Sancti non fit absque gratia sanctificante. Ergo tenendum est per impositionem manuum seu Confirmationem conferri, — non tantum charismata extrinseca, ut dona linguarum, prophetia:, miraculorum, licet hæc fuerint quandoque impositioni manuum conjuncta —, sed etiam gratiam gratum facientem.

Patres communiter asserunt effectum proprium impositionis manuum esse infusionem Spiritus Sancti : Baptismus quidem pra*parat, sed infusio ipsa, ut explicat *Tertullianus,* attribuitur manuum impositioni[4] ; vel, ut addit S. *Cyprianus,* licet, interveniat in Baptismo Spiritus Sanctus ad remittenda peccata, infusio tamen Spiritus in anima baptizati fit per impositionem manuum[5]. Hinc est quod S. *Ambrosius* doceat per « signaculum spiritale », id est Confirmationem, infundi septem dona Spiritus Sancti[6] ; et quod

1. Cone. Trid., Sess. VII, can. 1, can. 6-7 et can. 1. de Confirm. Denz., 844, 849-851, 871.
2. Denz., 695.
3. De Confirm., can. 2; Denz., 872.
4. Tertuu.., *De Baptismo,* vi, vm ; *P. L.,* i, 1206, 1207.
5. S. Cyprian., *Epistl. LXXIV,* 7 ; *P. L.,* in, 1132. — De har duplici Sancti Spiritus acceptione a Christianis, per sacramenti» et baptismi et confirmationis, accurate notat Doctor Angelicus : « Etiam in baptismo accipit homo Spiritum Sanctum, nec tamen fit ibi manus impositio; sed acceptio Spiritus Sancti *cum plentudine* requirit manus impositionem, quod perlinet ad confirmationem. » *(In/ra,* q. lxxxiv, a. 4, ad 2)
6. *De Myster.,* vu, 42 ; *P. L ,* xvi, 403.

S'. *Cyrillus Hierosolymitanus* dicat hominem confirmatum recipere adoptionem filiorum seu esse filium in quo Deus sibi bene complacet[1]. Quæ omnia important gratiam sanctificantem.

probatur ii» pars. — Sacramentum ordinatum ad confirmandum quod prius invenerit non confert primam gratiam per se seu ex primaria sua institutione, ut liquet. Atqui sacramentum Confirmationis, ut. apparet ex nomine, ordinatur ad confirmandum quod prius invenerit. Ergo gratiam primam non confert per se, sed supponit et auget. — Quapropter dicit Codex : « Præterea, ut quis licite et fructuose confirmetur, debet *esse in statu graliæ* constitutus et, si usu rationis polleat, sufficienter instructus[2]. »

Per accidens tamen, in eo qui accedit bona fide et cum attritione ,potest conferre gratiam primam ex opere operato, quia tunc non est verus obex ex parte subjecti[3]. Hinc menti infigenda verba S. Doctoris : « *EI, si aliquis adultus in peccato exislens, cujus conscientiam non habet, vel si etiam non perfecte contritus accedat, dummodo non fictus accedat, per gratiam collalam in hoc sacramento consequelur remissionem peccatorum.* » (ad 2)

probatur ina pars. — Liturgia sacra manifeste indicat dari in hoc sacramento Spiritum Sanctum ad robur et septem dona plenius infundi.

Patres qui de hoc sacramento magis diserte loquuntur iqieciatim efferunt robur et fortitudinem quæ a Spiritu Sancto dantur : sic S. Cyrillus Hierosolymitanus recolit confirmatos induere panoplia seu armaturam Spiritus Sancti ad resistendum inimicæ potestati[4].

Colligitur ex facto Apostolorum, qui. cum accepissent virtutem supervenientis Spiritus Sancti, fortes facti sunt ad certamina fidei strenue sustinenda[5].

Ratio theologica desumitur ex notione ipsius sacramenti ‹ .onfirmationis. Hoc enim sacramentum est quoddam aug-

1. S. Cyrill. Hieros., *Catech.,* in, 14; xi, 9; xxi, 3; *P. G.,* ■xxin, 445, 701, 1092.
2. Can. 786.
.1. Cf. quæ disseruimus in tractatu *de Sacramentis in communi* «I ni, art. in, ŋ. v.
) I. *Catech.,* xxi, 4 ; *P. G.,* χχχιιι, 1092.
b. *Aci.,* i, 8 ss. ; v, 29, 41.

mentum promovens hominem in spiritualem ætatem perfectam et constituit confirmatum ad fidem Christi publice profitendam verbo et opere quasi ex officio (cf. art. 5) Atqui gratia augmenti et gratia ad profitendam fidem ex officio est gratia confortans et corroborans tum.ad firmitatem justitia? tum ad robur spiritualis pugnæ.

Concludamus itaque cum Concilio Florentino : « Effectus autem hujus sacramenti est, quia *in eo datur Spiritus Sanctus ad robur,* sicut datus est Apostolis in die Pentecostes ; *ut videlicet Christianus audacter Christi confiteatur nomen*[1]. »

VII. Qua ratione gratia Confirmationis dicatur specialis. — Dicit Angelicus î « Si autem consideretur quantum ad illud speciale quod superadditur, *sic non est ejusdem speciei cum ipsa.* » (a. 7, ad 3). — Sensus non est esse speciem gratiæ novam, siquidem omnes gratiæ sanctificantes tum in hominibus turn in angelis sunt ejusdem speciei ; nec sensus est novum esse habitum, quia nullus dari potest habitus a gratia sanctificante et virtutibus et donis distinctus. — Sed sensus est munus singulare addi vi cujus dicatur et sit gratia specialis et nova. Quum enim Confirmatio sit sacramentum a Baptismo specie distinctum, debet effectum specificum largiri Atqui, ut habeatur ille effectus, non sufficit nt gratia præexistens augeatur virtutesque et dona pariter cum gratia majora et intensiora fiant ; sed oportet ut illis addatur aliquid speciale et novum. Ergo. Quapropter existimamus in Confirmatione et augeri gratiam sanctificantem et abundantiorem fieri infusionem donorum Spiritus Sancti et *addi intrinsecum vigorem,* physicum et habitualem, simulque jus permanens ad auxilia actualia suo tempore conferenda[2].

1. Denz., 697.
2. Cf. *De Sacr in comm.,* q. ππ, art. in, η. νπ-νπ.

ARTICULUS QUARTUS

DE SUBJECTO CONFIRMATIONIS

AD ART. 8 ET 9 Q. LXXI1 S. THOMÆ

I. Quoad validitatem. — Jam probavimus nonnisi *baplizalum* posse valide confirmari. Aliunde constat peccatores et haereticos posse hoc sacramentum valide recipere, quia, ut exponit Augustinus, « *etsi male accipiatur, bonum* est Væ hominibus bonum male accipientibus1. » Itaque omnis homo baptizatus est hujus sacramenti subjectum capax.

II. Quoad liceitatem, varia fuit Ecclesiæ praxis. — In principio conferebatur *slaiim posl Baptismum.* Licet fieret quædam unctio postbaptisnialis, quæ non erat Confirmatio sed ritus ad caeremonias baptismalps pertinens, l atres tamen generatim considerant Baptismum et Confirmationem ceu elementa unius christianæ initiationis mtegræ et perfectae quæque simul, traduntur. Unde in suis *Catechesibus* S. Cyrillus Hierosolymitanus edocet catechumenos, quomodo ascendentes de lavacro debeant mox sanctum chrisma recipere2. Usus ergo universalis obtinuit, ut conferrentur ambo sacramenta simul in vigiliis l'aschæ et Pentecostes. — Excipiebantur tamen casus plures, nempe pro peregrinis vel clinicis, quibus Baptisma tantum administrabatur3.

Paulatim vero, a sæcuio v, in Ecclesia Latina, in qua C«infirmatio reservatur episcopo^ necesse fuit, propter multitudinem fidelium, ministrare Baptismum solum et Confirmationem *usque ad annos discretionis differre.* — Permansit nihilominus in Hispania, sicut et apud Græcos, usus ministrandi simul utrumque sacramentum.

I. S. Augustin,. *Seem. CCLXV1,* 7; *P< L.,* xxxvm, 1229.
?. S. Cyril1. Hieros., *Calech.,* xxi ; *P. G.,* xxxur. 1089.
f. Cf. Martène, *De antiquis Ecclesiæ ritibus,* c. ii, :i. 1.

III. S. Thomas ostendit Confirmationem secundum se omni ætati convenire (a. 8). — Sicut de intentione naturæ est ut omnis qui corporaliter nascitur ad perfectam ætatem perveniat, licet hoc interdum impediatur propter corruptibilitatem corporis, quod morte prævenitur ; ita et multo magis esi de intentione Dei ut qui nascitur spiritualiter perveniat in illam perfectam ætatem quæ per Confirmationem præstatur. Atqui, quum anima sit immortalis, potest, sicut tempore senectutis spiritualem nativitatem consequi, ita tempore juventutis vel pueritiæ consequi perfectam ætatem, quia hujusmodi corporales ætates animæ non præjudicant. Ergo potest etiam tempore juventutis vel pueritiæ conferri Confirmatio. — Nec modica utilitas inde fuit derivata. Nam multi in puerili ætate propter robur Spiritus Sancti perceptum usque ad sanguinem fortiter certaverunt pro Christo (ad 2).

IV. Etiam morituris hoc sacramentum est conferendum, « ut in resurrectione perfecti appareant... Unde etiam pueri confirmati decedentes majorem gloriam consequuntur, sicut et hic majorem obtinent gratiam. » (ad 4.)

V. **Determinationes Ecclesiæ.** — *Codex* statuit : « Licet sacramenti confirmationis administratio convenienter in Ecclesia Latina differatur ad septimum circiter ætatis annum, nihilominus etiam antea conferri potest, si infans in mortis periculo sit constitutus vel ministro id expedire ob justas et graves causas videatur[1]. » — Ratio differendi ad ætatem discretionis est ut sacramentum tantæ dignitatis majori fructu propter præparationem subjecti recipiatur At, quia omni ætati convenit, ut vidimus, Ecclesia merito permittit ut ministretur, non solum propter mori,is periculum, sed etiam propter alias justas et graves causas.

VI. Subjectum hujus sacramenti convenienter signatur chrismate signo crucis in FRONTE (a. 9).

Constat antiquissimis documentis in fronte fieri unctionem postbaptismalem, quam recolunt primi scriptores ecclesiastici : hinc celeberrima formula Tertulliani : *signa-*

1. Can. 788.

rutum frontium[1]. Id quoque valet de unctione quæ est. Confirmatio. Sic canones Hippolyti, sæculo in, testantur baptizatos signari in *fronte* signo charitatis[2]. Traditionem catholicam refert S. Innocentius I, dum dicit « *frontem* ex ‹›leo signare solis deberi episcopis, *cum tradunt Spiritum Paracletum*[3] ».

Convenientias hujus ritus optime exponit Angelicus (cujus littera est legenda) ; primo quia insignitur confirmatus signo crucis, sicut miles signo ducis, quod quidem debet esse evidens, et hoc habetur in fronte, quæ est pars maxime manifesta ; secundo, quia, cum frons sit sedes timoris et verecundiæ, in fronte Christianus signatur chrismate, ut neque propter timorem neque propter erubescentiam nomen Christi confiteri prætermittat[4].* — Animadvertit S. Doctor principium fortitudinis esse quidem in corde, sed signum apparere in fronte (ad 2) ; nec in ore esse conferendum hoc sacramentum, quia ordinatur, non ad simpliciter confitendum, quod etiam fit in Baptismo^ sed ad *libere* confitendum ; et idcirco in fronte, ubi apparent signa passionum, quibus libera confessio impeditur (ad 3).

VII. Quibusnam necessaria sit Confirmatio. — Jam supra (art. I, n. vu) diximus qua ratione sit necessaria ‹ Confirmatio : hic vero solum recolimus lege ecclesiastica prærequiri Confirmationem ut quis possit esse patrinus in Confirmatione (can. 795), ut possit licite ordines recipere (can. 974), ut ad matrimonium admittatur, nisi obstet grave incommodum (can. 1021), ut admittatur ad novitiatum in quavis religione (can. 544).

1. Tertull., *Ado. Marc.,* in, 22 ; *P. L.,* n, 353.
2. Mgr Duchesne, *Origines,* p. 513.
3. *Epist. XXV,* ni, 6 ; *P. L., xx,* 555 : Denz., ï›8.

I. Quod recolit Concilium Florentlnum, Denz., 697 : « Tdeoque Iu fronte, ubi verecundiæ sedes est, confirmandus inunµıî,îΓ, ne Christi nomen confiteri erubescat et præcipue crucem •lus, quæ *Judæis quidem* est *scandalum, Gentibus autem stultitia,* »im nudum Apostolum ; propterea signo crucis signatur. *

ARTICULUS QUINTUS

DE MINISTRO CONFIRMATIONIS

AD ART. 10-12 Q. LXXII S. THOM.®

I. De accidentali ministerio quod præstant patrini (a. 10). — Priusquam loquatur Angelicus de ministro proprie dicto, qui sacramentum confert, quædam dicit de patrino, qui aliquo modo instar ministri se habet et ministerium accidentale exhibet, assistendo et confirmandum tenendo. Ille usus, sicut et in Baptismo, est antiquissimus.

Codex Juris canonici legem ecclesiasticam sic exprimit : « Ex vetustissimo Ecclesiæ more, ut in baptismo, ita etiam in confirmatione adhibendus est patrinus, si haberi possit[1]. »

Ratio congruentiae a S. Doctore traditur. Qui assumuntur ad pugnam indigent eruditoribus a quibus instruantur de pertinentibus ad modum certaminis. Atqui per sacramentum Confirmationis assumitur baptizatus ad pugnam spiritualem. Ergo indiget instructore, et idcirco ab alio tenetur, quasi per alium in pugna spirituali erudiendus — Animadvertatur confirmandum indigere episcopo tamquam duce, et insuper vero instructore qui sit jam militiæ adscriptus, et hinc requiri ut patrinus sit ipse confirmatus (ad 2) ; et, quia robur spirituale competit feminæ sicut et masculo, non differt (per se) utrum masculus vel fœmina teneat aliquem in Confirmatione (ad 3).

Codex præscribit : ut patrinus sit confirmatus, rationis usum assecutus, intentionem habeat, nulli hæreticæ aut schismatic® sectæ sit adscriptus nec ulla ex poenis de quibus in can. 7G5, n. 2, notatus, non sit pater, mater, conjux confirmandi ; sit alius a patrino baptismi, nisi rationabilis causa judicio ministri aliud suadeat aut statim post baptismum legitime confirmatio conferatur ; sit ejusdem sexus ac confirmandus, nisi aliud ministro in casibus pai li-

1. Can. 793.

ciliaribus ex rationabili causa videatur ; unum tantum con-li unandum aut duos præsentet, nisi aliud justa de causa ministro videatur, unus quoque pro singulis confirmandis il patrinus1. — « Etiam ex valida Confirmatione oritur inter confirmatum et patrinum cognatio spiritualis, ex qua patrinus obligatione tenetur confirmatum perpetuo I ibi commendatum habendi ejusque christianam educationem curandi2. »

II. Quæstiones de ministro vero Confirmationis. — Triplex solvi debet quesstio : 1° an solus episcopus sit minister ordinarius hujus sacramenti ; 2° an simplex presbyter possit ex deputatione Summi Pontificis extraordinarius minister fieri ; 3° qua ratione explicari possit presbyterum, qui non est minister ordinarius, fieri posse extraordinarium, utrum vi ordinis an vi jurisdictionis, etc.

IIT. Errores de ministro ordinario3. — Jam sæculo v irrepserunt in Ecclesiam Latinam plures abusus, dum nonnulli presbyteri in Ecclesia *Eugubina* jus conferendi Continuationem potestate ordinaria usurpabant. Hos repres- ; it S. Innocentius 1, et pariter Gelasius I presbyteros *l.ucaniæ* ad debitam normam revocavit. Sæculo autem vi presbyteri Ecclesiæ *Calarilanæ* eundem renovarunt errorem, quem confutavit S. Gregorius Magnus in epistola ad Januarium episcopum Calaritanum. Photiani seu *Græci Hchismàiici* idem jus presbyteris attribuerunt, quibus restitit Nicolaus I. Deinde *Waldenses* sæculo x ii. *llichardus* episcopus Armachanus idem docuit. *\Vicleffislæ, llussilæ,* n,· generatim *Protestantes,* et præsertim Calvinus, contendunt episcopos hanc sibi potestatem usurpasse, ut suam auctoritatem in fideles augerent. Nostris vero diebus, princeps *Max. de Saxonia* scripsit consuetudinem reservandi Confirmationem episcopis ex ratione agendi Latinonun esse ortam4 : cujus scriptum proscripsit Pius X, ‹l. 26 dec. 1910.

1. Can. 794-796.
2. Can. 797 (cf. tamen can. 1079).
i. Cf. Commentatores S. Thomæ in h. 1., et recentiores theol. *I>r Con/irmatione,* præsertim P. Lépicier, pp. 382 ss.
4. In Ephem. *Roma e VOrienle,* nov. 1910, p. 26.

IV. Prima conclusio : de fide est solum episcopum esse ordinarium sanctæ Confirmationis ministrum. — Ex Actibus Apostolorum[1] colligitur Confirmationem reservari supremo ordini ; nam, licet Philippus diaconus baptizasset Samaritanos, missi sunt ad illos confirmandos Petrus et Joannes, qui sacerdotii plenitudinem acceperant. — Inde concludit S. Cyprianus potestatem confirmandi Apostolorum successoribus, id est episcopis,' reservari : « Quod nunc quoque apud nos geritur ut, qui in Ecclesia baptizantur, præpositis Ecclesiæ offerantur et per nostram orationem et manus impositionem Spiritum Sanctum consequantur et signaculo dominico consummentur[2]. » — Idem asserit S. Innocentius I : « Hoc autem pontificium solis deberi episcopis, ut vel consignent vel Paracletum Spiritum tradant, non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat, *verum ei illa lectio Actuum Apostolorum, quæ asserit Petrum et Joannem esse directos, qui jam baplizalis traderent Spiritum Sanctum*[3]. »

Praxi Apostolorum congruit omnino prima Ecclesiæ praxis. In principio quippe episcopus toti ritui Christianae initiationis præsidebat baptizatisquc manus imponebat et illos chrismate ungebat ; tunc Baptismus ^.t Confirmatio simul administrabantur. Si quando i.amen separabantur et Baptismus tantum confeiebaluî, u' pro clinicis aut peregrinis contingebat, obligatione tenebatur Christianus sic baptizatus adeundi episcopum, ut ab eo Spiritum Sanctum reciperet. Ea lex adeo erat stricta, ut Cornelius Papa Novatiano improperet quod iste, postquam recepisset Baptismum clinicorum, non adierit episcopum'. Quod ostendit nonnisi ab episcopo administrari Confirmationem. — Eandem consuetudinem testatur concilium Eliberitanum initio sæculi iv : permittitur ut peregrinus possit urgente necessitate baptizari, sed ea conditione ut ad episcopum deducatur, *ut per manus impositionem perfici possit*[5]. — Quapropter, dum incipiunt abusus in Ecclesia Eugubina, Innocentius I *ecclesiasticam consuetudinem* reco-

1. vni, 12-18.
2. S. Cyprian., *Eptst. LXX111,* 9 ; *P L.,* iit , 11)5.
3. S. Innoc., l. *Epist. XXV,* ni, 6 ; *P. L.* xx, 554 . Denz., '»h.
4. Cf. Euser., *Hist. Eccles.,* vi, xmi . *P. G.,* xx, 624.
5. Can. 77, apud Hardouin, i, 254, 258.

lit : « De consignandis vero infantibus manifestum, non ab .ilio quam ab episcopo fieri licere. Nam presbyteri, licet ecundi sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Hoc autem pontificium solis deberi episcopis, ut vel consignent, vel Paracletum Spiritum tradant, *non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat,* verum et illa lectio Actuum Apostolorum[1]. » — Concinit Gelasius Papa I (192-496) : « Nec minus etiam presbyteros ultra modum >uum tendere prohibemus, nec episcopali fastigio debita ibimet audacter assumere . non conficiendi chrismatis, non ccnsignationis pontificalis adhibendæ sibimet arripere facultatem[3] » S. Gregorius M quoque recolit hunc esse ■ntiquum morem Ecclesiæ Romanae*.

In Ecclesia Orientali non luit ab initio discrepantia ; ham sæculo ni Firmilianus, episcopus Cæsaræensis in Cappadocia, testatur potestatem imponendi manus, sicut ‹•l. baptizandi et ordinandi, esse propriam episcopo[4] ; et -imiiiter S. Chrysostomus dicit illâm potestatem proprio pire competere majoribus in ciero ei episcopis[5]. — Paula- l .m tamen in Oriente ac præsertim Alexandriæ mos invaluit ut presbyteri quasi permanentei confirmarent[5]. Hoc vero non probat simplices sacerdotes m Oriente esse jure proprio ordinarios Confirmationis ministros, sed tantum liabere per *concessionem permanentem* id quod in Occidente per exceptionem tantum traditur

Veritatem catholicam sic exprimit **Concilium Florentinum** : « *Ordinarius minister est episcopus.* Et, cum ceteras mictiones simplex sacerdos valeat exhibere, *hanc nonnisi episcopus* debet conferre[7] » — Quod antea dixerat **Innocentius III** : « Unde, cum ceteras unctiones simplex sacerdos vel presbyter valeat exhibere, *hanc nonnisi summus* ■*»acerdos,i. e. episcopus, debet conferre*[6]. » — Tandem d e f in it io

1. Epist. cit., *P. L.,* xx, 554 ; Denz., 98.
2. *Episl. IX,* 6 ; *P. G.,* 1 ix, 50.
3. *Episl. ad Januar., P. L.,* 1 x x v ii, 696.
4. *Episl. LXXV,* 7; *P L.,* m, 1611.
5. *Homil. XV111, in Aci.,* m ; *P G.,* 1 x, 144.
6. Id testatur Auctor *Quæsl. Veleris ei Novi Testamenti,* q. ci ; *P. L., xxxv,* 2302.
7. Decret, pro Armenis ; Denz., 697.
8. Denz., 419.

Tridentina : « Si quis dixerit sanctæ Confirmationis *ordinarium ministrum non esse solum episcopum, sed quemvis simplicem sacerdotem,* A. S.1. » — Quam doctrinam sancivit Codex : « Ordinarius confirmationis minister est soluepiscopus2. »

Ratio congruentiæ ex D. Thoma sic proponi potest ; In quolibet opere ultima consummatio supremæ arti aut virtuti reservatur ; ita quidem, ut, dum inferiores artifices præparant materiam, superior det formam · dum notarius scribit epistolam, dominus illam signet Atqui fideles sunt quoddam divinum opus *;-Det ædificalio estis (I Cor.,* m, 9), quædam *epistola Spiritu Dei scripta (II Cor* , m, 3), Ergo consummatio hujus operis et signatio hujus epistoke reservatur supremæ virtuti in Ecclesia. Sed Confirmatio est illius ædificii, quod per Baptismum inchoatur, consummatio, et est illius spiritualis epistolæ consignatio. Ergo collatio Confirmationis reservatur his qui obtinent summam potestatem in Ecclesia, scilicet Apostolis, eoruinque successoribus, qui sunt episcopi.

V. Secunda conclusion Extraordinarius Gonfirmatianis minister est presbyter, cui vel jure communi ve! peculiari Sedis Apostolicæ induite sa facuitas concessa sit3.4 — Doctrina omnino certa, licet negaverit Durandus, cui plures cum Estio nimis olim favebant.

Probatur ex vetustissima traditione, nam vidimus jam consuetudinem in Aegypto receptam sæculo iv, ut, si desit episcopus, consigne! presbyter , qui mos in Oriente invaluit. Idem quoque privilegium concessit S Gregorius Magnus presbyteris Ecclesiæ Calaritanæ, qui tamen recolit episcopum esse ministrum, *secundum usum Ecclesiæ noslræ veterem**.

Concilium Florentinum, postquam dixit ministrum ordinarium esse solum episcopum, addit : ‹ Legitur tamen ali quando per Apostolicæ Sedis dispensationem ex rationabili et urgente admodum causa simplicem sacerdotem chrismate per episcopum confecto hoc administrasse Confirmaiioni*

1. Can. 3, *De Confirmatione ;* Denz., 873.
2. Can. 782, § 1.
3. *Codex,* can. 782.
4. S. Gregor. M., *Epist. ad Januar., P. L.,* txxvn, 696.

sacramentum[1]. » — Concilium Tridentinum, loquendo de ordinario ministro, significat presbyterum esse posse extraordinarium. — Quod nunc declaravit Codex (can. 782). — Recolenda sunt hac de re verba Benedicti XIV : « Quare non videtur hodie fas esse potestatem, de qua olim disceptabatur, summo Pontifici abjudicare. Quoniam, ut ait Veracrux, de Pontificis potestate, postquam dispensavit, dubitare. instar sacrilegii est. Esset enim Christo quasi exprobrare, quod non satis Ecclesiæ suæ providisset[2]. »

Explicatur ratione S. Thomæ[3], Papa, quum habeat plenitudinem potestatis in Ecclesia, valet infima superioris ordinis quæ respiciunt corpus Christi mysticum, committere iis qui habent jam actum summum circa corpus Christi verum. Atqui potestas confirmandi vel ordines minores conferendi est infimum superioris ordinis quod respicit corpus Domini mysticum, et presbyteri jam habent actum summum circa corpus Domini verum. Ergo potest Papa committere presbyteris ut confirment vel ordines minores conferant. — Optime exponit Angelicus episcopatum addere sacerdotio aliquid, non respectu corporis ver,i, sed respectu corporis mystici, et potestatem in corpus mysticum dependere a potestate in corpus verum ; et idcirco non posse Papam diacono, qui nondum habet potestatem in corpus Christi verum, concedere ut absolvat, sed posse sacerdoti, qui habet actum *summum* circa corpus Christi verum, committere id quod est infimum in episcopatu[4].

VI. Quid vero addat Summus Pontifex potestati ordinariæ simplicis presbyteri, dum illum constituit ministrum Confirmationis extraordinarium.

Quidam theologi putant nihil addi quoad potestatem ordinis, quæ est ex se sufficiens ad valide confirmandum, sed addi aliquid quoad potestatem jurisdictionis, quatenus

1. Decret, *pro Armenis* ; Denz., 697.
2. Bened. XIV, *De Synod, diœc.,* lib. VII, c. vu.
3. Hic ad 1 et *IV Sent.,* dist. VII, q tu, a. 1,'quæstiunc. ut. sol. 3.
4. · Hac facultate ipso jure gaudent, præter S. R. E. Cardinales, Abbas vel Prælatus *nullius,* Vicarius et Præfectus Aposlolicus, tpii tarnen ea valide uti nequeunt nisi intra fines sui territorii et durante munere tantum. » *Codex,* can. 782, § 3.

to

in administratione Confirmationis et etiam Ordinis habeatur aliquid de potestate jurisdictionis admixtum. — Verum, licet requiratur quædam jurisdictio ad *licite* confirmandum vel ordinandum, non apparet necessitas jurisdictionis ad *validam* sacramenti administrationem. In Pœnitentia quidem omnino requiritur jurisdictio, quia fit *actus judicialis in subditos,* qui debent confessario assignari ; at in Confirmatione et Ordine, sicut et in Extrema Unctione, non concurrit hæc ratio. Quapropter non videtur cur jurisdictio, quæ necessaria nunquam est ad validitatem Extremæ Unctionis, requiratur ad valide confirmandum vel ordinandum. Nec ex capite jurisdictionis arguunt Patres, ut dicant sacerdotes simplices non posse confirmare, sed ex parte ordinis seu quia *pontificatus apicem* non habent.

« Probabilius alii, dicit Tanquerey[1], putant *jure divino* ad ministrandam Confirmationem requiri *dignitatem quamdam excellentem,* quia nempe agitur de militibus conscribendis ; hanc vero dignitatem plene episcopis competere ex charactere suo, presbyteris autem non absolute et plene, sed *radicaliter* tantum, ita ut indigeant speciali deputationc qua compleatur potestas jam aliquo modo in charactere sacerdotali contenta[2]. » — At quid est illud *complementum* potestatis jam content® in charactere sacerdotali ? estne complementum potestatis ordinis et, si ita est, quid addit ordini sacerdotali ?

Meliorem censemus explicationem quam tradunt Thomistæ, cum Billuart : « Confirmare jure ordinario esse actum ordinis episcopalis ; confirmare autem jure extraordinario esse actum ordinis sacerdotalis, quatenus per illum confertur potestas inchoata et incompleta ad confirmandum, quæ per legitimam dispensationem Ecclesia; perficitur et completur ; eo ferme modo quo episcopus vi suæ ordinationis est minister ordinarius ordinum, et simplex sacerdos vi suæ ordinationis habet quod possit delegari ad eos saltem aliquos conferendos. Dum autem conceditur sacerdoti facultas confirmandi, *non ei committitur actus ordinis episcopalis,* quia non constituitur minister ordinalius ; *sed committitur ei actus ordinis sacerdotalis,*

1. N. 579.
2. Lehmkuhl, n. 144 ; Card. Billot, Thés. XXXVI.

ut sit nempe minister extraordinarius... Quantum ad Confirmationem sacerdotium proxime accedit ad episcopatum, a quo non differt nisi per hoc quod episcopatus sit potestatis magis extensæ, in quantum scilicet continet potestatem confirmandi et ordinandi ; secus vero diaconatus : unde *potestas sacerdotii potest dici inchoata ad ista duo munia el accedente 'delegatione ad illa extendi;* non potestas diaconatus, utpote ordo distinctus a sacerdotio et episcopatu atque ab isto remotior quam sacerdotium. Insuper sacerdotium habet potestatem supra corpus Christi verum, ex qua oritur potestas supra corpus Christi mysticum ; quod non potest dici de diaconatu. Quantum vero ad consecrationem, hæc oinnino pendet a charactere sacerdotali, quo caret diaconus. At vero Confirmatio pendet a charactere episcopali, qui est idem cum charactere sacerdotali, solum differens *per majorem extensionem, cujus proinde potest sacerdos esse capax extraordinarie et per delegationem*[1]. »

VII. Concludimus. — Itaque Summus Pontifex non addit characteri sacerdotali novam potestatem *intrin^ secam,* sed facit ut character sacerdotalis se *extendat actu* ad aliquem actum qui poterat ipsi ab aliqua potentia superiori præsentari ; sicut auris, dum per telephonium audit, non recipit novam virtutis aut actus speciem, sed *se extendit* ad objectum quod debebat ipsi ope instrumenti præsentari et aptari.

VIII. Tertia conclusio : Delegare simplici sacerdoti potestatem confirmandi requirit s u p r e m a m j u r i s d i c t i o n e m **in Ecclesia, ac proinde ita ad Summum Pontificem pertinet, ut invalida sit censenda concessio a solo episcopo facta. —** Circa hanc quæstionem, quam omnium in hac materia ravissimam vocat Benedictus XIV,[2] non una invenitur auctorum mens et sententia. Cardinalis Pallavicinus[3], Christianum Lupus[4], Thbmassinus[5], aliique, moti verbis

1. Bii.l u a r t , *De Confirm.,* art. 7, obj. 2.
2. *De Synod, diœces.,* lib. VII, c. νιπ.
3. *Htst. Cone. Trident.,* lib. IX, c. vu, η. 16.
4. *In nolis ad can.* yui *Synodi,* c. v.
5. *De vel. el nov. Ecries, disc.* ,P. I, l. II, c. xxnt, n. 6.

quorumdam conciliorum[1], opinati sunt, inspecta sola institutione divina et seclusa Ecclesiæ prohibitione, posse episcopum simplici sacerdoti committere ut chrismate a se confecto fideles consignet, [2] Et hanc quidem sententiam omnino probandam censet Illm. Lépicier[2].

Nobis tamen adhærendum videtur conclusioni statut®. S. Thomas id repetit ex plenitudine potestatis in Ecclesia. « Papa in Ecclesia habet *pleniludinem poteslalis,* ex qua potest quædam quæ sunt superiorum ordinum committere quibusdam inferioribus... *EI ex hac plenitudine poleslalis concessit* B. Gregorius papa quod simplices sacerdotes hoc sacramentum conferrent, quamdiu scandalum tolleretur. » (ad 1). — Concilium Florentinum non sinit aliud supponere, quia non agnoscit nisi *Aposlolicæ Sedis dispensationem.* Clemens VI vult quærendum esse ab Armenis : « Si credis quod *solum per Romanum Pontificem, pleniludinem poleslalis habentem,* possit dispensatio sacramenti Confirmationis presbyteris, qui non sunt episcopi, committi[3]. »

Billu|ft hanc probationem affert : « Quæ spectant regimen universalis Ecclesiæ soli summo Pontifici jure divino reservantur, ut determinare dogmata fidei, certam materiam aut formam sacramentorum a Christo in specie non determinatam. Atqui providere de ministro sacramenti in certis casibus spectat regimen universalis Ecclesiæ. Ergo[4]. »

Objicitur : Plura concilia particularia hanc potestatem presbyteris concesserunt et hodie quoque episcopi orien-* tales per se ipsos illam presbyteris permanenter concedunt. Ergo vi sui et secundum se non reservatur Summo Pontifici. — *llesp.* in his omnibus haberi concessionem Summi Pontificis ab initio factam nec revocatam. Sicut enim facultas eligendi episcopos in Oriente et jurisdictionem illis conferendi proveniebat a primitiva Sanctæ Sedis concessione, licet Papa non intervenerit in singulis casibus, ita potestas confirmandi, presbyteris orientalibus perma-

1. Apud Bened. XIV, loc. cit.
2. P. Lépicier, op. cit., p. 412.
3. Epist. XXIX, sept. 1351 ; Denz., 573;
4. Billuart, loc. cit.

nenter concessa, provenit tandem ab auctoritate Sanctæ Sedis, quæ vel directe facultatem tribuit (ut in Occidente S. Gregorius presbyteris Ecclesiæ Calaritanæ) vel consuetudinem introduci permisit vel introductam probavit.

Quidquid sit de speculativa controversia, concludendum est cum Benedicto XIV (loc. cit.) ; « Posita autem reservatione facultatis, de qua est sermo, a summo Pontifice sibi facta, nec licite nec valide potest episcopus latinus illa uti : nam, *quamvis confirmare sit actus ordinis episcopalis,* cujus firmitas et validitas a Pontificis nutu non pendet, *delegare tamen simplici presbytero poleslalem exercendi ejusmodi aclum, polius ad jurisdictionem quam ad ordinem pertinet.* Episcoporum vero jurisdictio, sive sit immediate a Christo Domino, sive a Summo Pontifice, ita semper huic siibest, ut, consentientibus omnibus catholicis, ejusdem auctoritate et imperio limitari atque ex legitima causa omnino auferri possit. »

IX. De ritu hujus sacramenti (a.. 12).

Omni attentione dignæ sunt illæ cæremoniæ, quæ ad nostram eruditionem fiunt3. Præcipue sunt : *chrismalio* et *unclio,* ut in spirituali certamine viriliter pugnare et nequissimis hostibus resistere valeamus : in *fronte,* ut nullo metu aut verecundia a,libera christiahi nominis confessione absterreamur ; *signo crucis,* ut recolamus notam illgm qua miles Christi a ceteris distinguitur in illustriori corporis parte imprimi. Deinde vero, qui unctus confirmatus est, ut meminerit sc tamquam fortem athletam paratum esse oportere ad omnia adversa invicto animo pro Christi nomine ferenda, *manu leviter in maxilla ab episcopo cædilur.* Postremo autem *pax* ei datur, ut intei-Dprat se gratiæ coelestis plenitudinem et pacem, quæ exsuperat omnem sensum, consecutum esse.

Concludamus pulcherrimis verbis, Doctoris Angelici : *EI ideo firmiter tenendum est quod ordinationes Ecclesiæ dirigantur secundum sapientiam Christi. Et propter hoc et i Ium esse debet ritus quos Ecclesia observat in hoc et in aliis sacramentis esse convenientes.* »

I. Ex Catéchisme Cone. Trident., *De Con/irm.,* n. 20.

TRACTATUS DE SS EUCHARISTIA

DIVISIO TRACTATUS

Est simul Eucharistia sacramentum et sacrificium, in quibus tota Ecclesiæ Catholicæ œconomia compendiatur. Sacrificium quidem prius est sacramento, eo quod prius immolatur Christus quam edatur, priusque hostia est quam cibus , at vero, quia tractatio de sacramento præbet notiones generaliores quæ ubique inserviunt, consuevit præmitti traetahoni de ipso sacrificio.

OuOvhca recedendum non est ab ordine quem indicat hic Angelicus : « Consequenter considerandum est de sacramento Eucharistiæ ; et primo de ipso sacramento ; secundo, de materia ; tertio, de forma ; quarto, de effectibus ; quinto, de recipientibus hoc sacramentum : sexto, de ministro I septimo, de ritu » et idcirco de sacrificii eucharistici existentia, essentia, effectibus, etc.

QUÆSTIO PRIMA

DE SACRAMENTO EUCHARISTIÆ SECUNDUM SE

AD *Q.* LXXIII S. THOMffi

Inquirendum est de ipsa sacramenti existentia (a. 1), essentia et indole, nempe utrum sit unum an multiplex {a. 2), necessitate (a. 3), nominibus (a. 4), institutione (a. 5), figuris (a. 6).

Propter rei præstantiam, et sicut jam de Sacramentis in commum animadvertimus, nonnulla præmittantur oportet de SS. Eucharistiæ momento in tota œconomia Christiana.

ARTICULUS PRIMUS

DE SS. *EUCUARISTIÆ MOMENTO IN TOTA ŒC0N0M1A CHRISTIANA*

I. Vocabula quibus hoc sacramentum designatur (a. 4). *Eucharistia* derivatur a verbo *εὐχαριστήσα* , quo S. Lucas[1] et S. Paulus[2] utuntur, dum narrant institutionem illius sacramenti magni, pridie quam Christus pateretur. Vocatur *Dominica cœna* a Paulo[3], et *Fractio panis* in *Actibus Apostolorum*[4]. — Vox porro « Eucharistia » a primo jam sæculo usurpatur ; pluries reperitur in *Didachè*[5], quater in epistolis S. Ignatii Antiocheni[6]. Generatim, apud primaevos Scriptores, significat Eucharistia gratiarum actionem, laudem, celebrationem mysterii eucharistici, vel etiam ipsa elementa consecrata. S. Justinus vocabulum eo sensu adhibet simulque innuit Eucharistiam esse sacramentum quoddam sociale vinculumque communionis pro fidelibus : nam præsidens conventus Christiani Eucharistiam offert, dum diaconi assistentibus illam ministrant et ad absentes deferunt[7].

Alia sunt vocabula, quæ minorem tamen nacta sunt fortunam. Dicitur *agape,* quatenus est sacramentum pietatis signumque unitatis ac vinculum charitatis[8] ; pari jure dicitur *synaxis* et *communio,* quatenus in unitatem adigit fideles illosque simul et cum Christo et inter se unum officit. Dicitur *viaticum,* quatenus est præfigurativum vitæ futuræ et nobis viam præbet illuc perveniendi ; *panis vitæ* et *convivium quotidianum,* quia est perfecta animæ refectio ; *eulogia,* quatenus cum benedictione conficitur ; *sacrificium,* quatenus est commemoratio et quo-

1. Luc., xxii, 19.
2. *I Cor.,* xi, 24.
3. *Ibid.,* 20.
4. *Act.,* it, 42.
5. *Didachè,* ix, 1-5; x, 1-6.
6. S. Ignat., *Smyrn.,* vu, 1 ; vin, 1 ; *Ephes.,* xn, 1 ; *Philad,,tv.*
7. S. Justin., *Apol.,* 65-67 ; *P. G.,* vi, 428-429.
8. S. Augustin., tract. XXVI, *in Joan.; P. L.,* xxxv, 116,1

dammoclo renovatio incruenta sacrificii semel in Cruce peracti1.

Praevaluit itaque vox « Eucharistia », quasi *bona gratia,* vel *gratiarum actio.* — Est bona gratia multiplici titulo : 1° quia plenius in eo sacramento datur gratia ; 2° quia gratiæ Auctorem continet ; 3° quia pignus dat vitæ æternæ, quæ est optima et consummata gratia. — Est etiam gratiarum actio multipliciter : 1° quia Christus illud instituendo gratias egit ; 2° quia est sacrificium pacificum, quod vi suj Deo gratias pro nobis rependit ; 3° quia nos movet ad gratiarum actionem ; 4° quia in illo Christus ipse est, sive ut victima sive ut sacerdos, nostra immensa in·, infinita gratiarum actio.

II. Est Eucharistia insigne mirabilium divinorum memoriale. — Sancti Doctores *egregiis encomiis* Eucharistiam extollunt, illam vocando omnium novitatum novitatem, Arcam luminum, Officinam miraculorum. Sanctum anctorum, Sacramentum sacramentorum, Amorem amorum, Dulcedinem dulcedinum, Redemptionis memoriale perpetuum, Pignus hæreditatis æternæ, futuræ jucunditatis amabile Præludium, Arrha sponsæ, .locale divinum inditus ei donatum; Ecclesiæ militantis cum triumphante suave Glutinum et unio fraterna2.

Mirabilia divina ad triplex mysterium referuntur : mysterium scilicet *amoris,* quia omnia a divino amore ortum habent et in amore terminantur ; mysteriumque *niali,* quia per peccatum malum intravit in mundum et in omnes novissime regnavit ; ac mysterium *triumphi,* quia prin>eps hujus mundi ejicietur foras et Christo tandem Regi triumphatori subjicientur omnia. Diversa illa mysteria In Eucharistia compendio resumuntur.

Est imprimis Eucharistia mysterium fidei et amoris. Eadem quippe fides Incarnationem testatur et Eucharistiam primaque est conditio ut possit quis verba promissionis rupere3. — *Prolongatur Incarnatio per Eucharistiam,* cum

I. Cf. *Eccles. Hierarch.,* III; H. *G.,* ni, 424.
I *2 Cf. Gonet, *De Sacr. Eucharist.,* Præfat., et disp. II. a. 5. ì> 120.
I J. Gf. Joan., vi, 41-70.

idem sit utrobique Verbum incarnatum. Christus, qui erat in coelum ascensurus, medium invenit quo posset nobiscum permanere : præsfentia quidem corporea et circumscriptiva. Humanitas sancta nonnisi in coelo residet; sed* præsentia eucharistica, ad modum substantiæ, quæ est tota in Loto et tota in singulis partibus, continetur sub omnibus speciebus consecratis. — Complet ac *consummat Eucharistia mysterium Redemptionis,* applicando illius fructus sive per viam sacramenti sive per viam sacrificii, nosque restaurando et in Christo transformando. — In seipsa Eucharistia est *mysterium multiplici ratione :* tum quia conversio totius substantiæ panis et vini in corpus et sanguinem Christi simul cum permanentia accidentium sine subjecto est miraculum ipsa creatione aliquatenus mirabilius* ; tum quia 'existentia Christi sub sacramento est penitus mirabilis ; tum demum quia immolatur Christus in altari et fit victima et simul in statu glorioso persistit. — *Mysterium amoris in Eucharistia consummatur,* nam, teste Concilio Tridentino, Salvator noster *discessurus ex hoc mundo ad Patrem sacramentum hoc instituit in quo* divitias *divini sui erga homines amoris vetui effudiP.* Christus quippe in hoc sacramento *se lotum* effundit, secundum cor et animam et divinitatem ; datque se *omnibus,* ac *semper,* usque ad consummationem sæculi.

Fit in Eucharistia reparatio indeficiens pro malo seu peccato; nam, licet Christus in Eucharistia non amplius satisfaciat, applicat tamen satisfactiones sacrificii jolim peracti, et, m statu hosliæ se reponendo. Patri offert sacrificium vere propitiatorium. « Hujus quippe oblatione placatus, Dominus, gratiam et donum pœnitentiæ concedens, çrimina et peccata etiam ingentia dimittit3. »

Inchoatur demum in Eucharistia mysterium triumphi, quatenus hoc sacramentum *Deo maximum honorem* exhibet, ejus gloriam promovet ; et, occasione celebritatum v l conventuum adeo solemnium, *regnum Christi sociale* quodammodo instruit et dilatat. Respectu nostri, triumphum etiam parat, eo quod inedrporatio nostra in Christo ρ‹·Γ

1. S. Thom., Ill °'., q. i.xxv, a. 8, ad 3.
2. Cone. Trident., Sess. XIII, cap. iij-Denz., 875.
3. Cone. Trident., Sess. XXII, cap. n ; Denz., 940.

i-orpons et. sanguinis commu nionem esi .*iluius ad lesurrec-lionern el gloriam* sempiternaml.

[II. In Eucharistia compendiatur tota catholicae Ecclesiæ oeconomia. — Imprimis Eucharistia significat et efficit unionem Christi cum fidelibus et cum tota Ecclesia.

In duobus reponit Angelicus præcipuos Eucharistiae lines : scilicet rememorari passionem Christi ejusque fructus applicare, et significare ac causare Ecclesiæ unitatem. — Quia enim Eucharistia est sacramentum *passionis* Domini, quidquid est effectus passionis est etiam Eucharistiæ elïectus ; et, quia non poterat Christus præsentia ı ua sensibili applicare passionis fructus, voluit per instilulionem hujus sacramenti efficaciter supplere. — Cum autem sit Eucharistia sacramentum charitatis, est eo ipso nii amentum *unionis,* nempe signum simul et causa unionis fidelium cum Christo et inter se, perfectæque pacis ac concordiæ in Ecclesia2.

Eandem oeconomiam efferunt **SS. Patres. S.** Ignatius Antiochenus attendit in Eucharistia unionem fidelium cum Christo in Ecclesia3 ; S Çhrysostomus unitatem ecclesiasticam ex Eucharistia repetit, juxta illud Pauli : *Unus panis, unum corpus mulli sumus omnes qui de uno pane participamus** ; S. Cyrillus Alexandrinus animadvertit Christum in communione eucharistica credentes efficere (■*(incorporales* et secum ipso et inter ses.

Sed *præserlim S. Augustinus* illam symboli rationem mirifice illustrat. Eucharistia est signum illius rei invimbilis quæ est incorporatio nostra in Christo et in corpose «'jus mystico. Imaginem quamdam illius unitatis reperit Augustinus in ipsis elementis quæ sunt materia hujus

I. Sic Patres e dogmate præsentiæ realis argumenta eruunt prn futura resurrectione. — Cf. S. Iren., *Hseres.,* iv, 18 ; v, 2, 3 ; *I' G.,* vu, 1028 ss., 1124-1226 ss. ; S. Gregor. Nyss., *Orat, tulech.,* 37, *P. G.,* xlv, 96 ; S. Cyril l. Alex., *in Joan.,* l. IV, u ; ÜA *G.,* lxxiii, 580-581,

F Cf. S. Thom., *Comm, in Joan.,* vi, lect. 6 ; *IV Sent.,* dist. VIII, u. 1-3 ; III P., q lxxv, a. l ; q. lxxix, a. 1, etc.

I 3, S. Ignat.; *Ephes.,* xx ; Funck, i, 190.

Ii / *Cor.,* x, 17 ; S. Chhysost., in h. I., homil. II ; *P. G.,* lxi ■00-201.

Γ l·. S. Cyril l. Alexandr., ·η *Joan.,* χι, 10: *P. G.,* lxxiv, 560

sacramenti : sicut enim panis et vinum sunt unum ex mullis granis vel acinis conflatum, sic ex multis membris efficitur in Ecclesia unum Christi corpus[1]. Quapropter vocat S. Doctor Eucharistiam *sacramentum pietatis, signum unitatis, vinculum charitaiis*[2][3] — Quia vero unio Christi cum christiano communicante est maxima, hinc nervose arguit Augustinus : Christus est unum cum fratribus meis. Debeo quoque unum esse cum Christo per communionem, secus non habebo in me vitam. Ergo unum pariter sim oportet cum fratribus meis per charitatem. Sic igitur est Eucharistia signum et causa pacis, concordiæ, unitatis in Ecclesia '.

IV. Aliunde, Ecclesia est supernaturalis organismus qui absque Eucharistia subsistere nequit. — Tria in hoc organismo concurrunt : *magisterium* visibile et professio ejusdem fidei in omnibus credentibus ; *ministerium*que visibile el communio fidelium omnium eidem cultui ; ac *regimen* visibile el obedienlia omnium iisdem pastoribus. .Magisterium quidem et regimen committuntur sacerdotio, quod ad Eucharistiam totum ordinatur ; sed *ministerium praesertim absque Eucharistia non concipitur.* Nam importat ministerium *sacramenta, sacrificiumque* et *cultum.* Jam vero sacramenta omnia ad Eucharistiam vergunt, quæ est eorum finis et consummatio[4] ; sacrificium autem in præsenti œconomia m Eucharistia totum constat ; demum cultus noster Eucharistiam respicit, vel ut præparatio, vel ut sequela et complementum, quia generatim occupatur vel circa *altare,* ubi Christus hostia fit pro mundo; vel circa *mensam* sacram, ubi fit cibus viatorum ; vel circa *tabernaculum,* ubi benedicit consolaturque et confortat filios hominum[5].

V Hinc colligitur Eucharistiae definitio. — Eucharistia,

1. S. Acgustin., Serm CLXXII ; *P, P.,* xxxvm, 1247 ss.
2. Tract. XXVI, *in Joan. ; P L.,* xxv, 1163.
3. De hac S. Augustini doctrina, cf E. Portai.it, *Diction. lo ή, calhol.,* v. S. *Augustin,* 1, 2424-2426 , G, Pareille, art. *Euclut·ristie,* V, 1175-1179
4. Vid. supra, De Sacr in comm., q. vi, art. h , n, tu.
5. Cf. opusc. nostrum : *La sainte Eucharistie,* I. P., et passim,

quasi bona gratia vel gratiarum actio, est maximum Dei donum et fidei nostræ mysterium, in quo, sub speciebus panis et vini, ipsemet Jesus Christus continetur, offertur, . nmitur. — Singula constant ex prædictis : *conlineltir* indicat præsentiam realem ; *otferlur,* rationem sacrificii ; *sumitur,* rationem sacramenti in cibum animarum instituti. Alia quidem sacramenta *recipiuntur* μ sola autem Eucharistia dicitur *sumi,* qui est cibus et *gratiam cibantem* confert.

ARTICULUS SECUNDUS

DE SACRAMENTI EUCHARISTICI EXISTENTIA ET INDOLE

AD ART. 1 ET 2 *Q.* LXXIH S. THOMIE

I. Errorei — Eucharistiam esse sacramentum, nemo negavit qui se Christianum professus est. Multi quidem inficiati sunt præsentiam Christi reaiem in Eucharistia, aut, admissa præsentia 'reali, de transsubstantiatione erraverunt ; at etiam isti concedebant Eucharistiam esse sacramentum. Imo et *priores Protestanies,* qui aliunde veram sacramenti notionem pervertebant aut perperam explicabant, verbotenus saltem confitebantur Eucharistiam esse sacramentum seu symbolum corporis et sanguinis Christi Protestantes autem *liberales* rationem sacramenti penitus denegant Eucharistiæ. sicut et cætens Ecclesiæ ritibus.

II. **DE FIDE** est Eucharistiam esse verum et proprio dictum Novæ Legis sacramentum a cæteris distinctum (a. 1).

Valet imprimis argumentum praescriptionis. Semper Ecclesia sive Orientalis sive Occidentalis Eucharistiam inter sacramenta numeravit et suam hanc fidem praxi sua et iiturgia protestata est ; nam omnes Iere ritus Christiani ad sacramentum Eucharistiæ ordinantur.

Concilia id proclamant ; « Septem sunt sacramenta... Tertium est Eucharistiæ sacramentum[1] », ait Concilium *Florentinum.* Concilium autem *Tridentinum* expresse definit sacramenta non esse pauciora aut plura quam septem et inter illa ponit Eucharistiam[1]; imo tota sessio XIII est de SS. Eucharistiæ *sacramento.*

Scriptura id clare enuntiat,. Sacramentum; ut vidimus, est signum sensibile permanenter institutum, tria significans : gratiam, passionem et gloriam. Porro hæc omnia[2]

1. *Décru, pro Armeras ;* L'enz., 698.
2. Sess. VII, can. 1 ; Dbnz., 344. — Ct. Catechism. Cone. Trid. P. π, *De Eucharistiæ Sacramento,* n. 7.

Eucharistiæ tribuit Scriptura : est sensibilis ratione panis et vini ; est institutio permanens in Ecclesia, *donec* nempe *reniât* Christus[1] ; est signum et causa gratiæ cibantis : « Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus[2] » ; est commemoratio passionis : « Mortem Domini annuntiabitis donec veniat[3] » ; demum est signum prognosticum gloriæ : « Habet vitam æternam et ego ressuscitabo eum in novissimo die[4]. »

SS. Patres eandem veritatem jam testantur. Vetus Scriptor Eucharistiam vocat *sacramenlurn* corporis Christi[5] ; et S. Augustinus diversas sacramenti significationes Eucharistiæ adscribit[6].

Ratio S. Thomæ desumitur ex illa mirabili oeconomia vi cujus Deus non minus providet in ordine supernatural! quam in ordine naturali. Porro in ordine naturæ ita providet ut, præter vim generativain, sit vis ad augmentum et vis ad alimentum viventis. Ergo et in ordine supernatural!, præter vim regenerativam, quæ est sacramentum Baptismi, et vim augmentativam, quæ est sacramentum Confirmationis, debet'esse vis nutritiva, quæidcirco eritsacramentum Eucharistiæ.

III. Hoc sacramentum, non in solo usu, sed in re permanenti consistit. — S. Doctor in resp. ad 3 differentiam assignat inter Eucharistiam et cætera sacramenta, jamque radicitus evertit errorem quem postea propugnarunt Protestantes : Zwinglius enim, Lutherani et Calvinistæ contendunt sacramentum hoc consistere in *usu* seu sumptione, sicut Baptismus consistit in applicatione materiæ. <Juos damnavit Concilium Tridentinum : « Verum illud in ea excellens et singulare reperitur, quod reliqua sacramenta tunc primum sanctificandi vim habent, cum quis illis utitur ; at in Eucharistia ipse sanctitatis auctor ante

1. *I Cor.,* xi, 24-26.
2. Joan., vi, 56.
3. *1 Cor.,* loc. cit.
4. Joan., vi, 55.
5. S. Ambhos., vel alius auctor libri *De Mysteriis,* 58; *P. L.,* avi, 408.
6. S. Augustin,. *Epist. XCV111,* 9 ; *P. L.,* xxxin, 364.

usum est[1]... Si quis dixerit peracta consecratione in admirabili Eucharistia? sacramento non esse corpus et sanguinem Domini Nostri Jesu Christi, sed tantum *in usu,* dum sumitur, non autem ante vel post, et in hostiis seu particulis consecratis, quæ post communionem reservantur vel supersunt, non remanere verum corpus Domini, A. S.[2]. »

Argumentum traditionis habetur in illa constanti et antiquissima praxi Eucharistiam conservandi, non solum in ecclesiis, sed etiam tempore persecutionum in domibus privatis, in quadam *arca* vel *arcula*[3] ; Vel etiam ad infirmos deferendi, et in eremo custodiendi apud monachos[4] ; imo et in orario secum ligandi, ut Satyrus, S. Ambrosii frater, qui secum portans Dominicum sacramentum in periculo naufragii evasit incolumis[5][6]

Ratio theologica assignatur hic ad 3 : Sacramentum quod continet rem absolute sacram consistit, non in applicatione seu usu, sed in consecratione materiæ seu in re consecrata et permanenti. Sed Eucharistia continet rem absolute sacram, scilicet corpus Christi. Ergo, non in usu, sed in re consecrata et permanenti consistit^ — Notetur *contra Lugo** consecrationem, ut est actio transiens, non concurrere essentialiter ad rationem sacramenti eucharistici. Causa enim elliciens cibi non est formaliter ipse cibus, sicut generatim causa efficiens a causa formali differt. Atqui consecratio est causa efficiens cibi eucharistici. Ergo non est formaliter ipse cibus eucharisticus qui dicitur sacramentum.

IV. Quid in Eucharistia habeat proprie rationem sacramenti. — Distingui possunt in Eucharistia actiones transeuntes, ut consecratio et communio, ac res permanentes, scilicet species consecratae et corpus et sanguis Domini. Jam constat Eucharistiæ sacramentum in re permanenti, non vero in actione transeunti consistere. — Disputatur vero inter catholicos in qua re permanenti

1. Sess. XII!, cap. m ; Denz., 876.
2. Can. 4 ; Denz., 886. — Cf. *Catechism.,* foc. cit., n. 9.
3. Cf. S. Boun, *Diction, thiol, calhol., Eucharistie...,* col. 1205.
4. S. Basil., *Epist. ad Cæsariarn ; P. G.,* xxxii, 485.
5. S. Ambiios., *De excessu Satyri,* lib. II, η. 43; *P. I..,* xvi, 1361.
6. Cf. Lugo, disp. I et II.

consistat[1]. *Alii,* præsertim ex veteribus, reponebant sacramentum in ipso corpore et sanguine ; yerum id facile confutatur, nam corpus et sanguis non sunt res sensibilis ratione sui, sed tantum ratione alterius : unde potius sunt«resetsacramentum », quatenus significantur speciebus et iterum significant gratiam cibantem. *Alii* scholastici existimant sacramentum consistere directe in corpore Christi et indirecte in speciebus : ita Sulvius. *Alii,* cum Suarez, in corpore Christi et speciebus simul. Thomistæ communiter tenent consistere essentialiter in speciebus panis et vim, quatenus dicunt, ordinem ad corpus et sanguinem ut significatum et contentum, ex cujus virtute efficaciam desumunt, ut notat S. Thomas hic ad 2 : unde id quod rationem signi sensibilis dat sacramento sunt species et id quod virtutem confert sacramento est corpus et sanguis. Quæ sententia jam communior evasit[2].

V. Eligitur et probatur sententia thomistica.

In modo loquendi quem perpetuo adhibet Concilium Tridentinum, nunquam vocat corpus Domini sacramentum, sed dicit corpus contineri *in SS. Eucharisliæ sacramento[3],* vel contineri *sub speciebus panis el vini*[4] ; quasi species et sacramentum pro eodem haberet. — Sacra liturgia recolit frangi sacramentum, «*jraclo demum sacramento* », quæ verba de speciebus tantum valent. — Hæc est expressa sententia Catechismi Concilii Tridentini, qui, postquam diversa enumeravit, in Eucharistia, concludit : « Veihim hæc omnia minus proprie sacramenta dici perspicuum est. *Ipsæ autem, panis et vini species veram çl absolutam hujus nominis rationem habenl*[5]. »

Ratio est quia solis spccicbus convenit esse per se sensibiles. Sunt itaque signum corporis et sanguinis, sed non causa ; suntque signum gratiæ, et etiam causa, nam, eo ipso quod continent corpus et sanguinem, producunt gratiam, quæ a corpore et sanguine derivatur. Tenendum est i.'il ur sacramentum Eucharisliæ esse proprie species panis

1. Cf. Commentatores S. Tηομέ, in h. 1.
2. Cf. De Augustinus, t. II, p. 611 ; Tanquerey, n. 589.
3. Sess. XIII, can. 1 ; Denz., 883.
4. Cap. in et can. 3 ; Denz., 876 et 885.
5. P. II, n. 8.

et vini, non autem species simul et corpus ac sanguinem. — Aliquo tamen sensu admitti potest ex speciebus et corpore constitui *unum sacramentum,* non quidem formalil er, ut vidimus, sed terminative, sicut ex objecto et potentia constituitur una specificatio et sicut ex continente et contento eilicitur unum totum1. Unde, quando dicimus elevari vel transferri SS. Eucharistiæ sacramentum, intendimus species et corpus simul *per modum unius termini.*

VI. De unitate sacramenti eucharistie (a. 2). — Imprimis de unitate specifica. — Rationes præcipuas dubitandi recolit S. Poctor, quia nempe sunt duæ materiæ duæque formæ, et hinc duo signa, sicut etiam sunt, duo signata, corpus et sanguis. Quapropter *plures scholastici celeres* existimarunt esse duo sacramenta, unum vero secundum quid : ita Major, Gabriel Biel, etc. *Communiter docent theologi* esse unum specie. Sed *disputant unde unitas* proveniat. Alii, cum Aureolo, illam desumunt ex unitate contenti, quod est Christus. Alii, cum S. Bonaventura, ex unitate institutionis, quia duæ species fuerunt simul institutae ; sed hoc nihil evincit, quia potuit simul instituere Christus plura sacramenta et specie et genere diversa. *Thomistæ et communius cum ipsis theologi,* ex unitate significationis et finis, nempe refectionis spiritualis.

Concilia Florentinum et Tridentinum supponunt manifeste Eucharistiam esre sacramentum unum, quia in singulari de Eucharistia loquuntur, dum .oquendo de Ordine asserunt septem esse ordines. — *Catechismus* autem Concilii Tridentini doctrinam thomisucain sic vindicat : tt Atque unum quidem, non quia individuum sit, sed quin unius rei significationem habet2. »

Halio S Thomæ est perspicua : Eucharistiæ finis ‹·· significatio est refectio convivii spiritualis Sed convivium est specie unum, licet pluribus ferculis constet. Ergo3.

♦

VII. Licet autem sit specie unum, potest hoc sacra-

1. Hoc sensu dicit. S. Thomas ex speciebus et corpore Chrli tl fieri unum sacramentum, *IV Sent.,* dist. VIII, q. i, a. 1, ad 2. 'I
2. N. x ; 4.
3. Consuli possunt : Gonet, disp. II, a. 2 ; Salmant., disp. 11, dub. m ; De Augustinis, II *P.t* a. 1 ; Rosset, n. 364.

mentum esse numero multiplex. — Instituta est quippe Eucharistia per modum convivii. Porro, quamvis sit uuum pecie convivium, tol sunt numero convivia, quot sunt refectiones. Ergo tot sunt numero sacramenta in Eucharistia, quot sunt *refectiones spirituales.* — Non desumitur porro pluralitas numerica ex pluralitate particularum consecratarum, ahoquin sacerdos in eadem communione plures suscipiens hostias plura reciperet sacramenta ; sed *ex pluralitate refectionum spiritualium :* unde, ubi duæ missæ vel duæ communiones, duo sacramenta . et pariter plura sacramenta, cum hostia dividitur et pluribus personis distribuitur.

ARTICULUS TERTIUS

DE NECESSITATE EUCHARISTIÆ EJUSQUE INSTITUTIONE

AD ART. 3, 5 ET 6 Q. LXXII1 S. TIIOMffi

I. Errorem. — De necessitate Eucharistiæ fuit multiplex error. Quidam enim *Græci schicinalici* necnon *plures caloinislæ* contendunt receptionem Eucharistiæ esse necessitate medii omnibus necessariam *Rosmini* vero addit illam necessitatem ita esse absolutam ut nemo absque Eucharistia sit aptus ad visionem Dei, ac subinde « his qui in hac vita non comederunt corpus et sanguinem Christi subministrari hunc cœles-un cibum in futuva vita, ipso mortis instanti. Hinc etiam sanctis veteric testamenti potuit Christus descendent, ad inferos seipsum communicare sub speciebus panis ct vini, ut aptos eos redderet ad visionem Dei. » Illa propositio damnata luit a S. Officio, 14 dec. 1887*. — Concilium Tridentinum expresse damnat errorem calvinistarum : « Si quis dixerit parvulis, antequam ad annos discretionis pervenerint, necessariam esse Eucharistiæ communionem, A. S.1. » — Ratio est quia sufficit ad salutem gratia et perseverantia ; communio autem non confert gratiam primam, sed supponit, nec est necessaria ad perseverandum in parvulis, qui gratiam amittere non potuerunt Et, licet in adultis sit medium ad perseverandum, potest Deus aliunde ministrare gratias efficaces ad voluntatem in bono firmandam.

II. Qua ratione dici possit necessaria Eucharistia (a. 3). Retinenda est doctrina quam fortiter inculcat S. Augustinus quamque hic exponit et vindicat S. Thomas, nempe necessariam omnino esse Eucharistiam *quoad, rem significatam.* Res enim ad quam significandam et producendam ordinatur Eucharistia est *unio* cum Christo et eju»

1. Prop. 32 ; Denz., 1922. *
2. Sess. XXI, can. 4. Cf. cap. iv ; Denz., 933, 937.

corpore mystico, quæ quidem fit per gratiam1. Atqui nemo potest salutem consequi, nisi per gratiam sanctificantem incorporetur Christo et corpori ejus mystico, quod est Ecclesia, aggregetur. Ergo quoad rem significatam Eucharistia est omnibus necessaria. — Quocirca S. Augustinus probat, contra Pelagianos, requiri omnibus, etiam parvulis, manducationem quandam Eucharistiæ, non quidem realem, sed spiritualem, quæ habetur eo ipso quod aliquis baptizatur vel gratiam recipit2.

III. Hinc etiam apparet qua ratione sit necessarium votum hujus sacramenti. — Nonnulli veteres theologi requirebant votum Eucharistiæ explicitum, sicut necessarium est votum explicitum Pœnitentiæ, ubi deficit copia confessarii. Doctrina certa est requiri votum, sed sufficere implicitum.

Requiritur quidem. Eucharistia enim est finis omnium sacramentorum, quia egt eoium consummatio et perfectio, quæ est unio cum Christo. Sed intentio finis includitur in volitione mediorum. Ergo, eo ipso quod aliquis suscipit Baptismum, qui habet rationem medii, vel gratiam Baptismi, intendit Eucharistiam, quæ habet rationem finis.

Sufficil lamen potum implicitum. Tunc enim requiritur votum explicitum alicujus sacramenti, quum ipsum sacramentum est necessarium in re. Sed Eucharistia ut sacramentum non est necessaria in re, ut jam dictum est. Ergo.

Notetur etiam *inter Baptismum el Eucharistiam differentia* quam indicat Angelicus, in fine corp, ar iculi. Baptismus est inchoatio et janua, Eucharistia est terminus et consummatio ; Baptismus ordinat ad Eucharistiam, cd nullum prævium sacramentum ordinat ad Baptismum. Itaque parvuli, qui nullum eliciunt actum, nullatenus ad Baptismum ordinantur; sed, dum baptizantur, ipso facto (t absque actu proprio ordinantur ad Eucharistiam, sicut sumens medium ordinatur necessario ad finem.

1. Recolantur ea quæ diximus art.. I de momento Eucharistiæ in tota oeconomia Christiana.

2. Cf. S. Augustin., *Traci. XV* in Joan. ; *P. L.,* xxxv, 1613, 1614 ; *Contra duas epistolas Pelagianonmi, lib.* 1, c. xxii ; *P. L.,* xi iv, 570.

IV. Solvitur difficultas.

Objicitur : Fieri nequit salus, nisi applicetur passio Christi in re. Sed Eucharistia est applicatio passionis. Ergo requiritur Eucharistia in re.

Resp. : Dist. maj. : Nisi applicetur passio Christi saltem per modum regenerationis, concedo ; etiam per modum termini et consummationis, nego, quia, ut 'quis salvetur, sufficit ipsi habere vitam spiritualem, licet hæc non sit perfecta. — Contradist. min. : Eucharistia est applicatio passionis per modum consummationis, concedo ; per modum regenerationis, nego ; et nego consequentiam.

V. de FIDE est sacramentum Eucharistiae institutum fuisse a Christo in ultima cœna, pridie quam pateretur (a. 5). — *Synaptici* sunt in hoc puncto perfecte concordes. Matthaeus : « Vespere autem facto discumbebat cum duodecim discipulis suis... (.cenantibus autem eis, accepit Jesus panem*... » — Marcus : « Vespere autem facto, venit cum duodecim... Et manducantibus illis, accepit Jesus· panem1... » — Lucas : « Et cum facta esset hora, discubuit3... » — S. Paulus : « In ‹pia *node* tradebatur4... »

Fides Ecclesiæ asserit ur in Canone Missae : « Qui, *pridie* quam pateretur » ; et in Concilio Tridentino : « Hoc tam admirabile sacramentum *in ultima cœna* Redemptorem nostrum instituisse5. »

Pulcherrimæ sunt tres rationes quas hic evolvit S. Thomas quæque sunt in propria littera considerandæ. Breviter et efficaciter Concilium Tridentinurn : « Ergo Salvator noster, discessurus ex hoc mundo ad Patrem, sacramentum hoc instituit, in quo divitias divini sui erga homines amoris veluti Offudit, *memoriam faciens mirabilium* suorum (Ps. CX, 4), et in illius sumptione colere nos sui *memoriam* (7 *Cor.,* xi, 24) praecepit, suarnque *annuntiare mortem, donec* ipse ad judicandum mundum *veniat6.* » Triplex

1. Matth., xxvi, 20-26.
2. Marc., xiv, 17-22.
3. Luc., xxii, 14.
4. *1 Cor.,* xi, 23.
5. Sess. XIII, cap. i ; Denz., 874.
6. *Ibid.,* cap. n, Denz. 875. Plenius expendetur quæstio Infr.i, ubi de veritate præsentiæ realis.

ergo ratio institutionis : 1° ut divitias amoris effunderet ; 2° ut recoleremus memoriam Christi ; 3° ut incruente annuntiaretur passio et mors Christi.

VI. De praecipuis figuris hujus sacramenti (a. 6).

Piam, ut notant commentatores, adhibet S. Doctor diligentiam in exponendis Eucharistiæ figuris. Quantum ad *sacramenlum,* præcipua figura fuit *sacrificium Melchisedech,* utpote sub speciebus panis et vini. Quantum ad *rem ei sacramentum,* scilicet corpus Christi seu Christum passum, figuræ fuerunt omnia sacrificia veteris legis et praecipue *sacrificium expiationis ;* quantum ad *rem,* scilicet gratiam, figura fuit *manna,* quod, sicut ipsa gratia, habebat in se omnis saporis suavitatem. — *A gnus aulem paschalis* fuit figura *quoad hæc tria simul :* quoad sacramentum, quia cum panibus azymis manducabatur ; quoad rem et sacramentum, quia erat figura passionis , quoad rem seu gratiam, « quia per sanguinem ejus piotecti sunt filii Israel a devastante angelo et educti de Ægyptiaca servitute ».

Sunt aliæ etiam figuræ quas primævi pictores *in Catacumbis* expresserunt : præter manna deserti, repræsentantur panes qui fuerunt ad Danielem adducti ; panes multiplicati a Christo ; miraculum in Cana Galilææ patratum, quia conversio aquæ in vinum inservit ad intelligendam mirabiliorem conversionem panis in corpus et vini in sanguinem Christi, etcl.

I. Consuli possunt : Art. *Ep'graphie,* in *Dtclionn. Apolog.* et *Diclionn. Ihéol. cathol. ;* art. *Catacombes* in *Dictionn. Archéol. ;* Perret, *Les Catacombes,* t. V ; art. *Eucharistie* in *Diction, ihéol. calhol.,* col. 1183-1207 ; art. *Agneau,* in *Diction. Biblique,* etc.

QUÆSTIO SECUNDA

DE MATERIA EUCHARISTIÆ QUANTUM AD SPECIEM

AD Q. LXXIV S. THOMÆ

Versantur variæ quæstiones quæ spectant materiam utriusque consecrationis ; imprimisque de materia remota, scilicet pane et vino ; at deinde, qq. lxxv-lxxvii, de materia proxima, quæ sunt species consecratæ, et horum occasione disserendum erit de præsentia reali, de transsubstantiatione, de accidentibus eucharisticis.

In pressenti quæstione agitur de materia remota, tum *in communi* (aa. 1 et 2), tum *in speciali,* sive pane (aa. 3-4), sive vino (aa. 5-8).

ARTICULUS PRIMUS

DE MATERIA IN COMMUNI AC DE MATERIA PRIORIS CONSECRATIONIS

AD ART. 1-4 S. THOMÆ

I. Præcipui errores. — Fueruni in primitiva Ecclesia hæretici qui hac de re perverse opinati sint. *Artotyrihe* panem et caseum pro materia adhibebant, eo quod iste sit cibus quo patriarchæ vesci solebant ; *Calaphrygæ* autem panem confectum ex sanguine infantis et farina commixtis , *Manichaei* panem verum excludebant ; *Marcionilæ* nonnisi panem cum aqua adhibebant ; *Talianus* etiam et *encralila:* vinum a sacra eulogia removebant[1]. — Recentioribus sæculis, *Calvinisiæ* contendunt de lege quidem ordinaria requiri panem, sed in necessitatis casu assumi posse quidquid analogiam cum pane et cibi rationem habet.

1. Cf. S. Epiphan., *Hæres.,* xlii, 3; et xlvi, 2; *P G.*. χι,ι, 697 ss., 840 S3. ; Corbiet, *Histoire du sacrement de l'Eucharislir,*

IT. de fide est materiam Eucharistiæ esse panem et vinum de vite (a. 1). — Uæc est enim materia quam Christus adhibuit. — Concilium Florentinum declarat : « Tertium est Eucharistiæ sacramentum, cujus materia est *panis* triticeus et *vinum* de vitel. » Tridentinum definit *panem* et *vinum* converti in *corpus* et *sanguinem* Christi2. Concinit Codex Juris Canonici : « Sacrosanctum Missæ sacrificium offerri debet ex *pane et vino,* cui modicissima aqua miscenda est3. » — Rationes S. Thomæ suadent requiri simul panem et vinum, ut habeatur refectio completa per utrumque elementum, significetur passio Christi per utramque speciem, efficiatur unio sumentium et cum Christo et inter se, sicut ex multis granis et multis acinis fit unum4.

III. Utrum altera sacramenti materia possit sine altera consecrari. — Quoad liceitatem communiter conveniunt theologi *nunquam fas esse* alteram speciem absque altera consecrari. Præceptum quippe divinum est faciendi quod fecit ipse Christus : « Hoc facite in meam commemorationem. » Atqui ex Evangelio certissime constat Christum utramque materiam consecrasse. Ergo consecratio simultanea utriusque materiæ est de jure divino, a quo nunquam dispensabit Ecclesia5.

Quoad validitatem vero, fatentur omnes consecrari certo unam speciem, quando sacerdos *intendens consecrare alleram impeditur* casu : quapropter statim post priorem consecrationem adoratur SS. Sacramentum. — At fitne valida consecratio unius speciei, quando celebrans *positive intendit non consecrare alleram ? Negant* Lugo et cum eo plures* : quia Eucharistia, aiunt, est sacrificium, de cujus essentia est utraque consecratio. — *Communior tamen*

1. *Decret, pro Armenis ;* Denz., 698.
2. Sess. XIII can. 2; Denz., 884.
3. Can 814
I. Varias consruentias optime*exponit Catechismus Cone. Trilenlini. l' II. i·. 19
› Ct. Gonet disp 111, art. 5 et 6 ; Salmant., disp. IV, dub. v. Codex habet : › Netas est, *urgente etiam extrema necessitate,* alte‹iiin materiam sine allera, aut etiam utramque extra Missæ celebrationem, consecrare. « Can. 817.
tt. Lugo, dîsp. XIX, n. 104.

senlenlia affirmai. Licet enim praeceperit Christus ut in Eucharistia conficeretur sacramentum per sacrificium, illud tamen non est de essentia sacramenti. Verba quippe formæ id efiiciunt quod significant. Atqui verba formæ in priore consecratione significant præsentiam realem, simul ut pronuntiantur ; nec illam significationem mutat intentio non consecrandi alteram speciem. Ergo verba efficiunt præsentiam realem, etiamsi celebrans intendat non consecrare alteram speciem.

IV. CERTUM EST non requiri determinatam quantitatem panis et vini (a. 2). — Quantumcumque parva materia, si *relineal substantiam panis ei vini,* potest valide consecrari ; et pariter ingens quantitas valide consecratur, dummodo remaneat *sensibiliter et moraliier praesens ;* non tamen materia quæ nimis distat, ultra v. g. centum passus, vel quæ remanet occultata aut in tabernaculo reclusa. — Aliunde recolatur *non consecrari materiam vagam,* quiæ non esset in individuo determinata, sed « sacerdos talem semper intentionem habere deberet, scilicet consecrandi eas omnes (hostias) quas ante se ad consecrandum positas habet[1]. »

Ouæsliones morales apud probalos auctores videantur ; sulficit, sub respectu dogmatico, recolere hoc principium : materiam non esse determinatam, sicut nec determinatus est fidelium numerus, sed eam posse consecrari panis et vini materiam quæ retineat panis et vinis substantiam possitque sensibus subjici et sit moraliter præsens.

V. De natura panis in hoc sacramento requisiti (a. 3). Concilium **Florentinum** declarat materiam Eucharistiae esse panem *triticeum*[2], et sacra liturgia (de defect. Missæ) testatur non confici sacramentum, si panis adhibitus non sit panis *triticeus.* **Codex** juris canonici addit : « Panis debet esse *mere triticeus* et recenter confectus, it a ut nullum sit periculum corruptionis[3]. »

S. Thoma* tradit regulam quæ maximi est momenti

1. *Rubric.* De defectibus, vu, 1.
2. Denz., 698.
3. Can. 815.

in theologia sacramentaria i u Ad usum sacramentorum assumitur talis materia *quæ communius apud homines in talem usum venit.* » Quapropter non sufficit ut sint eadem *chimice* elementa quæ in pane triticeo inveniuntur ; sed oportet ut *in communi usu* res dicatur proprie et simpliciter panis. Quocirca panis ex hordeo vel secali est materia certe invalida. De *spelta* alii aliter sentiunt : *scienli/ice* quidem loquendo non differt a tritico, sed determinandum esset utrum in communi usu dicatur triticum, præsertim quum eo nomine non omnes -eandem rem intelligent. Si autem constet esse triticum, quidquid sit de nomine, est utique materia sufficiens

VI. De pane azymo vel fermentato (a. 4).

Græci schismatici contendunt solum panem fermentatum esse materiam validam t Michael Cærularius exprobrat Ecclesiæ Latinæ usum panis azymi quasi concessionem laetam legalibus Judæoruin cæremoniis. Concilium autem Florentinum declarat : « In azymo sive lermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici ; sacerdotesque in altero ipsorum Domini corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta suæ Ecclesiæ sive occidentalis sive orientalis consuetudinem[1], s Professio fidei Michaelis Palæoiogi, in Concilio Lugdunensi (1274), habet : «Sacramentum Eucharistiæ ex azymo conficit eadem Romana Ecclesia[2]3 s Ille usus in Ecclesia Romana erat communis sæculo ix ; imo jam a primis sæculis Ecclesia occidentalis adhibebat aliquando saltem azymum panem. Licet aurem Orientales pane fermentato generalius uterentur, fuerunt tamen plures Ecclesiæ, in Armenia nempe et Syria, in quibus azymorum usus, saltem ab ineunte sæculo sexto, viguit[8].

Praesens legislatio hæc lert : Unaquæque Ecclesia debet ni proprio suo ritu conficere et ministrare « In Missæ celebratione sacerdos, secundum proprium litum, debet panem azymum vel fermentatum adhibere, ubicunque Sacrum litet* » — Attamen licebit sacerdoti latino iter

1. Denz., 692.
2. *Id.,* 465.
3. Cf. *Colled Lacens.,* t II, p. 190.
1. *Codex,* can. 816.

facienti per loca Graecorum, in quibus nulla est latini ritys ecclesia, uti fermentato ; et vice versa[1].

Quoad communionem vero ita sancivit *Pius X,* 14 sept. 1912 : « Ubi necessitas urgeat nec sacerdos diversi ritus adsit, licebit sacerdoti orientali, qui fermentato utitur, ministrare Eucharistiam in azymo, vicissim latino aut orientali qui utitur azymo ministrare in fermentato ; at suum quisque ritum ministrandi servabit. — Omnibus fidelibus cujusvis ritus datur facultas ut, pietatis causa, sacramentum eucharisticum quolibet ritu confectum suscipiant. — Quisque fidelium præcepto communionis paschalis ita satisfaciet, si eam suo ritu accipiat et quidem a parocho suo : cui sane in ceteris obeundis religionis officiis addictus manebit. — Sanctum Viaticum moribundis, ritu proprio, de manibus proprii parochi accipiendum est ; sed, urgente necessitate, fas esto a sacerdote quolibet illud^accipere ; qui tamen ritu suo ministrabit. — Unus-, quisque in nativo ritu permanebit, etiam si consuetudinem diu tenuerit communicandi ritu alieno ; neque ulli detur lacullas mutandi ritus, nisi cui justæ et legitimæ suiïragentur causæ, de quibus sacrum Consilium Fidei Propagandæ pro negotiis Orientalium judicabit. In his vero causis numeranda non erit consuetudo quamvis diuturna ritu alieno communicandi[1]. » — Quas præscriptiones quoad substantiam sancivit *Codex* Juris canonici[3].

1. Cf. Card. Gaspa r r i, *Tract, canon. SS. Eucharist.*, vol. II, 805.
2. Constit. Apostol. Pu X, 14 sepi. 1912 ; *Aci. Aposl. Sed.,* vol. IV, 615-616.
34 Cf. can. 851, 866.

ARTICULUS SECUNDUS

DE MATERIA ALTERIUS CONSECRATIONIS

AD Atir. 5-8 Q LXXIV S. THOM®

I. DE FIDE est materiam necessariam alterius consecrationis esse vinum de vite (a. 5). — Illa enim est necessario adhibenda materia quam Christus *adhibuit ei adhibendam praecepit.* Atqui adhibuit vinum de vite · « De hoc genimine vitisl », et adhibendum præcepit, eo ipso quod de toto ritu eucharistico dixit : « Hoc facite in meam commemorationem. » Ergo.

Confirmatur duplici alia ratione qua n indicat S. Doctor : Quia *vinum proprie dicitur* quod de vite sumitur, et quia vinum de vite *magis significat effectum* hujus sacramenti, scilicet laetitiam spiritualem.

Adest declaratio Concilii Florentini : « Tertium est Eucharistiae sacramentum, cujus materia est panis triticeus et *uinum de vite*[1]. » Codex addit : » Vinum debet esse naturale de *genimine* vitis et non corruptum[3]. »

II. Hic iterum recolatur regula jam tradita : Licet aliquis liquor sit *chimice* idem cum vino, non est tamen valida materia, si *in communi usu* non sit vinum. — Requiritur porro ut liquor non sit tantum in via ad vinum, Hcd jam sit vinum ideoque expressum ex uvis maturis Nec etiam valida remanet materia, si flat tanta mixtio hcu additio alterius liquoris, ut nova synthesis cîiimica resultet.

III. **De** additione spiritus (alcool). — Hæc sancivit .s. *Officium* die 30 julii 1890 : « flummodo spiritus extractus fuerit ex genimine vitis et quantitas alcoolica addita una cum ea quam vinum, de quo agitur, naturaliter conti-

1. Marc., xiv, 25.
2. Denz., 698.
3. Can. 815.

net, non excedat proportionem duodecim pro centum et admixtio fiat quando vinum est valde recens, nihil obstate quominus idem vinum in Missæ sacrificio adhibeatur. » — Quando autem agitur de vinis dulcibus quæ jam duodecim gradus superant, potest fieri additio spiritus e vino extracti, si illa quantitas, una cum ea quam vinum naturaliter continet, non excedat proportionem septemdecim vel octodecim pro centum, dummodo admixtio fiat quando fermentatio tumultuosa defervescere inceperit. Ita ex resp. 5 augusti 1896 et 22 maii 1901[1].

IV. De aqua vino permiscenda (a. 6).

Ille ritus miscendi aquam vino eucharistico est antiquissimus in Ecclesia. Illius jam meminit S. Justinus[2], et ab ipso Christo ducit originem.

Concilium Florentinum rationes tradit ipsas quæ hic ab Angelico enuntiantur et demum concludit : « Inconveniens admodum videtur ut alia quævis regio ab hac universali et rationabili discrepet observantia. Decernimus igitur ut etiam ipsi Armeni se cum universo orbe Christiano conforment, eorumque sacerdotes in calicis oblatione paululum aquæ, prout dictum est, admisceant vino[3]. » — Cone. Trid. : « Monet deinde sancta Synodus præceptum esse ab Ecclesia sacerdotibus ut aquam vino in calice offerendo miscerent, tum quod Christum Dominum ita fecisse credatur, tum etiam quia e latere ejus *aqua* simul cum *sanguine* exierit (Jo., xix, 34), quod sacramentum hac mixtione recolitur. Et, cum *aquæ* in Apocalypsi beati Joannis *populi* dicantur *(Apoc.,* xvn, 1,15), ipsius populi fidelis cum capite Christo unio repræsentatur[4]. »

Græci, præter infusionem quæ fit ante canonem, etiam post consecrationem infundunt paululum aquæ calidæ, ut significetur vivificatorem esse calicem consecratum et similiter vivificantes fuisse aquam et sanguinem qui ex latere Christi effluxerunt[5].

1. Cf. *Collectan.,* n. 2113; Denz., 1938. — Quoad cætera, *consulantur moralists et canonists.*

2. S. Justin., *Apol. 1,* 65 ; *P.* G., vi, 428.

3. *Decret, pro Armenis,* Denz., 698.

4. Sess. XXII, cap. vu. Cf. can. 9 ; Denz., 945, 956.

5. Cf. Card. Gasparri, *Tract, canonic., de SS. Eucharistia.* t. II. n. 822.

V, **Quæ mixtio tamen non est de necessitate sacramenti** (a. 7). — Recolit hic iterum S. Doctor principium, quo jam confutatur protestantium error : sacramentum hoc perficitur in consecratione materiæ seu consistit in *re permanenti,* dum *usus* fidelium non est de necessitate sacramenti. Porro mixtio aquæ refertur ad usum seu participationem fidelium. Ergo non est de necessitate sacramenti. — **Sacra** liturgia expresse declarat : « Si celebrans ante consecrationem calicis advertat non fuisse appositam aquam, tunc imponat eam et proferat verba consecrationis. Si id advertat post consecrationem calicis, nullo modo apponat, *quid non est de necessitate sacramenti.* » — Notat pariter Catcchismus Concilii Tridentini : « Sed, quamvis aquæ adinisçendæ ita graves rationes sint, ut eam sine mortali peccato prætermittere non liceat, ea tamen si desit, sacramentum constare potest[1]. »

VI. Quæstio quæ dogma et theologiam spectat est utrum aqua convertatur in sanguinem Christi et, hoc admisso, utrum convertatur directe in sanguinem an vero prius in vinum et cum vino in sanguinem (a. 8).

Hodie certum est *aquam appositam converti in sanguinem Christi.* Verba enim, utpote efficacia, in sanguinem convertunt quidquid significant. Atqui *verba :* « hic est calix... » significant totum quod est in calice. Ergo totum hujusmodi invertitur in sanguinem Christi. — Hinc perpetuo recolit *Concilium Tridentinum* post consecrationem non remanere nisi species panis et vini ; quod verum non esset, si aqua non converteretur. — Insuper, si remaneret aqua, « *non lotum adoraretur veneratione lalriæ.* » — Secunda opinio piam refert Innocentius III *nulla ralione sustineri potest.* Conversio enim fit tantum vi verborum. Atqui verba non lignificant conversionem in aquam quæ ex latere Christi linxit, sed solum in sanguinem. Ergo, non in hujusmodi aquam, sed in sanguinem tantum fit conversio.

dures scholastici, ac præsertim Lugo, existimant converti directe in sanguinem ; sed *sententia communior, Innoc. III*[2] *ac S. Thoma* in hoc art., asserit aquam

1. *Catechism. Cone. Trid.,* P. II n. XVIII.
2. Cf. Denz., 416.

in vinuln converti et. cum vino in sanguinem. Ex una parte,. *scienliæ physicæ* nihil contra illam sententiam evincunt ; nam moleculæ aquæ possunt in moleculis vini adeo perfecte absorberi, ut totum mixtum vocetur et sit reapse* vinum. Aliunde, *ratio theologica* maxime urget : si aqua· illa non convertitur prius in vinum, sed directe, convertitur consecratione distincta et separata, et sic erunt tres consecrationes et tres materiæ transsubstantiatæ : scilicet panis., vini et aquæ appositæ. Atqui traditio catholica non admittit nisi consecrationem et transsubstantiationem panis et vini. Ergo tenendum est aquam non directe sed cum vino transsubstantiari in sanguinem Christi.

VIL De quantitate aquæ apponendae.

Paucissima seu « *modicissima aqual* » infundenda est, scilicet non ultra octo aut decem guttulas. Quoad validitatem tamen quinta pars aquæ generatim non solvit speciem vini, imo fortasse major quantitas, si vinum sit. generosum. Retinendum *monitum S. Thomæ :* « Et ideo semper tutius est parum de aqua apponere, et præcipue si vinum sit debile. »

1. Ita documenta, præsertim *Coder.* cnn «M.

QUÆSTIO TERTIA

DE PRÆSENTIA REALI CHRISTI IN SS. EUCHARISTIÆ SACRAMENTO

AD *Q.* LXXV S. THOM®

Asseranda et probanda est imprimis existentia sen veritas præsentiæ realis (a. 1). Fit porro Christus præsens, quatenus substantia panis convertitur in corpus et substantia vini in sanguinem (aa. 2-4), manentibus dumtaxat accidentibus panis et vini (aa. 5 ss.). Quia igitur corpus et sanguis Christi sub speciebus continentur, hinc fit gressus ad sequentem quæstionem de modo quo Christus est præsens in Eucharistia.

ARTICULUS PRIMUS

EXISTENTIA SEU VERITAS PRÆSENTIÆ REALIS PRODATUR EX SCRIPTURA

AD ART. 1 S. THOMAS

I. Errores de præsentia reali. — Hæreses quæ primis Ecclesiæ sæculis ortæ sunt Eucharistiam directe non impetebant ; sed indirecte illæ quæ negabant veritatem carnis in Christo præsentiæ reali necessario obstabant. Sic refert S. Ignatius Antiochenus *ciocetas* ab Eucharistia abstinere, eo quod non confiteantur Eucharistiam esse carnem Salvatoris Domini nostri quæ pro peccatis nostris passa est ‹l namque Pater sua benignitate suscitavitl. Origenes quoque testatur nonnullos sui ævi *hærelicos nec Baptismo nec Eucharislia util*; et tradunt S. Irenæus et S. Epi-

1. S. Ignat., *Smyrn.,* vn.
2. Origen., *De Orat.,* v, 1 ; edit. Koeteschau, p. 308.

phanius *gnoslicos archonlicos* abjicere Eucharistiam[1].

Errores de Incarnatione, saeculo v, nempe *neslorianismus* et *monophysismus,* in doctrinam eucharisticam aliquatenus redundant, licet præsentiam realem non absolute inficientur. Sic nestoriani tenent esse corpus et sanguinem in Eucharistia, sed corpus et sanguinem non mereri adorationem latriæ, cum sint partes, non personæ divinæ, sed hurnanæ[2].

Sæculo ix, disputatur potius *de modo loquendi* quam de re ipsa. Paschasius Radbertus dogma invicte defendit[3]. De mente Scoti Erigenæ dubitatur, sed Hincmarus Rhemensis ipsum carpit, quasi assereret esse in Eucharistia solam memoriam corporis et sanguinis Christi[4][5]

Sed sæculo xi præsertim versatur quæstio directe de ipsa reali præsentia. *Berengarius Turonensis* propugnat remanere in Eucharistia ipsa elementa panis et vini, quæ sunt figura corporis et sanguinis. Quocirca est Eucharistia corpus et sanguis Domini nominaliter, quatenus est umbra et figura repræsenLans corpus et sanguinem[6]. Confutatus a catholicis doctoribus, damnatusque a S. Leone IX, a concilio Vercellensi, a Nicolao II in concilio Romano, a S. Gregorio VII in duobus conciliis Romanis (1078 et 1079), Berengarius tandem errores abjuravit et in pace Ecclesiæ obiit[6].

Sæculo xii surrexerunt alii hæretici præsertim in Italia septentrionali et Gallia meridionali, *Calhari, Waldenses, Palarini,* qui negarunt præcipue conversionem panis et vini in corpus et sanguinem.

Posterioris ætatis errores potius transsubstantiationem

1. S. Epiphan., *Hæres.,* lx, n. 41 ; *P. L.,* xli, 680.

2. Cf. F. Nau, *Le livre d'Héraclide de Damas,* pp. 25-29, 288; P. Lebreton, *Le dogme de la transsubstantiation et la christologie antiochienne au* v° *siècle... t Etudes* », 1908, t. CXVII, pp..477 ss. ; G. Bareille, art. *Eucharistie, Diction, théol.,* fasc. XXXV11, col. 1.158-1162, 1166-1170.

3. Cf. Félix Vernet, *Diction, théol.* art. *Eucnarislie,* col. 1215.

4. Cf. Hincmar., *De Prædest.,* c. xxxi ; *P. L.,* cxxv, 296.

5. Cf. Berengar., *De sacra Coena adversus Lanfrancum,* edit-Vischer, pp. 107-144 ; Guitmund., *De Corporis et sanguinis veritate in Eucharistia ; P. L.,* cxlix, 1430.

6. Cf. *Diction, théol. cathol.,* v. *Rèrenger de Tours.*

quam præsentiam realem impetunt ; sed cum novatoribus redivivus apparet error Berengarii.

Lutherus, qui aliunde transsubstantiationem vehementer impugnat, præsentiam realem semper retinuit; imo contendit se melius quam papistæ sensum litteralem verborum institutionis tueri ac defendere. Primus ergo reformatorum qui dogma illud expresse inficietur est *Carlostadlius*[1] ; deinde *Zwinglius* et *Œcotampadius,* juxta quos Eucharistia est symbolum ad fidem excitandam et panis qui frangitur significat seu représentât corpus immolatum et vinum sanguinem eiTusum. Eucharistia itaque est imago vei memoria Christi, sicut rex peregre profecturus sponsæ suæ relinquit annulum in quo sua imago remanet impressa[2]. Hi omnes *sacramenlarii* a Luthero vocantur

Calvinus mediam quamdam viam inter Lutherum et sacramentarios aggreditur : Eucharistia non est symbolum vacuum, quippe quæ contineat Christum realiter, imo et substantialiter ; at præsentia realis ea est quæ fit per fidem, et præsentia substantialis reponitur in effectibus, videlicet, si fidem retineamus, Christus nobis virtutem et vitam suam communicabit[3]. Quocirca recenseri debet Calvinus inter negatores præsentiæ realis et adversarios.

Sociniani et *protestantes liberales* veritatem illam acerrime impugnant ; item *mulli Anglicani,* licet Ritualistae illam retineant, qui ceterum circa transsubstantiationem graviter errant[1].

Nostris diebus *pragmalislæ* cum Ed. Le Roy dogma sic exponunt, quatenus, noster coram pane et vino consecra- l is agsndi modus is esse debeat quem haberemus coram Christo visibiliter existentè[5]. Illa ergo theoria praxim attendit, a realitate autem dogmatica potius abstrahit ; quapropter fuit opus Le Roy a S. C. Indicis proscriptum.

II. De institutione SS. Eucharistiæ a Christo Domino.

1. Cf. art. *Ccrlo'stadt, Diction, théol., calhol., et Bossuet, Histoire ‹/k▮ vaiialicn^* lib II.
2. Cf. Zwinglii Opera, t. II, p. 549.
3. Cf. Calvin., *Institut.,* IV, c. xvn, n. 10. IJ, 15, 32.
4. Cf. Cavrois, *Nouvelle Hevue théologique,* 1908, p 257.
5. *Dogme et Critique* Paris, 1907, pp 18, 20, 258, 259.

— Nemo ante sæculum xix inficiabatur Eucharistiam fuisse ab ipso Christo institutam. *Primi novalores* sensum quidem litteralem excludebant, at narrationis evangelicæ authenticitatem agnoscebant, et simul profitebantur a Christo repetendam esse permanentem Eucharistiæ tanquam symboli institutionem. Quod etiam admisit ipse *Strauss,* testimonio Pauli convictus.

Paucis vero abhinc annis institutionem immediatam rejiciunt *critici liberales,* sicut Juelicher, Gardner, Andersen, Loisy, Goguel ; in quam sententiam inclinari videtur Harnack. Exoritur hic error ex alio præconcepto systemate, nempe Ecclesiam et sacramenta esse præter Christi intentionem. Quocirca, ut illi exponunt, verba quæ præsentiam realem asserunt non sunt a Christo prolata, sed postea luerunt ipsi attributa a primitiva Christianorum communitate seu a conscientia Christiana. Nec etiam concedunt omnia quæ narrat Paulus de institutione Eucharistiæ esse historica*.

Cum illud systema sit aliunde confutatum[1], cumque jam ex Introductionibus in Scripturam sacram constet libros omnes Novi Testamenti esse authenticos, illis tanquam locis theologicis certissimis et irrefragabilibus utimur.

Triplex porro est testimonium scripturisticum : S. Joannes Eucharistiæ promissionem refert ; Synoptici institutionem narrant ; S. Paulus institutionem simul a Christo factam et praxim primitiyæ Ecclesiæ testatur.

III. testimonium **JOANNIS** seu **PROMISSIO EUCHARISTIÆ** instituendæ — De sermone Domini Joan. IV *triplex tradita fail interpretatio.* Prima totum sermonem de Eucharistia intelligit ; altera sensu figurato accipit, de fide in Christum ; *lerlia* distinguit : incipit Christus a pane qui est fides, et hinc transit ad panem eucharis-

1. Hinc propositio 45 damnata a S. Officio, decreto *Lamentabili,* die 3 julii 1907 : « Non omnia quæ narrat Panlus de institutione Eucharistiæ (/ *Cor.,* xi, 23-25) historice sunt sumenda. » Denz , 2045.

2. Cf. Ruch, art. *Eucharistie,* in *Diction, théol. cathol.,* J.Lehhiton, art. *Eucharistie,* in *Diction. Apolog.,* Batiffol, *L'Eucharistie,* Par's 1913.

ticum, verbis quæ præsentiam realem indubie significant.

Prima sententia paucissimos habuit defensores. Altera propugnata est a primis novatoribus et hodie a protestantibus qui conservatores nuncupantur ; huic videntur favere Ruardus Tapperus et Jansenius Gandav.ensis. Tertia, **COMMUNI# inter catholicos,** tanta evidentia nitet, ut plures critici, sicut Loisy, illi adhæserint[1].

Possunt in illo capite quatuor distingui partes, initio capitis usque ad v. 26, agitur de pane materiali seu de panum multiplicatione; in secunda autem parte (27-51), fit transitus ad panem spiritualem, qui est fides in Christum, *in lerlia vero parle* (52-59), *asscrilur præsenlia realis ;* in ultima demum parte (60-71), narrantur incredulitas Judaeorum et confessio Petri.

Agi de Eucharistia in tertia parte colligitur manifeste ex toto contextu. Ubi enim Christus ad panem fidei alludit, locutio est totaliter diversa . « Ego sum panis vitæ (35), ego sum panis qui de coelo descendi (41) » ; et ideo concludit : « Qui *venii* ad me non esuriet, et qui *credil* in me non sitiet unquam... ; qui *credil* in me habel vitam ætérnam (47). » At, ubi incipit mentio de pane eucharistico, desinit sermo de fide et verba ex seipsis omne dubium removent ; « Et panis quem ego dabo *caro mea* est pro mundi vita. Litigabant ergo Judæi ad invicem dicentes ; Quomodo potest hic nobis *carnem* suam dare ad manducandum ? Dixit ergo eis Jesus : Amen, amen dico vobis, nisi manducaveritis *carnem* Filii hominis et biberitis ejus *sanguinem,* non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam *carnem* et bibit meum *sanguinem* habet vitam æternam, et ego resuscitabo eum in novissimo die. Caro enim mea vere est *cibus* et sanguis meus vere est *polus.* Qui manducat meam *carnem* et bibit meum *sanguinem* in me manet et ego in illo. Sicut misit me vivens Pater et ego vivo propter Patrem, et qui manducat me et ipse vivet propter me. Hic est panis qui de cœlç> descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna et mortui sunt. Qui manducat hunc

1. « Le discours sur le pain de vie n'a plus de sens déterminable «il porte sur le vide, si l'on n'y reconnaît une instruction touchant le mystère de l'Eucharistie » : Loisy, *Le quatrième Evangile,* IV03 p. 45.

panem vivet in æternum (52-59l). » — Nonnulli exegetæ catholici, ut Batiffol, intelligunt v. 52 : « Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita », non de Eucharistia, sed de passione seu de carne immolanda in Cruce pro mundi vita. Sed evincit DD. Ruch sermonem esse proprie de Eucharistia1. Cæterum cessat omnis controversia inter catholicos quoad sequentia.

Eruitur quoque interpretatio litteralis ex auditorum intelligentia. Judaei quippe verba Christi accipiunt, non de carne et sanguine sensu metaphorico, sed de carne et sanguine prOprie sumptis ; et, nedum corrigat illam interpretationem Christus, imo, occasione sumpta ex murmuratione Judæoruin, efficacius insistit et praeceptum novum fortius inculcat : « /Imen, *amen dico, vobis : Nisi manducaveritis carnem Filii hominis el biberitis ejus sanyuinem, non habebitis vitam in vobis.* »

Scimus porro Christum, in similibus adjunctis, solitum fuisse erroneam audientium intelligentiam corrigere : sic explicat Nicodemo quo sensu sit *renascendum3,* discipulis quis sit *panis* quem habet manducare4,5 in quo consistat *somnus* Lazari6, quid sit *fermentum* Pharisæorum8, etc. Cur ergo hic non corrigit interpretationem, dum id facillime potest ?

Confirmat exitus ipse quem habuit Christi sermo7. Aggravatur murmur abeuntque inulti retrorsum, quia durior ipsis apparet hic sermo, et Magister bonus eos sinit abire : nedum reponat manducationem esse metaphoricam, iterum insistit, concludendo necessariam omnino

1. Pro interpretatione illius capitis consuli possunt : S. Thom., lect. V *in Joan.,* vi ; Bellarmin , Gonet, Billuart, Franzelin, De Augustinis, Billot, Pesch, Tanquerey, Van Nooiit, Coghlan, etc., *De Eucharist.*- Calmes, Knabenbauer, in Joan. VI ; Lepin, *La valeur du quatrième Evangile.* Paris, 1910; Rucu, art. *Eucharistie, Diction, thiol. .*; J. Lebreton, art. *Eucharistie, Diction. Apolog. ;* Batiffol, *L'Eucharistie,* Paris, 1913 ; F. Cavallera, *L'interprétation du ch. Vl de S. Jean au Concile de Trente, Jtevue d'hisl. ecclés.,* X, Louvain, 1909 ; P. Lagrange, *Sainl Jeun,*

2. Ruch, loc. cit., col. 998 ss.
3. Joan., m, 3 ss.
4. Joan., iv, 31, 34.
5. Joan., xi, 14:
6. Matth , xvi, 6-12; Marc., vin, 15-21.
7. 6170.

esse fidem ut sermonem possint capere. Unde respondet Petrus : « *El nos credidimus el cognovimus quia lu es Christus Eilius Del* »

IV. Nonnulla obscura elucidantur.

1° Quo tendant verba Christi : « Hoc vos scandalizat ? Si ergo videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius[1] ? »

Diversæ solutiones a catholicis proponuntur : a) si videritis Filium hominis ascendentem in cadum, jam cognoscetis quia de cœlo deseendi, quia sum Deus et debetis mihi credere ; vel 7>) : quæ ego dico vos scandalizant, sed ascensio erit mirabilior quam eucharistia ; vel c) : si videritis ascensionem, jam intelligetis carnem meam non esse manducandam sicut carnem communem ; vel *d)* : si videritis l ilium hominis ascendenlem, jam omne dubium a vobis removebitur[1]. Monet iterum Christus *necessarium esse fidem* ut verba sua intelligantur.

2° Quis sit sensus eorum quæ addit Christus : « Spiritus est qui vivificat,' ca^o non prodest quidquam ; verba quæ ego locutus sum vobis spiritus et vita sunt[3]. »

Certum est imprimis non excludi his verbis interpretalionem litteralem : nihil quippe retractat Christus; quin potius asserit neccssii atem manducandi carnem et bibendi sanguinem, sed explicat qua ratione sit intelligenda ista manducatio.

Quatuor porro recenseri possunt *inlerprelaliones. Prima* interpretatio : Non est manducanda caro Christi eo modo quo sumitur a comedentibus cibus corporis : hæc sumptio materialis non prodest quid-quam ; verba autem Domini aliud important, quatenus communio realis corpori et sanguini fieri debeat modo quodam spirituali, id est sacramentali ; quem tamen nondum plene explicat Christus[4]. — *Secunda* interpretatio . Verba Christi sunt intelligenda de carne, non sola, sed unita divinitati ; scilicet caro nuda non prodest quidquam, sed multum prodest caro Verbo

1. 62-63.
2. Cf. auctores cît., præserlitn Ruch, col. 1001 «t
3. 64.
4. Cf. S. Thom, in Joan., vi ; Calmes, Ruch, op. cit.

Dei imitaQuæ explicatio, lice», in at verissima, non videtur cum ipso contextu cohærere nec fuisset ab auditoribus intellecta. — *Tertia* interpretatio : Verba Christi sunt ordinis spiritualis et supernaturalis nec possunt a carne percipi, id est per solas vires rationis, sed solum a spiritu gratia fidei illustrato — *Quarta* interpretatio : Vos non intelligitis, quia adhuc carnales estis et carnaliter judicatis de rebus quæ spiritus et vita sunt[2].

Istæ duæ posteriores interpretationes non videntur aptæ ; nam, licet aliquando *caro* possit significare hominem carnalem vel solas rationis vires, hic tamen, cum immediate adhibeatur post illas locutiones « caro mea vere est cibus » et « qui manducat meam carnem », nullatenus præ se fert illam acceptionem. *Standum est ergo prùnæ interpretationi.* quæ in traditione patristica optimo jure fundatur[3].

3° Cur Joannes non referat ipsum institutionis factum. — Deferendo sermonem Christi promittentis Eucharistiam, supponit manifeste Joannes jam fuisse institutam, quando Evangelium scribit ; at, quia tunc institutio Christi omnibus innotescebat, satius fuit promissionem, quæ erat minus nota, recolere. Hinc critici hodierni non jam retinent objectionem quæ olim a protestantibus et rationalistis movebatur[1].

V. TESTIMONIUM SYNOPTICORUM seu **VERBA INSTITUTIONIS.** — Concilium Tridentinum declarat : « Ita enim majores nostri omnes, quotquot in vera Christi Ecclesia fuerunt qui de sanctissimo hoc sacramento disseruerunt, apertissime professi sunt hoc tam admirabile sacramentum in ultima cœna Redemptorem nostrum instituisse, cum post panis vinique benedictionem se suum ipsius corpus illis præbere ac suum sanguinem disertis ac perspicuis verbis testatus est ; quæ verba a sanctis Evangelistis commemorata et a Divo Paulo postea repetita, cum propriam illam et apertissimam significatio-4

1. Cf. Maldonat, in h. l.
2. Cf. Batiffol, *L'Eucharistie,* pp. 89-90.
3. lie interpretatione illius capitis juxta SS. Patres, cf. Van Noort, *De Sacramentis,* l, pp. 234 ss.
4. Cf. Calmes, *L'Evangile selon S. Jean,* p. 375; J. Lebreton art *Eucharistie, Diction. Apolog., co*\. 1554.

nom præ se ferant, secundum quam a Patribus intellecta sunt, indignissimum sane llagitium est ea a quibusdam contentiosis et pravis hominibus ad fictilios et imaginarios tropos, quibus veritas carnis et sanguinis Christi negatur, contra universum Ecclesia; sensum detorqueri, quæ, tanquam *columna el firmamentum veritatis (J Tim.,* m, lu), hæc ab impiis hominibus excogitata commenta velut satanica detestata est, grato semper et. memori animo præstantissimum hoc Christi beneficium agnoscens1. »

Referenda sunt verbe ex singulis Synopticis : Matth., xxvi, 26-29 : «Cœnantibus autem eis, accepit. Jesus *panem* el, benedixit ac fregit deditque discipulis suis et ait . Accipite et comedite : hoc est *corpus meum.* Et accipiens *calicem,* gratias egit et dedit illis, dicens : Bibite ex hoc omnes, hic est. enim *sanguis meus,* novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc *genimine vitis,* usque in diem illum cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei. »

Mare., xiv, 22-25 : « Et, manducantibus ill's, accepit Jesus *panem* et benedicens fregit et dedit eis et ait : Sumite : *hoc esi corpus meum.* Et. accepto *calice,* gratias agens dedit ‹ is, et biberunt ex illo omnes, et ait illis : Hic est *sanguis meus,* novi testamenti, qui pro multis effundetur. Arnen, dico vobis, quia jam non bibam de hoc genimine vitis usque in diem illum, cùm illud bibam novum in regno Dei. »

Luc., xxii, 15-20 ; › Et ait illis : Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar.. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei Et accepto calice, gratias egit et dixit : Accipite et dividite inter vos Dico enim vobis quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. Et, in cepto *pane,* gratias egit et fregit et dedit eis dicens : *Hoc csl corpus* meum, quod pro vobis datur : hoc facite in meam commemorationem. Similiter et *calicem,* postquam cœnavit, dicens : Hic est *calix,* novum testamentum in *sanguine meo,* qui pro vobis fundetur. »

De differentiis inter tres narrationes, mere accidenta-

I. Sess. XIII, cap. i'; Denz., 874.

libus, consuli possunt excgetæl. 1 iq u e t o mn in o convenire substantialiter et ipsis præsentiam realem importari.

Protestantes et rationalist® ad cavillationes innumeras recurrunt, ut vim textuum effugiant.

Caloinislæ ex pronomine *hoc* arguunt : non significat *corpus,* aiunt, nam foret intoleranda tautologia ; nec significat *panem,* cum falsum sit panem esse corpus Christi. — Jam effugium præcluderant veteres theologi : *hoc* significat id quod sub speciebus panis continetur ; in principio quidem dictionis est substantia panis, in fine autem, quando· est prolata formula, est corpus Christi[1].

Alii reponunt : *esi* idem valet ac *significat* nec suppetunt in lingua aramaica vocabula diversa ad exprimendum symbolum et realitatem. — Hæc gratis asseri ostendunt eruditi, qui ultra quadraginta vocabula diversa invenerunt[3,4] Cætcrum hæc objectio a protestantibus hodie jrelinquitur ut vana et obsoleta.

Juxta *Loisy,* Christus non dixit : *Hoc est corpus meum ;* sed : Ec c e *corpus meum**. — At, hoc etiam dato, nullatenus impetitur præsentia realis, nam idem exhibetur sensus ac in phrasi græca : evangelistæ porro, qui erant aramaice periti, formulam tradiderunt quæ sensum Christi exacto referret ; utrobique autem præsentia realis directe asseritur.

VI.Omnia evincunt SENSUM LITTERALEM esse retinendum — *Primahermeneulicæregula* idfert, utverba Scriptura· sensu litt erali accipiantur, nisi illum excludant vel substrat a materia, v. g. quando passiones Deo tribuuntur ; vel orationis indoles, ut in parabolis vel allegoriis, ut quum dicit Christus : Ego sum vitis ; vel usitatus loquendi modus, ut quum ostendendo Christi imaginem dicitur : Hic est Christus. Ita communiter theologi.

Hic vero *non obslat* 1° *substrata materia.* Licet enim n·» ipsa sit difficilis intellectu, nulli principio certo adversat ur, sed conceptu claro et distincto exhibetur. Difficultas qun

1. P. La g r a n g e, O. P., *L'Evangile selon saint Marc* ; Mgr RuCn, art. cil., col. 1062 ss. ; Ba t iff o l, op. cit., pp, 123 ss.
2. Cf. S. Th o m., Ill P., q. l x x v h i. a. 5.
3. Cf. La my *Disscrla'io De Syrorum fide et disciplina tn re eurha"'st'ca.*
4. *Les iluangi'es sijnop.i.,ucs,* t. 11, p. Ô20.

moveri posset pari jure omnia mysteria impeteret. Ubi vero de mysteriis agitur, inquiri imprimis non debet utrum res captum nostrum excedat, sed utrum Deus illam asseruerit et credendam proposuerit. — 2° Non obstat manifesta *orationis indoles* : nam, in verbis Christi : « Accipite et manducate, hoc est enim corpus meum, accipite et bibite, hic est enim sanguis meus », nihil est, sive in antecedentibus sive in consequentibus, quod metaphoram redoleat. — 3° Nec obstat *usus loquendi.* Bes quædam natura sua sunt symbolic® et vi sui aliud significant, ut imago, etc. ; quædam vero ex instituto, ut vexillum patriam dicit ; aliæ demum ex analogia, quatenus res exprimimus nomine aliarum rerum in quibus proprietates manifestius apparent, sicut home fortis dicitur leo Porro panis et vinum neque ex natura sua neque ex instituto neque demum ex analogia carnem et sanguinem repræsentant.

Sensum, autem litteralem omnia important. Sive adjuncta institutionis, ut ablutio pedum, quæ innuit puritatem niiiinæ prærequiri sumptioni corporis et sanguinis Domini. Sive conditio personarum, nam Apostoli erant ab usu troporum alieni et idcirco verba Christi semper obvio et litterali sensu accipiebant, ac propterea plus semel debuit ‹ hnstus eorum interpretationem corrigere, ut jam animadvertimus de fermento Pharisæorum, de cibo Christi, de somno Lazari, etc. Sive solemnitas circumstantiarum, liain qui amicis valedicit, recessurus et moriturus, a metaphoris abstinet ac naturali et obvio sensu amorem suum testatur. Sive adjecta determinativa verba : « *Quod pro Vobis datur, quod pro vobis tradetur ; qui pro mullis effundetur in remissionem peccatoruml.* « Atqui quod pro nobis dnl.tir est corpus verum, non figura corporis ; sanguis etiam qui in remissionem peccatorum effunditur est sanguis verus, nmi figura sanguinis. Sive demum incommoda sensus metaphorici : nam, si Christus, adhibendo verba quæ præsentiam r‹ dem clarissime important, intendisset sensum metaphorii uni, fuisset necessaria errandi occasio et pro discipulis et pn› tota Ecclesia, quæ verba ita semper intellexit. Ducentæ vnriæ metaphorici sensus expositiones jam anno 1577

I. In textu græco, adhuc clarior exhibetur sensus proprius per urtlcipia articulique repetitionem.

apud protestantes numerabantur. Quam lamentably caligo !

Concludamus ergo cum Tridentino : « *'Verba Chrisli,* cum propriam *illam el* apertissimam *significationem prie se feranl,* ad tropos detorqueri est indignissimum sano flagitiuml. »

VII. testimonium S PAULI[1] — Duplici loco testatur S. Paulus institutionem a Christo factam et praxim Ecclesiæ primitivæ celebrandi Eucharistiam.

prior locus, *l Cor.,* x, 16-21 : « Calix benedictionis cui benedicimus, nonne *communicatio sanguinis Chrisli* est. ? et panis quem frangimus, nonne *parlicipaliocorporis Domi ni est ?* Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus. Videte Israel secundum carnem t nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris ? Quid ergo ? dico quod idolisimmolatum sit aliquid? aut quod idolum sit. aliquid ? Sed quæ immolant gentes, dæmoniis immolant, et non Deo. Nolo autem vos socius fieri dæmonioruin. Non potestis calicem Domini bibere et calicem dæmonioruin. Non potestis inensæ Domini participes esse et mensæ dæmoniorum. »

Præsentia realis est adeo Corinthiis nota et manifesta, ut ponatur tanquam fundamentum argumenti inconcussum. Arguit vero Paulus ex analogia : apud Christianos bibere calicem ei, frangere panem est communicare corpori ▮*, sanguini Christi, et. apud Ilebræos edere hostias est pai ticipes fieri altaris ; ita comedere ea quæ idolis offerunt ur est communicate dæmoniis vel participes fieri mensæ dieum·niorum. Atqui non licet communicare dæmoniis. Ergo non licet edere ea quæ idolis immolantur.

Comparat ergo Paulus : 1° *elementa* ipsa, nempe mensam Domini et mensam dæmoniorum, calicem Domini et calicem dæmoniorum , 2° *hostias,* scilicet apud ludæos M quæ Domino olTerebantur, apud gentiles idolothyta, apud

1. Pulchre et fortiter Bossuetius : « El il ne faut non plus noiM demande) pourquoi nous nous attachons au sens propre et littèrU qu'à un voyageur pourquoi il suit le grand chemin. » *Exposition de la (loch ine de l'Eglise catholique,* x.

2. 'Cf. S. Thom., Corluy, Comm, in l Epist. ; Prat, *La Iht'oloffU de saint Paul,* I. IdO ss. : Ruch, Batiffoi.. Lebreton. op. cil.

Christianos corpus et sanguinem Christi ; 3° *ejfeclus :* gentiles communicant dæmoniis, Judæi communicant altari, Christiani communicant corpori et sanguini Christi. Semper supponitun veritas et réalités corporis et sanguinis. — Deponi nequit sermonem esse de corpore mystico seu de corpore fidelium ; nam nullibi corpus fidelium vocatur *calix ;* sed panis et calix semper Eucharistiam proprie significant. Ex eo quod de uno pane et uno calice participamus, efficimur unum corpus mysticum ; sed hoc potius supponit jam præsentiam realem, et inde iterum evincitur hucharistiam esse signum et causam unitatis et pacis in Ecclesia.

alter LOCUS, *l Cor.,* xi, 23-29. Ut abusus eliminet qui apudCorinthiosirrepserant in *celebratione cœnæ Dominicae,* refert Paulus institutionem Eucharistiae, qualis luit ipsi a Christo revelata ac proinde qualis est in veritate. « Ego enim accepi a Domino quod et tradidi vobis, quoniam Dorhinus Jesus, in qua nocte tradebatur, accepit *panem,* et gratias agens fregit et dixit : Accipite et manducate : hoc est *corpus meum,* quod pro vobis tradetur ; hoc facite in meam commemorationem. Similiter et *calceem,* postquam ccenavit, dicens : Hic calix novum testamentum est in *meo sanguine;* hoc facite, quotiescumque bibetis, in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortim Domini annuntiabitis, donec veniat. Itaque quicumque manducaverit *panem* hunc vel biberit *calicem* Domini indigne, reus erit corporis ct sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo ; et sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit, *non dijudicans corpus* [Domini]. »

Totum dogma eucharisticum hic compendiatur : institutio a Christo, pridie quam pateretur; communio eucharistica, qua sumitur corpus et sanguis ; sacrificium eucharisticum, quia exhibetur corpus ut immolatum, sanguis ut effusus, rl ritus ipse ut memoriale passionis Domini.

Sbd ante omnia asseritur pressentie realis. Ut quis enim censeatur reus corporis et sanguinis, non sufficit tractare indigne imaginem aut symbolum corporis aut sanguinis : le qui pedibus conculcat crucifixum repræsentativum corp"fis Christi, peccat quidem in personam Christi, sed non

proprie in ejus corpus aut sanguinem. Ergo reatus indignæ communionis, qualem describit S. Paulus, supponit necessario realem corporis et sanguinis in Eucharistia præsentiam. — Quod confirmant sequentia : *non dijudicans corpus.* Agitur manifeste de corpore Domini, nam de illo procedit sermo, non de corpore Ecclesiæ, de quo non movebatur quæstio in præsenti ; cæterum non dijudicare corpus Ecclesiæ nullum congruum exhibet sensum. Quocirca non dijudicare corpus Domini est illis carere dispositionibus gratiæ et sanctitatis quas requirit contactus reahs cum reali corpore Domini Jesu Christi.

ARTICULUS SECUNDUS

REALIS PRÆSENTIA PROBATUR EX TRADITIONE

I. Primitiva Ecclesia. — Ex testimonio S. Pauli jam comperimus doctrinam eucharisticam adeo esse in Ecclesia notam, ut sufficiat una interrogatione illam recolere : « *Nonne* communicatio sanguinis Christi est ? *nonne* participatio corporis Domini est ? » Prima Traditionis documenta Apostolo concinunt.

Sic *Didachè,* seu *Doclrina duodecim Apostolorum,* quæ ad finem primi sæculi refertur, pluries vocem Eucharistiæ usurpat formulasque exhibet quæ super panem et vinum proferuntur[1] ; panis autem et vinum eucharistiantur, seu consecrantur, et rem ita sanctam et divinam continent, ut eorum receptio permittatur solis Christianis, imo iis tantum qui, confessione præmissa, conscientiam habent ab omni labe purgatam. Cur ergo tanta prærequiritur animi puritas in suscipiente, nisi quia cum ipso Deo. per Eucharistiam communicat ? — S. *Ignatius Martyr* vocat Eucharistiam panem quo vult satiari[2], panemve unicum, quod est remedium immortalitatis, antidotum æternitatis[3]. Loquens vero de docetis, dicit : « Ab Eucharistia et oratione abstinent, ‹‹ quod non confiteantur Eucharistiam *carnem* esse Salvatoris nostri Jesu Christi, quæ pro peccatis nostris *passa* est quamque Pater benignitate sua resuscitavit[4]. » Verba illa inLelligere non licet de corpore Christi mystico, ut nonnulli in vanum interpretari tentarunt ; nam corpus illud mysticum non est caro quæ pro nobis passa est quamque Pater suscitavit. Quocirca luculentum habetur de præsentia reali testimonium, nempe contineri in Eucharistia realem Christi carnem, quæ passa est et quæ resurrexit.

1. Cf. Funck, *Doclrina duodecim Apostolorum,* ix, 1-5, x, 1-6(IXIV.
2. *Rom.,* vu, 3.
3. *Ephes.,* xx, 2.
4. *Smyrn.,* vu, 1.

Sæculo n, S. *Jusiinus Marlyr* egregie de illo dogmate loquitur : Hic cibus vocatur Eucharistia ;... offertur die solis, seu die dominica, a præsidente, ministraturque a diaconis ; materia sunt panis et vinum aqua mixtum ; subjectum est Christianus a peccatis expiatus ; realitas ipsa est corpus et sanguis Christi : « Neque enim ut communem *panem* neque ut communem *polum* ista sumimus; sed, quemadmodum per verbum Dei caro factus Jesus Christus Salvator noster *carnem* et *sanguinem* pro salute nostra habuit, ita etiam illam in qua per precem ipsius verba continentem gratiæ actæ sunt alimoniam ex qua sanguis et carnes nostræ per conversionem aluntur, ipsius incarnati Jesu *carnem* et *sanguinem* esse edocti sumus1. » Habetur itaque in Eucharistia'eadem realis caro quæ per Incarnationem unita est Dei -Verbo. — S. *Irenæus* ex dogmate realis præsentiæ alias eruit veritates, v. g., Christum esse. Deum, carnem nostram esse aliquando resurrecturam. « Quomodo constabit gnosticis eum panem in quo gratiæ actæ sunt corpus esse Domini sui et calicem sanguinis ejus, si non ipsum Jesum Fabricatoris mundi Filium dicant ?... Quomodo autem rursus dicunt carnem in corruptionem devenireetnon percipere vitam quæ corpore Domini et sanguine alitur ?...- Corpora nostra percipientia Eucharistiam jam non sunt corruptibilia, spem resurrectionis habentia'.

Tertullianus vivide scribit :« Caro corpore et sanguine Christi vescitur, ut et anima de Deo saginetur2» Asseruntur simul et realis præsentia corporis et sanguinis Chrisli in Eucharistia et mira sacramenti causalitas ex opere operato in animam, dum sacramentum carnem nostram attingit — *Origenes* perpetuo recolit notum esse initialia | Eucharistiæ mysterium, quo nobis exhibetur caro et sanguin Verbi Dei. « Novit qui mysteriis imbutus est et *carnem* <7 *sanguinem Verbi Dei**. » — S. *Cyprianus* eos arguit qui « Eucharistiam, id est *sanctum Domini corpus, profanare* | *audeant.6* »

1. *S.* Justin., *Apol.* 65-67 ; *P. G.,* vt, 428-429.
2. S. Iren., *Coni. Hæres.,* iv, 18 ; v, 2, 3 ; *P. G.,* vn, 1028 iat,l 1124. 1126 ss.
3. Tertull., *De resurrect, carnis,* vm ; *P. L.,* n, 806.
4. Origenes, *Homil. IX in Levit.,* 10; *P. G.* ,χπ, 523. — <7, I *Honul. XVIII in Jerern.,* 13 ; *P. G.,* xm, 489.
;> S. Cyrian., Epist. X, l ; edit. Hartel, ii, 514.

Sæculo iv adeo innuïnera et aperta sunt testimonia, ut cogantur novatores illorum vim admittere. — *S. Athanasius :* « Quamdiu supplicationes et preces factæ non sunt, communes sunt panis et calix, sed, quando consummatæ sunt magnæ et mirabiles orationes, tunc panis iit corpus ct calix sanguis Domini... Verbum descendit in panem et calicem et fiunt corpus et sanguis ejusl » — S. *Cyrillus Hierosolymitanus* vivide exponit panem et vinum converti in corpus et sanguinem et nos per communionem corporis et sanguinis fieri *concorporales* et *consanguineos* Christi". — S. *Chrysoslomus* pulchre describit mirabilem illam oeconomiam qua dignatus est Christus fieri tinus ex nobis nosque enutrire, non ab extraneis, sed propria carne proprioque. sanguine voluit3.

S. *Ephræm* fidem Ecclesiæ Syræ testatur, docetque Christum vere et personaliter in Eucharistia contineri et nobis per communionem conjungi. « Sacerdotes autem Kcclesiarum *suis pugillis le arripuerunt,* panis vitæ, qui descendens *commixlus es noslris sensibus**. » Itaque in Cucharistia sacerdotes Christum ipsum in manibus tenent ◖l. Christus se nostris sensibus commiscet. — « *Ejus corpus noua ratione noslris corporibus immixtam, est, sanguisque purissimus in nostras venas fuit diffusus.* Vox ejus pervasit aures nostras, splendorque pupillas, *lotis* commixtus est nobis sua misericordia. Quoniam suam Ecclesiam valde dilexit, minime illi dedit manna æmulæ ejus ; ipse panis ∨itæ factus est illi ut eum comederet5. » Hic opponitur Ecclesia Synagogæ : manna tantum dabatur Synagogæ, Christus vero seipsum dedit Ecclesiæ in cibum. — « Quod nunc vobis dedi, ne *panem existimetis,* accipite, manducate illud, nec conteratis micas ejus ; *quod vocavi corpus meum, hoc revera esi**. » — Et addit : « Jussit cos bibere Christus ol *explicavit sanguinem esse suum* quem *bibebanl.* » — Himulque docet S. Doctor cum corpore et sanguine adesse divinitatem Christi, seu secundam personam Trinitatis,

1. S. Athanas., Fragm. vit ; *P. G.,* xxvi, 1325.
I S. Cyrill. Hierosol., *Calech.*. xx, l, 3 ; *P. G.,* xxxiii, 1097.
I i. S. Chrysost., *Homil. XLVI in Joan.,* 3 ; *P. G.,* 1ix, 261.
I I. *Hymn, de Virg.,* xxxv, 12 ; edit. Rahmani, p. 103.
I ⊳ Hymn. xxxvii, edit, cit., p. 106.
I n Serin. IV *de Passione,* edit. Romana, t. III, p. 424.

quæ orbem terrarum gestat : « *Macia! secundam personam divinitatis, dislribuilque hominibus Gigantem qui orbem terrarum gestat*[1]. »

S. *Augustinus,* licet in Eucharistia sæpissime attendat significationem mysticam, disertissimis verbis præsentiam realem vindicat[2], ita ut fateatur Zwinglius tempore Augustini *invaluisse opinionem de corporea carne*[3].

II. Elucidantur quædam difficiliores vel obscuriores Patrum locutiones.

1° *Objicitur Origenem* non agnovisse in Eucharistia nisi symbolum vel allegoriam[4].

Resp. : Non inficiandum est Origenem interdum interpretationibus mysticis nimium favere[5,6], verum mens ejus dubia non est et interpretatio mystica præsentiam realem supponit ac corroborat. Tria in Eucharistia distinguit. — Primo, externam apparentiam quæ sensibus objicitur, et sub hoc respectu verum est panem et vinum, id est species sensibiles, esse symbolum seu figuram corporis et sanguinis ; quia species sunt sacramentum, dum corpus et sanguis sunt res significatæ. — Secundo, substantiam intus latentem quam sola fides attingit, et sub hoc respectu rectissime docet Origenes dedisse nobis Christum corpus et sanguinem[8]. — Tertio, mysticam sacramenli significationem ; nam, præter interpretationem eucharisticam, addit aliam Origenes subtiliorem, quam spiritualibus proponit : corpus et sanguis Christi, qui sunt cibim animæ et potus in Eucharistia, significant insuper Verbum

1. Cf. Raumani, */. fasli delta Chiesa patriarcale Antiochena,* Roma, 1920, p. vn-x.
2. Cf. Pareille. *Diction, théol. cathol.,* art. *Euchan lie,* et Pontalié, art. S. Augustin.
3. Zwingii.ii *Opera,* III, p. 265.
4. Origen., *in Maith.,* t. XI, 14; *P. G.,* xm, 952; *in Joan.,* comm., xxxii, 24 ; *P. G.,* xiv, 809.
5. « Toujours enclin à chercher, au delà de la réalité divine <|(m l'Eucharistie contient, les effets plus intimes dont elle est le synid bole et l'agent, il lui arrive d'obscurcir, par ses spéculations, «nd affirmations nettes. » J. Tixebont, *La Théologie anlénicéennt,* l, p. 275.
6. *P. G.,* xm, 489.

Dei esse spiritualem cibum et potum, animam, instar panis et vini, confortando et laetificando[1].

2° *Objiciuntur* similes *Patrum locutiones,* Tertulliani, Hieronymi, Cyrilli Hierosolymitani, S. Gregorii Nazianzeni, S. Chrysostomi, etc., Eucharistiam esse imaginem, similitudinem, symbolum, antitypum corporis Christi, exemplariaque futurorum[2].

Resp. : Hoc unum intendunt Patres, id quod remanet de pane et vino, scilicet species, esse symbolum seu figuram corporis et sanguinis, quia species sunt sacramentum et signum, corpus autem et sanguis sunt res significata;[3]. — Aliunde recolendum est Eucharistiam esse multiplici titulo signum seu symbolum. Generatim omne sacramentum est signum *rememorativum* præteriti, scilicet passionis Christi, *demonslralivumque* præsentis, scilicet gratiæ quæ producitur, ac *prognosticum* futuri, scilicet gloriæ[4]. Sed specialiter Eucharistia est, quatenus sacrificium, signum rememorativum passionis de præterito ; quatenus communio, est de præsenti signum gratiæ et unitatis fidelium inter se et cum Christo ; quatenus viaticum, est signum et prægustus felicitatis æternæ[5]. Quæ omnia præsentiæ reali non officiunt, sed eam potius confirmant.

3° Eodem jure explicantur *verba Augustini,* quando refert Christum in Ccena dedisse Apostolis *figuram* sui corporis nosque manducare et bibere *figuram* corporis et Hiinguinis®. — Id quod tradidit Christus Apostolis erat verum corpus, sed sub figura seu specie panis ; id quod etiam manducamus et bibimus est verum corpus verusipie sanguis, sed sub figura seu speciebus panis et vini, lion autem eo corporali modo quo Capharnaitæ prave intel-

1. *P. G.,* xm, 1735.

2. Cf. Tertull., *Adv. Marcion.,* iv, lx ; *P. L.,* n, 460 ; S. Hielion., *in Jerem.,* xxxi. 10 ; *P. L.,* xxiv, 875 ; S. Cyrill. Hieros., *t.olcch.,* iv, 3; *P. G.,* xxxiv, 705; S. Gregor. Nazianz., Orat, vin, 18; *P. G.,* xxxv, 809; S. Chrysost., *In Matth., Homil. I X \XIH,* 1 ; *P. G.,* lviii, 739.

Γ :i. Cf. Bossuet, *Exposition de la doctrine de l'Eglise catholique,* ■lu.

I I. Cf. S. Thom., III P., q. lx, a. 3.

I f>. S. Thom., III P., q. lxxiii, a. 4.

I 6. S. Augustin., In Ps. in, 1 ; *P. L.,* xxxvi, 73 ; *in Joan.* Irnet. XXVI, 12 ; *P. L.,* xxxv, 1612.

lexerant. Frequenter alludit S. Augustinus ad significationem mysticam, non ut realem præsentiam evacuet, sed ut applicationem pro vita morali instruenda eliciat, Christianos suaviter attrahendo ad illam intimam et indeficientem cum Capite et membris unionem[1].

III. Perpetua Ecclesiæ praxis[2]. — Ubique se prodit Ecclesiæ fides in præsentiam realem, liturgia. cultu, monumentis, etc. Pauca supersunt veterum liturgiarum fragmenta. Ea vero quæ ex *Didachè* et S. *Justino* novimus innuunt totam liturgiam ad Eucharistiam tendere et ordinari ; et pariter diversi textus liturgici qui ex sæculo iv remanent[3]. Tum *Constitutiones AposlolicaA* tum S. *Cyrillus Hierosolymitanus*[5][6] preces referunt quibus poscit Ecclesia ut ex pane et vino efficiat Deus corpus et sanguinem Christi.

Ritus communicandi eandem fidem testatur. Quando episcopus porrigit panem consecratum, dicit : *corpus Christi,* et fidelis respondet : *amen ;* quando vere diaconus porrigit calicem, dicit : *Sanguis Christi, calix vilui,* et respondetur : *amen*[5]. — Maxima adhibetur cura ne aliquid de consecratis elementis in terram decidat[7], et, ut testatur S. Augustinus, *nemo illam carnem manducat, nisi prius adoret*[8]. Adoratio porro protestatur fidem simul in præsentiam realem et divinitatem Christi.

Confirmat epigraphia[9]. Celeberrimum est carmen quod *Abercius,* episcopus Hierapoleos in Phrygia, in fine n sæculi, super tumulum suum inscribendum curavit : « Fides ubique mihi dux fuit præbuitque ubique cibum ιχθύν (pis-

1. Cf. E. Portalié, art S. *Augustin.,* col. 2424 ss. ; G. Bareu.le, art. *Eucharistie,,* col. 1176-1179.

2. Cf. Bossuet. *Exposition de la doctrine de l'Eglise catholique* . et auctores libri : *Perpétuité de la foi louchant ('Eucharistie.*

3. Cf. Brighwman, *Liturgies eastern andivestern* Oxford, ib'.iGj U. Lietzmann. *Lilurgische Text,* Bonn, 1903 ; Rauschen, *Etonlegium patristicum,* fasc. VII ; Bonn, 1909,

4. *Consht. Apost.,* χπ ; *P. G.,* i, 1104.

5. S. Cyrill. Hieros., *Catech.,* xxm, 7 ; *P. G.,* xxxm, 1116.

6. *Conslit. Aposl.,* vin, xin ; *P. G.,* i, 1109.

7. Cf. Tertull., *De corona militis,* ni ; Origen., *Homil.* Λ *111 in Exod.* ; S. Cyrill. Hieros., *Catech.* v, 21.

8. S. Augustin., *Enarrat,* in Ps. xcvm ; *P. L.,* xxxvn, Γ·ι.|, Cf. Corblet, *Histoire du sacrement de I'Eucharislie.*

9. Cf. art. *Epigraphic, Diction. Apolog.,* col. 1435 ss.

cem) e fonte ingentem, purum, quem prehendit virgo illibata, deditque amicis perpetuo edendum, vinum optimum habens, ministrans mixtum cum panel, à Verba illa symbolica dogma catholicum haud obscure enuntiant : ille qui enutrivit Abercium est Piscis, Christus Dei Filius, Salvator, e Virgine natus, quem credentes sub speciebus panis et vini suscipiunt.

Innumera desumi possent **e picturis Catacumbarum** testimonia. Notissima est in cœmeterio Priscillæ *Fractio panis,* initio sæcuii n : repræsentatur coetus pro convivio adunatus, cui præsidet vir in manibus tenens panem, dum calix est coram eo positus ; agitur manifeste de celebratione Eucharistiae[2]3 Præcipua *symbola* quæ ad Eucharistiam designandam adhibentur in Catacumbis sunt : manna deserti ; multiplicatio panum et piscium ; Piscis ; Vinea cum racemis, quos comedunt columbæ ; Vas lacte plenum, nimbo coronatum . ubi nimbus, symbolus divinitatis. testatur Christi divinitatem, et vas lacte plenum innuit Christum esse in Eucharistia cibum animarum. Repræsentatur quoque miraculum conversionis aquæ :n vinum, in Cana Galilææ, ut inde intelligatur mirabilior conversio panis in corpus et vini in sanguinem[1].

IV, Argumentum praescriptionis. — *Solet hoc modo proponi :* Priusquam negarent Berengarius et sacramentarii realem præsentiam, hoc dogma publice profitebantur et Ecclesia Latina quæ statim hæresim compescuit et Berengario solemnem retractationem imposuit, et Ecclesia Græca schismatica, quæ semper præsentiam realem simul cum transsubstantiatione asseruit[4]. — Porro id quod Ecclesia tunc credebat tanquam veritatem divinitus revelatam non potest esse humana inventio aut subita aut lenta evolutione introducta ; cum sit impossibile assignare quo tem-

1. Cf art. *Abercius,* in *Diction, archéol,* et in *Diction théol. calhol.*

'i. Cf. Wilpert, *Fractio panis,* Paris, 1896.

3. Cf. S. Perret, *Les Catacombes,* H. Leclercq, *Les Catacombes,* art. *Diction, archépl. ;* S. Boor, *Diction, théel. c?.in:l* art *Eucharistie,* col. 1183-1209; Marrucchi, *Eléments d'archéologie chrétienne.*

4. Cf. Kimmel, *Confession Orthodoxe* ; Macaire, *Théologiedogmali'/iie Orthodoxe;* Assemani, *Bibl. Orient.,* t. II, P. II, pp. 209 se.

pore, quo auctore, concilio vel pontifice, fuerit inter Christianos invecta. — Ergo admittenda est Christi institutio et Apostolorum traditio Ecclesiæ transmissa.

Nonnulli tentarunt dogma illud *Anasiasio Sinailæ,* saeculo VII, adscribere ; sed objectio etiam a protestantibus hodie spernitur. Nam Anastasius, disputans cum Timotheo monophysita, supponit omnino præsentiam realem esse communiter ante ipsum, etiam ab adversario, admissam ; et inde redarguit haereticos et confutat monophysismum : negare scilicet naturam humanam in Christo esset negare corpus et sanguinem, quæ tamen adorat Timotheus in cœna mystica, dum dicit : corpus et sanguis Christi[1].

Nec etiam retinetur amplius objectio quæ olim exhibebat *Paschasium Radbertum,* sæculo IX, ut primum assertorem realis præsentiæ. Id enim quod præcipue intendit Paschasius est adstruere *identitatem* corporis eucharistici et corporis historici, nempe corpus Christi in Eucharistia idem numero esse ac corpus quod est de Virgine Maria natum. Si autem Ratramnus et Rabanus Maurus Paschasio aliquatenus contradicunt, dissensio non est in re, sed quoad modum loquendi[2]. *Lanfrancus* controversiam optime solvit, exponendo *idem* esse quoad naturam corpus eucharisticum et corpus de Virgine natum, sed diversum esse *statum* quem habet corpus in propria forma et corpus sub specie sacramentali[3].

•Stat ergo argumentum præscriptionis invictum, dogma nempe realis præsentiæ esse ab ipso Christo repetendum.

1. Cf. Anastas. Sinait., *Uodtgos,* XIII et XXIII ; P. *G.,* CXXXIX, 208, 209, 297.

2. Cf. hac de re F. Vernet, *Diction.'théol. cathol.,* art. *Eucharistie,* col. 1210-123.

3. Cf. Lanfranc., *Liber de Corp, et Sang. Domini,* c. XVIII ; *P. L.,* CL.

ARTICULUS SECUNDUS BIS

RATIONES CONGRUENTIÆ ET DEFINITIO TRIDENTINA DE PRÆSENTIA REALI

AD ART. 1 Q. LXXV S. THOMÆ

I. Rationes congruentiæ[1]. — Arg. Iu,n, *ex perfectione Novæ Legis.* Oportet ut res figurata sit præstantior figuris, sicut exemplar exemplato. Atqui,'si Eucharistia nihil aliud est quam symbolum corporis et sanguinis, non est reputanda præstantior illis veteris Testamenti figuris quæ illam repraesentabant. Ergo Eucharistia esse, nequit merum symbolum, sed corpus et sanguinem in veritate continet.. —I Prob. min. Figuræ præcipuæ fuerunt *agnus paschalis, manna, sacrificium Melchisedech.* Porro, si Eucharistia non continet corpus in veritate, inferior est agno paschali : tum quia vera caro agni melius exprimit carnem Christ) quam panis ; tum quia ipse agnus vividius refert Christi patientiam et mansuetudinem ; tum quia immolatio agni majorem habet similitudinem cum ipsa Christi passione. Esset pariter Eucharistia manna inferior ; manna quippe de ccelo descendebat, ministerio angelorum, omne delectamentum in se habebat, quæ omnia dici nequeunt de pane vulgari, licet aliunde figurativo corporis Domini. Demum, non præstaret Eucharistia oblationi Melchisedech, cum essent utrobique eadem elementa signilicantia sacrificium Christi. — Quapropter, si Eucharistia non continet in veritate corpus et sanguinem, remanemus adhuc sub figuris et sub nube, adhuc nos Christus pascit umbris. Credere ergo non licet Christum « tamdiu passurum fuisse dilectam Sponsam suam hærere in errore tam abominando ut crustulum farinaceum pro ipso adoraret[2]. »

Arg IIum, *ex perfectione, amoris et charitatis.* Proprium csl. affricorum simul convivere præsentia reali, quantum

1. Cf. P. Monsabré, 67® Conférence.
2. Erasm., *Epist. ad Ludov. Berum.*

fieri potest ; nec enim perfecta censetur fruitio, quamdiu remanet separatio vel absentia. Porro Christus amicitia summa nos dignatus est prosequi, qui in finem dilexit suos. Ergo congruebat ejus charitati ut nobiscum permaneret ac præsentia sua *reali* nos beatificaret, si fieri posset. Sed amor Christi, qui est omnipotens, id præstare valebat per conveisionem panis et vini in corpus et sanguinem. Ergo debuit præsentia sua reali nos lætificare.

Arg. IIIum, *ex perfectione fidei.* Fides nostra, sicut est de divinitate Christi, ita esse debet de ejus humanitate. Atqui fides est invisibilium. Ergo Christus, sicut divinitatem suam invisibiliter nobis exhibuit, ita et in hoc sacramento carnem suam debuit invisibili modo, sub speciebus eucharisticis, exhibere, ut esset fidei nostræ objectum

II. definitio TRIDENTINA. — « Si quis negaverit in sanctissimæ Eucharistiæ sacramento contineri vere, realiter et substantiarlier corpus et sanguinem una cum anima et divinitate Domini nostri Jesu Christi, ac proinde tot um Christum ; sed dixerit tantummodo esse in eo ul in signo vel figura, aul virtute : A. S.1. »

Tria Concilium elegit adverbia, quo melius omnes errores configeret : vere, id esi non -in figura vel in signo ; realiter. ul excludatur præsentia mere objectiva, quæ fit per solam fidem ; substantialiter, ut opponatur praesentiae per effectum vel per virtutem. Quia ergo se dat in Eucharistia *loturn, vere, realiler et substantialiter,* Salvator noster in hoc sacramento divitias divini sui erga homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabilium suorum2.

1. Sess. XIII, can. 1 ; Denz., 883.
'i. *Ibid.,* cap. η ; Denz., 875.

ARTICULUS TERTIUS

DE MODO QUO CHRISTUS FIT. JPRÆSENS IN EUCHARISTIA SEU DE TRANSSUBSTANTIATIONE

AD ART. 2-4 *Q.* LXXV S. THOM/E

I. Errores de transsubstantiatione. — Innumeras formas induit error, ad labefactandam catholicam doctrinam de conversione panis et vini in corpus et sanguinem.

Primo loco veniunt tlieoriæ quæ conversionem proprie dictam inficiantur. *Monophysilæ,* eo ipso quod ponunt naturam humanam Christi evanuisse vel fuisse a Verbo absorptam, necessario rejiciunt conversionem veram in corpus, vel, si conversionem'verbotenus retinent, perperam omnino explicant. *Neslorius* autem, cum teneat duas esse in Christo personas, consequenter vult corpus Christi sive in Incarnatione sive in Eucharistia non esse corpus Hei ac proinde adorationem latriæ non mereri ; videturque l ranssubstantiationem negare et quamdam impanalionem adstruere.

Plures Doclores Antiocheni sæculo v, dum confutando monophysismo nimium intendunt, conversionem cucharisticam minus recte tuentur : reponunt quippe humanam naturam et divinam in Christo realiter remanere etiam post Ascensionem, sicut in Eucharistia realiter persistunt post consecrationem elementa panis et vini cum corpore •l sanguine. Ita Theodoretus. —Vera quidem est analogia, hi sermo sit de permanentia *qualilalum* sensibilium seu accidentium; at, si nimium premeretur comparatio, periculum aliquod induceret, nempe confundendi permanentium substantiæ cum permanentia accidentiuml.

I. Cf. J. Lebreton, *Le dogme de la transsubstantiation et la Christologie antiochienne au* v° *siècle. Rapport* of the 19 th Eucharist i uir-ress 1908, pp. 326-348, et *Eludes,* t. CXVII, pp. 477 ss. ; (> Pareille, arte *Eucharistie,* fasc. XXXVII, coi. 1158-1162, 1100-1170.

Berengarius, qui præsentiam realem primum negavit ac deinde confessus est, etiam conversionem realem impetivit, donec, ad veritatem reversus, admiserit panem et vinum substantialiter converti[1].

Alii hærelici contendebant elementa converti quidem, sed redire iterum panem et vinum, si ad sacram mensam indignus accesserit[8].

Wicleffus transsubstantiationem acriter impugnavit, asseruitque panem et vinum non solum quoad accidentia sed in propria natura persistere, corpus vero Christi in coelo remanere *subslanlialiler, corporaliler* et *dimensionaliter.* in Eucharistia autem esse solum *virlualiler* et *sacramenlaliler*[2].

Lulherus fuit semper illi dogmati infensus, ponendo corpus Domini esse *cum* pane, *in* pane, *sub* pane. Ut vero aliquatenus vindicaret præsentiam realem absque conversione, attribuit humanitati Christi *ubiquilalem,* vi cujus possit esse in coelo et sub omnibus hostiis simul[45]

Prolcslanles unanimi ore transsubstantiationem rejiciunt, etiam illi qui præsentiam realem retinent, ut Pusey, Gore, etc.[6].

Alia erroris forma est asserere corpus eucharisticum non esse corpus ex Virgine natum, sed carnem novam vi consecrationis productam. Quem dicendi modum perbelle refellit Paschasius Radbertus. — Si autem corpus eucharisticum est corpus simpliciter novum, panis non fuit realiter conversus in verum Christi corpus. — Nec fit vera transsubstantiatio in corpus Christi gloriosum et incorruptibile, si corpus eucharisticum subire debet in communicante vicissitudines illas quæ alimentorum digestionem et absorptionem consequuntur. Hinc error *slercoranismi,* quem docuerunt nonnulli ex Græcis[6].

1. Denz.,355.
2. Cf. Guitmund., *De Corporis et Sanguinis veritate,* lib. I *P. L.,* cxi.ix, 1430-1431.
3. Cf. art. *Eucharistie,* col. 1320.
4. Cf. Bossuet, *Histoire des variations,* II, 41.
5. Pusey, *The doctrine of real presence,* Oxford, Parker; Gonr, *Dissertations in Subjects with the Incarnation,* London, 1907, pp. 229-286.
6. Cf. Alger. Leodiens., *De Sacram, corp, et sang. Domini,*

Generatim errores omnes vel ad ' consubstantiationem vel ad impanationem reducuntur. *Consubslanlialio* admittit permanentiam substantiæ panis et vini cum corpore et sanguine Christi. *Impanalio* vero sensu proprio importat unionem Acerbi divini cum pane,, sicut unio Verbi cum carne dicitur incarnatio. — Tribuitur ille *error impanationis* Ruperto abbati, sed, ut videtur, absque certo fundamento[1] ; fuit forte propugnatus a Berengario ; ac certe novo apparatu proponitur, temporibus reformationis, ab Andrea Osiandro. — Joannes autem Parisiensis theoriam quadantenus temperaverat, fingendo Verbum uniri pani, non immediate, sed *medianle corpore*[2]. — Cartesian), vi sui systematis de constitutione corporum, quamdam impanationem inducunt, ut salvent præsentiam realem.

Transsubstantiationem aliunde pessumdant *illi scholastici qui existimant* remanere materiam dum convertitur forma, aut formam persistere dum transmutatur materia ; aut substantiam desinere per annihilationem : nam quod in nihilum decidit non convertitur.

Demum, quia permanentia accidentium sine' proprio subjecto supponit veram conversionem, pervertere doctrinam *de accidentibus eucharisticis* est transsubstantiationem impetere , ita Wicleffus docet simul remanere accidentia substantiamque panis et vini post consecrationem[3].

II. triplex veritas credenda. — Imprimis credimus contineri in Eucharistia verum Christi corpus de Virgine natum et nunc in coelis gloriosum. Secundo, credimus nihil remanere de substantia panis et vini, sed solum species •iciamentales. Tertius autem est articulus ad fidem perlinens, ut monet Pius AD in bulla *Auclorern fidei,* innixus Concilio Tridentino, scilicet modum præsentiæ realis esse 'ranssubstantiationem. — *Lulherus* primum punctum

lin. II, c. i ; *P. L.,* clxxx, 810. — De Latinis non constat : cf. ••f. I·'. Vernet, art. *Eucharistie,* col. 1226.

1. De mente Ruperti, cf. Hurter. *Nomenclator litter.,* 3® edit., I '06, t. II, p. 278; Contenson, dissert. II, cap. n, spec. 2, object. 5; I\a i.µ anticenses, Disp. I, cap. I, n. 30; Ghellinck, art. *Eucharltlie,* col. 1252.

2. Cf. Thom. Wald., *De Sacramentis,* t. II, c. lxv.

3. Denz.. 581.

admittebat, alterum rejiciendo. *Pistorienses* primum et secundum confitebantur ; sed tertium videntur habere tamquam quæslionein scholasticam, a qua pastores docendi munere fungentes abstinere debent. Illos carpit Pius VI : « Prorsus omittit (synodus Pistor.) ullam mentionem facere transsubstantiationis seu conversionis totius substantiæ panis in corpus et totius substantiæ vini in sanguinem, quam velut articulum fidei Tridentinum Concilium definivit et quæ in sollemni fidei professione continetur, quatenus ,per inconsultam istiusmodi suspiciosamque omissionem notitia subtrahitur tum articuli ad fidem pertinentis, tum etiam vocis ab Ecclesia consecrate ad illius tuendam professionem adversus hæreses, tenditque adeo ad ejus oblivionem inducendam, quasi ageretur de quæstione mere scholastica : — perniciosa, derogans expositioni ve> itatis catholicae circa dogma transsubstantiationis, favens hæreticis[1]. »

Ut ergo doctrina integra vindicetur, probandum qst non remanere substantiam panis et vini post, consecrationem, sed substantiam converti in corpus et sanguinem Christi illo conversionis modo qui dicitur transsubstantiatio.

III. Post consecrationem non remanet in Eucharistia substantia panis et vini (a. 2). DE F'DE — 1° Probatur ex declarationibus Ecclesiae et ex Trac itione.

Concilium Lateranense IV docet corpus et sanguinem in sacramento altaris *sub speciebus panis et vini* veracitei contineri[2]. Ergo non remanent panis et vinum, sed tantum species. — Concilium **Constantiense** damnat propositionem Wiccleffi : « Substantia panis materialis et similiter substantia vini materialis remanent in sacramento altaris[3] » — **Concilium Tridentinum** definit : «Si quis dixerit in sacro sancto Eucharistia: sacramento remanere substantiam panis et vini una cum corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi..., A. S.[4] »

Patres dogma illud diversimode stabiliunt. Jam **S.** Jus-

1. Prop. 29 ; Denz., 1529.
2. Cap. *Firmiter,* Denz., 430.
3. Denz., 581.
4. Sess. XIII, can. 2 ; Denz., 884.

tinus recolit non osse panem *communem* vel potum *communem*[1] : quod indicat non remanere naturam panis et vini. Sæculis iv et v rem clarius exprimunt, asserendo aliam esse *speciem* ante et post consecrationem. « Ante benedictionem verborum, *alia* species nominatur, post consecrationem corpus significatur... Ante consecrationem *aliud* dicitur, post consecrationem sanguis nuncupatur[2]. » — Quandoque vero exemplis et verbis diserte enuntiant non remanere elementa, sed solum apparentias seu species. Sic, S. Gyrillus expresse irtonct non jam esse panem et vinum, licet gustus qualitates panis et vini sentiat, sed tantum corpus et sanguinem Christi[3][4] — S. Ephræm tradit non remanere amplius panem, sed converti : « Quod nunc vobis dedi, *ne panem exislimelis,* accipite, manducate illud, nec conteratis micas ejus : *Quod vocavi corpus meum, hoc revera esi**. » Asseruntur itaque simul et *desilio* panis et *conversio* et *priesenlia realis.*

IV. 2° **Probatur certo ex verbis institutionis. —** Quidquid in contrarium sentiant Scotus, Paludanus, Alliacensis, veritas forrikilæ exigit ut, peracta consecratione, verbum *hoc* designet, corpus Christi. Atqui, si remaneret substantia panis, verbum *hoc* non posset corpus Christi designare. Ergo veritas formulæ importat seu exigit absolute ne remaneat substantia panis. — *Prob. min.* Quando simul sunt duæ substantiæ, una quæ per sua accidentia propria se manifestat, altera vero quæ intus latet nec accidentibus propriis innotescit, pronomen *hoc* designat dum substantiam quæ se manifestat. Hic est enim modus nominandi et cognoscendi. Res quippe nominamus sicut cl cognoscimus, et, quia cognoscimus per accidentia propria quæ illas produnt, ex accidentibus nominamus — *Hoc* itaque innuit semper substantiam externam, non inihstantiam latentem, nisi illa ex natura sua vel usu sit i vmbolica et alteram designet, ut, dolium vel amphoram ostendendo, dicitur : hoc est vinum. At, in præsenti, sub-

1. S. Justin., *Apol.,* 65-67 ; *P. G.,* vi, 428-429.
2. Auctor libri *De Mysteriis,* ix, 53 ; *P. L.,* xvi, 407.
3. S. Cyrill. Hieros., *Catech.,* xxn, 9 ; *P. G.,* xxxm, 1104.
4. S. Ephraem, Serm. IV *De passione·,* edit. Romana, t. Ill, p. 424.

stantia panis accidentibus suis naturaliter se prodit,, corpus vero Christi est latens, nec substantia panis ex natura vel usu ordinatur ad significandum corpus. Ergo, si remaneret, substantia panis, pronomen *hoc* illam designaret, non vero corpus Christi, ac proinde falsa prorsus essent verba formæ.

Desumitur itaque argumentum : In formula : « *hoc est corpus meum* », affirmatur *identitas* substantialis inter subjectum *hoc* et prædicatum *corpus.* Atqui hæc identitas affirmari nequit remanente substantia panis, cum identitas substantialis importet unicam substantiam, quæ sit corpus Christi Ergo ex veritate formulæ demonstratur desiisse substantiam panis.

V. 3° Piobatur ratione theologica, ex impossibilitate explicandi permanentiam substantiae panis et vini.

Dupliciter tantum concipi potest hujusmodi permanentia : aut per *consubslanliationein* aut per *impanaiianern.* Utraque autem in præsenti repugnat. Ergo.

Prob. min. — Consubstaniiatio *excluditur ipsis verbis consecrationis,* ut vidimus, quatenus *hoc* non designaret corpus nec verificaretur formula, si præsens esset substantia panis, quæ per accidentia sua naturaliter manifestatur.

ïmpanatio etiam repugnat, sive dicatur unionem hypostaticam Verbi cum pane fieri immediate, sive fingatur fieri mediante corpore seu natura humana Christi.

Dici nequii unionem fieri immediate. Absolute quidem non repugnat Verbum assumere panem, quia omnis natura substantialis creata potest a persona divina assumi[1] ⊢ Sed hujusmodi corpus *nihil commune exhiberet cum humano corpore.* De fide est contineri in Eucharistia carnem Christi veram; quæ de Virgine Maria sumpta csl. seu corpus quod fuit *pro nobis traditum.* Atqui, licet pania Verbo divino immediate uniretur, non ideo fieret corpua humanum nec caro quæ pro nobis passa est. Sicut enim Verbum assumens naturam angelicam non propterea fieret homo, ita assumens corpus panaceum non ideo habvxl. corpus de Virgine natum. Ergo non salvaretur fides : hoc

1. Cf. quæ disseruimus in tractatu *De Incarnatione,* vol. II, ubi de natura assumptibili.

est corpus quod de Virgine natum est et fuit pro nobis traditum. — Insuper, *lol essenl fissumpliones, quoi sunl consecrationes ;* et pariter, quoties species corrumpuntur, Verbum toties dimitteret quod assumpserat : quæ omnia sensus catholicus refugit.

Nec melius dici potest, cum Joanne Parisiensi, unionem hypostaticam panis *fieri medianle nalura humana.* Panis in ea hypothesi non fieret corpus Christi verum, quod pro nobis passum est : sed haberet Verbum corpus mere panaceum. Insuper, unio hypostatica non fit nisi in eo quod habet subsistentiam. Porro natura humana in Christo non Labet propriam subsistentiam. Ergo. Alii verbis, quod non subsistit nequit aliis tribuere subsistentiam. Ergo unio hypostatica panis cum Verbo fieri nequit mediante natura humana.

VI. 4° Refutatur theoria cartesiana respectu Eucharistiae.

Cartesiani huic errori partialiter saltem adhæserunt. Ipse Cartesms, P. Mersenne, Ord. Minimorum, P. Desgabets, Ord. S. Bened., admiserunt animam Christi uniri pani illumque informare vi verborum consecrationis. Quocirca informat anima Christi duo corpora, scilicet corpus de Virgine natum et corpus panaceuml.

Multa porro in his assertis repugnant. Una forma non potest duas materias informare, sed materia et forma, potentia et actus, ita proportionantur, ut ex una forma et una materia resultet unum totum substantiale. A fortiori, .mima Christi gloriosa nequit panem corruptibilem informare. Cæterum, non posset Christi anima uniri pani per propriam subsistentiam, cum illa careat ; et, si daretur ipsam uniri pani per subsistentiam Verbi, non ideo'tamen præstare posset ut panis sit corpus Christi pro nobis traditum et vinum sit sanguis pretiosus quo sumus redempti.

Comperto ergo non jam remanere substantiam, probandum restat ipsam non fuisse annihilatam nec a Verbo absorptam, sed transsubstantiatam in corpus et sangui- l iiein.

I. Cf. E. Lemaire, *Dom Desgabels, son système, son influence et école,* Paris, 1902, p. 112 ss. ; F. Jansen, art. *Accidents eucha- ı risliones. Diction, théol..* col 1422, 1435.

VII. Nunc de transsubstantiatione. 1° Notio genuina. *Definitur transsubstanlialio ex Concilio Tridenlinol* : Mirabilis et singularis conversio totius substantiae panis in corpus et totius substantiae vini in sanguinem Christi, remanentibus dumtaxat speciebus panis et vini. — Dicitur *mirabilis,* quia est iniraculosa et in ea plura sunt difficiliora quam in creatione[1]. Dicitur *singularis,* quia non datur aliud exemplum in ordine naturæ vel gratiæ. Dicitur *lotius substantiae...,* quia in cæteris conversionibus aliquid persistit, saltem materia, quam mutatio supponit et mutatio relinquit ; hic vero et materia et forma mutantur, et sola accidentia remanent. Conversio, seu mutatio, generatim est. transitus rei in alteram secundum aliquam rationem entis[3].

Tres importai conditiones. Requiritur 1° ut fiat inter duos terminos positivos : terminum nempe *a quo* positivum ac terminum *ad quem* positivum. Ratio est quia conversio importat ut sit *eadem* res quæ *aliter* se habet prius, et posterius : si autem terminus *a quo* est negativus, res non fuit prius ; si vero terminus *ad quem* est negativus, res non erit, posterius. Hinc creatio non est conversio, cum desit tei- minus « *quo* positivus?, nec annihilatio est conversio, cum desit terminus *ad quem* positivus. Requiritur 2° ut terminus *a quo* desinat et terminus *ad quem* incipiat essi· secundum aliquam rationem entis, secus res non se haben t *aliler* prius et posterius : sic in calefactione aqua incipit esse secundum aliquam rationem entis, nempe caloris, et in generatione planta incipit esse secundum rationem viventis. Requiritur 3° ut desitio termini *a quo* dicat or<li·, nem et *nexum* ad positionem alterius termini illaimpn· necessario trahat. Non sufficit igitur mera concomitantia, nec satis est ut unum sit *post* aliud, sed oportet ut dèsilm unius sit reapse positio alterius, sicut corruptio unius e l generatio alterius. Unde, si Deus hostiam annihilaret a‹· statiin retroduceret, vel si hostiam annihilaret ac lorn ipsius corpus Christi vel aliud produceret, non esset com versio, sed substitutio, cum nullus esset nexus positivun

1. Sess. XIII, can. 2 ; Denz., 884.
2. S. Thom., III P., q. lxxv, a. 8, ad 3.
3. Cf. *Curs. Phil. Thomist.,* t. V, pp. 199 ss.

inter desitionem unius termini et alterius inceptionem.

Non raro additur quarta conditio, nimirum ut remaneat aliquid commune utrique termino. Id quidem in conversionibus naturalibus contingit, in quibus persistit materia utrique termino communis ; et etiam in Eucharistia remanent accidentia, quæ priorem terminum, substantiam panis, afficiebant, et novum terminum, corpus Christi, notificant. At hæc conditio non est essentialis. Posset **enim** Deus, auctor totius entis, simul cum substantia convertere accidentia unius in accidentia alterius, et jam **nihil** commune persisteret. Unde permanentia accidentium non requiritur ad veritatem conversionis, sed ad *nolificandam* Christi præsentiain, quatenus corpus Christi **invisibile,** per species sacramentales, sub quibus continetur et quibus significatur, nobis innotescit.

Conversio est *accidentalis,* quando, eadem manente substantia, acciden aliquod mutatur, et hæc triplex est : *ulleralio* secundum qualitatem, *augmentum* et *decrementum* secundum quantitatem, *latio* secundum locum.

Substantialis conversio est qua substantia in alteram mutatur. Quod tripliciter contingit : 1° secundum formam, et hinc conversio *formalis,* quando desinit prior forma substantialis et accedit altera forma substantialis in eadem materia, ut communiter fit in corruptione et generatione.

Secundum materiam, et hinc conversio *materialis,* si l'eus ex miraculo eamdem formam in diversa materia rmiservaret, v. g., animam canis in materia Iconis. Hæc cuuversio non fit a natura, quia forma substantialis a sua materia individuatur eique ita proportionatur ut in altera imderia recipi nequaquam possit. At Deus, cui omnis reali-l.i ad nutum obedit, posset absolute materiam immutare ı i perfecte adaptare nova) formæ recipiendæ. 3° *Conversio nimid formalis et materialis,* quando substantia tota et udum materiam et secundum formam m alteram mutalur, et hæc est *transsubstanlialio.* Sicut enim mutatio ll iiræ dicitur transfiguratio et mutatio formæ transtorm. dio, ita mutatio totius substantiæ dicitur aptissime lunssubstantiado. .Mutatio quidem alicujus elementi mibstantialis dici posset aliquatenus transsubstantiatio, ■iqiiiidem substantiam in alteram transfertur: at vox non Ldliibetur sensu pleno, quamdiu aliquid de substantia

remanet. Ergo, ut plena sit vocis significatio, oportet ut substantia *tota* transferatur et secundum formam et secundum materiam. — *Hujusmodi est conversio panis el vini* in corpus et sanguinem. Fit inter duos terminos positivos, ut liquet ; ac per nexum positivum, nam desitio substantiæ panis necessario ponit præsentiam realem corporis. Tota substantia panis, et secundum formam et secundum materiam, convertitur in corpus Christi, virtute agentis infiniti, qui, cum sit auctor totius entis, potest convertere id quod est entitatis in uno in id quod est entitatis in altero, formam in formam, materiawique in materiam, sublato eo per quod unum ab altero differebat[1].

VIII. 2° Transsubstantiatio ex Scriptura invicte probatur. — *Solus*[2], cui adhærent Durandus, Occam, Petrus Paludanus, Petrus Alliacensis, etc., contendit non posse transsubstantiationem ex Scriptura demonstrari. Idem et a fortiori tenent *Protestantes.* — **S. Thomas,** contra, hic a. **2,** dogina illud statuit ex Scriptura, scilicet ex ipsis verbis institutionis, quia opposita « positio contrariatur formic hujus sacramenti, in qua dicitur : *Hoc est corpus nwum,* quod non esset verum, si substantia panis ibi remaneret ; nunquam enim substantia panis est corpus Christi ; sed potius esset dicendum : *Hic est corpus meum.* »

Concilium Tridentinum declarat : « Quoniam autem Christus redemptor noster corpus suum id quod sub speci< panis offerebat vere esse dixit, ideo persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idque nunc denuo sancta hæc Synodus declarat, per consecrationem panis et vini conversionem fieri totius substantiæ panis in substantiam corporis Christi Domini nostri et totius substantiæ vini in substan tiain sanguinis ejus. Quæ conversio convenienter et proprie a sancta catholica Ecclesia transsubstantiatio est appellata[3]. » Concilium itaque ex ipsis verbis scripturisticis qui bus usus est Christus in consecranda Eucharistia transsubs·tantiationem asserit et demonstrat. Hinc plures theologi,

1. S. Thomas, hic a. 4, ad 3.
2. Scot., *IV Sent.,* dist. XI, q. m, edit. Vivès, t. XVII, 350 r.
3. Sess. XIII, cap. iv; Denz., 877.

ut Vasquez, Gonet[1], etc., existimant non licere jam inficiari valorem probationis scripturisticæ. Si reponant alii theologi rem non fuisse a Concilio Tridentino decisam[2], omnes tamen confitentur non posse hodie sententiam Scoti propugnari. — Re quidem vera consecrationis verba efficiunt quod significant. Atqui significant conversionem in corpus Christi. Ergo illam efficiunt, ac proinde veritas formæ transsubstantiationem importat. Declaratur *argumentum.* Christus verissime asseruit id quod manibus tenebat esse corpus suum. Id porro quod manibus tenebat in principio dictionis erat panis, in fine corpus suum. Ergo, ut sint vera consecrationis verba, oportet ut panis sit conversus in corpus Christi.

Hæc veritas non est conclusio theologica, sed sensus immediatus, primaque ac necessaria interpretatio verborum sacramentalium, quippe quæ nullam congruam exhibeant significationem nisi admissa conversione[3].

IX. 3° Patres analogiis, exemplis, similitudinibus, verbisque transsubstantiationem efficaciter adstruunt.

Primi scriplores ecclesiastici æquivalenter ipsam conversionem asserunt, dum dicunt Eucharistiam non esse panem et potum communem, sed elementa *eucharisliala* esse[4] ideoque in substantiam corporis et sanguinis transmutata.

Sæculo iv *Doclores* ipsam conversionem directe exponunt. Ouia.illa veritas captum nostrum transcendit, *analogias* afferunt ex miraculis tum Veteris tum Novi Testamenti ad dogma suadendum et illustrandum. Provocat auctor libri *De Sacramentis* ad transmutationem virgæ Moysis m serpentem et serpentis in virgam. Si tantum valuit verbum Moysis, quantum verbum Christi dicentis : Hoc est corpus meum*. — Adducuntur *exempla* creationis et incarnationis, conversionis aquæ in vinum ; et hinc desumitur argumentum : Si verbum Christi potuit ex nihilo facere id

1. Cf. Vasquez, disp. CLXXX, c. v, n. 51 ss.; Gonet, disp. IV, n. 13.
2. Cf. Pranzelin, thés. XV ; Ch. Pesch, t. VI, 3ß edit., p. 309.
3. Cf. Bossuet, *Histoire des oariations,* liv. 11, 31-35.
4. S. Justin., *Apol.,* 65-66; *P. G.,* vi, 427-429.
5. *De Sacram.,* 52 ss. ; *P. L.,* xvi, 406 ss.

quod non erat, utique poterit id quod est in id quod non erat convertere. Credimus Verbum fuisse nostræ carni unitum, licet modum unionis non perspiciamus ; ita credendum est posse Verbum elementa in suam carnem vivificam transmutare, licet modus nos lateat. Christus, quia convertit aquam in vinum, potest convertere vinum in sanguinem[1]. — Conversionem pariter æquivalenter asserunt, dum affirmant non esse amplius panem, sed corpus Christi : « Quod nunc vobis dedi, *ne panem exislirnelis ;* accipite, manducate' illud, nec conteratis micas ejus : *quod vocavi corpus meum,* hoc revera est[2]. » — *Similitudines* quæ frequentius adducuntur sunt quotidiana mutatio qua semina transformantur et multiplicantur, ac conversio cibi in carnem[3,4] — Quæ tamen analogiæ et similitudines deficiunt, quum mutatio sit tantum formalis ; séd iis adminiculis utitur mens nostra ad conversionem eucharisticam intelligendam. Probe notant Patres, v. g. S. Gregorius Nyssenus, panem fieri corpus Verbi, non per viam alimenti, sed virtute divina*.

Verba demum quæ adhibentur important mutationem radicaiem quæ elementa *totaliter transfert,* ita ut nihil eorum remaneat : vocatur illa conversio *μεταβολή* a S. Gregorio- Nysseno, *μεταποίησι* a S. Cyrillo Hierosolymitano ; *μετασκευή* et *μεταρρύθμι,σι* a S. Chrysostomo[5,6] quæ vocabula innuunt totaliter desinere substantiam elementorum et in corpus Christi totaliter transire. — Duo conversionis extrema apprime indicantur : ante consecrationem est *alia* species, post consecrationem est *corpus* Christi*. Non jam remanet substantia panis, sed solum species, sapor et alia accidentia ; nec tamen in nihilum decidit, sed conversionis terminus est positivus, scilicet corpus Domini[7].

Traditio patristica est adeo universalis et manifesta,

1. S. Cyril. Hierosol., Calech., xxn ; *P. G.,* xxxm, 1097.
2. S. Ephrem, *Serrn. IV, de Passione,* edit. Romana, t. Ill, p. 424.
3. Cf. S. Gregor. Nyssen., *Oral. Calech.,* xxxvii ; *P. G.,* xt.v, 97 ; S. Cyril. Alexandr., *In Luc.,* xxn, 19 ; *P. F.,* lxxii,'912.
4. Loc. cit.
5. S. Chrysost., *In prodii. Judæ,* homil. I, 6 ; P. G., xlix, 380.
6. *De Mysteriis,* ix, 53 ; P. *L.,* xvi, 407.
7. S. Cyril. Hierosol., *Calech.,* xxn, 9 ; P. G., xxxm, 1104

ut *Ecclesiae separatee* sive apud Græcos sive in Russia dogma transsubstantiationis unanimiter retinuerint[1].

X. 4° Praecipuae difficultates solvuntur.

Objiciuntur quædam loca obscuriora Theodoreti et aliorum *doctorum scholae Antiochenæ,* qui permanentiam naturæ huinanæ et naturæ divinæ in Christo post Incarnationem et Ascensionem comparant cum permanentia qualitatum sensibilium post consecrationem[1]. — Verum comparatio inducta huc solum tendit, ut innuat remanere in Christo humanitatem realem, sicut in Eucharistia remanent qualitates reales seu realia accidentia[3].

Eodem sensu intelligendus est *Gelasius papa,* dum scribit : « Certe sacramenta quæ sumimus corporis et sanguinis Christi divina res est, propter quod et per eadem divinæ. efficiftiur consortes naturæ ; *el tamen non desinit substantia vel natura panis e! vini...* Ut, sicut in hanc, scilicet divinam, transeunt, Spiritu Sancto perficiente, >ubstantiam *permanentem tamen in sua proprielalenaluræi2*» Vim facit in. *permanentia* accidentium, quæ sunt realia, sicut realis fuit in Christo humana natura. « Respondeo ipsum (Gelasium) ideo dicere substantiam panis non desinere, vel quia remanent accidentia vices substantiae ita crentia ut sine subjecto existant et ea quæ substantia ipsa præstat efficiant ; vel quia substantia panis non annihilatur, quod illo termino *desinere* significari videtur, sed in nobiliorem substantiam, nimirum corporis Christi, tran-■it. Quæ expositio eo facilius potest admitti quod Gelasius ibidem indicat fieri transsubstantiationem panis in corpus Christi, dum dicit *panem el vinum in divina transire6.* »

Patres igitur doctrinam hodiernam æquivalenter vindicant, licet verba nondum adhibeant. Expressiores paula-l.mi fiunt formula, donec, cogente necessitate defendendi

1. Cf. Kimmel, i, 126; Macaire, *Théologie dogmatique orlho-i/o.rc,* II, pp. 457 ss.
2. Cf. supra, n. i.
). Cf. Gonet, disp. IV, a. I, n. 20 ss. ; Salmant., disp. I, dub. n, n ">, Jansen, art. *Accidents Eucharistiques,* col. 1376-1377.
■l. Cf. Tiel, *Epistolæ llomanorum Pontificum,* Braunsberg IHI'iH pp. 541-542.
l i. Gonet. ib.d., n. 10.

fidem contra impugnatores, præsertim Berengarium, adinvenerint doctores vocem aptissimam quæ dogma catholicum plenissime asserit, scilicet *transsubslanlialionem.*

XI. 5° De usu vocis c transsubstantiatio ».

Vocem illam deridet Lutherus tanquam figmentum thomisticum. Verum sat jejuna fuit in hac materia eruditio Lutheri[1]. Scite quidem dicit Angelicus « *Proprio nomine* dici *polest* transsubstantiatio » (art. 4). Sed nomen jamdiu erat in usu.

Verbum quippe *transsubslanliafi* adhibetur a Stephano episcopo Augustodunensi, qui obiit an. 1139 vel 1140 : « Oramus ut cibus hominum fiat cibus angelorum, scilicet ut oblatio panis et vini *transsubsianlielur* in corpus et sanguinem Christi[2]. »

Nomen autem *transsubstantiatio* usurpatum fuit a Rolando Bandinclli, qui *Sententias* scripsit circa 1140-1142 et deinde fuit ad summi Pontificatus apicem evectus sub nomine Alexandri III : « Verumtamen, si necessitate imminente sub alterius specie consecraretur, profecto fieret *transsubstantiatio ;* sanguinis autem nunquam fit nisi de vino transsubstantiatio[3] » Deinde communiter adhibetur sæculo xu a theologis et canonistis*. — Formula cui subscripsit Berengarius sub Gregorio VII habet *substan-Haliter converti*[4] Concilium Later. IV, sub Innocentio III, vocem quasi consecrat et canonizat . « *Transsubslanlialis* pane in corpus et vino in sanguinem potestate divina." · Concilium Lugdunense II, 1274, approbat professionem fidei Michaelis Palæologi, in qua dicitur : « Romana Eccles.a tenens et docens quod in ipso sacramento panis vere *transsubstantiate* in corpus et vinum in sanguinem Domini Nostri J. C.'. » Benedictus XII errores Armenorum damnando transsubstantiationem docet[8]. — Concilium Tri-

1. Cf. P. Denifle, O. P., *Luther and Luthertum,* 1904, I-1, p. 237,
2. *Tract. de sacram, altaris ; P. L.,* CLXxir, 1291.
3. Edit. Gietl., p. 231.
4. Cf. Ghellinck, art. *Eucharistie,* col. 1289 ss.
5. Denz., 355.
6. *Id.,* 430.
7. *Id.,* 465.
8. *Id.,* 544.

deni mum vocem illam ut aptissimam approbat1; item l'ius iV in professione fidei Tridentina et Benedictus XIV in professione fidei Orientalibus præscripta2. — Demum I'ius VI monet *non esse (/uæstionem scholasticam, sed* fidei **ARTICULUM3.**

XII. 6° Rationes theologicæ (a. 4). — Demonstrat ratio conceptum transsubstanl ialionis nullam contradictionem involvere. Est enim transsubstantiatio conversio totius substantiæ in alleram. Atqui, sicut per virtutem naturæ potest una res in alteram converti mutatione formali, quia operatio creaturæ se extendit ad formam : ita virtus divina, cum se extendat ad totam substantiam, et secundum lormam et secundum materiam, potest substantiam totam m alteram convertere. Ergo potest a Deo fieri transsubstan-t.iatio.

Declaratur el probatur min. — Operatio creaturæ, utpote accidens, subjectum supponit, nec illud unquam supplere valet. Quia igitur prærequirit aliquid a quo dependet, non potest producere totum ens, sed ad effectum tendit sub determinata ratione entis. Est itaque agens creatum restrictum in suo actu, et, cum sit actu per formam, iion agit nisi ratione formæ et consequenter noii producit nisi immutationem formæ.

Sed agens infinitæ virtutis, cum nulla ratione sit limitatus nec supponat subjectum ex quo educat, respicit rationem universalissimam entis, totumque ens producit, secundum omnes ejus differentias, materiam simul et lormam. Porro qui producit totum ens valet consequenter lotum ens movere, totum ens, et secundum materiam ct secundum formam, in aliud transmutare. Quæ omnia m illo profundissimo et pulcherrimo effato Angelici compendiantur : « *Ejus actio se extendit ad* totam naturam intis. »

Id præcise præstat Deus in Eucharistia. Panis habet lationem entis, corpus habet rationem entis : potest ergo Auctor totius entis id quod est entis in uno convertere in

1. *Id.,* 877, 884.
2. *Id.,* 997, 1469.
3. *Id.,* 1529.

id quod est entis in altero. « Sed virtute agentis infiniti, quod habet actionem in totum ens, potest talis conversio fieri, quia utrique formæ et utrique materiæ est communis natura entis ; et id quod entitatis est in una potest auctor entis convertere in id quod est entitatis in altera, sublato eo per quod ab illa distinguebatur. » (ad 3). — Factum autem transsubstantiationis probatur ex ipso facto præsentiæ realis, nempe credita præsentia reali ratio non alium invenit modum illius præsentiæ nisi transsubstantiationem.

Sic proponi polesl argumentum . Vi consecrationis fit corpus Christi præsens in Eucharistia ubi prius non erat. Atqui non potest fieri præsens nisi per conversionem panis in ipsum. Ergo.

Prob. min. — Hypotheses quæ fingi possunt de modo quo fit corpus præsens sunt : vel impanatio, vel consubstantiatio, vel creatio, vel mutatio substantialis quæ est generatio, vel mutatio accidentalis quæ est transitus de loco in locum, demum transsubstantiatio.

Impanatio et *consubstantialia* ex præcedentibus (η. V) confutatæ remanent. — *Creatio* est productio entis simpliciter, corpus vero Christi non producitur simpliciter, siquidem jam existit. Cæterum, si crearetur, non esset idem numero corpus in cælo et in Eucharistia, sed novum prorsus. — Eodem jure excluditur *generatio,* tum quia, si generatur, non est corpus de Virgine natum et pro nobis passum ; tum quia generatio supponeret remanere aliquod elementum substantiale panis, dum fides docet desinere totam panis substantiam ; tum quia corpus Christi verum nulli mutationi substantiali subjicitur. Hinc apposite dicit Catechismus Concilii Tridentini : « Nequii enim Christus aut generatur, aut mutatur, aut augescit, sed in sua substantia totus permanet[1]. » — Demum, præsentia realis explicari nequit per *motum localem.* Deberet imprimis Christus cceluin deserere, cum hæc sit ratio motus localis ut novus terminus non attingatur nisi relicto priore. Insuper, requirit motus localis plura instantia, nempe et instans quo relinquitur terminus *a quo* et instans quo aequi ritur terminus *ad quem,* consecratio autem fit in instanti. Demum, impossibile est motum ejusdem corporis ad diversa

1. *Catechism. Cone. Trident.,* P. II, n. 39.

loca simul terminari. Atqui corpus Ghnsti est in multis locis simul, ubicumque sunt liostiæ consecratæ. Ergo non lit præsens per motum localem.

Unica igitur via quæ remanet est Irqnssubstantiatio. In ipsa concurrunt omnes requisitas conditiones : 1° terminus *a quo* positivus, *substantia panis,* terminus *ad quem* positivus, *substantia corporis Christi ;* 2° terminus *a quo* desinit simpliciter esse, terminus vero *ad quem,* corpus Christi, incipit esse, non simpliciter, sed novo modo :3°est ordo seu *nexus* inter desitionem panis et positionem corporis. Christi. Demum remanent accidentia utrique termino communia.

XIII. An de potentia Dei absoluta corpus Christi fieri possit præsens sub speciebus .panis per aliam actionem quam per conversionem panis in ipsum. — Disputatur inter scholasticos. Repugnantiam absolutam docent plures, icut S. Bonaventura et plures Thomistæ cum Gonetol ; .,ril alii multi cum Cajetano, Suarezio, etc., existimant posse, absolute loquendo, divinam sapientiam alia excogitare media1. Salnianticenses a re decidenda abstinent, sed ostendere conantur utramque sententiam posse juxta diversos respectus sustineri et defendi3.

Modicæ utilitatis esset quæstionem illam versare. Quidquid sit de possibilitate absoluta, certum est, *in præsenli altem oeconomia, lranssubslanlia(ionem esse necessarium præsenliæ realis modum,* ut ostendit thomisticus discursus quo alias omnes hypotheses eliminavimus (n. præced.).

XIV. De identitate corporis eucharistici et corporis veri et historici. — Sal celebris exstil t. controversia inter l'as< iiasium Radbertum ex una parte et Ratramnum ac llnbanum Maurum ex altera parte, de identitate corporis I ncharistici et corporis historici quod est ex Virgine natum II jam in coelo gloriosum : at in verbis potius quam in re d increpabant. Quæstionem optime solvit Lanfrancus4.

I. Gonet, disp. IV, a. 1, n. 19.
Cf. P. Piccirelli, *Disquisitio... de catholico intellectu dogmatis truiissubstantiationis,* Neapoli, 1'912, pp. 48-53.
3. Sa i.mant., disp. V, dub. m, n,s 47-52.
I I.anfranc., *Liber de corpore el sanguine Domini,* c. xvm ; *i' l* , ei., 430 ss.

Est idem corpus *naturaliter,* si nempe attendatur corpus in sua natura seu essentia humana ; non est idem *specialiter,* si consideretur sub illa specie seu statu quem habet in Eucharistia[1].

Est igitur *duplex status corporis,* sed non est nisi *unum numero corpus.* Re quidem vera, nisi esset idem numero, conversio eucharistica non esset transsubstantiatio, sed generatio, qua corpus novum produceretur. Cum autem doceat fides totam substantiam panis in corpus Christi converti, tenendum omnino est *non produci corpus novum,* sed proprium Christi corpus de Virgine natum *novo tantum modo sub speciebus reponi*

Quæ doctrina non est conclusio mere theologica, sed ad fidem proprie pertinet. Nam professio fidei Berengario imposita asserit « panem et vinum, quæ ponuntur in altari, per mvsterium sacræ orationis et verba nostri Redemptoris *subslaulialitet* converti in veram et propriam ac vivificatricem carnem et sanguinem Jesu Christi Domini nostri et post consecrationem *esse verum Christi corpus, quod natum est de Virgine el quod pro salute mundi oblatum in cruce pependit el quod sedet ad dexteram Patris, et verum sanguinem Christi, qui de latere ejus effusus est*[2]. » —·] Concilium Constantiense damnat propositionem Wiileft' : « Christus non est in eodem sacramento *identice* et realiter (in) propria præsentia corporali[3]5» — Catechismus Concilii Tridentini recolit « verum Christi Domini corpus illud idem quod, *natum ex Virgine, in coelis sedet ad dexteram Patris, hoc sacramento contineri*[4]*. » — Jam iisdem fere terminis docueiat S. Ignatius Antiochenus identitatem corporis eucharistici et corporis naturalis, nam damnai, docetas « eo quod non confiteantur Eucharistiam essoi *carnem Salvatoris Domini nostri quæ pro peccatis nostri» passa est quamque Paler sua benignitate suscitavit*[5]*. »*

1. Cf. Chollet, *La doctrine de l'Eucharistie chez les Scolastique»,* pp. 22-23, Paris, 1905, collect. : *Science et Religion;* Couhi.an, *De Sanctissima Eucharistia,* pp. 214-250.
2. Denz., 355.
3. *Id.,* 583.
4. *Catechism. Cone. Trident.,* P. II, n. 25.
5. S. Ionat., *Smyrn.,* vu, 1.

ARTICULUS QUARTUS

EXPENDUNTUR TUE0R1Æ D1VERSÆ DE TRANSSUBSTANTIATIONS NATURA ET INDOLE

AD ART. 3 ET G Q. LXXV S. THOM/E

I. Theoria annihilntion.s (a. 3). — ScoLus, Occam, Gabriel Biell, etc., volunt transsubstantiationem esse veram mnihilationem. Quod sic probare conantur : Habetur annihilatio, quum *nihil* de substantia remanet.· Atqui in Eucharistia nihil de substantia panis et vini persistit. Ergo annihilatur substantia.

Respondetur : Dist. major. : Habetur annihilatio, quum nihil de substantia remanet et terminus ad quem est ipsum nihilum, concedo ; quum nihil de 'termino *a quo* remanet, sed terminus *ad quem* est positivus, nego. Contradist. min., et neg. conclus. — Cum actio specificetur et denominetur ex termino *ad quem,* requiritur ad rationem annihilationis ut terminus *ad quem* sit ipsum nihilum. In transsubstanliatione porro terminus *ad quem* non est nihilum, sed corpus Christi. Nullatenus ergo potest transsubstantiatio vocari annihilatio.

Illa theoria sane *repugnat doctrinæ Conciliorum.* Testan-Lir quippe fieri conversionem totius substantiæ panis et \ ini *in* corpus et sanguinem. Atqui annihilatio, licet admittat substitutionem aut successionem unius post aliud, non est ullatenus conversio unius *in* aliud. Ergo theoria Illa non potest terminologiam Conciliorum salvare. Quia tamen non fuit in se damnata, dici nequit haeretica ; «rd est utique erronea, seu falsa : « Unde patet praedictam opinionem esse falsam ».

Duplici principio fundamentali excluditur. — Primo, v‹ i lia sacramentorum efficiunt quod significant, atque 1'1' irco quod efficitur in Eucharistia est id quod verbis

l I. Scot., *IV Sent.,* disp. XI, q. iv ; Occam, *IV Seni.,* q. vi ; Mub vu ; Gabriel Biel, q. i.

significatur. Porro quod significatur per formam : « Hoc est corpus meum », non est annihilatio, sed conversio (art. præc., η. νιπ). Ergo in Eucharistia nulla fit annihilatio.

Secundo, Deus nullam rem unquam in nihilum redigit. Quæ a Deo hunt circa creaturam contingunt vel secundum naturalem rerum cursum, vel miraculose, præter ordinem rebus inditum. Sed uterque modus annihilationein excludit. — Proh. min. quoad I'll" partem. Ea quæ facturus est Deus secundum ordihem naturalem considerari possunt ex eorum naturis. Atqui creaturarum naturæ hoc demonstrant, ul nulla in nihilum redigatur : quia vel sunt immateriales] et sic in eis non est potentia ad non esse, vel sunt materiales et sic remanent saltem secundum materiam, qua· est incorruptibilis, utpote subjectum existens generationis et corruptionis. Ergo. — Quoad IIam partem. Quæ miraculose fiunt ordinantur ad gratiæ manifestationem : non enim debet immutari ordo naturalis, nisi propter ordinem superiorem, qui est ordo gratiæ. Atqui redigere aliquid in nihilum non pertinet ad gratiæ manifestationem, cum divina potentia et bonitas magis per hoc ostendatur quod res in esse conservat Ergo i mpliciter dicendum est nihil omnino esse annihilandum[1]. — Si ergo Deus nullam rem in nihilum redigit in universo, a fortiori non potest aliquid annihilare in Eucharistia, quæ est virtutis divinæ opus amorisque mysterium ac vitæ sacramentum.

II. Theoriæ quæ ponunt vel materiam vel formam panis remanere post consecrationem (a. 6). — *Durandus,* quo melius everteret praecedentem theoriam, conbendil remanere materiam primam informatam ab anima Christi et ‹ j j,- corpori unitam. Si nihil remaneret, substant i.i panis annihilaretur. Ergo, ne annihilationein cogamm profiteri, concedamus remanere virtute divina materiam panis sub forma corporis Christi, eo fere modo quo alimenti] materia remanet, virtute naturæ sub forma aliti1[2]. — A<m· *nulli carlesiani* permanentiam materiæ adstruunt eo ip«··

1. I P., q. civ, a. 3.

2. Cf. Durand., *IV Seni.,* dist. XI, q. m. — Pro illius confiilntione, cf. Paludan., *IV Seni.,* dist. XI, q. i, a. 2; Capreoi. ,l *IV Sent.,* diet. XI, q. i, a. 2, n. 2 et a. 3, n. 2,; Cajetan., in 111 I·., l q. lxxv, a. 3

quod fingunt panem informari ab anima Christi (art. præc., η. vi). — *Rosmini* theoriam Durandi sub novo apparatu restaurat, a Propos. 29 : A catholica doctrina, quæ sola est veritas, minime alienam putamus hanc conjecturam : In Eucharistico sacramento substantia panis et vini fit vera caro et verus sanguis Christi, quando Christus eam facit terminum sui principii sentientis, ipsamque sua vita vivificat : eo ferme modo quo panis et vinum vere transsubstantiantur in nostram carnem et sanguinem, quia fiunt terminus nostri principii sentientis. — Propos. 30 : Peracta transsubstantiatione, intelligi potest corpori Christi glorioso partem aliquam adjungi in ipso incorporatam, indivisam pariterque gloriosam. » Hæ duæ propositiones fuerunt a S. Officio damnatæ, 14 dec. 1887[1].

Quæ systemata, sive Durandi sive Rosmini, *declarationibus Conciliorum manifeste vim faciunt* Nam testantur Concilia converti totam substantiam, remanentibus dumtaxat accidentibus[2]. Atqui in sententia Durandi et Rosmini aliud remanet præter accidentia, scilicet materia, nec habetur conversio totalis, sed solum formalis seu partialis, siquidem comparatur assimilatio alimentorum, qua forma tantum mutatur. Quapropter illa theoria a pluribus theologis censura notatur et HÆRETICA dicitur[3]. — *Philosophice pariter repugnat.* Si persistit materia panis, vel remanet absque forma vel ab anima Christi informatur. Utrumque porro repugnat. Materiam sine forma existere [illegible] impossibile. Si vero ponitur materiam panis informari ab anima Christi, ut fingunt cartesiani, aliud absurdum inducitur. Vel enim materia panis informatur ab anima

1. Denz., 1919, 1920.
2. *Id.,* 581, 582, 884, 1529.
3. Cf. P. Piccirelli, op. cit., p. 181. Nec magis tolerari potest theoria canonici Georgel *(Annales de Philosophie chrétienne,* mai JOUI), qui docet substantiam panis et vini divinitus incorporari Christo, eo fere modo quo Christus in terris degens partem alimentorum sibi incorporabat. Hæc assertio *Concilio Tridentino ertoc adversatur,* nam excludit conversionem totius substantiæ. Quia Voro illa incorporatio importaret mutationem in corpore Christi glorioso, addit Georgel illas partes incorporatas, licet ab anima Christi informentur, non pertinere ad ejus corpus gloriosum, lori ad novum quoddam corpus in statu immolationis. Quæ omnia fensui *catholico vim inferunt.*

Christi seorsim a corpore Christi ; vel in ipso corpore et in humanitate Christi. Prior hypothesis excluditur, quia anima non est forma panis, nec cujusvis corporis, sed solum cor poris viventis, organici, humani ; et, cæterum, etiamsi panis informaretur ab anima seorsim a corpore, non ideo fierit corpus humanum ex Virgine natum. Altera hypothesis est pariter rejicienda, quia inde sequeretur vera immutatio in corpore Christi glorioso ; sicut mutatur corpus nostrum per assimilationem cibi, quando recedente forma alimentorum, ipsa materia informatur ab anima nostra in ipso humano composito.

Refert S. Thomas *opinionem quorumdam veterum* qui contendebant remanere formam, conversa materia, illam que multipliciter confutat[1]. — Primo, si remanet forma, non convertitur de pane nisi materia. Atqui materia sola panis non potest converti connaturaliter in totum corpus Christi. Ergo panis ipse non converteretur in totum corpus Christi, ut docet fides, sed tantum in ejus materiam. Expli catur minor. Conversio connaturaliter fit de materia in materiam, dc forma in formamr ac proinde materia panis non potest converti connaturaliter nisi in materiam corporis, Christi, non vero in totum corpus. Posset quidem Deus absolute materiam in totum corpus convertere, eo quod materia Deo ad nutum obedit, sed jam novum requireretur miraculum, de quo fides penitus silet. — Secundo, i forma panis remanet, non potest esse in materia pani» quæ supponitur conversa ; non in alia materia, quia singula» formæ singulis materiis proportionantur nec in aliis absqun novo miraculo recipi possunt. Cæterum, docet fides non esse aliam materiam præter corpus Christi. Non potei»· aliunde forma non subsistens extra materiam exister»» nisi Deus illam miraculose conservet. Illud porro miraculum frustra poneretur Sustentat Deus accidentia, quia sunt, visibilia ct nobis manifestant præsentiam corporis Chn di, quod non potest in statu illo sacramentali videri. Sed forni· substantialis, cum non sit vi sui visibilis nec sub sen d>i‖ externis cadat, nequit ad hujusmodi officium inservi rol ac proinde frustra fieret miraculum ad illam conserva nd and — Demum, illa hypothesis fidei adversatur. Defiiuunl

1. Cf. S. Bonavent., *IV Sent.,* dist. XI, q. i, a. 2, p. 1.

Concilia totam substantiam converti et accidentia dum-
'axat remanere. Ergo nulla amplius persistit materia panis,
nulla forma panis ; séd, sicut materia panis mutatur in
materiam corporis Christi, ita forma panis mutatur in ani-
mam Christi prout hæc est forma corporis : nam Auctor
•ntis, cui obediunt ens et omnes differëntiæ entis, potest
iil quod est entitatis in uno convertere in id quod est enti-
Latis in altero. « Anima est forma corporis, dans ei totum
irdinem esse perfecti, scilicet et esse corporeum, et esse
mimatum, et sic de aliis. Convertitur igitur forma panis
in formam corporis Christi, secundum quod dat esse cor-
poreum, non autem secundum quod dat esse animatum
tali anima. » (ad 2).

ill. Theoria P. Bayma. — Tribuitur P. Bayma sequens explicatio, de qua judicium proferre debuit S. Officium :
I Utrum tolerari possit explicatio transsubstantiationis in SS. Eucharistiæ sacramento,, quæ sequentibus propositionibus comprehenditur :

1. Sicut formalis ratio hypostaseos est per se esse, seu per se subsistere, ita formalis ratio substantiæ est in se esse et actualiter non sustentari in alio tanquam primo subjec.to ; probe enim ista duo discernenda sunt : esse per se (quæ est formalis ratio hypostaseos) et esse in se (quæ eut formalis ratio substantiæ.)

Quare, sicut natura humana in Christo non est hypo-
•tnsis, quia non per se subsistit, sed est assumpta ab hypo-
•l usi superiore divina, ita substantia finita, ex. gr. substan-
lin panis, desinit esse substantia, eo solum, et absque alia
«m mutatione, quod in alio supernaturaliter sustentatur,
Ulii ut jam non in se sit, sed in alio ut in primo subjecto,
i I. Hinc transsubstantiatio, seu conversio totius substan-
hii panis in substantiam corporis Christi Domini nostri,
«plicari potest hac ratione quod corpus Christi, dum fit
■ulistantialiter præsens in Eucharistia, sustentat naturam
hin ms, quæ hoc ipso et absque alia sui mutatione desinit
■me substantia, quia jam non est in se, sed in alio susten-
Luil.i' ; adeoque manet quidem natura panis, sed in ea cessat
Idi malis ratio substantiæ ; et ideo non duæ sunt substantiæ,
■fil una sola, nempe corporis Christi.

I 1. Igitur in Eucharistia manent materia et forma ele-

mentorum panis ; verum jam in alio supernaturaliter exsistentes rationem substantiæ non habent, sed habent rationem supernaturalis accidentis, non quasi ad modum naturalium accidentium afficerent corpus Christi, sed ea dumtaxat quod a corpore Christi modo quo dictum est sustentantur. »

Responsum est : « Doctrinam transsubstantiationis, prout hic exponitur, tolerari non posse[1]. »

Multa hic congeruntur falsa, sive de notione hypostaseos et substantiæ, sive de notione accidentis, multa, inquam, quæ fidei adversantur. — Docet fides *remanere dum laxat species.* Sed in ista explicatione remanent omnia panis elementa, tum materia tum forma, et mutatio esset solum in modo existendi. — Docet iterum fides accidentia remanere *sine subjecto suo proprio et naturali.* In ista porro theoria, cum persistant materia et forma, seu compositum physicum, remanent accidentia in suo connaturali subjecto, quod est proprie illud compositum. Ergo. — *Veritas formæ* | « Hoc est corpus meum » requirit ut panis totaliter desinat esse, ut supra ostendimus (art. III, n. IV). In explicatione autem Bayma, panis nullatenus desinit esse, sed solum sustentatur in corpore Christi. Ergo non salvatur veritas formæ. — Cæterum, *concipi nequit* panem in corpore Christi sustentari. Nequit sustentari mediante subsistentia Verbi, quia tunc haberetur unio hypostatica et sic fieret lapsus in errorem impanationis ; nequit sustentari in corpore Christi tamquam accidens supernaturale, tum quia corpus Christi gloriosum non debet sustentare panem corruptibilem, tum quia repugnat panem fieri accidens quamdiu omnia elementa substantiæ retinet. Substantia quippe corporea non est aliud nisi materia et forma simul. Ergo, si persistit materia et forma panis, persistit utique substantia panis.

Quocirca illa explicatio a S. Officio improbata non differt reapse ab errore quem expresse damnarunt Concilium Constantiense et Concilium Tridentinum[2].

IV. Theoria modernistica. — Juxta Le Roy, transsubs-i

1. Denz., 1843-1846.
2. Cf. P. Piccirelli, op. cit., pp. 185 ss.

tantiatio non habet nisi valorem practicum, quin conceptui definito et objective respondeat. Hæc interpretatio dogmata supernaturalia penitus evacuat et agnosticismum inducit. Unde damnata remanet ex decreto *Lamentabili* et encyclica *Pascendi ;* et insuper fuit opus Le Roy a S. G. Ind. proscriptum. Recolantur ea quæ de agnosticismo et de valore dogmatum scripserunt nostri theologi[1].

V. Theories quæ transsubstantiationem ad meram relationem reducunt. — *Deficientes* reputandae sunt explicationes quæ transsubstantiationem reponunt in relatione quadam inter panem, qui desinit, et corpus Christi, quod incipit esse. Ita Perrone, Knoll. Importari relationem non inficiamur, sed inde non explicatur quomodo fiat corpus præsens nec quid sit conversio. — Est conversio quædam actio quæ duos includit terminos positivos. Relatio autem non est actio, sed actionem consequitur. Ergo,, licet non desit relatio quædam in transsubstantiatione, nequit tamen transsubstantiatio in sola relatione reponi.

VI. Theoriae quæ transsubstantiationem ad actionem accidentalem rqducunt. — Juxta Scotum[2], annihilata substantia panis, corpus Christi ejus loco substituitur ; unde conversio in eo consistit quod adducitur corpus, et idcirco est *actio adducliva.* Bellarminus[3], licet annihilationem excludat, actionem adductivam docet. Corpus enim Christi, quia jam existit, non potest nisi adduci, quæ actio motum localem ex parte Christi non importat, »ed id solum efficit ut corpus, quod erat in cœlo tantum, i.il. etiam sub specie sacramentali præsens. Juxta Valentia[4], ' st actio *uniliva,* quæ corpus Christi cum speciebus, contactu quodam substantiali, copulat et unit. Lugo® existimat actionem esse *inlroduclivani,* quæ corpus sub speciebus introducit illisque ita conjungit ut corpus respectu spei iiTum munus subjecti sustentantis exerceat.

I. Cf. P. Garrigou-Lagrange, *Le sens commun, la Philosophie ‹/· l'Elre et les Formules dogmatiques, Dieu,* et opusc. nostr. *Réponses Ihéologiques,* « Les concepts dogmatiques ».

Γ 'Z. Cf. supra, η. I.

.I Bellarmin., *De Eucharist.,* lib. Ill, c. χνπι.

I 4. De opinione Valentia, cf. Luco, disp. VII, η. 78.

I b. *Ibid.,* η. 89-91.

Verum illæ explicationes *conversionem reducunt ad actionem mere accidentalem :* nam adducere, introducere, conjungere, unire, etc., motum quidem innuunt, sed nullatenus actionem conversivam substantiæ. — *Non salvatur proprietas verborum* quibus Concilia dogma illud enuntiant. Magnum quippe interest discrimen inter substitutionem et transsubstantiationem ; nec dici potest aliquam substantiam « converti » eo quod altera ipsi succedit. Atqui adductio, introductio, secundum se nihil aliud important nisi substitutionem vel successionem unius substantiæ loco alterius. Ergo non sunt vera conversio. Pariter actio conjungendi, uniendi, non est ipsa conversio, sed conversionem jam factam supponit.

VII. Theoriæ quæ transsubstantiationem per actionem substantialem explicant. — Suarez[1] admittit actionem substantialem, quæ *productiva* quidem esset, si corpus Christi nondum existeret, sed, quia jam existit corpus, actio dici debet *conservativa* corporis sub speciebus. — Verum, præter alia quæ possent in sententiam suarezianam congeri, animadvertere sulliciat actionem conservativam non esse conversionem veram. Conservare supponit jam ens esse præsens, sed non efiicit præsens : ergo concedi nequit, actionem quæ convertit substantiam panis in corpus Christi et corpus reddit præsens sub speciebus esse solum actionem conservativam.

Multi theologi, sicut Lessius[2], Gonet[3], Billuart[4,5] admittunt actionem substantialem *reproduclivam* vel *quasi reproduclivam,* non quod producat corpus Christi simpliciter, siquidem jam existit corpus, sed .tali modo, scilicet ex substantia panis, quæ in ipsum convertitur. Quam sententiam novo apparatu proponit et defendit P. Piccirelli S. J.s. Putant illi auctores melius salvare proprietatem vei?| boruin quibus Concilia dogma nostrum asserunt. Substanl ut enim panis dicitur converti tota in corpus Christi. Sed

1. Suarez, disp. L, sect. 4 ss.
2. Lessius, *De perfect, divin.,* lib. XII, η. 119.
3. Gonet, disp. IV, a. 2.
4. Billuart, disp. I, a. 7.
5. Piccirelli, op. cit., pp. 263 ss.

quando unum convertitur in alterum, istud producitur vel saltem reproducitur ex priore. Ergo corpus Christi debet reproduci ex substantia panis. Insuper, omnis conversio substantialis debet terminum substantialem producere, aut absolute et simpliciter, si nondum existit ; aut novo modo et sub novo statu, si jam in seipso existit. Atqui transsubstantiatio est conversio substantialis. Ergo terminum substantialem producit, non simpliciter, sed quatenus novo modo et in novo statu ponit corpus Christi sub specie sacramentali.

At alii theologi reponunt : vox illa « actio reproductiva » est in tota traditione ignota et videtur obscurare dogma potius quam explicare et illustrare ; non enim concipitur quomodo idem corpus jam existens iterum producatur quin in seipso mutetur. Quare melius, aiunt, vocaretur transsubstantiatio *aclio conversiva* qua Deus quidquid mtitatis est in substantia panis transmutat in id quod cntitatis est in substantia corporis Christi, quin resultet in illo corpore præexistenti ulla mutatio intrinseca. Ita card. Billot, Tanquerey, Van Noort[1].

VIII. Quid concludendum. — Verum *duæ illæ uliimæ wluliones* non videntur simpliciter inter se pugnare ; et l<u te in modo loquendi potius quam in re discrepant.

Conveniunt quoad asserla principaliora : 1° Post conse- l rationem non amplius remanet substantia panis et vini. Panis et vinum non annihilantur nec in sua elementa cliimica resolvuntur, sed totaliter convertuntur in corpus rl. sanguinem Christi. 3° In hac conversione panis et vinum non veniunt in compositionem cum corpore et sanguine I hristi nec ipsis adduntur eo modo quo alimenta per assi- liiulationem in nostram substa'ntiam incorporantur; sed quidquid est entitatis in pane et vino transmutatur in r,›i pus et sanguinem virtute Agentis infiniti, qui potest ■iih totum convertere eo quod ens totum produxit. 4° Cor- htiH et sanguis nulla mutatione intrinseca afficiuntur ; bud, sicut in Incarnatione (licet non debeat nimium urgeri

1 Cf. card. Billot, 4a édit., pp. 337-360 ; Tanquerey, n. 670 ; ΛN Noort, n. 346-349.

comparatio) Verbum terminat humanam naturam quin ullam in seipso patiatur modificationem, ita corpus et sanguis fiunt terminus conversionis sine ulla intrinseca sui mutatione. 5° Corpus et sanguis recipiunt tamen modum essendi novum, siquidem realem consequuntur præsentiam sub speciebus, ubi antea non erant. 6° Illum essendi modum non acquirunt per localem motum vi cujus e coelo descenderent nec per aliam, quamvis ordinis accidentalis, actionem quæ meram successionem vel substitutionem importaret. 7° Admittenda est ergo actio quædam substantialis quæ terminatur ad esse corporis et sanguinis, prout sub speciebus existunt.

Utrum vero acquisitio illius modi essendi mereatur vocabulum reproductionis, non eo quidem sensu ut innuatur esse novum Christi corpus, sed eo tantum sensu ut significetur idem numero corpus jam præexistens fieii novo quodam modo, absque ulla intrinseca mutatione, scilicet ex pane qui in ipsum convertitur, est *quæslio secundaria,* quæ forte ad modum loquendi reducitur.

Actio reproductiva potest legitimo quodam sensu defendi, dummodo ita caute accipiatur, ut clare constet nullam inde importari intrinsecam mutationem in corpore et sanguine Christi. — At vero, si timeatur ne vox illa æquivocationi ansam præbeatiet fidelium menti aliquatenus ingerat ideam cujusdain mutationis, melius erit ab illa abstinere et solo nomine « conversionis * uti, quod fuit el a D. Thoma et a Conciliis, præsertim Tridentino, consecratum.

Satius ergo est dicere t Transsubstantiatio est *transcendens* quædam conversio, quæ nullatenus potest comparari cum cæteris mutationibus qu'æ in toto universo fiunt ; conversio *singularis,* qua quidquid erat entitatis in substantia panis et vini transfertur in id quod est entitatis in substantia corporis et sanguinis ; conversio *mirabilis,* producta per virtutem Agentis infiniti, qui potest ens totum transmutare, eo quod, quia efficit ens totum, et omne» attingit differentias entis. Huic ergo solutioni standum eat.

IX. Pietatis corollarium. — Diversæ solutiones hucuiw que expositæ id commune habent, quod evincunt dilli*

collates contra dogma transsubstantiationis non esse cogen- l.c h l et catholicam veritatem sufficienter vindicant ; sed aliunde ipsa multiplicitas sententiarum iterum ostendit difficillimum esse transsubstantiationis miraculum, creatione ipsa mirabilius, in eoque divinas effundi ac semper dilatari divitias omnipotentiæ et amoris Christi erga fdios hominum.

‡ Cf. Co g h l a n, op. cit., pp. 132-144.

ARTICULUS QUINTUS

DE REALI ACCIDENTIUM PERMANENTIA

AD ART. 5 Q. LXXV S. THOMffi

Distinguitur accidens logicum, seu prædicabile, et accidens physicum, seu prædicamentale. *Logicum* dicitur quod potest esse vel abesse absque ulla sui subjecti corruptione ; *physicum* vero est entitas cui competit esse in alio tamquam in subjecto, seu quæ habet aptitudinem ad inhaerendum alteri, adeo ut inhærentia in alio sit de essentia accidentis, non actualis quidem inhærentia, sed aptitudinalie. Unde amitteret essentiam accidens, si amitteret aptitudinem ad inhærendum ; at non exuit rationem accidentis, etiamsi, divinitus sustentatum, actu non inhæreat[1]. Agitur hic de accidentibus physicis, seu de speciebus panis et vini. — **Triplex quæstio** est nobis solvenda : prima, de ipsa *realitale objectiva* seu de permanentia reali ; secunda, de *permanenda sine proprio subjecto ;* tertia, de permanentia *sine ullo subjecto.* Duæ quidem posteriores expenduntur inferius (ad q. 1 x x v ii).

I. De reali permanentia seu de objectiva realitate accidentium. — Quid senserint Patres et Scholastici. — Veteres quæstionem illam non versabant, quippe quæ naturali evidentia, absque labore, solvatur : « Sensu apparet, ait hic Angelicus, facta consecratione, omnia accidentia panis et vini remanere. »

Patribus illa permanentia est adeo manifesta, ut intln alias veritates confirment .Non curant sane de tradenda metaphysica substantiæ et accidentium indole, sed fidenlci· asserunt remanere saporem et cætcras qualitates, panis «·!. vini, dum tamen non amplius persistunt panis et vinum',[2]

1. De accidente tum prædicabili tum precdioamentali, 0C. nonli, *Curs. Philos. Thomisl.,* vol. I, pp. 64 ss., 74 ss. ; vol. VI, pp. 8 su. j
2. CI. S. Cyril l. Hierosol., Catech., xxn, 9 ; *P. G.,* xxxilW 1104.

Doclores Antiocheni, licet in modo loquendi forte nonnunquam excedant, hoc unum intendunt, qualitates quæ in Eucharistia post consecrationem sensu apprehenduntur esse realitatem quamdam permanentem, sicut permanens reahtas est huipanitas Christi* peracta Incarnatione[1].

Scholasticorum theoriæ diversæ de eucharisticis accidentibus objectivam semper supponunt realitatem. Communem et catholicam doctrinam sic refert Angelicus : « Accidentia autem sine subjecto in eodem subsistunt ut fides locum habeat, dum visibile invisibiliter sumitur, aliena specie occultatum ; et sensus a deceptione reddantur immunes, qui de accidentibus judicant sibi notis[2]. » Aliis verbis, sensus non falluntur, quia accidentia quorum ipsi existentiam testantur sunt reapse in hoc sacramento ; et aliunde intellectus, qui deberet naturaliter inferre permanentiam substantiæ, ab errore præservatur per fidem, quæ ipsi renuntiat transsubstantiationis mysterium. Scholastici ergo fere unanimi ore objectivitatem specierum sacramentalium profitentur.

II. Errores. — Nonnulli philosophi e schola *Gilberlt 1'orrelani* videntur docere desitionem accidentium cum ipsius substantiæ desitione[3] ; et *Peirus Alliacensis* non plene tuetur valorem experientiæ sensibilis.

Sæculo xvii, atomismus cartesianus et dynamismus bibnitzianus objectivam accidentium realitatem impetunt. Juxta *Cartesianos,* essentia corporum in extensione actuali reponitur, ac proinde, si admittitur permanere extensionem, negatur fieri conversionem substantiæ, et impanatio quædam inducitur, ut vidimus supra[4] ; vel, si Iranssubstantiatio vera conceditur, eo ipso asseritur desinere extensionem et accidentia cum substantia ipsa, in qua realiter non discriminantur. Quocirca P. Maignanus, (•id. Minimorum, docuit species eucharisticas esse meras Impressiones sensoriales, a Deo immediate in nostris orga-

1. Cf. supra, art. in η. x.
2. Off. SS. Sacrament., feet. 6.
3. De his, sicut et de Petro Alliacensi et Roberto Holkot, cl Jansen, art. *Eucharistiques (Accidents),* in *Diction, théol cathol.*. Mini. 1378-1379, 1395-1399.
4. Cf. p. 341.

nis productas. Maignani placita defendit J. Saguens, ejusdem Ordinis, in opere : *Philosophia Maignani Scholastica,* quod fuit a S. Cong. Ind. prohibitum, 7 junii 1707, quodque specialiter confutarunt Theophilus Ravnaud, S. J., et Gennaro, O. P.1.

Dynamislæ, qui reponunt substantiam in viribus simplicibus, a quibus phaenomena sensibilia derivantur tenent consequenter, desinente nucleo qui substantiam constituebat, desinere quoque phaenomena externa ; et impressiones quæ prius a viribus simplicibus oriebantur produci, post consecrationem, virtute divina in sensibus nostris2.

III. Quid doceant moderni theologi. — Post Concilium Tridentinum, objectivam accidentium realitatem strenue vindicant. Juxta Suarez, est aliquid certum in doctrina fidei3; juxta Lugo, est veritae expresse definita in Concilio Tridentino* ; juxta Gonet, est certa certitudine tum experientiae tum fidei divinæ5. Ita fere Salmanticenses6. Juxta Billuart, est dogma in Ecclesia receptum remanere accidentia solida, quod quidem absque temeritatis nota negari non posset7,8

Theologi hodierni quæstionem ita solvunt : realitas objectiva specierum sacramentalium est veritas quam manifeste supponunt Concilia, et, licet definitiones de illo puncto non directe ferantur, absque illo nullatenus intelli guntur ; unde dici potest proxima fidei *vel saltem* conclusio THEOLOGICE CERTA®.

IV. Objectiva accidentium realitas prcbatar ex Conciliis — Concilium Later. IV docet corpus et sanguinem Christi

1. Cf. Jansen, art. cit., col. 1422,1431 ss.
2. De diversis systematibus quæ proponunt Balli, Ubagh··, Leray, Veronnet, Koch, cf. Jansen, col. 1444-1450.
3. Suarez, disp. LVI, sect. 1, η. 1.
4. Lugo, disp. X, sect. 1, η. 1.
5. Gonet, disp. VI.
6. Salmant., disp. VIII, dub. i.
7. BiiLLUARD, disp. I, a. 6.
8. Cf. Franzelin, thés. XV ; De Augustinis, th. V · Coghi.a pp. 149-156.

veraciter *contineri* sub *speciebus panis ei vinil,* et pariter juxta Concilium **Florentinum** totus Christus dicitur *contentus* sub *specie panis* et totus sub *specie vinil*. Qui modus loquendi importat species esse realitatem quamdam visibilem et sensibilem, quæ invisibilem realitatem, nempe corpus et sanguinem Christi, continet ac manifestat.

Concilium **Constantiense** duas propositiones Wicleffi damnavit : « 1. Substantia panis materialis et similiter substantia vini materialis remanent in sacramento altaris. 2. Accidentia panis non manent sine subjecto in. eodcin sacramento3. » Quod directe definitur est substantiam non amplius remanere et accidentia esse sine subjecto ; sed in hic assertis implicatur permanentia realis accidentium, nam instituitur antithesis inter substantiam, quæ non remanet et accidentia, quæ remanent sine subjecto aç proinde in eadem realitate objectiva quæ ipsis inerat.

Concilium **Tridentinum** definit conversionem totius substantiæ panis in corpus et totius substantiæ vini in sanguinem Christi, *manentibus dumtaxat speciebus panis cl vini*.* Ex antithesi quam statuit Concilium, nempe substantiam *lotam* converti et accidentia manere, manifestissime colligitur eamdem inesse accidentibus realitatem mite et post consecrationem. — Accedit explicatio Catechismi Concilii Tridentini : « Accidentia quæ aut oculis cernuntur aut aliis sensibus percipiuntur sine ulla re subjecta esse, mira quadam atque inexplicabili ratione. Ac panis quidem et vini accidentia omnia licet videre, quæ tamen nulli substantiæ inhærent, *sed per se ipsa constant*2. » Qua; verba adeo efficacia realitatem objectivam certissime docent.

Itcfmitiones autem vel declarationes Conciliorum sunt m sensu **obvio** accipiendæ quo intelligebantur. quando fuerunt editæ, secus non fuissent a coævis intellect® Porro tempore illo theologi omnes absque æquivoeatione profitebantur species seu accidentia gaudere objectiva reali iule. Ergo.

1. Denz., 430.
2. *Id.,* 698.
3. *Id.,* 581, 582.
4. Sees. XIII, can. 2 ; Denz., 884.
5. *Catechism. Cone. Trid.,* P. II, n. 25.

Concilium quidem Constantiense adhibet vocem « accidentia »,[1] Concilium vero Tridentinum aliud vocabulum usurpat, « species », quia in eo importatur ordo ad perceptionem sensuum. Accidens enim dicit tantum relationem ad substantiam ut ad subjectum, species vero ad cognitionem cujus est objectum. Quia ergo accidentia eucharistica ordinantur ad notificandum corpus Christi et cognitionem,nostram respiciunt, aptissime dicuntur *species.*

V. Rationes theologicæ quæ objectivam realitatem demonstrant.

Arg. IUm. *Forma « Hoc est corpus meum »* importat aliquid reale et sensibile quod demonstrat corpus Christi latens. Posset quidem Christus convertere simul et substantiam et accidentia, « et ideo, animadvertit recte Coghlan, non probamus ex verbis præcisive spectatis species object ivas remanere, sed consideratis quoque adjunctis, stus in ultima cœna instituit sacramentum, dedit panem consecratum manducandum et calicem consecratum bibendum : *Et biberunt e:r illo omnes.* Et omnino certum censemus, consideratis incommodis jam declaratis theoriæ opposita.·, illam sumptionem· speciei vini consecrati non fuisse men· imaginariam, sed physicam et realem. Et ideo censemus doctrinam realitatis specicrum consecratarum ex verbis institutionis, consideratis adjunctis, legitime inferri, a Quapropter Catechismus Concilii Tridentini, loc.cit. di< il. : « Verba consecrationis id maxime exprimunt, accidentia quæ aut oculis cernuntur aut aliis sensibus percipiunl m' sine ulla re subjecta esse. » Utrumque nempe verba exprimunt, et accidentia remanere et sine subjecto esse.

Arg. IIUm. Species consecratæ sunt ipsum *sacramentum* eucharisticum, ut alibi ostenditur. Atqui sacramentum est essentialiter signum sensibile et objectivum, non voro affectio vel impressio mere subjectiva. Ergo.

Arg. IIIUm. Docet fides species frangi, dividi (« */ratio demum sacramento... »*), transferri, conservari in pyxid··. Atqui hæc omnia de impressione sensoriali intelligi neqtmi quam possunt : obsonum prorsus esset affectiones et ı-«·ıı-sationes subjectivas dividi, moveri, transferri, in tabcrulM

1. Coglan, op. cit., p. 152.

tilo reponi, etc. Ergo. — Confirmatur. Ex hypothesi adversariorum sequeretur sacerdotem celebrantem nihil tangere nihilque dividere nihilve manducare aut bibere, nisi proprias affectiones et impressiones. Hinc etiam concluderetur Christum esse in Eucharistia præsentem tunc solum quum aspicimus vel tangimus. Etenim corpus ‹ .Iiristi continetur solum sub speciebus et cum ipsis desinit. Ergo, si species sunt sensationes, realis præsentia cum nos-Iris impressionibus subjectivis desinit nec jam remanet Christus in occluso tabernaculo !

Arg. IVum, ex ipso art. 5 S. Doctoris. Congruit aliunde ut remaneant accidentia : primo, propter *commodiorem usum sacramenti.* Quia enim non consuetum est, sed horribile, carnem et sanguinem hominis sumere, ideo proponuntur nobis caro et sanguis Christi sumenda sub speciebus iliorum quæ frequentius in usum hominis veniunt, scilicet panis et vini. — Secundo, concurrit *meritum fidei,* quatenus corpus et sanguinem Domini nostri invisibiliter sumimus.

Tertio, id requirit necessitas alicujus signi sensibilis, «pio nobis *notificetur præsentia Christi* in suo statu sacrati ientali invisibilis.

VI. Pietatis corollarium. — Hoc ergo beneficium nobis præstant accidentia eucharistica, nobis nuntiando adesse IHIectum sub velo sacramentali latentem, ut, dum sensus species percipiunt, anima et cor exclament : « *Dominus meus et Deus meus.* »

I line apparet quomodo *fides veram philosophiam confirmet* atque ampliet. De fide est desinere substantiam, « ci tum est remanere accidentia : ergo reale inter substantiam et accidentia discrimen est omnino admittendum, ut. I ra io fidei consonetl.

1. Cf. nostr *Curs. Philos. Thomist.,* ri, 15 ss.

QUŒSTIO QUARTA

DE MODO QUO CHRISTUS EST IN HOC SACRAMENTO

AD *Q.* LXXVI S. THOMAS

Comperimus totam substantiam panis et vini converti in corpus et sanguinem Christi. At corpus et sanguis non sunt Christus totus, et jam quæritur utrum revera totus et integer Christus contineatur sub hoc sacramento (a. 1), sive adæquate sumpto, scilicet sub utraque specie (a. 2), sive inadæquate accepto, nempe sub unaquaque specie, et etiam sub qualibet parte cujusque speciei (a. 3), quomodo contineatur, cum an sine omnibus accidentibus et proprietatibus (a. 4) ; utrum subjaceat loco (a. 5) et mutationibus (a. 6) ; utrum actus omnium facultatum retineat (a. 7),. et quomodo in miraculis se manifestet (a. 8).

ARTICULUS PRIMUS

QUOMODO CONTINEATUR TOTUS CHRISTUS IN HOC SACRAMENTO

AD ART. 1-4 S. THOMÆ

I. Prima conclusio, DE fide : Totus et integer Christus sub utraque specie et sub alterutra continetur (a 1) 1° Declarationes Ecclesiœ. — Concilium Constantiense declarat : « Firmissime credendum et nullatenus dubitandum *integrum* Christi corpus et sanguinem tam sub specie panis quam sub specie vini veraciter contineri[1]. « — Addit Concilium Florentinum : « Nam ipsorum verborum virtute substantia panis in corpus Christi et substantia vini in sanguinem convertuntur : ita tamen quod *lotus* Christus continetur : ub specie panis et *lotus* sub specie vini. Sub qualibet quoque

1. Sess. XIII ; Denz., 626, , .

parte liostiæ consecratæ et vini consecrati, separatione lacta, *lotus est Christus*[1]. » — Enucleatius rem exponit Concilium **Tridentinum** :« Nondum enim Eucharistiam de manu Domini Apostoli susceperant, cum vere tamen ipse affirmaret corpus suum esse quod præbebat ; et semper hæc fides in Ecclesia Dei fuit statim post consecrationem verum Domini nostri corpus verumque ejus sanguinem sub panis et vini specie una cum ipsius anima et divinitate exsistere : sed corpus quidem sub specie panis el·sanguinem sub vini specie *ex vi verborum,* ipsum autem corpus sub specie vini et sanguinem sub specie panis, animamque sub utraque, *vi naturalis illius connexionis el concomilantiæ* qua partes Christi Domini, qui jam ex mortuis resurrexit non amplius moriturus, inter se copulantur, divinitatem porro propter admirabilem illam ejus cum corpore et anima hypostaticam unionem. Quapropter verissimum est tantumdem sub alterutra specie atque sub utraque coptineri. *Tolus* enim et *integer* Christus sub panis specie et sub quavis ipsius speciei parte, *totus* item sub vini specie et sub ejus partibus exsistit[2]. » « Si quis negaverit in venerabili sacramento Eucharistiæ sub unaquaque specie et sub singulis cujusque speciei partibus separatione facta *lotum* Christum contineri, A. S.[3]. * '

II. 2° Argumenta scripturistica.

Ipse Christus in veibis promissionis indicat se totum sumi. Postquam dixisset : « Qui manducat meam carnem ‹l bibit meum sanguinem », addit : ‹ Qui manducat *me* et ipse vivet propter me », ut innuat se totum Christum, Verbum incarnatum, Deum et hominem, contineri - sub specie'sub qua manducatur bel bibitur[1]. Docet quoque se l itum sub *una* specie contineri, siquidem omnes supernaturales effectus adscribit receptioni panis eucharistici ; « Qui manducat hunc *panem,* vivet in æternum[5]. »

Similiter **S. Paulus** recolit esse corporis et sanguinis Domini reum qui manducat *vel* bibit indigne[6].

1. *Decret, pro Armenis,* Denz,, 698.
2. Sess. XIII, cap. in ; Denz., 876.
3. Can. 3 ; Denz., 885.,
4. Joan., vi, 58.
5. *Ibid.,* 59.
6. *I Cor.,* xi, 27.

Probatur ex **verbis institutionis.** Ut vera sint formæ verba, oportet ut contineatur in Eucharistia idem numero corpus quod in se existit cum omnibus suis proprietatibus, licet non in eodem statu. Atqui corpus Christi, prout de facto existit, est corpus vivum et integrum, simulque sanguini et animæ et divinitati conjunctum. Ergo veritas verborum formæ requirit ut contineatur in Eucharistia totus et integer Christus, cum anima et divinitate.

III. 3° Traditio ecclesiastica et patristica.

Probatur ex **perpetua Ecclesiæ praxi,** quæ idem semper habuit suscipere Eucharistiam et suscipere Christum. Constàt tum ex factis, v. *g.,* deferendi Eucharistiam ad martyres sub sola specie panis, tum ex monumentis et picturis, quæ testantur conservatam fuisse Eucharistiam in domibus privatis sub una tantum specie[1].

SS. Patres eamdein doctrinam *æquivalenter* tradunt. Sic S. Ephraim exponit, *quoad rem,* dogma de concomitantia, dum docet contineri in Eucharistia ipsum Dei Filium, ita nempe ut qui despicit illum panem *el Filium despicial.* Qui illum panern despicit, aut spernit, vel contumelia aflicit, *pro cerlo habeal quod contumelia afficil Filium, qui panem vocavit et realiter effecit corpus suum.* Sumite ex eo, comedite omnes, et in eo comedite Spiritum Sanctum : est enim vere corpus meum'. » Asseruntur simul et *prsesenlia realis,* est enim verum corpus ; et *concomitantia,* nam adest ipse Dei Filius ; et *circuminsessio* personarum, nam adest etiam Spiritus Sanctus. Quam doctrinam alibi complet : « Gloriose itaque procedens descendit in panem ac vinum sanctificatione expertia, et *fiunt corpus el sanguis...* Et statim angeli commoventur videntes inter mortales *virtutem quæ* sustinet creaturas, marium fines et regiones, sacerdos minimus illum advocat, descendensque super altare illabitur. Mactat *secundam personam divinitatis, distribuitgue hominibus Gigantem qui orbem terrarum ges-*[2]

1. « Le pain consacré qu'on emportait à la maison était enveloppé dans du linge et déposé dans de petites boîtes appelées *area* ou *arcula,* qu'on plaçait dans une niche ou armoire, parfois même dans un petit oratoire. »S. Boun, art. *Eucharistie,* col. 1205.

2. S. Ephræm, *Serm. IV de Passione;* edit. Romana, t. Ill, p. 424.

/«/'. » Asserit S. Doctor utramque naturam, scilicet *humanam,* dum loquitur de corpore et sanguine, et *divinam,* dum Coquitur de secunda persona divinitatis ; et *unilalem personae,* nam est idem qui orbem gestat et qui mactatur ; *Iranssubslantiationem,* nam panis et vinum fiunt corpus et sanguis ; *concomitanliam,* nani sacerdos sub ipsis speciebus distribuit Gigantem qui orbem terrarum gestat.

IV. 4° Ratio theologica. — Ubicumque sunt plura naturaliter conjuncta, posito uno, necesse est cætera poni simul. Atqui corpus Christi est naturaliter conjunctum cum sanguine et anima et divinitate, Ergo, posito corpore, adsunt et sanguis et anima et divinitas simul. — Argumentum ex se liquet ; sed major est probe intelligenda, scilicet de conjunctis adæquate et cum mutua ad invicem connexione. Si autem duo sint ea ratione conjuncta ut unum excedatur ab altero et ab ipso dependeat, ubi ponilur id quod dependet, ponitur et alterum, at non vice versa : sic, ubi est caput, ibi est anima ; at non e converso ubi est anima ibi est caput, quia caput ab anima exceditur, non anima a capite ; et similiter, in præsenti, ubi est corpus ibi est persona Christi, non autem ubi est persona ibi est corpus.

V. Secunda conclusio : Ex vi sacramenti seu vi verborum solum Christi corpus ponitur sub specie panis et solus sanguis sub specie vini : cætera autem per concomitantiam continentur (aa. 1 et 2).

prob. **ia** pars. — Constat ex **Concilio Tridentino** jam citato.

Probatur etiam ratione. Id dicitur vi verborum aut vi sacramenti poni et contineri, quod verbis formæ expresse significatur et in quod fit conversio. Atqui verba formæ Iloc est corpus meum » significant expresse solam corporis positionem, nihil aliud, et in solum- corpus fit conversio panis ; similiter forma « Hic est calix sanguinis mei » nonnisi positionem sanguinis significat expresse et in solum sanl'tiinem fit conversio vini. Ergo stat conclusio. — Majoris

I. Illm. Rahmani, *l fasti della Chiesa patriarchate Antiochena,* Horna, 1920, pp. vn ss.

ratio est quia verba efficiunt quod significant, ac proinde illud tantum vi verborum ponitur quod vi verborum significatur ; et, quia verba sunt conversiva elementorum, in præcise vi verborum ponitur in quod fit ipsa conversio.

prob. iiª pars. — Illud per concomitantiam poni dicitur, quod, licet non exprimatur verbis consecrationis, habet tamen *realem ac naturalem connexionem* cum eo quod vi verborum ponitur. Atqui caetera quæ ad Christum pertinent sunt cum corpore naturaliter connexa : anima quidem et sanguis, quia Christus resurgens non jam moritur nec ejus partes dissociantur ; divinitas etiam est connexa propter unionem hypostaticam, vi cujus Verbum quod semel assumpsit nunquam dimisit.

VI. Concomitantia sumi potest stricto et lato sensu. — *Stricte* accepta designat præsentiam realem quæ provenit ex unione cum termino primario et formali conversionis in unitate suppositi. Quo sensu, sola persona Filii est in Eucharistia pei concomitantiam, non autem Pater et Spiritus Sanctus, quia non conjunguntur cum corpore et sanguine. — *Late* accepta importat præsentiam necessariam, quocumque modo contingat, cum eo quod est præsens per concomitantiam proprie dictam. Et sic Pater et Spiritus Sanctus sunt præsentes in Eucharistia, quia, licet non sint conjuncti cum corpore et sanguine, propter tamen circuminsessionem sunt inseparabiliter cum Filio, qui conjungitur corpori et sanguini et est in Eucharistia per concomitantiam proprio et stricto sensu.

Hac explicatione adhibita, solvitur controversia inter theologos, quæ est potius de nomine[1].

VII. Quid sit corpus quod ponitur vi verborum. — Verba « *Hoc est corpus meum* » significant tantum corpus ut constans ex materia et forma, abstrahendo a forma determinata : sed, quia in concreto semper est forma propria, hæc determinatur ex *statu* in quo est corpus Christi in propria specie : si ponitur corpus mortuum, est forma cadaverica ; si ponitur autem corpus vivum, est anima ut dans esse corporeum. — Nomine enim corporis non veniti.

1. Cf. Gonet, disp. V, a. 1, a. 6.

materia prima cum accidentibus, quia haec nec est nec esse potest corpus, sed corpus est compositum ex materia et forma ; nec etiam venit materia prima cum forma corporeitatis, ut volunt Scotistæ, cum illa theoria unitati compositi humani officiat ; nec demum venit complexus atomorum vi naturalis cohæsionis adunatorum, quia inde unitas substantialis everteretur in composito humano[1]. Ergo venit, ut diximus, compositum ex materia et forma, quæ quidem forma determinatur in concreto ex statu in quo est corpus Christi in propria specie.

Anima dupliciter consideratur : ut est forma corporea dans esse *corporeum,* et reduplicative ut anima, quatenus dat esse *animatum.* Sub priore respectu, anima Christi in præsenti statu ponitur vi verborum et in ipsam convertitur forma panis[2]. In triduo mortis non fuisset anima, nec vi verborum nec per concomitantiam, sed fuisset solum forma cadaverica. Anima autem formaliter ut anima et dans esse animatum, de quo respectu unice agit Concilium Tridentinum, est in Eucharistia per concomitantiam[3].

VIII. Totus christus præsens est sub singulis specierum partibus, sive sint divisæ, sive continuée (a. 3).

prima pars, scilicet Christum esse præsentem sub singulis partibus, *separatione facia,* est de fide, ex **Concilio** Tridentina (canone jam citato). Idem testatur professio fidei Orientalibus præscripta a **Benedicto XIV** ; « Sub unaquaque specie et singulis cujusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri[4]S.»

Probatur ex **facio Christi** calicem consecratum Apostolis distribuentis, ex quo manifeste colligitur sub qualibet parte ' peciei vini sumptum fuisse integrum Christum.

I. Quapropter, inter theses quas S. Congregatio Studiorum approbavit ut *plane* continentes sancti Doctoris principia et pronuntiata majora, hæc habetur : « Eadem anima rationalis ita unitur roipori, ut sit ejusdem forma substantialis unica, et per ipsam Imbet homo ut sit homo et animal et vivens et corpus et substantia ens. Tribuit igitur anima homini omnem gradum perfectionis cr.·.initialem, insuper communicat corpori actum essendi quo ipsa ont ' Prop. 16.

S. ThuOMAS, III, P., q. i.xxv, a. 6, ad 2.

Cf. Card. Zigliara, *Psychol.,* lib. II, c. n, a. 2, n. 11 ; et Wmlr. *Curs. Philos. Thomisl.,* m, 189.

i Denz.. 1469.

Probatur etiam ratione theologica. Vi consecrationis tota substantia panis convertitur in corpus Domini et tota substantia vini in ejus sanguinem, ac proinde ibi est tota substantia Christi ubi erat tota substantia panis et vini ante consecrationem. Atqui ante consecrationem tota substantia panis vel vini erat sub qualibet parte. Ergo post consecrationem tota substantia Christi est sub singulis partibus. Ida ergo doctrina plene innotescit ex notione substantiæ, quæ illam rationem suscipit, ut possit esse tota in toto et tota in qualibet parte[1]. — Confirmatur. Divisis partibus, vel Christus in nulla invenitur, vel sub una tantum, vel partim in una, partim in alia, vel denique totus et integer sub omnibus. Prima hypothesis nullo sensu defendi potest : nam Christus tamdiu remanet, quamdiu persistunt species, quæ quidem post divisionem remanent. Secunda hypothesis eodem jure excluditur, cum species remaneant in unaquaque parte nec ulla concipiatur ratio cur sit Christus in una potius quam in alia parte. Tertia hypothesis impossibile inducit, quia, si est partim in una, partim in alia, dividitur Christi corpus in Eucharistia, quod fides excludit : *Nulla rei fil scissura.* Remanet ergo ultima hypothesis, corpus totum et integrum sub cingulis partibus contineri[2].

prob. ii» pars, scilicet Christum in qualibet parte etiam ante divisionem contineri totum. Est doctrina OMNINO CERTA.

Concilium Tridentinum, licet in can. 3 addat « separatione facta », in capite tamen tertio absque ulla distinctione asserit contineri totum Christum : « Totus enim et integer Christus sub panis specie et sub quavis ipsius speciei parte, totus item sub vini specie et sub ejus partibus exsistit[3]. »

Probatur ratione theologica. Fide certum est Christum esse totum sub qualibet specierum parte, separatione facta. At esse nequit totus sub singulis partibus, separation·! facta, nisi esset totus sub illis ante divisionem. Ergo el. ante divisionem est præsens totus sub singulis partibus. Ratio minoris est quia præsentiam Christi in Eusharistia

1. Recolantur principia thomislica de modis quibus aliquid potest esse in loco. *Curs. Philos. Thomist.,* vol. II, 193-203; vol. Ill, 191 ss.

2. Cf. Commentatores S. Thomæ, in h. 1.

3. Sess. XIII, cap. ni et can. 3; denz., 876 et 885.

non facit fractio, sed consecratio : esset novum et inauditum miraculum, si divisio novam operaretur transsubstantiationem et ipsi consecrationi æquipararetur. Nisi ergo jam adesset Christus totus ante divisionem sub singulis partibus, nec postea praesens fieret. — Confirmatur. Cum Christus sit præsens per transsubstantiationem totius substantiæ panis in corpus, ibi adest substantia corporis post consecrationem ubi erat antea substantia panis ; ac proinde, de quacumque parte hostiæ verificatur hæc designatio : *hic panis,* ibi est corpus Christi. Sed ante divisionem verificatur de quacumque parte hostiæ designatio : *hic panis.* Ergo etiam ante divisionem continetur corpus totum sub qualibet parte hostiæ.

IX. Inde tamen non sequitur Christum esse pluries actu in hostia (ad 1). — Christus enim est **in** omnibus hostiæ partibus ad modum substantiæ, quæ est tota in toto et tota in qualibet parte. Atqui esse sub omnibus partibus ad modum substantiæ non est esse pluries actu ; sicut anima, quæ est tota in qualibet corporis parte, non dicitur tamen esse pluries actu in corpore humano. Ergo corpus Christi non est pluries actu in hostia, licet dicatur esse totum in tota hostia et totum in qualibet parte. — Hæc loquendi formula excludit directe modum existendi corporum, in quibus totum toti et pars parti respondet, dum corpus Christi in Eucharistia ad modum substantiæ existit.

X. Utrum tota quantitas dimensiva corporis Christi ■it in hoc sacramento (a. 4). — Docet Ecclesia *integrum* Christum in Sacramento contineri. Hæc porro integritas potestne intelligi absque quantitate dimensiva cæterisque accidentibus corporeis ? Probandus nobis non est dicendi modus quorumdam recentiorum, qui nobis Christum exhibent ceu quantitate dimensiva et materialibus accidentibus orbatum1. — Doctrinam veram tradit Angelicus, in hoc art. 4.

XI. Conclusio : Tota quantitas dimensiva corporis Christi est in hoc sacramento, non quidem vi sacramenti, •od per concomitantiam.

PROB. I» PARS. — Illud vi sacramenti ponitur, in quod

1. Cf. *Diction, théol. calhol.,* art. *Eucharistie,* col. 1345.

terminatur conversio. Atqui conversio terminatur ad substantiam corporis Christi, non vero ad accidentia, siquidem remanent accidentia panis et vini. Ergo quantitas et cætera accidentia Christi *non ponuntur vi sacramenti.*.

PROB. II» PARS. — Quæ sunt Christo realiter et naturaliter conjuncta non separantur in hoc sacramento, sed ibi sunt per concomitantiam. Atqui quantitas dimensiva est realiter ac naturaliter conjuncta corpori Christi. Ergo est in hoc sacramento *per concomitantiam.* — Et præcise, quia quantitas est ibi per concomitantiam seu propter connexionem quam habet cum substantia, debet ibi habere, non modum proprium, sed *modum substantiæ,* in eo situm ut tota in toto et tota in qualibet parte existât. Hinc maximum discrimen inter modum quo est quantitas panis et modum quo est quantitas corporis eucharistici : quantitas panis est ad modum proprium, et ad locum per proprias dimensiones comparatur ; quantitas vero corporis Christi est in Eucharistia ad modum substantiæ nec ad locum applicatur per proprias dimensiones.

XII. Non supprimitur ergo in corpore eucharistico quantitas, sed tantum effectus secundarius, qui est occupare partem determinatam in loco. — Essentia quantitatis est habere partes distinctas in se, ita ut una non sit alia et sit extra aliani, v. g. ut caput non sit collum nec collum sit pectus. Ex hoc porro quod quantitas habet partes extra partes, *sequitur* ut una pars naturaliter sit extra locum alterius et una pars ab eodem loco aliam excludat.

Sed, quia *sequitur* tantum ex natura quantitatis, est tantum effectus *secundarius.,* quem potest Deus suspendere. Sic igitur in Eucharistia tota quantitas adest quoad essentiam habetque suam extensionem internam, licet non habeat extensionem localem. Aliis verbis, in corpore Christi unaquæque pars est a cæteris distincta : caput non est collum et collum non est pectus ; sed et caput et collum et omnes partes in eodem consistunt loco. Unde quantitas dimensiva est ibi per modum substantiæ, quæ tota est in toto et tota in qualibet parte[1].

1. Cf. *Cars. Philos. Thomisl.*. II, pp. 181 ss., 197 ss.

XIII. De integritate Christi cum suis omnibus accidentibus.

Philosophia thomistica igitur multa subsidia nobis præbet, ad miraculi intelligentiam. Hinc etiam haud ægre concipimus quomodo corpus Christi, nedum sit mutilatum aut mancum, integrum contra consistat et perfectum, cum sua quantitate et eæteris accidentibus corporeis ; quæ tamen locum non occupant, sed divinitqs existunt ad modum indivisibilis substantiæ.

Concludamus ergo cum Angelico : « *Ex ui realis concomitantiæ esi in hoc sacramento* tota quantitas dimensiva *corporis Christi* et omnia accidentia ejus. »

ARTICULUS SECUNDUS

UTRUM ET QUOMODO CORPUS CHRISTI SUBJACEAT LOCO ET MUTATIONIBUS

AD ART. 5-6 Q. LXXVI S. THOM®

I. Proprie loquendo, corpus Christi nOn est in hoc sacramento ut in loco ; dici tamen potest aliquo modo esse in loco specierum, quatenus est realiter præsens ubi sunt species consecratœ (a. 5).

prob. i» pars. — Ille proprie in loco esse dicitur, qui est ibi ve) ad inodum quantitatis dimensivæ vel ad modum substantiæ sed definitive. Atqui *neulro modo* est corpus Christi in Eucharistia. Ergo corpus Christi non est proprie in Eucharistia ut in loco. — Prob. min. *Prior modus* duo requirit : et ut. locatum habeat dimensiones et ut comparetur ad locum per dimensiones proprias. Atqui, licet corpus Christi habeat dimensiones, ut jam vidimus, non tamen per illas comparatur ad locum, sed mediantibus hostia·, dimensionibus sub quibus latet. Ergo non est in loco ad modum quantitatis dimensivæ. Neque etiam *allero modo.* Est in sacramento ad modum quidem substantiæ, at non definitive. Quod enim est definitive in loco ita coarctatur in uno loco ut nequeat alibi esse. Porro Christus ita est. sub una hostia ut possit sub aliis innumeris simul essi· Ergo non est in loco definitive.

prob. n» PARS. — 1° Ex modo loquendi Concilii Tri**dentini** asserentis Christum esse præsentem sacramentalitci in Eucharistia : « Neque enim hæc inter se pugnant ut ipse Salvator noster semper ad dexteram Patris in ccelis assideat juxta modum exsistendi naturalem, et ut multis nihilominus aliis in locis *sacramenlaliler præsens* sua substantia nobis adsit, ea exsistendi ratione quam, etsi verbis expn mere vix possumus, possibilem tamen esse Deo, cogitationi» per (idem illustrata assequi possumus et constantissime credere debemusl. » — 2° Ratione theologica. Illud eend

1. Sess. XIII, cap. i ; Denz., 874.

aliquo modo in loco recte dicitur quod continetur sub illo quod est proprie in loco. Atqui Christus continetur sub epeciebus quæ sunt proprie in loco. Ergo corpus Christi dici recte potest esse aliquo modo in loco, ratione specierum.

II. Quæ præsentia est omnino singularis. — Distinguitur et a modo quo præsens est corpus in cœlo, ubi verificatur præsentia circumscriptiva ; et a modo quo accidentia eucharistica sunt in loco, siquidem a loco circumscribuntur ; et a modo quo substantia panis erat in loco, nam hæc comparabatur ad locum mediantibus *propriis dimensionibus,* quæ in 'ipsa erant ut in subjecto, corpus vero Christi est in loco mediantibus dimensionibüs *alienis,* quæ ipsi nullatenus inhærent. — Quia ergo illius præsentiæ non aliud invenitur exemplum, dicitur *præsentia sacramenlalis,* quæ est mirabile quoddam divini amoris inventum...

III. Corpus Christi in Eucharistia non potest localiter moveri per se, bene tamen per accidens rations specierum ; sed nulli mutationi intrinsecae subjacet : unde, præter motum localem, vel nullatenus vel nonnisi improprie de corpore Christi praedicantur mutationes quæ in speciebus accidunt (a. 6).

prob. i» pars. — Id per se movetur localiter, quod est per se in loco ; quia enim motus localis est transitus de loco in locum, moveri per se supponit esse per se in loco. Cum igitur Christus non sit in hoc sacramento sicut in loco proprie et per se, nec movetur per se. — Attamen, sicut anima movetur per accidens ad motum corporis, recte dicitur moveri Christus per accidens ratione specierum. Hatio est quia Christus est præsens sub speciebus tamquam contentum sub continente, licet non circumscriptive ; unde, sicut moto continente movetur contentum, ita dici potest corpus Christi elevari, tranferri, etc.

prob. ïi» pars. — Mutatio intrinseca contingere potest vel per se, quando dissolvuntur partes essentiales quibus res constat ; vel per accidens, ad corruptionem subjecti, sicut perit muri pictura ad destructionem muri. Atqui corpus Christi in Eucharistia non corrumpitur per se, nuia ipsius partes non sunt amplius separabiles ; nec per Occidens, quia non pendet ab aliquo subjecto. Ergo nulli mutationi intrinsecæ subjacet corpus Christi in Eucharistia.

IV. Regulœ de triplicis generis mutationibus[1].

Ut doctrina plene intelligatur, recolendum est triplicis generis esse mutationes quæ in hoc sacramento contingere possunt.

1° Mutationes *locales,* ut sunt elevatio, translatio, quæ se tenent ex parte specierum et indirecte ipsi corpori conveniunt. Quia imperfectionem non involvunt ex parte corporis, possunt de ipso prædicari : hinc dicimus deferri corpus vel effundi sanguinem extra calicem.

2° Mutationes quæ contingunt *in ipsis speciebas ei ordinem important ad corpus Christi,* quatenus species efformant cum corpore unum totum sacramentale. Hæ mutationes prædicantur proprie de speciebus, et sensu lato de ipso corpore, sicut mos est contento adscribere quæ dicuntur de continente et signato quæ dicuntur de signo. Hac ratione profitemur tangi, manducari, videri corpus : id sane quod tangimus, manducamus, videmus, sunt species ; at, quia species constituunt unum totum sacramentum cum corpore, dici potest, lato et improprio' sensu, ipsum corpus tangi, manducari, videri.

3° Mutationes quæ ipsas species alliciunt, non quatenus species sunt signum præsentiæ realis et unum sacramentum efformant, sed quatenus ' considerantur in seipsis et *ul dislinclæ a corpore Chrisli,* ut frigescere, calefieri, etc. Hæ mutationes nullatenus, ne lato quidem sensu, prædicari possunt de corpore. Cum enim species non sint accidentia propria corporis Christi, id quod in ipsis contingit est penitus ab ipso corpore alienum : eo ipso quod in sua entitate et distincte inspiciuntur, non vero ut sunt unum in ratione signi, habent proprietates, formam, colorem, pondus, extensionem, etc., atque patiuntur alterationes quæ corpori et sanguini adscribi nequaquam possunt[2].

Notetur quod, si « manducari » sumatur, non prout importat mutationem, sed prout dicit sumptionem Euchatistiæ, liquet corpus vere manducari seu vere sumi, prout explicabitur infra (q. vin, art. I).

1. Cf. Commentatores in h. art., præsértim Gonet, Salmant., Billuart, et recentiores De Augustinis, Lépicier, etc.

2. Theorias P. Leray de relationibus sensibilibus Christi itnn hominibus in Eucharistia optime confutat P. Lehu, O. P., in *Revue Thomiste,* juillet 1901, pp. 338 ss.

ARTICULUS TERTIUS

AN ET QUOMODO VIDERI AUT VIDERE POSSIT CHRISTUS IN EUCHARISTIA

AD ART. 7-8 *Q.* LXXVt S. THOM/E

I. Corpus Christi in hoc sacramento existons ab ocula nostro corporali conspici nullatenus potest ; nec ab ullo intellectu creato naturaliter, sed sola fide a viatoribus attingi, a beatis vero per lumen gloriæ videri potest (a, 7).

pr o b. i» pa r s. — Corpus Christi videri naturaliter nequit ab oculo corporeo, nisi in ipsum agat immittendo species. Atqui corpus Christi in Eucharistia non potest naturaliter in corpora adjacentia agere nec suas immittere species. Ergo. — Ratio majoris est quia naturalis modus visionis corporalis requirit ut objectum externum sui speciem in potentiam visivam immittat et imprimat. — Piob. min. Corpus nequit nisi mediantibus propriis accidentibus operari ; quia substantia non est immediate et secundum sc operativel. Jamvero accidentia corporis Christi in hoc sacramento non agunt in corpora adjacentia, quia relationem immediatam non habent neque ad species sacramentales neque ad corpora .externa, sed sunt concomitanter tantum et ad modum indivisibilis et invisibilis *subslanliæ* existunt. Ergo nequit corpus eucharisticum in corpora adjacentia immittere species.

Inde etiam sequitur corpus eucharisticum videri non posse ab oculo etiam glorificato, *absque novo miraculo.* Principium quippe in ordine cognitionis fundamentale est, ut facultas et objectum in eodem ordine et statu existant. Porro oculus glorificatus, qui remanet adhuc extensus, differt prorsus a slatu euchanstico. qui est omnino singularis. Ergo corpus eucharisticum nequit ab oculo glorificato sine novo miraculo videri.

1. Cf. *Curs. Philos. Thomisl.,* t. VI, pp. 158 ss.

Utrum vero videri possit *de potentia Dei absoluta,* disputatur[1]. Affirmant Soto, Gonet, Salmanticenses, Billuart, Valentia, Vasquez ; negant vero Capreolus, Joannes a S Thoma, Suarez, etc. — Eligitur et probatur sententia affirmans. Asserit Angelicus oculum Christi in Eucharistia videre seipsum sub sacramento existentem (hic, ad 2). Sed de potentia Dei absoluta posset alius oculus in eodem statu reponi in quo est oculus Christi. Ergo posset ille oculus videre corpus eucharisticum. — Et hinc desumitur ratio theologica. Ut aliquis oculus possit videre corpus Christi in hoc sacramento, requiritur et sufficit ut oculus sit in eodem ordine et statu in quo est corpus Christi in Eucharistia. Atqui posset absolute Deus aliud corpus et alium oculum sub statu sa'cramentali reponere. Ergo posset de potentia Dei absoluta videri corpus Christi ab oculo corporeo.

proh, n* pars. — Modus essendi quo Christus est in hoc sacramento est penitus supernaturalis. Status porro supernaturalis exc dit vires naturales cujusvis intellectus creati, sed a solo intellectu supernaturali attingitur. Ergo corpus Christi, prout existit in Eucharistia, non cognoscitur nisi ab intellectu supernaturali, qui est vel intellectus divinus vel intellectus beatus *per lumen gloriæ* elevatus. « Ab intellectu autem hominis viatoris non potest conspici nisi *per fidem,* sicut et cætera supernaturalia. Sed nec etiam intellectus angelicus secundum sua naturalia sufficit ad hoc intuendum ; unde dæmones non possunt videre per intellectum Christum in hoc sacramento, nisi per fidem, cui non voluntarie assentiunt, sed ad eam evidentia signorum convincuntur, prout dicitur Jac., n, 19, quod dæmones credunt et contremiscunt. »

II. Utrum possit Christus in Eucharistia videre, audire cæterosque actus vitæ sensitivæ elicere. — Constat competere Christo in Eucharistia omnes actus immanentes qui a sensibus non dependent. Hujusmodi sunt : 1° scientia beata, quæ scientiam divinam participat ; 2° scientia infusa, quæ fit modo angelico nec a sensibus ullatenus dependet ; 3° scientia acquisita, quia, sicut anima separata potest

1. Cf. Gonet, disp. V, a. 5 ; Salmant., disp. VI, dub. 6.

uti suis ideis acquisitis, ita valet anima Christi scientia olim acquisita uti in Eucharistia absque sensuum adminiculo ; 4° actus voluntatis et illa præsertim immensa erga homines charitas. — Pariter, propter identitatem humanitatis, habet Christus in Eucharistia omnes perceptiones quas in coelo elicit : id fit ex naturali concomitantia qua ponuntur in hoc sacramento omnia Christi accidentia absoluta.

Quæstio movetur solum *de actibus facultatum organicarum,* sensuum nempe externorum et internorum appetitusque sensitivi. Theologi præsertim recentiores communiter respondent id absque miraculo fieri non posse. Nominales tamen, Occam, Gabriel Biel, Petrus Alliacensis, etc., opinati sunt sensus Christi in Eucharistia æque naturaliter ac in coelo agere posse[1]. Nostris diebus, P. Leray confidenter asserit Christum in hoc sacramento nos per ostium tabernaculi aspicere, audire, etc.[2].

III. **Sententia porro communissima est OMNINO TENENDA**[3]. — Ratio quippe fundamentalis desumitur ex ipso *statu sacrameniali* in quo Christi corpus reponitur. Organa, facultates, accidentia corporea Christi sunt in Eucharistia ad modum substantiæ, ut sæpius explicatuip est. Cum igitur non habeant modum essendi naturalem, pronum est ipsis deesse modum operandi naturalem, qui extensionem localem supponit, nec idcirco ea posse naturaliter actus vitæ sensitivie elicere.

IV. At miraculum esse possibile nemo inficiatur. — — Valet quippe Deus aptare cuivis potentiæ quidquid intra objectum ejus adæquatum continetur. Corpora nutem externa continentur intra objectum adæquatum facultatum sensitivarum Christi in Eucharistia ; nam sensus Christi remanent utique potentiæ reales *organicæ,* quarum

1. De his, cf. Salmant., disp. VI, dub. 5, nlß 62 ss.

2. « Donc les yeux transfigurés de Jésus-Eucharistie peuvent nous regarder à travers le voile des espèces et même à travers le ciboire et le saint tabernacle. » P. Leray, *La constitution de l'univers et le dogme de l'Eucharistie,* Paris, 1900, p. 159. — Cf. P. Lehua *iteuue Thomiste,* janvier, mai, juillet 1901.

3. Cf. De Augustinis, *De Eucharistia,* P. I, a. 7, n. 7.

objectum est semper res corporea. Ergo efficere potest Deus ut illæ facultates et illa objecta aptentur et uniantur, ac proinde ut plena et integra peragatur operatio.

V. Daturne de facto illud miraculum ? — Fatendum est sententiam negativam a multis propugnari ; quia nec revelatione nec ratione cogenti potest illud miraculum probari aut suaderi. Plurcs tamen Thomistæ, ut Serra et Gonet[1], aliique theologi, ut card. Cienfuegos[2], card. Franzelin[3], Dalgairns[4], tuentur fieri exercitium facultatum sensitivarum. Existimat Suarez opinionem illam non esse improbabilem[5].

Quanquam non omnia illorum scriptorum placita sequi intendimus, asserto tamen fundamentali libenter adhaeremus. — Nulla nova revelatione opus est ad miraculum supponendum. Semel admisso supernaturali transsubstantiationis facto, sponte fluit alia'fieri miracula quæ cum illo connectuntur quæque postulat gloriosus Christi status in hoc sacramento.— Propter identitatem humanitatis, habet Christus in Eucharistia operationes omnes quas m cœlo elicit, ideoque actus sensuum internorum et externorum. Non sufficit profiteri corpus Christi in Eucharistia esse vivum, sed oportet ipsi adscribere *vilarn plenam* necnon *plenæ vitæ exercitium.* Atqui, nisi facultates sensitiva? suam activitatem expromant, non habetur vitæ plenæ exercitium, sed induci videtur vitæ diminutiè quæ corpus gloriosum dedecet. — Demum, Çor Christi in Eucharistia semper nos amore intenso prosequitur. Sed amor ille nunquam interruptus exercitium exigit facultatis affectivæ ct appetitivæ, ideoque et cognoscitivæ, cum appetitus cognitioni respondeat.

Licet ergo non possimus in quæstione mysteriis plena exactius determinare sensibiles in Eucharistia Christi relationes nobiscum, ipsi nihilo secius tribuimus plenam ac intensam cognitionis et amoris vitam. — Absolute quidem sufficit, ad salvandum verum cum hominibus commercium,

1. Serra, in III P., q. lxxvi, a. 7 ; Gonet, disp. V, art. 5, n. 7U.
2. Card. Cienfuegos, *Vita abscondita,* disp. II.
3. Card. Franzelin, *De Eucharistia,* thés. XI.
4. Dalgairns, *Holy Communion,* 1861, pp. 129 ss.
   Suarez, disp. LIIL, sect, 3, conci. 2.

ut, Christus nos scientia intellectuali videat,et voluntatis amore diligat ; at aliunde abundantius satiatur pietas nostra, dum recolimus dilectum Salvatorem et sensibus adhuc nos in Eucharistia cognoscere et corde adhuc diligere.

Quidquid vero sit de solutione speculativa, jucundum omnibus erit continuas illi rependere gratias qui miracula multiplicat ut divitias sui erga nos amoris eiïundat...

VI. De apparitionibus in Eucharistia (a. 8). — Ex dicti's clare colligitur, quando apparet in hoc sacramento caro vel puer, *non appdrere ipsum Christi corpus,* quod jam diximus prorsus invisibile. — Apparitiones hujusmodi possunt esse vel *subjeclioæ,* per immutationem quæ fit a Deo in sensibus personæ videntis in confirmationem præsentiæ realis : vel *objeclivæ,* extra videntem, per immutationem quæ divinitus fit ex parte specierum. — Statuenda autem est hæc *regula quoad præsentiam realem* in hujusmodi adjunctis : Tamdiu remanet præsens corpus Christi, quamdiu quantitas in se non mutatur ; quia quantitas est immediatum accidentium subjectum a quo cætera *individualiotiem* desumunt Hinc rectissime concludit S. Doctor *Bemanenlibus dimensionibus, quæ sunt ■fundamenta aliorum accidentium, remanei vere corpus Christi in hoc sacramentol. »*

I. Cf. P. Monsabrê. *Les miracles eucharistiques,* 68e conférence, el. op. noslr. *La Sainte Eucharistie.* *s*

QUÆSTIO QUINTA

DE ACCIDENTIBUS EUCHARISTICIS

AD Q. LXXVII S. THOM/E

Triplex, ut vidimus, versatur quæstio de accidentibus. Prima est utrum veritate objectiva gaudçant, et jam est soluta superius. Exponendum superest quomodo remaneant *sine proprio* subjecto, imo *sine ullo subjeclo* (a. 1), ita quidem ut quantitas a Deo sustentetur et reliqua accidentia in ipsa quantitate recipiantur et sustententur (a. 2) ; deinde constabit an et quomodo possint *agere el pali* accidentia (aa. 3-8).

ARTICULUS PRIMUS

DE HIS QUÆ SPECTANT SUBJECTUM ACCIDENTIUM

AD ART. 1 ET 2 S. THOMAS

I. De permanentia accidentium SINE PROPRIO SUBJECTO. — Errores. — Semel statuto substantiam panis <t vini totam converti, illico fluit accidentia non remanere m proprio et naturali subjecto.

Berengarius, e regione, et qui cum eo consubstantial ium nem docent, vi sui systematis, tenent accidentia senipefl proprio subjecto inhaerere, nempe substantiæ, quæ adliun perseverat. — Huic errori pertinaciter adhæret *Wicleflutl* juxta quem efficere nequit Deus ut accidens a substanhti separetur ; ac subinde in Eucharistia et substantia pani* et vini remanet et accidentia in proprio subjecto susti iii tantur. Swynderby, discipulis Wicleffi, non minori pcfLM nacia errorem propugnat. Concilium >Constantiense dmid propositiones reprobat : « 1. Substantia panis materudil et similiter substantia vini materialis remanent in saerfl

mento altaris. 2. Accidentia panis non manent sine.subjecto in eodem sacramento[1]. » Altera propositio damnatur, et quia implicat primam, et etiam in seipsa ut assertio distincta. — *Lutherus* doctrinam catholicam de accidentibus eucharisticis acriter deridet, philosophiamque babylonicam vocat eam quæ accidentia seu quantitatem a substantia distinguit[2]. Luthero concinit penitus Qicolampadius[3]5

II. DOCTRINA FIDEI.— Concilium Tridentinum definit converti *totam* substantiam, « *manentibus* dumtaxat *speciebus panis ei vinil* », quod est asserere *sequivalenter* manere species sine proprio subjecto. Doctrina sic intellecta est DE FIDE.

Probationes positivæ sunt eædem quibus demonstratur desinere substantiam et fieri totalem conversionem[8].

Ratio evincit dogma illud sanæ philosophiæ nullatenus adversari. Si repugnaret accidens a substantia separatum, id proveniret, vel ex identitate accidenti cum substantia, vel ex necessitate absoluta dependentiæ a subjecto. Sed neutrum dici potest : nam 1° accidens a substantia realiter distinctum non repugnat et revera datur ; 2° dependentia accidentis a substantia non est' absoluta. Ergo nullatenus repugnat accidens a substantia separatum. — *Prob. 1Λ pars inin.* tum experientia *externa* qua videmus innumeras fieri m substantia mutationes ; tum experientia *interna,* quæ testatur oriri et desinere in anima nostra novas affectiones, l iunt scilicet novæ realitates in mundo nec tamen fit substantia nova, incipiuntque in nobis phænomen'a realia nec tamen incipit anima nostra. Ergo impossibile est illa entia quæ incipiunt vel desinunt, substantia non incipiente nec desinente, ab ipsa substantia non realiter distingui. <Juare distinctio inter substantiam et entia quæ ipsi adduntur vel ab ipsa separantur quæque accidentia vocantur est veritas fundamentalis, quam sensus communis invicte profitetur*. — *Prob. 11&*pars min.* Dependentia

1. Denz., 581, 582.
2. Cf. F. Jansen, col. 1412, 1416.
3. Cf. Soto, *IV Sent.,* dist. X, q. n, a. 1.
4. Sess. XIII, can. 2 ; Denz., 884.
5. Supra, q. m, art. m, n. m ss.
6. Probatio evolvitur in nostr. *Curs. Philos. Thomisl.,* **t. VI,** >p. 15 ss.

accidentis a subjecto ea non est, ut repugnet a substantia separari. Ideo quippe accidens pendet a substantia, quia, cum in seipso sit debilis et infirmæ naturæ, aliena virtute indiget ad existendum et substantiæ inhæret tamquam fulcro quo sustentatur. Quocirca, si superior causa potest supplere virtutem sustentandi quam habet substantia poterit utique accidens sine substantia existere. Atqui causa superior, scilicet Deus, qui dedit substantiæ virtutem sustentandi accidens, potest certissime virtutem illam supplere[1], non quidem per modum causæ materialis et sicut subjectum inhæsionis, sed *per modum causæ efficientis*[2] nobiliori modo præstando quidquid dat substantia imperfecto modo[3].

III. De permanentia accidentium SINE ULLO SUBJECTO. — DOCTRINA CERTA.

Constat ex propositione damnata in Concilio Constantiensi accidentia remanere sine subjecto. Licet non dicatur « sine *ullo* subjecto », sensus non dubius ingeritur. Ex prima enim propositione damnata constat non remanere in substantia. Ergo, si secunda propositio aliquid primæ addit, sequitur remanere absque ullo subjecto.

Id tamen definire non intendebant Patres Constantienses. Concilium Tridentinum definit solum species non remanere in substantia ; sed ex modo loquendi eruitur species illas esse accidentia sine ullo subjecto, prout communiter intelligebant scholastici[4]. Licet ergo permanentia absque ullo subjecto non s't de fide, est doctrina utique CERTA.

Sensus catholicus ex liturgia innotescit, ubi Ecclesia sui juris facit verba S. Thomæ : « Accidentia autem sine subjecto in eodem subsistunt- »

Jam attulimus verba Catechismi Concilii Tridentini

1. Cf. S. Thom., *IV Seni.* dist. XII, q. i, a. 1, sol. 1.
2. Cf. *Curs. Philos. Thomisl.,* VI, pp. 23-24 ss.
3. « Ces espèces qui demeurent après la disparition de la substance, qui sont susceptibles de division, can. 3, qui contiennent *sub specie illorum rerum sensibilium* l'Homme-Dieu tout entier, sont, dans la pensée des Pères du Concile, objectivement réellon et doivent être identiques aux *accidentia sine subjeclp* des scola»* tiques. » F. Jansen, art. cit., col. 1419.
4. Off. SS. Sacram., led. 6.

<le accidentibus, « *quæ tamen* n u l l i *substantiæ inhærent,* «<'(/ PER SEIPSA CONSTANTl. »

Quam doctrinam, nedum sit figmentum thomisticum; jam clarissime exponebat initio sæculi XII Algerus Leodirnsis : « Deus an omnibus est mirabilis..,, facit enim in i uo sacramento accidentales *qualitates exislere per se,* quod in cæteris est impossibile. Sed qui Virgini dedit fecundilatem sine semine, quid mirum *si sine subslanliæ fundamento facit qualitates exislere*l ? »

IV. Rationes theologicae (a. 1). — Profitendum est accidentia sine ullo subjecto persistere,· si nullum prorsus queat assignari subjectum inhæsionis. Atqui nullum prorsus inveniri potest hujusmodi subjectum. Ergo.

. l'rob. min. — Non substantia panis, quæ totaliter desiit, i- Non corpus Christi, multiplici de causa. Imprimis accidentia unius speciei non possunt sustentari in subjecto Ipcciei diversæ. Atqui accidentia panis, ut sapor, etc, non rmnpetunt corpo:i humano, sed omnino diversæ sunt sperni. Ergo. — Secundo, accidentia panis corruptibilia in queunt in subjecto glorioso et incorruptibili recipi, ut est corpus Christi. — Demum, accidens inhærens de subjecto juædicatur et est ad modum subjecti, juxta axioma : Pome *quod recipitur ad modum subjecti recipitur.* Atqui ■c< identia panis et vini nullatenus de Christo prædicantur, |i'" ulla ratione dici potest corpus Christi separatum, sicut ■mnis et vinum, et pari jure nunquam erunt accidentia Ulla ad modum corporis Christi, quod in Eucharistia existit ■lindo inextenso et indivisibili.

I Subjectum denique non potest esse aer vel medium cir- ■tinistans vel aliud quidpiam. Accidens quippe unius spe- **nt** i non potest, ut monuimus, in subjecto alterius speciei >>'(ipi, nec migrat accidens de subjecto in subjectum. Indi- ■riiluatur quippe accidens taliter a subjecto proprio, ul non Kmmit alteri inhærere nisi individuationem et idcirco exisminliam amittat3. Ergo, si accidentia panis et vini in ■Io subjecto sustentarentur, existentiam amitterent, jam- ■|i" impeteretur doctrina prius stabilita et omnino certa

I l P. II, n. 25.
I '4. Al g e r ., *De Sacrament.,* edit. Ma l o u , lib. II, c. i, p. 216
■II Cf. nostr. *Curs. Philos. Thomisl..* II pp. 250 25?·

et inconcussa de objectiva accidentium permanentia.

Standum est ergo explicationi jam traditæ : scilicet accidentia sustentari, absque ullo subjecto, virtute divina, quatenus Deus efficit per modum causæ efficientis et nobiliori modo quidquid substantia in genere causæ materialis præstabat.

V. Opiniones Lugo et P. Leray.

A temporibus Concilii Tridentini, conveniunt theologi in asserenda accidentium permanentia absque ullo subjecto inhæsionis.

Opinatur tamen Lugo corpus Christi sustentare acciden tia, non per modum causae materialis et tamquam subjectum inhæsionis, sed per modum *causæ efficientis sallem instrumentalis*[1]. — Non. videtur fundata illa theoria nec ulla ratione probatur competere corpori Christi causali tal em illam efficientem in sustentando ; sed potius dicendum est sustentationem fieri per virtutem primæ Causæ, qua·, cum sit auctor totius entis, potest convertere totum ens substantia: et conservare ac sustentare totum ens accidentis. At aliunde opinio illa non contradicit communi sententia· Scholasticorum, imo expresse asserit Lugo : « Certum e«l manere accidentia sine subjecto[2]. »

Differt quam maxime a singulari theoria quam instaura·vit nostro ævo P. Leray, scilicet accidentia inhærere ipsi corpori Christi[3]. —Argumenta jam allata evincunt assertum illud non posse absque periculo defendi, quippe qu<»<| adversetur doctrinæ quam theologi communiter exhilxtil. ceu certam[4]. Imo expresse docet Catechismus Concdil Tridentini :« *Quoniam ea accidentia Christi corporiel sanguini inhærere non possunt,* relinquitur ut supra omned

1. Cf. Lugo, disp. VI, n. 2.
2. Disp. X, n. 1.
3. P. Leray, eudiste, *La constitution de l'univers et le dogme « VEucharistie,* Paris, 1900. Pro illius confutatione, cf. P. Lehu, (». Pj in *fievue Thomiste,* mars, mai, juillet 1901.
4. Tongiorgi, Franzelin, Palmieri profitentur quidem acciikiillj panis et vini objectiva realitate gaudere et absque ullo subjnelj remanere, sed explicatio quam tradunt non sufficienter snlv· permanenliam accidentium in suo esse individuo. De quibus th<w)M jam fere derelictis, cf. Van Noort, pp. 283-284.

naturæ ordinem ipsa se. nulla alia re nisa, sustentent[1]. *H;ec perpetua el constans fuit calholicæ Ecclesiae doctrina*[2]. »

VI. Pro difficultatum solutione. z

Tria sunt recolenda[8] : 1° Inhærentiam *actualem* non esse de essentia accidentis. Cum enim existentia a'ctualis non vit de conceptu rei creatæ, nec etiam erit de ratione essen- Liie creatæ existera in se vel in alio ; hinc non repugnat ut, per miraculum aliquid actu existai,, nec proprie in se nec proprie in alio, sed a Deo solo sustentatum.

l 2° Accidens a substantia separatum dici posse ens per tvi: *negative.* Dicitur aliquid existens per se *posilive,* quando constituitur per ce existens vi alicujus modi positivi, quo perficitur et completur, et hoc competit soli substan- Itiif ; existens vero per se *negative* dicitur, quando solam fn gationem inhæsionis *actualis,* nullatenus autem modum mositivum, importat ; et hoc competit accidenti separato, miiod, licet non sit actu in alio, retinet tamen exigentiam bositivam ad inhærendum in alio. Itaque sensu vero dicun- iui accidentia a Catêchismo Romano *per ce consiare ;* ıl nunquam induunt rationem propriam substantiæ, eo quod non suscipiunt modum intrinsecum vi cujus sint per M positive.

I 3° Accidens separatum non amittere suam individua- Woncm. Principium quippe individuationis accidentium ■l'l. ordo ad substantiam[4] Quia igitur accidens separatum ■Minet eamdem semper habitudinem ad substantiam, ■intest in eodem esse individuo persistere.

I VII. Hinc eruitur in hac conversione esse plura diffi- ■hora quam in creatione.

I Iu creatione « hoc solum difficile est quod aliquid fit nihilo, quod tamen pertinet ad 'proprium modum ■*<>ductionis primæ causæ, quæ nihil aliud præsupponit ; If"l in hac conversione non solum est difficile quod hoc nimu convertatur in illud totum, ita quod nihil prioris bin.meat (quod non pertinet ad communem modum pro-

[I. *Catechism. Cone. Trid.,* P. II, n. 44.

I I, Ex nostro *Curs. Philos. Thomisl.,* VI, pp. 26-28.

■ U. Gf. *Curs. Philos. Thomist.,* II, 248 ss.

ductionis alicujus causae), sed etiam habet hoc difficile quod accidentia remaneant, corrupta substantia, et multa alia, de quibus in sequentibus agetur[1]. »

VIII. Quantitas, in Eucharistia, est subjectum cæterorum accidentium (a. 2). — Posset absolute Deus omnia accidentia immediate sustentare ; non enim magis pendent cætera a quantitate quam ipsa quantitas a substantia. Quapropter, sicut potest existere quantitas sine substantia, ita possent existere accidentia cætera absque quantitate. At postulat ordo divinæ Providentiæ ut cætera in quantitate subjectentur et sic vitetur multiplicatio miraculorum. Quocirca plerique theologi, contra nominales et nonnullos recentiores[2], autumant unum fieri miraculum : Deus nempe sustentat miraculose quantitatem, et quantitas naturalité· sustentat colorem, saporem cæterasque panis et vini proprietates.

Modus enim connaturalis est ut cætera accidentia existant in quantitate et ipsa quantitas in substantia. Quantitas quippe, cum sit *primum* accident materiæ, naturaliter exigit sustentari immediate in ipsa substantia materiali ; sed alia accidentia quantitatem supponunt, quia requirunt subjectum extensum, extenditur vero substantia per quantitatem, quæ definitur : accidens extensivum substantia· in partes. Quapropter accidentia direote afficiunt quantitatem et mediante quantitate ipsam substantiam[2]. Cum autem abest substantia panis, naturalis persistit lex ut accidentia sustententur in quantitate, quæ ipsa a Deo sustentatur ; et hinc congruus servatur ordo nec multiplicantur absque ratione miracula.)IX.

IX. — Utrum quantitas recipiat novam perfectionem, vl cujus possit gerere vices substantiæ. — Affirmative ronJ pondendum censemus, cum Cajetano, Ferrariensi, Gonel,

V

1. S. Thom., III P., q. lxxv, a. 8, ad 3.

2. Pro refutatione sententiæ opposite, cf. Salmanticensku disp. VIII, dub. ni, η" 30 ss.

3. Attamen quantitas non est primum subjectum, quasi ρπBî>β‖ rationem et *virtutem radicalem* sustentandi ; sed et ipsa ab alii sustentatur. *Curs. Philos. Thomist.,* II, 152.

Lugo, etc. ; licet alii aliter opinentur1. Id docere videtur Angelicus : « Quando accidenti *dalur divinitus ut per se sil2.* » Quibus verbis significatur conferri *a Deo* aliquam perfectionem qua fit accidens per se existens et cæteris accidentibus præstat quod antea præstabat substfantia.

Hic est suavis Providentiæ modus, ut nobiliori ratione in creaturis suppleat id quod per miraculum ab ipsis subtrahitur : sic in Incarnatione humanitas Christi propria personalitate privatur, sed subsistentia Verbi novam suminamque dignitatem et excellentiam ipsi largitur. Quia iril.ur quantitas privatur suo naturali existendi modo, nimirum in substantia, congruit omnino ut accipiat divinitus nobiliorem modum, propter novum munus cui adimplendo par esse debet. Sic ergo vices gerit substantiae in ordine ad cætera accidentia sustentanda ipsisque' tribuit quod præstaret substantia, si adesset;II.

II. Pro ista sententia, cf. Gonet, disp. VI, a. 3: provenientia lipu ul.u, Salmanticenses, loc. cit., n. 27 ss.

", III P. q. Lxxvu/a. 2, ad 1.

ARTICULUS SECUNDUS

AN ET QUOMODO AGERE ET PATI VALEANT ACCIDENTIA

AD ART, 3-8 2. LXXVII S. THOMffi

I. Species seu accidentia eucharistica possunt ea omnia agere et pati quæ ageret vel pateretur substantia panis et vini (a. 3). — Actio sequitur esse ac ei proportionatur. Sed species remanent in eodem esse quod habebant substantia panis et vini præsente. Ergo retinent idem agere, ac proinde possunt id efficere quod efficerent præsente substantia. — Idem valet de passione, quæ etiam esse respondet ac proportionatur[1].

II. Possunt igitur species corrumpi et per se et per accidens (aa. 4 et 7).

Corrumpitm aliquid per se : vel contrario, sicut frigui calore; vel per divisionem, sicut una dimensio corrumpitur quando dividitur et fiunt duæ, aut e converso per additionem, quando ex duabus fit una. Atqui, licet quantita» non corrumpatur per contrarium, quia contrarium non habet, corrumpitur tamen ratione divisionis vel and menti. Ergo quantitas in Eucharistia corrumpi potent per se. Hinc habetur species frangi et dividi posse (a. 7),

Corruptio autem per accidens habetur, quando forum corrumpitur ipsa subjecti corruptione ; sicut corrupto vino corrumpitm sapor. Unde in hoc sacramento accidenti· corrumpuntur per accidens, quando talis fit immutatit», ut corrumperetur subjectum panis et vini, si remanenld

III. Eodem pacto potest aliquid ex speciebus sacriM mentalibus generari (a. 5). — Quia enim corruptio umii· est generatio alterius, ex eo quod aliquid corrumpil.urJ necessc esL aliud generari. Cum ergo constet species ‹ ‹›nj rumpi, certum est quoque aliquid ex speciebus general· quod sensus invicte testanturi.

1. Ct. Commentatores in h. 1.

IV. Quomodo explicari possit generatio novæ substantiæ (a. 5). — Non fit quidem *ex* speciebus generatio *sponlanea* viventium, quia hæc jam scientifice excluditur. Unde verinos non generantur *ex* speciebus, sed *in* speciebus *ex ovalis* Ime adportatis.

Fit tamen generatio sensu communi accepta, quæ est productio novæ substantiæ. Quomodo ergo nova illa subs- l antia producitur ? — Non fit ex corpore et sanguine Christi, quæ nulli mutationi sunt obnoxia. — Non fit ex substantia panis et vini quæ rediret : id enim'repugnat, sive remanentibus speciebus, quia tunc essent simul substantia panis rl substantia corporis Christi sicque induceretur error consubstantiationis ; sive cessantibus speciebus, quia tunc Kubstantia panis et vini esset propriis accidentibus destituta.

Remanet duplex hypothesis. — Vel in ultimo instanti creatur nova substantia respondens accidentibus corruptis. Hæc sententia, quæ nonnullis theologis, ut Scoto, Vasquey.io, etc., arridet, i i incommodi habet, quod inducat *novum Bniraculum,* scilicet creationem substantiæ quæ succedit. ‣ Vel Deus dàt quantitati, *vi prioris miraculi,* ut possit >gcre quidquid præstaret substantia, si adesset. Unde quantifias est subjectum formarum quæ generationem præceilunt et in generationis instanti quantitas in materiam convertitur. Hæc ultima theoria, quæ est D. Thomæ, µı norationem explicat sine novo miraculo, sed vi prioris loi. unici miraculi, et idcirco est tenenda.

V. De diverso modo intelligendi hanc sententiam.

I Non fuit tamen ab omnibus theologis eadem ratione Intellectal. — *Quidam* enim, ut Henricus Gandavensis, ■•Igidius Romanus, Sylvester Ferrariensis, Ruardus Taplirrus, existimant quantitatem gerere vices substantiæ, ■on solum ad recipiendas dispositiones prævias, sed etiam ■>l eductionem formæ novæ, ita ut novum compositum ■mlescat ex quantitate et forma substantiali. — Verum ■æ/.η/ια *communior* tenet quantitatem converti in mate- Biuΰu et in hac materia recipi novam substantialem formam. Ill· pugnat enim compositum substantiale ex forma substan-

I. Ca.ietanus, Sylvius, Gonet, Salmant., etc., in h. 1.

tiali constans et quantitate. Forma quippe substantialis in quantitate recipi nequit, sed solum in materia ; et; si reciperetur, non inde tamen resultaret compositum substantiale, sed compositum quoddam innominatum seu potius repugnans. Re autem vera, compositum naturale fit ex actu et potentia quæ in eodem sint genere1. Sed forma substantialis et quantitas accidentalis non sunt in eodem genere, ut liquet. Ergo ex quantitate et forma non fit compositum naturale. Quocirca, ut generetur compositum naturale, oportet ut quantitas in materiam convertatur : ex materia educitur forma, et, sic producta forma, generatur novum compositum et desinit miraculum. Hinc elucet quomodo serventur etiam in miraculis ordo, pulchritudo et harmonia !

VI. Potest vino consecrato, id est speciebus sacramentalibus, non tamen sanguini Christi, misceri aliquis liquor : nonnunquam in tanta quantitate ut mutaretur substantia vini si adesset, et tunc desinit esse sanguis Christi ; aliquando vero in ea quantitate qua- non posset mutari substantia vini, et tunc remanet sanguis Christi (a. 8).

prob. 1» pars. Virtute consecrationis, species eadem possunt agere et pati quæ ageret vel pateretur substantia vini, si adesset. Atqui, si adesset substantia vini, fieret, mixtio. Ergo et post consecrationem mixtio fieri potest.

prob. n» pars, scilicet non fieri mixtionem cum ipso sanguine Christi. Christus existit in hoc sacramento modo inextenso et incorruptibili. Atqui inextensum non suscipit, mixtionem, quæ contactum superficiei extensæ requirit ; incorruptibile pariter non potest ab agentibus exterioribus pati: Ergo sanguini Christi non potest aliquid inisceri.

prob. m» pars. — Principium inconcussum est Christuminhoc sacramento tamdiu præsentem remanere quam diu remaneret substantia vini si adesset, et desinere quam lo substantia vini vel specie vel numero mutaretur. Porro aliquarido fieri potest tanta mixtio, ut mutaretur substantia vini specie vel numero ; aliquando vero mixtio non mutaret substantiam vini. Ergo in priori casu desinit esse sangtii^ Christi, in altero vero præsens remanet.

1. Cf. *Curs. Philos. Thomtsi.,* t. III, pp. 208 se. ; t. V, pp. 43 hh, t. VI, pp. 158 ss.

Explicatur major. — Si species esset diversa, manifeste desineret præsentia Christi, quia jam non esset sacramentum a Christo institutum. Si autem substantia, remanens eadem specie, fieret diversa *numero,* etiam desineret præsentia realis. Christus enim iit præsens per consecrationem. Porro consecratio requirit vinum determinatum numero, neç consecratur nisi hoc vinum in *individuo.* Ergo, si mutatio ea est qua mutaretur substantia vini aut specie aut numero, desinit esse sanguis Christi.

Declaratur minor. — Potest aliquando lien talis infusio liquoris extranei, ut solvatur species vini. Aliquando vero est solum juxtapositio molecularum, quæ substantiam nec -pecie nec numero facit diversam. — Difficile tamen determinatur quando fiat an non fiat illa mutatio, ubi agitur de speciebus vini quæ cum alio vino miscentur. Si misceantur duo vina qualitatis diversæ, non videtur permanere identitas numerica ; si vero misceantur duo vina ejusdem qualitatis et mixtio fiat in parva quantitate, potest salvari identitas numerica ; at non suppetit regula qua determinetur a priori quid in singulis casibus fiat. — Quia quantitas est subjectum cæterorum accidentium, desinunt species, i mutatur quantitas. Verum non sufficit quælibet mutatio m quantitate ; unde non desineret esse sanguis, si vinum consecratum in plures calices funderetur. Quamdiu remanent eædem dimensiones, remanet præsentia realis. Quare, i fit ea diversitas ut mutetur essentia illius quantitatis, desinit esse sanguis ; si fit diversitas tantum quoad determinationem mensuræ, persistit præsentia Christi. — Nec valent physici et chimici quæstionem absolute solvere ; nam identitas in materiis sacramentorum non præcise identitati *chimicæ aul physicæ* respondet, sed ex *alio crilerio,* scilicet morali, definitur.

.Mirabilia Dei quæ in accidentibus eucharisticis fiunt iterum insinuant immensum Christi amorem erga filios hominum.

QUÆSTIO SEXTA

DE FORMA SACRAMENTI EUCHARISTIÆ

AD Q. LXXVIII S. THOMffi

Absolutis quæ spectant *materiam* sacramenti Eucharistiæ, tum remotam, scilicet panem et vinum, tum proximam, nempe species consecratas, jam habendus est sermo de *forma* sacramenti, quænam sit (a. 1), an sit conveniens (aa. 2 et 3), de virtute utriusque formæ (a. 4), de veritate locutionis (a. 5), de comparatione unius formæ cum altera (a. 6).

ARTICULUS PRIMUS

QUÆ SIT FORMA HUJUS SACRAMENTI

AD ÂBT. 1 S. THOMÆ

I. Multiplex quæstio solvenda de forma sacramenti Eucharistiae. — Quæritur scilicet utrum Christus verbis usus fuerit in consecrando ; utrum solis Christi verbis perficiatur consecratio, independenter a precibus quæ præcedunt aut sequuntur ; quid itaque sit de « epiclesi » sentiendum ; quænam sint verba essentialia, etc.[1]

II. Opiniones. — Innocentius III nondum Pontifex propugnavit opinionem quam refutat S. Doctor ad 1, nempe Christum absque verbis consecrasse et post consecrationem expressisse verba quæ in posterum servanda essent. Quam sententiam, diversa licet ratione propositam, sustinuerunt Gulielmus Durandus, deinde Catharinus,

1. Consuli possunt, præter Commentatores S. Thomje : Innocent. III, De *Mysterio Misses, lib.* IV, c. vi ; Scotus, *IV Sent.,* dist. VIII, q. n.

Pirns a Mirandola, Gabriel Biel, Petrus Alliacensis. Ratio eorum est quia Christus prius *benedixit,* id est *consecravit,* et postea historice tantum dixit : « *Hoc est corpus meum.* » S. Thomas optime reponit benedictionem ipsam non fuisse factam absque verbis.

III. Sed THEOLOGICE CERTUM est Christum, qui potest absque verbis et signis effectus sacramentorum producere, de facto adhibuisse verba. — Patres recolunt Christum consecrasse dum dixit : « *Hoc est corpus meum*[1] », et sacerdotes nunc ipsis verbis consecrare quæ protulit Christus[2].

Concilium Florentinum docet Christum verbis confecisse hoc sacramentum[3]. Concilium Tridentinum æquivalenter idem asserit, dum exponit ideo fieri conversionem quia Christus *vere dixit* id quod sub specie panis oiferebat esse corpus suum[4]. Hinc Catechismus Concilii concludit : « Quæ quidem consecrationis forma, *cum a Christo Domino servata sit,* ea perpetuo catholica Ecclesia usa est[5][6]»

Ratio theologica ipsa est quam tradit Angelicus Cum sacerdos loquatur in persona Christi, debuit Christus adhibere ipse verba quæ nunc in ejus persona proferuntur. Notetur discrimen quod egregie explicat S. Doctor inter formas aliorum sacramentorum et formam Eucharistiæ. Legatur ipsa littera, quæ est perspicua.

IV. TENENDUM EST sola dominica verba, non autem ea quæ præcedunt aut sequuntur, esse de essentia formæ Eucharistiæ.

Concilium Florentinum declarat : « Forma hujus sacramenti sunt verba Salvatoris, quibus hoc confecit sacramentum : sacerdos enim in persona Christi loquens hoc conficit sacramentum[8]. » Atqui verba quæ præcedunt aut subsequuntur non sunt verba Christi, sed ex institutione ecclesiastica ortum habent. Ergo ad formam hujus sacramenti non pertinent. Pariter Concilium Tridentinum testatur corpus et sanguinem in Eucharistia realiter existere,

1. Cf. Tertull., *Adv. Marcion.,* lib. IV, c. xl ; *P. L.,* n, 460.
2. S. Chrysost., *Homil. II in II Tim.,* n. 4 ; P. *G.,* lxh, 612.
3. Denz., 698.
4. Sess. XIII, cap. iv ; Denz., 877.
5. Catechism. Cone. Trid., P. II, n. 20.
6. *Uecrel. pro Armenis,* Denz., 698.

statim post consecrationem[1]. Ergo verba subsequentia non sunt, de necessitate sacramenti. — **Missale Romanum** recolit etiam verba consecrationis esse formam hujus sacramenti[2]. — **Benedictus XIII** in epist. ad Cyrillum patriarcham, die 8 julii 1729, asserit : « non per invocationem Spiritus Sancti, sed per verba consecrationis fieri transsubstantiationem[3]. » Similia præscribit Pius VII[4]. Demum, Pius X, die 26 dec. 1910, sententiam oppositam expresse damnavit[5].

V. De opinione quam refellit hic S. Doctor, ad 4. — Scotus, Lequien, Combefis et nonnulli critici etiam recentiores putant requiri ad validitatem formæ ut verba consecrationis connectantur cum ipsa narratione institutionis ac proinde ut sacerdos praecedentia verba proferat : « *Qui pridie quam pateretur.* » Cui sententiæ non officiunt documenta ecclesiastica jam allata. Illam tamen communiter post Angelicum rejiciunt theologi[6]. Ratio quam allegat S. Doctor est perspicua et ex Concilio Florentino confirmatur. Non aliud requirit Concilium ad validitatem sacramenti quam applicationem materiæ et formæ cum intentione faciendi quod facit Ecclesia[7]. At potest habere sacerdos intentionem faciendi quod facit Ecclesia, etiamsi sola illa verba proferat, omissis præcedentibus. Ergo esset valida consecratio, « quia intentio faceret ut hæc verba intelligerentur quasi ex persona Christi prolata ».

VI. Alia sententia totaliter DERELINQUENDA, de epiclesi. — Hæc theoria, quam diversimode propugnarunt Marcus Ephesinus, Catharinus, Renaudot, Le Brun, Touttée, et nostris diebus Schell, Rauschen, Princeps Max. de Saxonia, contendit in ritu orientali verba consecrationis non consequi effectum, nisi addantur sequentia verba, quæ *epiclesis* dicuntur : « Fac panem istum pretiosum corpus Christi..., etc — Remanet jam damnata tum a Bene-

1. Sess. XIII, cap. in ; Denz., 876.
2. *De defectibus,* v, 1.
3. *Collectio Lacensis,* Frib. Brisgov.. 1876 ; t. II. 440.
4. *Ibid.,* 551.
5. *Aci. Aposl. Sedis* (1911), t. III, p. 119 ; Denz., 3035.
6. Of. Scot., *IV Sent.,* dist VIII, q. n, a. 2, et pro confutatione t Salmant., disp. IX, dub n, nlj 10 ss. ; Vasquez, disp. CXCVIII, i,
7. *Decret, pro Armenis,* Denz., 695.

dicto XIII, tum a Pio VII, tum et præsertiin a Pio X, qui sententiam illam a Principe Max. de Saxonia propugnatam in periodico *Borna e l'Orienle* severis verbis proscripsit[1]. — Verba sacramentalia efficiunt quod significant. Atqui significant præsentiam Christi indcpendenter ab epiclesi. Ergo illam efficiunt. Hinc est quod corpus et sanguis Christi statim adorantur, quia realiter adsunt, *slaiim post consecrationem,* ut ait Concilium Tridentinum[2], antequam absolvatur epiclesis. Igitur nulli catholico licet hodie aliter opinari. Imo jam docebat S. Chrysostomus panem in corpus Christi converti per verba : *Hoc est corpus meum*[3].

VII. Quomodo igitur sit intelligenda epiclesis".

Nomine epiclesis eucharisticæ venit invocatio quæ in orientalibus liturgiis, et etiam nonnullis occidentalibus antiquissimis, ponitur in canone Missæ, post narrationem institutionis Eucharistiæ. Sacerdos invocat Patrem, aliquando Filium, aliquando utrumque, ut mittatur Spiritus Sanctus (aut Verbum, in tribus formulis) in panem et vinum, ad illa convertenda in corpus et sanguinem Christi et reddenda communicantibus utilia. Hæc porro invocatio *subsequitur* consecrationem, licet forte in antiquissimis liturgiis epiclesis fuerit verbis consccratoriis *prævia**.

Quo ergo catholico sensu invocari potest Spiritus Sanctus *post consecrationem,* ut convertat elementa in corpus et sanguinem ? — Multi theologi, post cardinalem Joannem a Turrecremata seu Torquemada, O. P., ita interpretantur : petitur ut Spiritus Sanctus operetur, non physicam transsubstantiationem, jam in consecratione peractam, sed *spiritualem* in fidelibus transformationem, quatenus sacrainen-Ium corpori mystico proficiat, præsertim sacerdoti et communicantibus. At illa explicatio non est litteralis, nec rationem reddit verborum quæ petunt primo ut Spiritus Sanctus

1. *Aci. Apost. Sedis,* III, 119; Denz., 3035. Textus autem In NEDicri XIII et Pn-VII videantur in *Colled. Lacens.,* loc. ©It.

2. Sess. XIII, cap. m ; Denz. 876.

3. Cf. S. Chrysost., *De prodii. Judæ,* I, 6 ; P. G., xlix, 380.

I. Cf. de hoc argumento D. Cabrol. O. S. B., qui rem erudite versavit in *Revue des Sciences Philos, et Théol..* 1099, « *Le canon rtmain.* ·

convertat dona proposita et deinde ut effectus spirituales in fidelibus operetur. — Unde melius dicendum est, cum aliis, invocari Spiritum Sanctum, ut per actionem suam sanctificantem operetur cum Patre et Filio ipsam physicam transsubstantiationem ipso instanti quo verba consecrationis proferuntur. Sed, quia illa invocatio non potuit tota fieri convenienter ante consecrationem nec est possibilis concomitanter, evolvitur postea, ut nempe *successive explicentur quæ uno instanti, fiunt.* Et hæc est solutio quam tradebat jam cardinalis Bessarion[1], rebus orientalibus addictissimus : « Oportet hæc aliaque hujusmodi, non tanquam in tempore *in quo dicuntur,* sed tanquam in tempore *pro quo* dicuntur, ita intelligere ac si tempus illud maneret[2], i

1. Bessarion, *De sacramento Eucharlstlæ et quibus verbis Christi corpus con/lcialur ; P. G.,* clxi, 516.

2. Cf. Perraris, *Prompta bibliotheca,* v. *Eucharistia,* ed. Migne, III, 803 ; D. Cagin, *L'Euchologie latine,* t. II, *l'Eucharistie,* 1912, pp. 69-82 ; *Paléographie musicale,* t. V, pp. 85 ss. ; Salaville, *Dici, théol. cathol.,* art. *Epiclèse,* col. 194-300, *Diet. Apol.,* art. *Eucharistique (Epiclèse),* col. 1585-1597.

ARTICULUS SECUNDUS

DE CONVENIENTIA, VIRTUTE. VERITATE, COMPARATIONE UTRIOSQUE FORMÆ

AD ART. 2-6 Q. LXXVIII S. TIIOM/K

I. De forma prioris consecrationis (a. 2). — Ea quæ tradit hic S. Doctor removent errorem veterum Protestantium, juxta quos formulæ sensus esset : « Hoc significat corpus meum, vel est corpus meum figurate. » Recolantur ea quæ diximus supra de præsentia reali.

Discursus S. Thomæ est completus et efficax. Convenientissima est forma quæ exprimit id quod in sacramento efficitur. Porro forma : « *Hoc esi corpus meum* » aptissime exprimit id quod efficitur. Ergo. — Efficitur enim transsubstantiatio, in qua tria sunt consideranda : *conversio* et *duo termini.* Quia vero çonversio est instantanea, debet exprimi, non ut in fieri, sed ut in facto esse, ac proinde non debet dici : « Hoc *fil* corpus meum », sed : « Hoc *esi* corpus meum.» — Attamen, quia terminus a quo non manet secundum suam substantiam, sed solum secundum accidentia, non debet dici : « Hic panis est corpus meum », sed utendum est pronomine neutro « *Hoc* », quo significatur : id quod continetur sub his accidentibus. — Demum, terminus ad quem debet exprimi per nomen significans totam naturam ejus in quod fit conversio, nempe totum corpus Christi, et idcirco dici debet : « Hoc est *corpus meum* », non vero : « caro mea ».

Notetur resp. ad 2 : Ratio cur in creatione verbum sit per modum imperativum « *fiai* » est quia operatur solum effective, quæ efficientia est per imperium divinæ sapien- liæ ; dum in consecratione debet esse verbum substantivum indicativi modi « *esi* », quia operatur et effective et sacramentaliter, id est secundum vim significationis, cum sacramentum sit signum practicum, nempe efficiens quod significat.

II. De forma alterius consecrationis (a. 3).

Nulla exstitit controversia de verbis prioris consecrationis ; quoad formam autem consecrationis vini disputatum fuit[1]. — Capreolus, Paludanus, S. Antoninus, Gonetus, Salmanticenses tenent omnia verba esse necessaria, etiam ultima : « qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum ». — Alii autem Thomistæ, ut Cajetanus, Dom. Soto, Joan, a S. Thoma, Sylvius, Contenson, Billuart et recentiores theologi reponunt quinque priora sola « Hic est calix sanguinis mei » esse de essentia ; cætera, tantum de integritate formæ.

Sic igitur intelligendus est S. Doctor : « Omnia prædicta verba sunt de substantia formæ. » Aliquid potest *ad substantiam perlinere dupliciter :* 1° ut id sine quo non habetur integritas rei, sicut membra ad substantiam hominis pertinent ; 2° ut id sine quo non salvatur rei essentia. *Priori quidem modo,* omnia verba sunt de substantia, quia nonnisi unam sententiam efformant nec integer est sensus nisi sint omnia prolata, et hinc Concilium Florentinum, formulam tradendo Jacobitis, omnia verba enumeravit[2]. *At, allero modo,* sola quinque priora sunt absolute necessaria. Cum enim verba efficiant quod significant, sufficiunt illa quæ conversionem significant. Atqui priora quinque : « Hic est calix sanguinis mei » significant conversionem vini in sanguinem Christi. Ergo illam efficiunt et idcirco absolute sufficiunt.

Quoad singula verba, omnino est attendenda explicatio quam liic tradit S. Doctor. Consulantur etiam liturgistæ pro pleniore expositione.

III. De virtute verborum utriusque formæ (a. 4).

Doctrina totius articuli sic contrahi potest : Verbis duplicis formæ eucharisticæ inest aliqua vis creata, licet instrumentalis, *effectiva* Conversionis, quæ nempe reaiiter et efficienter concurrit ad miraculum transsubstantiationis. Verba enim quæ proferuntur ex persona Christi conse-

1. Cf. Capreol., *IV Sent.,* dist. VIII, q. i, a. 3 ; Palud., *IV Sent,,* dist. IX, q. m, a. 2 ; S. Antonin., III P., tit. 13, c. xv, n. 4 ; Gonbt, disp. VII, a. 2 ; Salmant., disp. IX, dub. in, n. 21 ss.

2. Denz.. 715.

quuntur virtutem instrumentalem a Christo. Atqui verba utriusque consecrationis proferuntur ex persona Christi et ex ejus mandato. Ergo.

Ea quæ tradit hic Angelicus confirmant iterum doctrinam *de causalilaie physica* sacramentorum. Vis enim *creata, effectiva, conversiva,* non designat ens morale vel intentionale,' sed aliquid physicum. Cæterum, hæc virtus comparatur virtuti quæ est in *marlello* (ad 1) quæque utique physica est ; ac etiam virtuti physicæ quæ erat in *laciu manus* Christi (ad 2). Additur hanc virtutem non posse cooperari m creatione (ad 2). Porro in creatione non repugnat instrumentum morale, cum possit aliquis precibus movere Deum ad aliquid creandum ; sed repugnat instrumentum physicum, quod operatur prævie disponendo et aliquid educendo ex subjecto, dum creatio nihil præsupponit. Demum S. Doctor (ad 3) solvit difficultatem quam adversarii causalitatis physicæ opponunt et ostendit virtutem illam esse *simplicem* ratione simplicis significati.

Hinc liquet quanta sitexcellentia sacramentorum, quantave dignitas sacerdotum, quorum verba concurrunt ad illud stupendum transsubstantiationis miraculum, ipsa creatione difficilius1.

IV. De veritate utriusque formæ (a. 5). — Duo præcipue notanda occurrunt.

1° Verba consecrationis proferuntur a sacerdote *historice simul el assertive.* Hoc est contra tum veteres, quos confutat Angelicus, tum novatores, qui negant vim effectivam consecrationis. *Historice* porro refertur aliquid, quando narratur ut ab alio dictum ; *assertive* autem, quando loquens etiam ipse asserit et affirmat. — Porro sacerdos verba recitat uL.a Christo prolata, at non m abstracto refert, sed applicat materiæ præsenti, affirmando nempe de illo quod in manibus habet : « Hoc est corpus meum. » Ergo verba et historice et assertive proferuntur. — Si sacerdos historice tantum proferret, non consecraret valide ; quia verba non applicarentur materiæ consecrandæ, sed ad præteritum tantum referrentur. Quapropter animadvertit Concilium Florentinum : « Sacerdos enim *in persona Christi* loquens

1; Cf. sup., q. 1 x x v , a. 8, ad 3.

hoc conficit sacramentum[1]. » Sed loqui in persona Christi est proferre ejus verba et historice simul et assertive. Ergo ad validam consecrationem utrumque requiritur.

2° Discrimen est maximum inter *locutiones mere speculativas* et locutiones *practicas seu factivas.* — In speculativis quippe, subjectum est idem prædicato etiam initio locutionis : ut, cum ostenditur vinum in dolio per locutionem « hoc est vinum », etiam a principio « hoc » est idem prædicato. Aliter est in practicis : cum enim istæ formulae habeant vim efficiendi quod significant, subjectum non est idem prædicato nisi in fine locqtionis, quia solum in fine efficiunt quod significant. — Hujusmodi est forma eucharistica. Aliud demonstratur in principio, et aLud in fine : m principio locutionis pronomen « hoc » designat quidem substantiam, at non determinat quid sit, in fine autem prædicatum est idem cum subjecto. Unde verissima est formula, quæ sic redditur : *Hoc,* id est contentum sub his spèciebus, est corpus meum.

Hinc *repellitur objectio* quam urgent Calvinus ejusque discipuli : « Hoc » non significat corpus, secus esset tautologia ; nec significat panem, nam falsum est panem esse corpus Christi[2]. — Jam responsum est : *Hoc,* scilicet contentum sub his speciebus, in principio dictionis est substantia panis ; in fine autem, cum verba effecerint quod significant, est corpus Christi.

V. Utrum effectus unius formæ dependeat a prolatione alterius formæ (a. 6).

Doctrina catholica est *stalini post consecrationem* verum Domini nostri corpus in Eucharistia existere[3] ; et idcirco statim adoratur, ante secundam consecrationem. Efficax omnino est ratio quam evolvit S. Doctor, quæque desumitur ex indole formæ, quæ est præsentis temporis et ideo non exspectat futurum, sed effectum habet simul ut verificatur significatio.

Difficultas solum esse potest, quando sacerdos unam speciem consecrando excludit intentionem consecrandi alteram. Respondimus supra (ad q. lxxiv, a. 1). Valet

1. Denz., 698.
2. Calvin., *Instil.,* IV, χνιι, 20.
3. Cf. Cone. Trid., sess. XIII, cap. Ill ; Denz., 876.

etiam ratio præsentis articuli : quando significatio completur ipsa prolatione verborum, oportet rem significatam esse, siquidem verba efficiunt quod significant. Atqui significatio præsentiæ corporis completur prolatione verborum : « Hoc est corpus meum », nec significationem illam nlutat intentio non consecrandi alteram speciem. Ergo, prolatis verbis primæ consecrationis, corpus est realiter præsens, tametsi desit intentio alteram speciem consecrandi. — Quocirca concludendum est absolute cum Angelico : « *Prima jorrna non exspectat secundam in agendo, sed stalim habet suum effectum.* »

QUÆSTIO SEPTIMA

DE EFFECTIBUS SACRAMENTI EUCHARISTIE

AD *Q.* LXXIX S. THOMffi

Quatuor sunt præcipui effectus quos producit Eucharistia, ut est sacramentum, et hos expendit S. Doctor in. quatuor primis articulis ; deinde quæritur quid operetur, quatenus est simul sacramentum et sacrificium, et an prosit aliis quam sumentibus (aa. 5-7) ; ac demum disseritur de impedimento peccati venialis (a. 8).

ARTICULUS PRIMUS

DE EFFECTIBUS QUOS PRODUCIT EUCHARISTIA UT SACRAMENTUM

AD ART. 1-4 S. THOMÆ

I. De primario effectu, qui est gratiæ collatio (a. 1).

Principia statuit Angelicus quæ jam futuros *protestanlium errores* ellicaciter removebant. Duplex enim fuit de hoc puncto novatorum error : vel dixerunt Eucharistiae effectum alium non esse quam excitare fidem, vel e regione contenderunt Eucharistiam absque Poenitentia remittere directe peccata mortalia. Duo tamen illa contraria asserta conciliare tenuarunt, dicendo sacramentum excitare fidem et per fidem sic excitatam hominem justificari[1].

Ulerque error fuit damnatus in Concilio Tridentino - « Si quis dixerit vel præcipuum fructum SS. Eucharistiæ esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios fructus provenire, A. SA» Definit insuper Concilium Eucharis-[2]

[a]
1. Luther., *De captio. Babylonis,* in fin. Tract. Eucharist.
2. Sess. XIII, can. 5 ; Denz., 887.

tiam esse sacramentum et omnia sacramenta conferre gratiam ex opere operato non ponentibus obicem[1]. Igitur de fide est Eucharistia *conferri, gratiam communem sacramentis.*

At, in quantum est speciale sacramentum, *specialem confert gratiam ;* et quadruplici quidem titulo est illius gratiæ causa. — 1° Per Eucharistiam habetur specialis adventus et præsentia Christi, qui est auctor et fons gratiæ. Atqui adventus et præsentia Christi secum trahit gratiæ infusionem : sicut enim visibiliter per Incarnationem veniens vitam gtatiæ contulit mundo, ita et sacramentaliter veniens per Eucharistiam communicanti dat vitam gratiæ. Ergo. — 2° Cum Eucharistia- sit passionis dominicæ memoriale et renovatio, debet habere in homine effectum quem in mundo habuit passio. Atqui passio fuit mundo fons gratiarum inexhaustus. Ergo et Eucharistia communicanti. — 3° Eucharistia, utpote instituta per modum cibi et potus spiritualis, operatur in vita spirituali effectum quem producit cibus in vita corporali. Atqui cibus sustentat, auget, reparat et delectat. Ergo id præstat Eucharistia in vita spirituali, quod quidem fit per gratiam. — 4° Eucharistia est signum et causa unionis mysticæ qua fideles unum corpus inter se et cum Christo efficiuntur (cf. supra, procem.[2]). Atqui unio hujusmodi incepta per fidem perficitur per charitatem, quæ est gratiæ individua comes. Ergo Eucharistia est causa gratiæ, sicut et charitatis.

II. Gratia propria Eucharistiæ est gratia cibans.

Quem effectum directe exprimit Christus : « Caro mea vere est *cibus* et sanguis meus vere est *potas*[3][4]» — Eundem extollunt Patres. Tertullianus recolit animam *saginari* in hoc sacramento[4], et S. Justinus monet corpus et sanguinem Christi nos spiritualiter *enutrire*[5]. — Ratio desumitur ex indole creaturæ viventis. Quo perfectius est vivens, eo exquisitiori cibo utitur : angelorum est cibus perfectissimus, scilicet Verbum in seipso, absque velamine ; sed hominum

1. Sess. VII, can. 5-8 ; Denz., 848-851.
2. *q.* i, art. i, n. in.
3. Joan., vi, 56.
4. Tertull., *De resurrectione carnis,* vm ; *P. L.,* n, 806.
5. S. Justin., *Apol.,* i, 67 ; *P. G.,* vi, 429.

in præsenti vita cibus spiritualis erit divinus quidem, sed nostræ conditioni accommodatus, scilicet Verbum caro factum et sub velamine sacramenti, seu sub speciebus panis et vini, nobis propositum[1]. Quapropter gratia Eucharistiæ propria debet in ordine spirituali omnes effectus præstare quos in ordine naturali producit cibus, scilicet *sustentare, augere, reparare* et *-delectare*[2]. z

III. Qua ratione vita spiritualis in hoc sacramento augeatur et sustentetur et reparetur. — Hoc exponit S. Doctor in resp. ad 1. Recolit iterum gratiam dari ex voto Eucharistiæ, quatenus qui recipit gratiam Baptismi ordinatur ad Eucharistiam, sicut qui assumit medium eo ipso appetit finem (q. 1 x x iii, a. 3)[3]. At, quia est cibus, supponit vitam in subjecto, et idcirco non dat ipsi gratiam primam, sed gratiam *auget ;* non quidem, sicut Confirmatio, in ordine ad profitendum exterius fidem, sed modo proprio, nos conjungendo cum Deo. Eo ipso quippe quod unum cum Christo': efficimur, vitam ejus participamus, et hinc vita nostra spiritualis fit plenior et abundantior. Sicut, dum cibus materialis in substantiam nostram convertitur, augetur vita corporalis ; ita, dum homo per communionem in Christum transformatur, augetur et intensior fit supernaturalis vita gratiæ. Simul ut augetur vita corporalis, reparantur deperditiones quæ ex multiplici capite contingunt ; ita Eucharistia, nos Christo conjungendo et gratiam augendo, vitam spiritualem *sustentat* et deperditiones quæ ex peccatis venialibus contingunt *reparat* (cf. a'. 4).

IV. Qua ratione Eucharistia producat delectationem et fervorem. — Hoc indicat S. Thomas in resp. ad 2. Quatenus est convivium spirituale, debet in ordine supernatural! operari quod convivium præstat, scilicet delectationem quandam et dulcedinem ; quia enim est sacramentum amoris, simile *carboni ignito*[4], debet habitum charitatis

1. Cf. S. Augustin., In Ps. xxxm, n. 6 ; *P. L.,* xxxvi, 303, 304.
2. Eosdem effectus enumerat' Cone. Florent., *Decret, pro Armenis,* Denz., 698.
3. Cf. supra, q. i, art. m, n. ii-iii.
4. Hanc similitudinem *carbonis igniti* tradunt, non 'solum S. Damascenus, lib. IV. *Orlhod. Fidei,* c.xni, *P.* G.,cxiv, 1149 ;sed etiam Syri, qui particulas consecratas *Carbones* appellant. Jam

augere et actus intensos promovere quibus gignitur fervor. Hinc anima spiritualiter delectatur et *quodammodo inebriatur* dulcedine bonitatis divinæ. Quapropter sacra liturgia Eucharistiæ accommodat illa verba : *omne delectamentum in se habentem; praebebit delicias npgibus* (Off. SS. Sacram.).

V. Notetur tamen discrimen inter effectum primarium, qui est gratiæ augmentum, et effectum secundarium, de quo hic agitur. — Effectus primarius semper producitur, si homo in statu gratiæ accedit ; alter autem effectus producitur quidem in anima, quatenus gratia per sacramentum collata animam dilatat et ad illam delectationem et fervorem promovet ; at non semper sentitur experimentaliter spiritualis dulcedo. Ratio hujus est vel quia homo est insufficienter dispositus et distractionibus detentus ; vel quia expedit ut hac dulcedine privetur, peritia summi Medici, qui hac via interdum animam virilem efficit ; vel quia hunc effectum impediunt legitimæ aut necessariæ occupationes etiam in pie et sancte suscipientibus[1]. Sicut Extrema Unctio non semper corporis sanitatem efficit, sed solum quatenus id animæ salutem juvat, ita Eucharistia effectus delectationis et sensibilis fervoris non semper causât, sed quando expedit[2].

VI. De alio effectu, qui est adeptio gloriæ (a. 2).

Doctrina catholica asseritur in sacra **liturgia : « O** sacrum convivium, in quo Christus sumitur : recolitur memoria passionis ejus ; mens impletur gratia, *et futuræ gloriæ nobis pignus datur.* » Et in Concilio **Tridentino** : *Pignus* id esse voluit futuræ nostræ *gloriæ* et perpetuæ felicitatis[3]. »

Hinc **SS. Patres** spem futuræ gloriæ etiam pro corpore ex susceptione Eucharistiæ desumunt. S. Ignatius Eucharistiam vocat *remedium immortalitatis*[4]; S. Irenaeus *resur-*

scribebat S. Ephriem, *Comment, in Isai.,* cap. vi : « Carbo Emmanuelem significat, qui, dum corpori nostro unitus fuit, in eodem eorpore tamquam forcipe apprehensus est. »

1. Cf. S. Antonin., III P., tit. 13, cap. vi, ŋ. 15.
2. Cf. Salmant., disp. X, dub. i, ŋ. 8.
3. Sess. XIII, cap. n ; Denz., 875.
4. *Ad Eph.,* XX, n,; *P.G.,* v, 661.

rectionem, futuram ex hoc capite suadet[1] ; S. Gregorius Nyssenus dicit « aliter fieri non posse ut nostrum, corpus sit in immortalitate, nisi per communionem cum immortali factum sit *particeps incorruptionis*[2] » ; et, juxta S. Cyrillum Alex., D. N. Jesus Christus per carnem suam nobis veluti quoddam *semen immortalitatis* inserit[3].

Est porro causa glorias Eucharistia, non solum titulo generali, quatenus confert gratiam, quæ est semen gloriæ ; sed *speciali titulo,* ut explicat S. Doctor, ratione contenti et quatenus est refectio cibi spiritualis. *Contentum* enim in hoc sacramento est Christus, qui nobis meruit vitam æternam : unde qui Christum digne suscepit jam aliquo modo vitam æternam habet inchoatam et in causa. Quatenus autem est *refectio cibi spiritualis,* nos unit Christo, sicut cibus in nos transmutatur ; et *unio* illa viæ necessario nos ordinat ad unionem perfectissimam quæ in gloria consummatur, sicut inchoatio vi sui tendit ad complementum. Dum autem Eucharistia nutrit animam et vires spirituales auget, confert *virtutem perveniendi ad gloriam,* sicut panis subcinericius Eliæ contulit virtutem perveniendi ad montem Dei Horeb[4] — Addatur Eucharistiam fuisse *per modum testamenti institutam.* Porro testamentum ordinat ad hæreditatem. Ergo Eucharistia nos ordinat ad hæreditatem quæ est gloria. Quocirca vocari potest Eucharistia simul *pignus et arrha gloriæ :* pignus quidem quo possisimus a Deo petere nostræ redemptionis pretium, scilicet gloriam ; arrha vero, eo quod Eucharistia est jam quædam inchoatio vitæ æternæ.

Quoad corpus, debet etiam Eucharistia esse causa resurrectionis et gloriæ ; quia enim nos efficit *concorporales Christi* in terris[5], postulat ut corpus nostrum aliquando corpori Christi configuretur in gloria. Hinc ipse Christus enuntiat resurrectionem deberi novo titulo communicantibus : « Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet vitam æternam et ego *resuscitabo* eum in novissimo die[5]. »

1. S. Iren., *Cont. Hæres.,* lib. v, c. π ; P. G., VII, 1124.
2. S. Gregor. Nyssen., *Oral. Catech.,* 37.
3. S. Cyrill., *In Joan.,* lib. IV, n ; P. G., lxxiii, 580-581.
4. *III Reg.,* XIX, 6 ss.
5. S. Cyrill. Alexandr., *in Joan.,* xi, 10 ; P. G., lxxiv, 560j
5. Joan., vi, 55.

VII. Eucharistia respectu peccati mortalis (a. 3).

Doctrina fidei est præcipuum fructum SS. Eucharistiæ non esse remissionem peccatorum, scilicet *non remitti directe et per se peccata mortalia in communione eucharistica.* Id clamat tota ecclesiastica traditio.

Jam enim Paulus monet, non solum communione non remitti peccata, sed novum committi peccatum susceptione indigna : « Qui enim manducat et bibit indigne *judicium* sibi manducat et bibit[1]. » Unde Apostolus prius dixerat : « *Probet* autem seipsum homo[2]. » — Quæ probatio, juxta *Concilium Tridenlinum,* ita necessaria est, « ut nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat... Quod si necessitate urgente sacerdos absque prævia confessione celebraverit, quam primum confiteatur[3]. » — Tria igitur complectitur hoc *præceptuin :* 1° ut nullus conscius mortalis peccati accedat, et id nullam exceptionem patitur ; 2° ut præmittatur confessio sacramentalis, et hæc lex est sub gravi, sed exceptionem admittere potest, si desit copia confessarii et aliunde sit necessitas celebrandi aut communicandi, quo casu elici debet actus contritionis ; 3° sacerdos qui sic celebravit tenetur quam primum confiteri.

Doctrinam testatur Ecclesiæ praxis; nam, ex antiquo ritu, peccatores ad Eucharistiam non admittebantur, nisi longa præmissa poenitentia, sed debebant cum catechumenis exire, ad monitum diaconorum : « Exite, catechumeni, pcenitentes, indigni, » Imo, aliquando, in casu mortis, concedebatur absolutio, non tamen communio. Hinc S. Cyprianus sacerdotes reprehendit qui communionem ministrabant lapsis nondum purgatis[4]. Dispositiones in communicantibus requisitas maxima eloquentia exponit

1. *1 Cor.,* xi, 29.
2. *Ibid.,* 28.
3. Sess. XIII, cap vu ; Denz., 880. — Idem recolit Codex Juris Canonici (can. 807) : « Sacerdos sibi conscius peccati mortalis, quantumvis se contritum existimet, sine præmissa sacramentali confessione Missam celebrare ne audeat; quod si, deficiente copia confessarii et urgente necessitate, elicito tamen perfect® contritionis actu, celebraverit, quamprimum confiteatur. »
4. S. Cyprian., Epist. XVI, n ; *P.* L., iv, 251.

S. Chrysostoinus, qui concludit : « Quanta ergo puritate oportçt eum esse qui hoc fruitur sacrificio[1]. »

Definit Concilium Tridentinum contra Novatores : « Si quis dixerit vel præcipuuin fructum SS. Eucharistiæ esse remissionem peccatorum vel ex ea non alios effectus provenire : A. S.[2]. »

Ratio theologica quam evolvit S. Doctor ex ipsa notione sacramenti eucharistici repetitur. Est enim instituta Eucharistia per modum *cibi et polus spiritualis.* Atqui cibus et potus non dantur mortuis, sed ordinantur ad restaurandam et perficiendam vitam in his qui jam vivunt. Ergo Eucharistia ex prima sui ratione vitam seu gratiam primam supponit in subjecto. — Recolatur insuper Eucharistiam esse *sacramentum charitalis et unionis ;* unde qui caritate vera caret nequit Eucharistiæ esse 'particeps.

Per accidens tamen Eucharistia valet remittere mortalia, in his qui bona fide et cum attritione accedunt. Sententia quam hic defendit S. Doctor est jam fere communis. Ratio sat manifesta videtur. Sacramenta vivorum producunt per accidens gratiam primam in subjectis qui non ponunt obicem, scilicet conscientiam peccati et affectum ad peccatum. Sed qui bona fide accedit non habet conscientiam peccati et, quia aliunde est saltem attritus, non retinet affectum ad peccatum, cum attritionis sit affectum interrumpere et removere. Ergo in hujusmodi subjecto Eucharistia debet per accidens gratiam primam producere[3][4]

Licet Eucharistia non remittat directe mortalia, illa tamen *praecavet.* Dupliciter quidem id præstare potest : 1° quia, vires spirituales augendo, hominem removet a peccatis ; 2° quia hominem tuetur contra exteriores insidias inimici, ut exponetur infra (a. 6).

VIII. Venialia peccata per hoc sacramentum remitti est DOCTRINA CERTA ET CATHOLICA (a. 4). — **Traditionem** testatur textus ab Angelico allegatus, in quo Eucharistia dicitur *remedium quotidianae infirmitatis*[1].

1. S. Chhysost., *Homil. LXXXIJ, in Mallh.,* n. 5 ; *P. G.,* i.Mil 743.
2. Sess. XIII, can. 5 ; Denz., 887.
3. Cl. quæ diximus supra, ad q. 1 x ii, a. 2 *(De Sacr. in comm.;* q. in, art. m, n. v).
4. Auctor libri *de Sacramentis,* lib. IV, c. vi, n. 28 ; *P. L.,* xvi, 64

Concilium Tridentinum Eucharistiam vocat « *antidotum.,* quo liberemur a culpis *quotidianis* et a peccatis mortalibus præservemur[1]. » Igitur, quia peccatum veniale est *infirmitas* quotidiana, Eucharistia dicitur *remedium ;* quia peccatum veniale animam inficit instar cujusdam veneni, non tamen occidit, dicitur Eucharistia *antidotum.* **Catechismus** Concilii Tridentini asserit absolute : « *Remitti vero Eucharistia et condonari leviora peccata, quæ venialia dici solent, non est quod dubitari debeat*[2]. »

Ratio S. Thomas est efficax: Quatenus cibus, debet reparare vitæ supernaturalis deperditiones, quæ sunt peccata venialia ; et, quatenus sacramentum charitatis et fervoris, quæ est res significata, debet ,si digne sumitur, expellere id quod charitati contrariatur, scilicet peccatum veniale. Requiritur porro ad remissionem ut removeatur *obex,* scilicet impoenitentia de culpa, de peccato veniali, et idcirco ut habeatur quædam displicentia, saltem virtualis.

IX. Utrum immediate et directe Eucharistia remittat venialia. — Disputatur : alii scholastici, cum Salmanticensibus, reponunt remitti tantum *mediale ;* alii vero multi, et iam *immediate*[3] ; et his videtur esse adhærenduin, propter rationem S. Thomæ. Cibus spiritualis *vi sua* directe et immediate debet deperditiones vitæ supernaturalis reparare. Sed cibus ille est Eucharistia et illæ deperditiones sunt peccata venialia. Ergo Eucharistia debet *vi sua intrinseca* et immediate venialia remittere, dummodo adsit displicentia saltem virtualis, ut dictum est.

X. **Pietatis corollarium. —** Magnæ utilitatis et jucunditatis erit meditari hæc pia et pulchra verba S. Ephræm Syri extollentis efficaciam Eucharistiæ : « *Minima ejus mica millia millium sanctificare valet et sufficit ut vitam præbeat omnibus qui manducant eam.* Accipite, manducate iu fide, nihil hæsitantes, quia hoc est corpus meum, et qui manducat illud in fide ignem et Spiritum in illo manducat[4]. »

1. Sess. XIII, cap. π ; Denz., 875.
2. *Catechism. Cone. Trid.,* P. II. n. 53.
3. Cl. Salmant., disp. X, dub. i, nl' 12 ss.
4. S. Ephriem, Serm. IV *de Passione,* edit. Romana, t. III, p. 424.

ARTICULUS SECUNDUS

DE EFFECTIBUS QUOS PRODUCIT EUCHARISTIA UT SACRIFICIUM ET UT SACRAMENTUM

AD ART. 5-8 Q. LXXIX S. THOMÆ

I. Pœnam peccato debitam remittit Eucharistia : per se quidem et directe, quatenus est sacrificium ; indirecte vero, quatenus est sacramentum ; regulariter tamen non totam remittit pœnam, sed plus minusve secundum modum dispositionis et fervoris (a. 5).

Sacrificium habet vim satisfactoriam, quæ proprie et directe remissiva est pœnæ. De his infra, ubi de sacrificio.

Ut sacramentum autem, Eucharistia ordinatur *per se el directe* ad spiritualem refectionem et unionem cum Christo, et idcirco non removet directe nisi ea quæ obstant perfectioni charitatis. Porro perfectioni charitatis obstat quidem peccatum veniale, at non pœna temporalis, cum possit homo conjungi Deo per amorem, retinens adhuc debitum. Ergo, licet Eucharistia remittat veniale peccatum, non idcirco removet directe pœnam temporalem. — *Indirecte* tamen aliquid de illa pœna remittit. Nam charitas et fervor qui excitantur per Eucharistiam habent quamdam vim satisfactoriam, cui annectitur remissio pœnæ ; quia igitur remissio pœnæ respondet satisfactioni et satisfactio charitati, non remittitur regulariter tota pœna, sed solum quando charitas est sumina1.

II. Quomodo Eucharistia præservet hominem a peccatis futuris (a. 6). — Doctrina hujus articuli a Concilii» inculcatur. Concilium *Florentinum* dicit : « In quo (sacramento) gratam Salvatoris nostri recensemus memoriam, a malo retrahimur, confortamur in bono, et ad virtutum el. gratiarum proficimus incrementum1. » Concilium *Tridenlinum* : « Et tanquam antidotum quo liberemur a culpis

1. Documenta ecclesiastica afferentur infra, ubi de sacrificio eucharistico.

2. *Decret, prp Armenis ;* Denz., 698.

■quotidianis et. a peccatis mortalibus præservemur[1]. »

Ratio est manifesta : Eucharistia interius auget vitam, quia est cibus et medicina ; exterius munit contra impugnationes inimici, quia est signum passionis, quam maxime formidat diabolus. Notentur aliunde resp. ad 1 et ad 2 : quia comrnunio non tollit conditionem viæ, in qua liberum arbitrium est semper flexibile, non aufert possibilitatem peccandi. Attamen, minuit indirecte concupiscentiam, ut explicatur in resp. ad 3. Quod enim directe auget charitatem indirecte minuit fomitem, juxta eiïatum Augustinianum : « *Augmentum charitatis est diminulio cupiditatis.* » Atqui Eucharistia, utpote sacramentum charitatis, directe charitatem auget. Ergo indirecte concupiscentiam minuit et sic a peccato præservat. Digna sunt quæ recolantur verba S. Ghrysostomi : « *Ut leones flammam spirantes, sic ab illa mensa discedimus terribiles effecti diabolo".* »

III. Eucharistia, in ratione sacramenti, non prodest directe et ex opere operato nisi sumenti, licet indirecte et ex opere operantis possit aliis, etiam defunctis, prodesse ; in ratione autem sacrificii, aliis prodest quam sumentibus, nempe omnibus pro quibus offertur (a. 7).

PROB. **i'** pars. — Hæc ratio generalis sacramentorum, ut ad sanctificationem sumentium Ordinentur et idcirco non prosint nisi subjectis quibus applicantur ; et hæc est specialis ratio Eucharistiæ, ut sit spiritualis cibus, qui tantum sumenti *directe* prodest. — *Indirecte tamen* et ex opere operantis potest aliis prodesse : 1° ratione satisfactionis, quatenus communio, propter præparationem et recollectionem prærequisitam, est opus aliquatenus pœnosum et ideo satisfactorium, cujus valor potest aliis sive vivis sive defunctis applicari ; 2° ratione meriti, quia communio est opus Deo gratum, quo possumus aliis mereri de congruo ; 3° ratione impetrationis, quia, cum per Eucharistiam excitetur charitas, preces quæ communionem comitantur facilius valent impetrare a Deo postulate.

altera pars exponetur infra, ubi dicetur quibus subjectis applicetur sacrificium eucharisticum. Notetur

1. Sees. XIII, cap. n ; Denz., 875.

2. S. Chrysost., *Homil. in Joan.,* xlvi, al. 45, n. 3 ; *P. G.* «,ix, 260.

hic regula quam tradit S. Doctor (ad 2) : licet sacrificium ex sua ratione generica et quantum ad sufficientiam prosit omnibus, sicut passio non tamen *actu applicat* virtutem nisi his qui conjunguntur sacramento per fidem et charitatem.

Quid intendit S. Doctor, dum dicit (ad 3) : « Sumptio pertinet ad *rationem* sacramenti »? — Sensus non est consistere sacramentum formaliter in usu seu sumptione, cum jam assuererit Angelicus (q. 1 x x iii, a. 1, ad 3) consistere in consecratione materiæ et re permanenti ; sed sensus est requiri sumptionem ut prosit sacramentum, sicut nec proficit cibus nisi sumatur, licet sumptio non sit ratio constitutiva cibi.

IV. Hujus occasione quaeritur quandonam Eucharistia suos effectus in anima producat. — Fuerunt *olim diversæ senlenliæ :* vel nempe incipere effectum simul ut hostia in ore recipitur, vel tunc solum haberi cum species sacramentalcs sunt per digestionem transmutatæ[1]. — Verum t e n e n d u m e s t tunc applicari effectum, quando dici potest : .«. Eucharistia est *manducata* » ; siquidem est institutum sacramentum per modum cibi spiritualis, de cujus ratione est ut manducetur : « *Qui manducat* meam carnem... *habet vitam*[1]. » Atqui, ex usu loquendi communi, ut cibus dicatur *manducatus,* non sufficit apprehensio in ore, nec requiritur absorptio aut assimilatio in organismo, sed oportet ut cibus sit ad stomachum trajectus. Ergo tunc recipitur effectus communionis, quum species ad stomachum pervenerint.

V. Iterum quæritur utrum effectus prolongetur, quamdiu perseverant species in nobis[2]. — Plures insignes theologi id tenent. — Sed oppositum suadet ratio theologica jam exposita : Sacramentum quod habet rationem cibi manducandi operatur ex opere operato, quando fitmanducatio. Porro non dicitur aliquis manducare, quamdiu remanet cibus in stomacho, sed solum quando fit ad stomachum trajectio. Ergo Eucharistia tunc solum gratiam

1. De his cf. G o n e t , disp. VIII, a. 2 ; S a l m a n t ., disp. X, dub. n.
2. J o a n ., v i, 55-59.
3. Pro diversis opinionibus consuli possunt : C a j e t a n ., in h. 1. S u a r e z, disp. LXII1, sect. 1 ; S y l v i i j s, in h. 1., G o n e t , loc. cit. concl. 2 : S a l m a n t ., n,s 26-29.

producit ex opere operato. — Si valeret altera sententia, deberent communicantes hostias grandiores sumere, ut, diutius conservando præsentiam realem, majorem perciperent effectum. Idem porro est fructus, sive parva sive magna sit hostia, sive una sive plures sumantur, ut animadvertit S. Th. (ad 3).

Conveniunt aliunde theologi majorem ex opere operantis infundi gratiam juxta majorem et intensiorem dispositionem.

VI. De impedimentis ex parte venialium (q, 8). — Potest sic contrahi doctrina hujus articuli :

1° Peccata venialia *habilu lanium* remanentia per se nullo modo impediunt effectum hujus sacramenti, quippe qüae per ipsum remittantur, ut constat ex art. 4 ; nec de hoc puncto est controversia.

2° Peccata venialia quæ *aclu* placent vel committuntur impediunt quidem effectum secundarium, quia opponuntur fervori charitatis et dulcedini spirituali ; non tamen impediunt effectum primarium, nempe augmentum gratiæ habitualis. — Ultimam conclusionis partem negarunt plures, ut S. Bonaventura, Halensis, Durandus, Cajetanus, Contenson, S. Thomas junior (in IV *Seni.,* dist. 2, q. 2, a. 1, quæstiunc. 3). — Conclusio tamen S. Thomæ in præsenti articulo est hodie communissima. Huic videtur adhærere S. Cong. Concilii, quæ requirit solum ad communionem etiam quotidianam statum gratiæ cum recta piaque mente[1]. — Sacramenta ex opere operato conferunt gratiam noù ponentibus obicem. Sed qui existens in statu gratiæ accedit ad hoc sacramentum cum peccato veniali actu commisso non ponit obicem simpliciter, sed solum secündum quid ; nam veniale non opponitur gratiæ sanctificanti, sed solum fervori charitatis. Ergo illi homini sacramentum Eucharistiæ debet ex opere operato conferre augmentum gratiæ sanctificantis.

VII. Corollarium itaque pietatis est ut communicantes affectum ad veniale penitus removeant et totis viribus se præparent ad percipiendum totum effectum et plenius Ilum diligant qui *in finem dilexii eos.*

1. S. Cong. Cone, die 20 decembr. 1905; Denz., 1981-1990. | oxlus citabitur infra, occasione art. 10 q. lxxx. Cf. Cod., can. 863.

QUÆSTIO OCTAVA

DE USU SEU SUMPTIONE HUJUS SACRAMENTI

AD Q* LXXX S. THOMÆ

Quia Eucharistia id singulare habet ut in ipsa usus a sacramento distinguatur, oportet tractationi de sacramento adjungere alteram de usu seu sumptione sacramenti.

In tribus primis articulis agitur de illo usu secundum se, in cæteris vero de conditionibus vel de obligationibus quas ille usus imponit aut supponit, ex parte animæ, ut est status gratiæ (aa,, 4-6), et ex parte corporis (aa. 7 et 8) ; ac deinde traduntur regulæ quoad usum rationis (a. 9), quoad communionis frequentiam (aa. 10 et 11) et quoad usum calicis (a. 12).

ARTICULUS PRIMUS

DE USU SEU SUMPTIONE EUCHARISTIÆ SECUNDUM SE

AD ART. 1-3 S. THOM.®

I. De multiplici modo manducandi corpus Christi (a. 1) — S. Doctor in corpore articuli attendit manducationem *sacramenlalem lanium* quæ habet rationem imperfecti, et manducationem *sacramenlalem simul el spiritualem,* quæ habet rationem perfecti, et quæ idcirco distinguitur ab illa sicut perfectum ab impel fecto ; sed in resp. ad objecta doctrinam templet et exponit (ad 3) dari manducationem quandam *mere spiritualem.*

Hinc triplex modus manducandi, sicut explicat Concilium Tridentinum : « Quoad usum autem recte et sapienter Patres nostri tres rationes hoc sanctum sacramentum acci piendi distinxerunt. Quosdam enim docuerunt *sacramen-*

taliter dumtaxat id sumere, ut peccatores ; alios *lanium spirilualiter,* illos nimirum qui voto propositum illum coelestem panem edentes, *fide* viva *quæ per charitalem operatur* (*Gal.,* v, 6), fructum ejus et utilitatem sentiunt ; tertios porro *sacramentaliter simul el spirilualiter,* hi autem sunt qui ita se prius probant et instruunt, ut *vestem nuptialem induti* (Matth., xxn, 11 ss.) ad divinam hanc mensam accedant[1]. » Eandem divisionem exponit Catechismus Concilii Tridentini[2].

Ex resp. ad 3 eruitur' triplicem pariter esse modum *manducandi spirilualiter* : primus, *per votum explicilum* sacramenti jam cogniti, quemadmodum piæ animæ post communionem sacramenlalem renovant sæpius in die spiritualem communionem ; secundus, *per votum implicitum,* eo modo quo receptio Baptismi est desiderium implicitum Eucharistiæ (supra, q. 1 x x ih , a. 3) ; tertius, *figurative,* recipiendo aliquid quod sit typus Eucharistiæ, sicut in Veteri Testamento patres manducando manna vel agnum paschalem spirilualiter jam manducabant Eucharistiam, quæ ipsis præfigurabatur.

II. Utrum solius hominis sit hoc sacramentum sumere (a. 2). — Ponitur quæstio specialiter pro angelis, sed valet responsio etiam pro animabus separatis ; unde remanet ut *solius hominis viatoris* sit manducare hoc' sacramentum. Aliud est manducare spirilualiter Christum et alijid manducare spirilualiter sacramentum ; manducare enim spiritualiter Christum potest quicumque ei per charitatem unitur, sed manducare spirilualiter Sacramentum ille solus potest qui desiderare potest susceptionem realem ipsius sacramenti. Porro nec angeli nec animæ separatæ possunt desiderare susceptionem realem sacramenti. Ergo.

Non angeli. Jam constat, ex q. 1 x , sacramenta, utpote . igna sensibilia, de quorum ratione est ut ex magis noto cognoscatur ignotum, non posse angelis dari[3]. Et, speciatim quoad Eucharistiam, qui habent unionem perfectam per visionem et amorem beatificum non possunt desiderare

1. Sess. XIII, cap. vin ; Denz., 881.
2. *Catechism. Cone. Trid.,* P. II, *De Eucharist.,* n. 57.
3. Cf. supra, pp. 21-22.

unionem imperfectam, in alia specie et adhuc sub figura. Atqui unio eucharistica est imperfecta, in qua Christus exhibetur sub figura et in alia specie. Ergo non possunt angeli Deo fruentes desiderare unionem quæ fit per Eucharistiam nec idcirco realem sumptionem hujus sacramenti.

III Est igitur Eucharistia cibus viatorum. — Ideoque sub aliquo respectu est imperfectus, nempe Verbum in carne, veritas in Sacramento[1].

Angelis aulem non compelil nisi cibus perfectus[2], cibus comprehensorum, Verbum in propria specie per visionem intuitivam et perfectam charitatem assimilatum. — Idem dicendum est de *animabas bealis.*

Animae purganles desiderant quidem ut valor communionis satisfactorius ipsis applicetur, at unio quam appetunt esse nequit unio viæ, imperfecta ; sed unio quæ erit omnium desideriorum quies, scilicet unio per visionem et amorem beatificum. Quapropter Concilium Tridentinum hortatur fideles ad devote et frequenter communicandum, ut ad coelestem patriam pervenire valeant, « eumdem panem angelorum, quem modo sub sacris velaminibus edunt, absque ullo velamine manducaturi[3]. »

Notetur, pro resp. ad 1, verba ps. lxxvii, 25 : « *Panem angelorum manducaoil homo* », esse litteraliter intelligenda de *manna,* quod fuit ministerio angelorum Judæis præstitum, spiritualiter autem de pane Christi.IV.

IV. De subjecto proprio communionis sacramentalis (a. 3). — Abstrahit hic articulus a susceptione fructuosa vel infructuosa, et investigat quodnam sit subjectum *capax recipiendi sacramenlaliler* Eucharistiam.

Distingui enim debet receptio *sacramenlalis* a receptione mere *materiali.* Cum sacramenta sint signa sensibilia protestativa fidei in hac vita, competunt illis tantum qui possunt, signis sensibilibus uti et protestari fidem. Porro nec angeli nec animæ separatæ utuntur signis viæ ; aliunde infideles non-possunt fidem protestari. Unde sacramenta

1. S. Bernaud., Serm. XXX, *in Cantic.*. n. 3 ; P. *L.,* clxxxiii, 952.
2. Cf. S. Augustin., in Ps. xxn, n. 6 ; P. *L.,* xxxvi, 303, 304.
3. Cone. Trid., sess. XIII, cap. vni ; Denz., 882.

sunt pro hominibus viatoribus fidelibus instituta ; et, quia Baptismus est janua sacramentorum, solus *homo viator baptizatus* est subjectum capax communionis sacramentalis.

Infidelis itaque manducare potest materialiter id quod est sacramentum, at non sacramentaliter manducat sacramentum (ad 2), quamdiu remanet infidelis. Animalia bruta materialiter tantum recipiunt vel manducant Eucharistiam ut rem quandam, nunquam sacramentaliter, quia nullam habent ad sacramenta capacitatem.

Peccatores recipiunt sacramentaliter, licet infructuose, quatenus sunt homines viatores baptizati. Nec desinit præsentia realis propter indignitatem sumentium. Recolit S. Doctor, in corp, et ad 3, principium in hac materia fundamentale : remanet corpus Christi præsens, quamdiu remanent accidentia, et idcirco etiam in ore animalis vel in luto[1].

Pueri baptizati etiam nondum rationis compotes possunt manducare sacramentaliter Eucharistiam, imo et augmentum gratiæ recipere, quia non ponunt obicem sacramento : hinc in primitiva Ecclesia ministrabatur\ ipsis co.-..uunio[2].

1. Recolendæ sunt propositiones Petri de Bonageta et Joannis de Latone, damn, a Gregorio XI, dfe 8 Aug. 1371 : « 1° Quod si hostia consecrata cadat seu projiciatur in cloacam, lutum seu aliquem turpem locum, quod, speciebus remanentibus, sub eis esse desinit corpus Christi et redit substantia panis :

2° Quod si hostia consecrata a mure corrodatur seu a bruto sumatur, quod, remanentibus dictis speciebus, sub eis desinit esse corpus Christi et redit substantia panis ;

3° Quod si hostia consecrata a justo vel a peccatore sumatur, quod, dum species dentibus teritur, Christus ad cœlum rapitur ‹'t in ventrem hominis non trajicitur. » Denz., 578-580.

2. Cf. *Eccles.· Hierarch·,* cap. ult., *P G.,* in, 411 ss.

ARTICULUS SECUNDUS

DE DISPOSITIONIBUS AD FRUCTUOSAM SUMPTIONEM REQUISITIS

AD ART. 4-8 Q. LXXX S. T11OMΛ!

I. Necesitas status gratiæ (a. 4.). — Probat Angelicus, tum ex Paulo (arg. *ISed contra}* : « Qui manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit[1] », id est, condemnationem ; tum ratione desumpta ex significatione hujus sacramenti, sacrilegium committi a peccatore qui ad hoc sacramentum accedit cum conscientia peccati mortalis : significat enim se esse Christo unitum et ejus membris incorporatum seu se habere fidem perfectam et charitatem, quod est falsitatem in sacramento committere et violare sacramentum ac mortaliter peccare. Etenim non solum occurrit in præsenti *ratio generalis,* quia sacramenta vivorum prærequirunt in subjecto vitam quæ est gratia prima, sed *ratio specialis* quam evolvit Angelicus : quicumque hoc sacramentum suscipit, eo ipso significat se esse Christo et ejus membris unitum. Atqui falsum est uniri Christo et membris ejus peccatorem carentem charitate, quæ est unionis principium. Ergo ille falsitatem in ipso sacramento committit et ideo grave sacrilegium incurrit.

Hinc confutatur error protestantium, qui contendunt solam fidem esse dispositionem sufficientem ad omnia sacramenta[2]. Contra quos definit **Concilium Tridentinum:** « Si quis dixerit solam fidem esse sufficientem præparationem ad sumendum sanctiseimæ Eucharistiæ sacramentum:

1. *1 Cor.,* xi, 29.

2.. Hæc est 15» prop. damn, a Leone X : « Magnus est error eorum qui ad sacramenta Eucharistiæ accedunt huic innixi quod sint confessi, quod non sint sibi conscii alicujus peccati mortalis, quod praemiserint orationes suas et praeparatoria : omnes illi judicium sibi manducant et bibunt. Sed si credant et confidant se gratiam ibi consecuturos, hæc sola fides facit eos puros et dignos. · Denz., 755.

A. S. Et, ne tantum Sacramentum indigne atque ideo m mortem et condemnationem sumatur, statuit atque declarat ipsa sancta Synodus illis quos conscientia peccati mortalis gravat, quantumcumque etiam se contritos existiment, habita copia confessoris, necessario praemittendam esse confessionem sacramentalein. Si quis autem contrarium docere, prædicare vel pertinaciter asserere, seu etiam publice disputando defendere præsumpserit, eo ipso excommunicatus exsistatl » Et supra (cap. vu) declaraverat : « Quod si, necessitate urgente, sacerdos absque prævia confessione celebraverit, quam primum confiteatur*. »

II. Probatio autem fit per confessionem sacramentalem. Datur sane praeceptum sub gravi praemittendi confessionem, ut audivimus ex Concilio Tridentino. Pauci theologi existimant præceptum illud esse de jure ecclesiastico, sed communius docetur esse præceptum divinum. Concilium enim Tridentinum non intendit legem novam condere ; -sed « revocat in memoriam » (cap. vu) præceptum quod testatur Apostolus : « *Probel aulem seipsum homo* » (7 *Cor.,* xi, 28). Apostolus autem non proprio nomine loquitur, sed jus divinum recolit.

In casu aulem necessilalis sufficit actus contritionis. At tunc sacerdos qui sic celebravit tenetur « quam primum » confiteri, id est intra triduum, ut exponunt communiter theologi ; et hoc, non sub consilio, sed sub præcepto, ut constat ex prop. damn, ab **Alex. VII** : « Mandatum Tridentini, factum sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, confitendi quam primum, est consilium, non præceptum. Illa particula « quam primum » intelligitur, cum sacerdos suo tempore confitebitur[2] » Nec sufficiet intra triduum confiteri, si sacerdos debet iterum celebrare : tunc enim tenetur, si habeatur copia confessoris, præmittere confessionem, priusquam ad altare accedat.

Quoad omnes fideles est lex generalis, quam siç exprimit **Codex** Juris Canonici : « Nemo quem conscientia peccati mortalis gravat, quantumcumque etiam se contritum

1. Sess. XIII, can. 11; denz., 893.
2. Denz., 880.'
3. Prop. 38 et 39 ; Denz., 1138, 1139.

existimet, sine præmissa sacfamentali confessione ad sacram communionem accedat ; quod si urgeat necessitas ac copia confessarii illi desit, actum perfectæ contritionis prius eliciatl. »

III. De gravitate sacrilegæ communionis (a. 5).

Applicat hic S. Doctor doctrinam quam tradidit in II» Parte de distinctione et *gravitate specifica peccatorum*[2]. Cum enim actus humani et peccata ex objecto speciem desumant, gravitas peccatorum specifica attenditur ex parte objecti contra quod peccatur. Atqui objectum contra quod peccatur in Eucharistia, nempe humanitas Christi sub sacramento, est minus quam divinitas, et etiam quam humanitas in propria specie, sed est majus creaturis. Ergo peccatum contra Eucharistiam non est omnium gravissimum, sed plerisque aliis gravius secundum suam speciem. — Attendantur resp. ad 1, ad 2, ad 3, ubi S. Doctor doctrinam complet et singulos casus opportunis adhibitis distinctionibus accurate resolvit.

Retinenda est igitur et maxime attendenda *regula S. Thomæ :* gravissima peccata sunt quæ contra divinitatem committuntur, ut infidelitas et blâsphemia ; secundario veniunt peccata quæ committuntur in hamanitatem Christi ; tertio loco peccata quæ committuntur contra sacramenta, quæ pertinent ad humanitatem Christi ; post hæc sunt peccata contra puras creaturas.

IV. De obligationibus ministri respectu peccatoris communionem petentis (a. 6).

Regulas quas hic tradit Angelicus communiter laudant theologi. Sic illas in breve cogit P. Lehmkuhl : « I. Peccatori publico, sive occulte petit sive in publico, deneganda suno sacramenta. II. Peccatori occulto item, si occulte petit, deneganda sunt sacramenta. III. Peccatori occulto, si in publico petit, non sunt deneganda sacramenta... In dubio de publicitate criminis, potius dandum est sacramentum palam petentibus. Si vero post criminis publicitatem dubium est de emendatione vel satisfactione præstita, potius denegandum sacramentum est seu differendum[3]. »

1. Can. 856.
2. I» IIae, q. lxxiii, a. 6, et IIa II»®, q. lxxhi, a. 3.
3. Lehmkuhl, vol. II, n. 54.

— Notetur in resp. ad 2 doctrina de hostia non consecrata *nullo modo* danda loco consecratæ, quia id induceret necessario in actum idololatria}. In resp. ad 3 retinenda est sapientissime solutio S. Thomæ de *ordaliis,* quæ sine peccato fieri non possunt.

Codex Juris Canonici regulas S. Thomæ æquivalenter (radit : « Arcendi sunt ab Eucharistia publice indigni, quales sunt excommunicati, interdicti manifestoque infames, nisi de eorum poenitentia et emendatione constet et publico scandalo prius satisfecerint. Occultos vero peccatores, si occulte petant et eos non emendatos agnoverit, minister repellat ; non autem, si publice petant et sine scandalo ipsos præterire nequeat[1]. »

V. De impedimento ex necessitate et congruentia (a. 7).

Maximi est momenti distinctio tradita hic ab **Angelico** inter impedimentum ex *necessitate* et impedimentum ex *congruentia.* Ex necessitate impedit tantum mortale peccatum nondum remissum ; ex congruentia impediunt tum foeditas corporalis tum evagatio mentis. — At notetur *alia regula :* « Hoc tamen impedimentum quod ex congruitate provenit postponi debet propter aliquam necessitatem.» Ouod principium sive de pollutione sive de actu conjugali intelligitur (ad 2). Unde, quando non fuit peccatum in nocte et adest ratio communicandi, potest postponi impedimentum ex congruentia. Item, si peccatum mortale fuit jam remissum et ratio adest communicandi : quod enim dicit S. Thomas in resp. ad 4 est impedimentum ex congruentia, quod postponi potest, imo debet, propter aliquam necessitatem.

Hinc regula **S. Cong. Concilii**[2] : « Ita ut nemo, qui in latu gratiæ sit et cum recta piaque mente ad s. mensam accedat, impediri ab ea possit. Recta autem mens in eo est, ut, qui ad s. mensam accedit, non usui aut vanitati nut humanis rationibus indulgeat, sed Dei placito satisfacere velit, ei arctius caritate conjungi ac divino illo pharmaco suis infirmitatibus ac defectibus occurrere. » Illo porro desiderio arctioris unionis cum Deo corrigi poterit evagatio mentis et sic poterit totus sacramenti fructus percipi.

1. Can. 855.
2. S. Cong. Cone., 20 dec. 1905 ; Denz., 1985-1986.

VI. De conditione ex parte corporis, quæ est jejunium (a. 8). — Legem ecclesiasticam hoc modo recolit Codex Juris Canonici : « Qui a media nocte jejunium naturale non servaverit, nequit ad sanctissimam Eucharistiam admitti, nisi mortis urgeat periculum, aut necessitas impediendi irreverentiam in sacramentum[1]. »

Veram jejunii eucharistici notionem tradit S. Doctor in resp. ad 4 : « Importat privationem cujuscumque præsumpti per modum cibi vel potus ». Hinc, si quid non habeat rationem digestibilis vél si non sumatur per modum cibi vel potus, sed per modum salivæ aut respirationis, non trangit jejunium naturæ. Tempus indicatur in resp. ad 5 : « A media nocte incipit[2]. »

Ab initio viguit praxis in Ecclesia Latina sumendi Eucharistiam ante omnem cibum. Quam praxim testatur jam *Tertullianus,* qui, ut a connubio cum infideli avertat uxorem, sic alloquitur : « Nonne sciet maritus quid secreto ante omnem cibum gustes[3] ? » Usus in legem transiit. *Concilia Hipponense* (393) et *Carlhaginense* (397) recolunt hoc praeceptum et morem reprobant, qui invaluerat, ut, si fidelis post meridiem moreretur, Missa pro illius refrigerio celebraretur a sacerdote etiam non jejuno[4]. Excipiebatur unus dies anniversarius quo Cœna Domini celebratur, sed exceptio fuit sublata in Concilio *Bracarensi l* (563).

Nec diversum fuisse morem in Ecclesia Græca testantur S. *Basilius :* « Neque enim fieri potest ut absque jejunio audeat ad sacrum ministerium accedere[5] » ; et S. *Chrijsosiomus,* qui communionem impertiri post epulas reputat delictum ingens : « Hoc si feci, de episcoporum libro nomen meum expungatur..., Christus a regno suo me abjiciat[6] » ; demjim *Concilium Trullanum* (692), in quo jejunium præscribitur pro omnibus Missis, etiam in Cœna Domini[7].

1. Can. 858, § 1.
2. De lege illa jejunii consuli potest DD. Many, *Prælect. de Missa,* η. 171 ss.
3. Tertull., *Ad uxorem,* lib. II, c. v ; P. *L.,* i, 1296.
4. Cf. Bruns, *Concilia,* I, pp. 127 ss.
5. S. Basil., Homil. I, *De jejunio,* n. 6 ; P. *G.,* xxxi, 171.
6. S. Chrysost., Epist. CXXV, *Ad Cyriacum* ; P. *G.,* u, 683.
7. Cf. Bruns, op. cit., i, 46 ss.

Quia plures errores et abusus irrepserant, Concilium 'Constantiense (1415) declaravit : « Hujusmodi sacramentum non debet confici post cœnam neque a fidelibus recipi non jejunis, nisi in casu infirmitatis aut alterius necessitatis a jure vel Ecclesia concesso vel admisso[1]. »

De singulis casibus *consulantur moralislæ.*

VII. Concessio Pii X et novi Codicis. — Decreto 7 déc. 1906, Pius X « benigne concessit ut infirmi qui jam *a mense* decumbunt, absque certa spe ut cito convalescant, confessarii consilio, SS. Eucharistiam sumere possint semel aut bis in hebdomada, si agatur de infirmis qui degunt in piis domibus ubi SS. Sacramentum asservatur, aut privilegio fruuntur celebrationis Missæ in Oratorio domestico ; semel vero aut bis in mense pro reliquis, etsi aliquid per modum potus antea sumpserint[2]. » — Ex declaratione S. Gong. Concilii 6 mart. 1907, hac facultate uti possunt prædicti infirmi, quamvis in lecto decumbere non possint aut ex eo aliquibus horis diei surgere queant[3]. — « Verba *per modum polus* ita esse intelligenda, ut liceat sumere jusculum, cafæum, aliosque cibos liquidos, quibus aliqua substantia mixta sit, e. g., farina (semolino, semoule), panis rasus (pangrattato, pain râpé), etc., dummodo mixtio non amittat naturam cibi liquidi. » Ita S. Officium, 7 sept. 1897[4]5

Demum Codex Juris Canonici omnibus qui versantur m prædicta infirmitate concedit communionem *semel aul bis in hebdomada : «* Infirmi tamen qui jam a mense decumbunt sine certa spe ut cito convalescant, de prudenti confessarii consilio sanctissimam Eucharistiam sumere possunt semel aut bis in hebdomada, etsi aliquam medicinam vel aliquid per modum potus antea sumpserint[5]. »

1. Denz., 626.
2. *Aci. Sanctæ Sed.,* xxxix, 604.
3. *Aci. Sanclæ Sed.,* x1, 344.
4. Cf. *Monitore eccles.,* vol. X, p. 1, 2, 4, 22.
5. Can. 858, § 2.

ARTICULUS TERTIUS

REGULÆ QUOAD ÆTATEM FREQUENTIAMQUE COMMUNIONIS ET USUM CALICIS

AD ART. 9-12 Q. LXXX S. THOMÆ

I. De usu rationis (a. 9). — Plures quæstiones huc referuntur.

1° Utrum hi qui usu rationis carent *possint sacramenlaliter* communicare. Responsio non potest esse dubia, si agitur de baptizatis : quum enim illi non ponant obicem, possunt recipere gratiam quæ in sacramento ex opere operato confertur ; unde, non solum in primitiva Ecclesia ut testatur liber *Eccles. Hierarch.*[1], sed etiam usque ad sæculum χπ sacra communio statim post Baptismum sæpe conferebatur.

2° Utrum sit *necessarium vel conveniens* dare communionem hujusmodi subjectis ; et hoc sensu valet solutio a S. Thoma cum debitis distinctionibus tradita. Reverentia sacramenti postulat ut exspectetur ætas discretionis. Unde Concilium Later. IV declarat fidelem teneri præcepto communionis, « postquam ad annos discretionis pervenerit[2] ». At, quæ sit ætas discretionis, non fuit ab omnibus semper eodem modo determinatum. Alii statuebant septimum annum, alii decimum vel undecimum ; imo nonnullæ Ecclesiæ particulares, recentioribus temporibus, non ante decimum tertium vel decimum quartum ad communionem admittebant pueros, manifesto rigore et excessu.

II. Quæ sit hodierna et tenenda legislatio. — S. Congregatio de Disciplina Sacramentorum, die 8 augusti 1910, hæc sancivit decreto Quam singulari, a Pio X confirmato t « Ubi primum ad annos discretionis pervenerint, obligatione tenentur accedendi, saltem semel in anno, ad Pcenitentiæ et Eucharistiæ sacramenta. Unam eamdemquo

1. Cap. ult., *P. G.,* ni, 411 ss.
2. Denz., 437.

ætatem ad utrumque sacramentum requirit Lateranense Concilium, cum conjunctum Confessionis et Communionis onus imponit. Igitur, quemadmodum ad Confessionem ætas discretionis ea censetur, in q'ua honestum ab inhonesto distingui potest, nempe qua ad usum aliquem rationis pervenitur; sic ad Communionem· ea esse dicenda est qua eucharisticus panis queat a communi dignosci ; quæ rursus eadem est ætas in qua puer usum rationis est assecutus. Ætas discretionis tum ad Confessionem tum ad S. Communionem ea est, in qua puer ipeipit ratiocinari, hoc est *circa seplirnum annum,* sive supra, sive etiam infra, lix hoc tempore incipit obligatio satisfaciendi utrique præcepto Confessionis et Communionis.. Cognitio religionis quæ in puero requiritur, ut ipse ad primam Communionem convenienter se præparet, ea est qua ipse fidei mysteria necessaria necessitate medii pro suo captu percipiat, atque eucharisticum panem a communi et corporali distinguat, ut ea devotione quam ipsius fert ætas ad SS. hucharistiam accedat. — Obligatio præcepti Confessionis et Communionis, quæ puerum gravat, in eos praîcipue recidit qui ipsius curam habere debent, hoc est in parentes, in ‹onfessarium, in institutores et in parochum. Ad patrem vero, aut ad illos qui vices ejus gerunt, et ad confessarium, secundum Catechismum Romanum, pertinet admittere puerum ad primam communionem. Semel aut pluries in anno curent parochi indicere atque habere Communionein generalem puerorum, ad eamque, non modo novensiles admittere, sed etiam alios, qui parentum confessariive confusu, ut supra dictum est, jam antea primitus de altari ancta libarunt. Pro utriusque dies aliquot instructionis cl præparationis præmittantur1... »

Recentius adhuc Codex hæc sancivit : « Pueris, qui propter ætatis imbecillitatem nondum hujus sacramenti cognitionem et gustum habent, Eucharistia ne ministretur.

1. *Acta Apost. Sedis,* t. II, pp. 577-583; Denz., 2137-2141. De Illa quæstione consuli possunt ı L. Andrieux, *La première communion, textes el documents, des origines au* XX® *siècle,* Paris, lirauchesne, 1911 : P. Ferrêres, *La première communion des rii/unts' d'après les enseignements et les prescriptions de SS. Pie X,* l'iiris, Maison de la Bonne Presse ; Vermeersch, *De prima puerorum communione,* Brugis,

In periculo mortis, ut sanctissima Eucharistia pueris ministrari possit ac debeat, satis est ut sciant Corpus Christi a communi cibo discernere iiludque reverenter adorare.

Extra mortis periculum plenior cognitio doctrinæ Christian® et accuratior præparatio merito exigitur, ea scilicet, qua ipsi fidei saltem mysteria necessaria necessitate medii ad salutem pro suo captu percipiant, et devote pro sua? aetatis modulo ad sanctissimam Eucharistiam accedant. De sufficienti puerorum dispositione ad primam communionem judicium esto sacerdoti a confessionibus eorumque parentibus aut iis qui loco patentum sunt.

Parocho autem est officium advigilandi, etiam per examen, si opportunum prudenter judicaverit, ne pueri ad' sacram Synaxim accedant ante adeptum usum rationis vel sine sufficienti dispositione ; itemque curandi ut usum rationis assecuti et sufficienter dispositi quamprimum hoc divino cibo reficiantur[1]. »

III. Da frequentia communionis (a. 10).

Tradit S. Doctor (in corp, articuli et in resp. ad 3) regu-' lam communionis frequentis : attendi debet ex reverentia,, quæ importat et *timorem* filialem et *amorem,* sed amor et spes præferuntur timori. Si ergo augetur amor, dum reverentia non minuitur, licet quotidie communicare. — Rem alibi sic versat : « Unde, si aliquis experimentaliter cognosceret ex quotidiana sumptione fervorem amoris augeri et reverentiam non minui, talis deberet quotidie communicare ; si autem sentiret per quotidianam frequentationem reverentiam minui et fervorem non multum augeri, talis deberet interdum abstinere, ΛI cum majori reverentia et devotione postmodum accederet. Unde quantum àd hoc unusquisque relinquendus est judicio suo[2], ». — Animadvertit (ad 5) posse de hac materia variari secundum tempora praxim Ecclesiæ

Regula quam statuit Angelicus non videtur multum discrepare a regula quam recolit **S. Congregatio Concilii**[3] :

1. Can. 854.
2. *IV Sent.,* dist. XII, q. in, a. 1, quæstiunc. n.
3. Decret, approb. a Pio X, 20 dec. 1905, *Aci. Sanctae Sedis,* xxxviii, 400-406; Denz., 1981 ss.

si enim adsit *recta piaque mens* quam S. Congregatio requii if, non minuetur *reverentia* quam inculcat S Doctor. \voluntatem Christi exponit S. Cong. Concilii : « Desiderium Jesu Christi et Ecclesiæ, ut omnes Christifideles quotidie ad sacrum convivium accedant, in eo potissimum est ut Christifideles per sacramentum Deo conjuncti robur inde capiant ad compescendam libidinem, ad leves culpas quæ quotidie occurrunt abluendas, et ad graviora peccata, quibus humana fragi.itas est obnoxia, præcavenda ; non autem præcipue ut Dornin· honori ac venerationi consulatur, nec ut sumentibus id quasi merces aut præmium sit suarum virtutum. Unde S. Tridentinum Concilium Eucharistiam vocat antidotum quo liberemur a culpis quotidianis et a peccatis mortalibus præservemur. »

IV. Historia illius praxis breviter recensetur.

Hanc Dei voluntatem *primi Christifideles* probe intelligentes, quotidie ad hanc vitæ ac fortitudinis mensam accurrebant. Deinde, usque ad sæculum v, quoties Missæ assistebant, solebant fidele? corpus Domini accipere, bis, ter vel quater in hebdomada, secundum diversa loca et tempora. *Posterioribus sæculis,* refrigescente charitate, ut recolit S. Doctor, rarius fit communio. Statuit *Concilium Lateranense IV* ut fiat saltem semel in anno.

A sæculo xiii ad Concilium Tridentinum frequentior evadit, at non ita ut quotidie fiat. *Concilium Tridentinum* optaret ut in singulis Missis fideles adstantes, non solum spirituali affectu, sfed sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicarentl

Sæculo xvii, habetur excessus in utramque partem. Unde *Innocentius XI.t* decreto. S Cong Concilii. 15 februarii 1679, declarat : ex una parte omnes cujusvis coetus, ne exceptis quidem mercatoribus atque conjugatis, ad communionem frequentem admitti posse, juxta cozdessarii judicium, pro devotionis et præpariitionis mode rarice .mt crebrius ; ex altera parte redarguendos esse asserentes communionem quotidianam esse de jure divino1 Virus lamen jansenianum haud penitus evanuit, et hinc multi,.

1. Sess. XXII, cap. vi ; Denz., 944.
2. Denz.,1147-1150.

sub specie honoris et venerationis, a frequenti communione abstinuerunt.

Sæculo xix, redit frequentia communionis, et præsertim sæculo xx. Quia tamen ecclesiastici scriptores de conditionibus ad quotidianam communionem requisitis discrepabant, S. *Cong. Concilii* laudato decreto quæstionem definivit : « 1. Communio frequens et quotidiana... omnibus Christifidelibus cujusvis ordinis aut conditionis pateat ; ita ut nemo, qui in statu gratiæ sit et cum recta piaque mente ad s. mensam accedat, impediri ab ea possit. — 2. Recta autem mens in eo est, ut qui ad s. inensam accedit, non usui aut vanitati aut humanis rationibus indulgeat, sed Dei placito satisfacere velit, ei arctius caritate conjungi ac divino illo pharmaco suis infirmitatibus ac defectibus occurrere. — 3. Etsi quam maxime expediat ut frequenti et quotidiana communione utentes venialibus peccatis, saltem plene deliberatis, eoruinque affectu sint expertes, sufficit nihilominus ut culpis mortalibus vacent, cum proposito se nunquam in posterum peccaturos. — 4. ...Curandum est ut sedula ad s. communionem præparatio antecedat et congrua gratiarum actio inde sequatur juxta uniuscujusque vires, conditionem ac officia... — 5. Confessarii consilium intercedat. Caveant tamen confessarii ne a frequenti seu quotidiana communione quemquam avertant qui in statu gratiæ reperiatur et recta mente accedat*... » . i

Quam disciplinam iterum sancivit *Codex.* Hortatur enim ut communio frequens, etiain quotidiana, in communitatibus religiosis promoveatur : « Superiores suos inter subditos promoveant frequentem, etiam quotidianam, sanctissimi Corporis Christi receptionem ; frequens autem, imo etiam quotidianus accessus ad sanctissimam Eucharistiam religiosis rite dispositis libere pateat2. » Imo et inter fideles est promovenda : « Excitentur fideles ut frequenter, etiam quotidie, pane eucharistico reficiantur ad normas in decretis Apostolicæ Sedis traditas ; utque Missæ adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam

1. Dbmz., 1985-1989. Ad pleniorem quæstionis historiam, cf, Dublanchy, *Diet, théol. calhol.,* t. III, 515-552 ; H. Leclbrq, *Diction. Archéol.,* t. III, 2457-2462.

2 Can. 595.

sanctissimæ Eucharistiæ perceptione, rite dispositi, communicentl. »

V. Non solum ex statuto Ecclesiæ, verum etiam ex **PRÆCEPTO DIVINO** adulti tenentur Eucharistiam sumere (a. 11).

Existentia præcepti divini ex verbis Christi probatur t « Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis2. » Ex quo sic arguimus : quod est necessarium ad vitam spiritualem alendam imponitur nobis jure divino, sicut et conservatio ipsius vitæ spiritualis. Sed Eucharistia, teste Domino, est necessaria ad vitam spiritualem alendam. Ergo est jure divino præcepta. — Idem constat ex verbis institutionis. Dicendo enim : « Hoc facite in meam commemorationem », Dominus imposuit præceptum, non solum celebrandi, sed et communicandi, ut *docet Concilium Tridentinum :* « In illius sumptione colere nos sui memoriam præcepit... Sumi autem voluit sacramentum hoc tanquam spiritualem animarum cibum, quo alantur et confortentur3. » Unde, sicut datur præceptum naturale sumendi cibum corporalem ad vitam naturalem conservandam, ita datur præceptum divinum communicandi ad vitam animæ alendam

Insinuata est jam ratio S. Thomæ. Omnes tenentur spiritualiter saltem Eucharistiam manducare, cum hæc spiritualis manducatio sit ipsa conjunctio cum Christo, sine qua nulla esse potest salus. Atqui manducatio spiritualis includit votum saltem implicitum manducandi sacramentaliter· ; quod quidem votum frustra esset, nisi adimpleretur data opportunitate. Ergo tenentur adulti, data opportunitate, Eucharistiam sumere.

Præceptum ergo divinum *obligat per se aliquoties in vita,* utpote cibus interdum sumendus ad vitam alendam. Non fuit tempus a Christo determinatum, sed reliquit Christus Ecclesiæ determinandum . unde, qui adimplet præceptum ecclesiasticum, certissime præcepto divino

1. Can. 863.
2. Joan., vi, 54.
3. Sess. XIII, cap. n : Denz., 875.

satisfacit. — Obligat *eliarn per se in mortis articulo,* quia Eucharistia fuit" instituta per modum viatici, quo ad patriam perducamur. — Huic divino præcepto communionis, sicut et præcepto confessionis, subjiciuntur etiam parvuli, cum ad *ælalem discretionis* pervenerint, ut supra exposuimus.

VI. De PR/ECEPTO ECCLESIASTICO.

Est præceptum ecclesiasticum sumendi Eucharistiam *semel saltem in anno, tempore Paschalis ;* suadendumque est fidelibus ut huic præcepto satisfaciant in sua quisque paroecia1.

Mos erat in primitiva Ecclesia- ut Christifidelés corpus Domini reciperent quoties Missæ assisterent. Refrigescente paulatim charitate, necesse fuit præceptum imponere. Recolit S. Doctor (art. 10, ad 5) obligationem quæ olim viguit communicandi in Pascha, Pentecoste, Natali Domini, vel etiam in Cœna Domini.

A sæculo autem xm viget præceptum communionis annuæ tempore paschali. Concilium Later. IV conjungit utrumque præceptum de annua confessione et de communione : « Suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiæ sacramentum, nisi forte de consilio proprii sacerdotis ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum1. » — Concilium Tridentinum definit : « Si quis negaverit omnes et singulos Christifideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis, saltem in Paschate, ad communicandum, juxta præceptum sanctæ Matris Ecclesiæ, A. S.3.r ■Quæ omnia recoluntur in novo *Codice.* — Nec præcepto satisfacit qui communicat indigne. Hinc propositio damnata ab Innocentio XI, 2 martii 1679 : « Præcepto commu-

1. Codex, can. 859. Tempus autem paschale est « a dominica Palmarum ad dominicam in albis ; sed locorum Ordinariis fas •est, si ita personarum 'ac locorum adjuncta exigant, hoc tempus etiam pro omnibus suis fidelibus anticipare, non tamen antequar tam diem dominicam quadragesimae, vel prorogare, non tamen ultra festum sanctissimæ Trinitatis. »

2. Denz., 437.

3. Sess. XIII, can. 9 ; Denz., 891.

nionis annuæ satisfit per sacrilegam Domini manducationem[1]. »

Hortatur Codex[2] ut fideles in propria parœcia communionem paschalem recipiant, nempe ubi habent domicilium vel quasi domicilium ; et, qui in alia parœcia satisfecerint, « urent proprium parochum certiorem facere. Sacerdotes porro satisfaciunt ubicumque celebrant, regulares in propriis ecclesiis, vagi et peregrini in qualibet ecclesia.

Tria ergo sunt recolenda : 1° communicare in anno ? 2° tempore paschali ; 3° in propria parœcia. Unde qui eximitur a tertio non excusatur a secundo ; hec qui excusatur a secundo liberatur a primo, cum tempus præfigatur ad urgendam, non finiendam obligationem.

VII. De communione sub utraque specie vel sub una tantum (a. 12).

Exponit S. Doctor *rationes quæ diversam Ecclesiæ praxim vindicant :* ex parte ipsius sacramenti cohvenit utramque speciem sumi, et hæc fuit praxis usque ad sæeulum xii ; sed, quia ex parte sumentium sunt rationes graves ut populo sanguis sumendus non detur, hinc legitima praxis quæ postea invaluit. JResp. ad 2 explicat quomodo perfectio sacramenti salvetur absque sumptione sanguinis a populo, et resp. ad 3 quomodo ratio sacrificii non requirat sumptionem sanguinis ex parte populi.

VIII. Quæstio historica brevissime recolitur[3]. — Usque id sæculum x ii, praxis fere universalis, tum in Oriente tum in Occidente, fuit communicandi *sub ulraque specie* intra ecclesias. Testatur jam Paulus fideles *de calice* bibere[4], quem usum referunt *Didachè,* S. Ignatius, S. Justinus, Tertullianus, S. Cyprianus[5].

Sæculo autem xm, prævalet praxis communicandi *sut*

1. Prop. 55 ; Denz., 1205.
2. *Codex,* can. 859.
3. Cf. P. Dublanchy, *Dici. Ihéol. cathol. :* « communion sous les deux espèces », col. 552-572.
4. *1 Cor.,* xi, 28.
5. Didachè, c. ix, edit. Funk, i, 20 ; S. Ignat., *Philad.,* c. iv ; Funk, 206; S. Justin., *Apol.,* 665-670; *P. G.,* vi, 428-429; Tertull., De *resurreci. earn.,* c. vm ; *P. L.,* n, 806 ; S. Cyprian., *Epist. LXIII,* c. vm ; *P. L.,* iv, 380.

sola specie panis obsolescitque usus calicis ; quam disciplinam Ecclesia paulatim sub praecepto imponit.

Græci, e regione, communionem retinent sub utraque specie reponuntque usum calicis esse jure divino necessarium. — Sæculo xiv, *Petrus Dresdensis* usum calicis pro laicis vindicat ; erroremque defendunt *Hussitæ,* et hinc oritur in Bohemia secta *Calixlinorum.* — *Protestantes,* praesertim cum Carlostadtio et Calvino, acriter Ecclesiam Romanam increpant, eo quod dimidiam tantum Cœnæ partem det communicantibus.

Concilium autem Tridentinum definit : « Si quis dixerit ex Dei praecepto vel ex necessitate salutis omnes et singulos Christifideles utramque speciem sanctissimi Eucharistiae sacramenti sumere debere, A. S. Si quis dixerit sanctam Ecclesiam catholicam non justis causis et rationibus adductam fuisse ut laicos atque etiam clericos non conficientes sub una panis tantummodo specie communicaret, aut in eo errasse, Λ. S. Si quis negaverit totum et integrum Christum, omnium gratiarum fontem et auctorem, sub una pani» specie sumi, quia, ut quidam falso asserunt, non secundum ipsius Christi institutionem sub utraque specie sumatur, A. S.[1]. » Et supra declaravit Concilium « nulla gratia necessaria ad salutem eos defraudari, qui unam speciem solam accipiunt[2]. »

IX. Prima conclusio : Nullum exstat divinum praeceptum quo laici vel clerici non conficientes Eucharistiam sub utraque specie sumere teneantur.

Neque ex verbis Domini, neque ex antiqua traditione, neque ex natura sacramenti eucharistici deduci potest præceptum divinum.

Non ex verbis Domini; nam verba : « Nisi manducaveritis carnem Filii homiriis et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis... », asserunt solum necessitatem communionis, quocumque modo fiat, sive sub specit* panis, sive sub specie vini, cum in eodem loco attribuat Christus effectum uni speciei : « Qui manducat *hunr*

1 Sess. XXI, can. 1-3; Denz., 934-936.
2. Cap. m ; Denz., 932.

panem vivet in æternum1. » — Pariter S. Paulus inculcat solum communionem indignam *sive* sub specie panis *sive* sub specie vini, nempe manducare *vel* bibere indigne, esse gravissimum sacrilegium ; non autem probare intendit requiri ex præcepto divino communionem sub utraque specie.

Non ex traditione ecclesiastica ; nam multæ citantur exceptiones. Tempore enim persecutionum fiebat communio domi sub sola specie panis. Anachoretæ in deserto sub sola specie panis corpus Domini recipiebant, ut testantur S. Basibus et Rufinus2. Ægrotis sola species panis ministrabatur. Hefert Eusebius viguisse hunc usum saeculo m ct fuisse delatum corpus Domini ad aliquem senem sub specie panis3. S. Ambrosius eodem ritu viaticum recepit ab Honorato4. Parvuli sub una specie communicabaht et generatim «ub specie vinis. Imo communio publica aliquando sub una specie fieri poterat, ut videtur contigisse Constantinopoli tempore S. Chrysostomi®. Sub S. Leone Magno, Manichæi communicabant in ecciesiis sub sola specie panis el. tamen non fuerunt statiin agniti et exclusi ; quod evincit communionem sub una specie non fuisse tunc insolitam.

Non ex natura sacramenti eucharistici. Una quippe species totam sacramenti rationem habet : sive ratione contenti, cum sub una specie totus Christus contineatur ; sive ratione significationis, quia una species significat præsen-l.iam totius Christi vi legis concomitantiæ, et pariter una species significat et confert gratiam cibantem, quæ totum reficit hominem.

X. Secunda conclusio : Ecclesia justis de causis prohibere potuit laicis usum calicis. — Potest quippe Ecclesia i ircа sacramenta disponere ea quæ expediunt tum utilitati

1. Cf. Cone. Trid. sess., XXI, cap. i ; Denz., 930.
2. S. Basil., *Epist. XCIII ; P. G.,* xxxn, 485 ; Rufin., *Hislor. blonach.,* c. vu ; *P. L.,* xxi, 406, 419.
3. Ej^seb., *Hislor. Eccles.,* lib. VI, c. xliv ; *P. G.,* xx, 629 ss.
4. Paulin., *Vila S. Ambros.,* n. 47 ; *P. L.,* xiv, 43.
5. Cf.. S. Cyprian., *De lapsis,* c. χγι ; *P. L.,* iv, 484 et ss. ; 6. Augustin., *Opus imperf. cont. Julian.,* lib. I, c. xxx ; *P. L.,* xlv, B|b4.
7. Sozom., H. E., 1. VIII, c. v ; *P. G.,* lxvi, 1528 ss.

fidelium tum reverentiæ sacramentorum, salva tamen sacramentorum substantia[1]. Unde, quia sumptio utriusque speciei non est de substantia sacramenti, potuit Ecclesia pro temporum diversitate diversa disponere. *Rationes prohibitionis* tangit S. Doctor Præcipuæ assignantur : j periculum effusionis, difficultas diu asservandi speciem vini pro communione infirmorum, penuria vini in multis locis, nausea plurium bibendi cum aliis in eodem calice, indoles quorumdam, qui a vino naturaliter abhorrent.

XI. Tertia conclusio : Communicantes sub una specie tantum nulla gratia necessaria ad salutem defraudantur[1]. — Ratio est quia una species continet totum Christum et confert gratiam cibantem, quæ totum hominem reficit, ut dictum est. Quapropter nulla deest gratia necessaria communicanti sub una tantum specie

XII. Utrum communicantes sub duplici specie majorem recipiant gratiam. — Quæstionem intactam reliquit Concilium Tridentinum. Vasquez, Lugo, Sahnanticenses, etc,[3] opinantur majorem conferri gratiam, quia duplex species duplicem gratiam debet significare et conferre" ; Cajetanus autem, Bellarminus, Suarez et communius theologi tenent non conferri majorem gratiam ex opere operato, quamvis per accidens major esse possit ex dispositione communicantis[4].

Hanc sententiam eligendam censemus. Si major conferretur gratia, id esset aut ratione rei significatæ, aut ratione significationis, aut ratione modi significandi. At nullum dici potest. Ergo. — Non ratione *rei. :* quia, ut. pluries ostensum est. sub una specie significatur et continetur totus Christus. Non ratione *significationis :* licet enim expressior sit significatio sub utraque specie, une

1. Cf. Cone. Trid.. sess. XXI, cap. n ; Denz., 931. — *Coile.r* Juris canonici habet. : « Sanctissima Eucharistia *sub sola specie panis præbeatur.* » Can. 852.

2. Cone. Trident., loc. oit., cap. m ; Denz., 932.

3. Vasquez, disp. CCXV, c. n ; Lugo, disp. XI c, sect. 3, n. 68 | Salmant., disp. X, dub. iv, n. 52 ss.

4. Cf. Cajetan., in fine hujus quæstionis ; B. Bellarm., lib. IV, c. xxiii ; disp. Suarez, LXIII, sect. 3.

tamen species significat totam gratiam cibantem. Non ratione *modi significandi :* nam efficacia sacramentorum non attenditur ex illo capite ; secus, baptismus per immersionem, in quo· expressius significatur sepultura cum Christo; majorem conferret gratiam, quod tamen nemo contendit. — Ergo tenendum est eamdem conferri gratiam, ubi par est devotio1.

IS. Petrus Canthus, doctor Ecclesiae recens constitutus, •Cripsit *Adnotahones... de usu calicis,* nbi optima exponuntur rui iones historica ac dogmatica pro communione sub una specie ; />/· *luise Canisii,* edit. Braunsberger, vol. IV, pp. 623-632.

QUÆSTIO NONA

DE SACRIFICIO EUCHARISTICO

AD *Q.* LXXXIII S. THOMÆ

In q. lxxxi disserit S. Doctor de modo quo Christus usus est hoc sacramento ; sulficitque ipsa littera, quæstiones autem controversæ apud exegetas versari solent. — Deinde, in q. lxxxii, agit de ministro hujus sacramenti : hic etiam sufficit littera S. Doctoris, cæteræ autem quæstiones vel in tractatu de Ordine vel apud moralistes et canonistas fuse tractantur. — Quapropter, his omissis ne nimium protrahatur hoc volumen, gressum immediate facimus ad Sacrificium Eucharisticum.

S. Thomas respectum dogmaticum attendit in primo articulo, respectum autem liturgicum in cæteris articulis, de quibus nihil est specialiter animadvertendum. — In primo autem articulo simul asserit existentiam sacrificii et essentiam indicat,

Existentia quidem vindicatur, hoc modo : Id quod est imago repræsentativa passionis Christi et simul applicat effectum passionis Christi, est verum sacrificium, seu vera immolatio, inseparabilis tamen a sacrificio Crucis, quod fuit vera ejus immolatio. Sed in celebratione hujus sacramenti habetur imago repræsentativa passionis Christi, quia, ut explicatum est supra (q. 74, a. 1, et q. 76, a. 1 ad 1 et ad 2), in hoc sacramento vi verborum ponitur seorsim corpus et seorsim sanguis, sicut in Cruce fuit sanguis separatus a corpore ; et applicatur effectus passionis Christi, ut exponitur supra (q. 79) de effectibus sacramenti Eucharistiæ. Ergo in celebratione Eucharistiæ habetur verum sacrificium., veraque immolatio, sed inseparabilis a sacrificio Crucis.

Hinc etiam indicatur essentia sacrificii. Reponitur in ipsa *celebratione* sacramenti, id est consecratione, ut expresse asseruit supra (q. 82, a. 10, corp, art.) : « *Consecra-*

Hone hujus sacramenti, sacrificium offertur», et (ad 1): Hoc sacramentum perficitur in *consecratione* Eucharistiae, in qua sacrificium Deo offertur. » Quocirca S. Doctor non instituit tractationem specialem de sacrificio eucharistico, quia ex tota doctrina de sacramento id colligitur ; sed *omnia præcipua puncta* tradit : 1° essentiam sacrificii haberi in celebratione seu *consecratione* sacramenti ; 2° in hoc reponi quod est *imago repræsentativa passionis Christi ;* porro, ut imago efficaciter repraesentet, debet aliquo modo, scilicet incruente, renovare passionem ; 3° in illo *applicari effectum passionis* Christi. Hinc 4° sequitur sacrificium eucharisticum esse omnino *inseparabile a sacrificio Crucis,* in quo fuit vera immolatio.

Propter errores qui hac de re exorti sunt, præstat tractatum completum instituere, disserendo de existentia, essentia, effectibus seu fructibus et subjectis sacrificii eucharistici.

ARTICULUS PRIMUS

DE EXISTENTIA SACRIFICII EUCHARISTICI

I. Errores de sacrificio eucharistico. —Veritatem hujus sacrificii eliminant quicumque *morti Salvatoris denegant rationem sacrificii* proprie dicti, sicut Pelagius, Abælardus, Sociniani, Hermes, Ritchl, Schoen, Sabatier et modernistæ[1].

Berengarius, præsentiam realem impetendo, dogma ipioque sacrificii eucharistici evertebat. — Sed *novatores* nudacius illi adversantur, scilicet Carlostadt, Calvinus, Soriniani, generatim protestantes liberales. Lutherus, qui persentiam realem retinuit, sed perperam explicavit, ti a nssubstantiationem inficiando, Missæ sacrificium non nlatim negavit; demum, instigante diabolo, ut ipse narrat, penitus rejecit[2]. — *Anglicani* non fuerunt semper sibi conurntientes : dum generatim sub Henrico VHP Missam retinebant, postea, sub Eduardo VI, pronuntiarunt Missæ «acrificia esse blasphema figmenta et perniciosas impos-

I. Cf. vol. II, de sacrificio Crucis.

II De hoc cf. O'Connor, *Luther's owri Statements,* p. 13.

turas[1]. Ritualistæ hodierni conantur utrumque dogma et præsentiæ realis et sacrificii eucharistici tueri[2]. — *Modernislæ* opponunt doctrinam de sacrificio Crucis vel Missæ non esse evangelicam. « Doctrina de morte piaculari Christi non est evangelica, sed tantum paulina.. Non omnia quæ narrat Paulus de institutione Eucharistiæ (Z *Cor.,* xi, 23-25) historice sunt sumenda... Cœna Christiana paulatim indolem actionis liturgicæ assumente, hi qui Cœnæ præesse consueverant characterem sacerdotalem acquisiverunt[3]. » Quæ asserta divinam institutionem tum sacrificii eucharistici tum sacerdotii nostri directe impetunt.

II. fides catholica. — Tum in Latina tum in Orientali Ecclesia, dogma receptum et inconcussum fuit, Missam esse verum ac propitiatorium sacrificium pro vivis ac defunctis ; et in hoc puncto, sicut etiam de præsentia reali et de transsubstantiatione, nobiscum semper consenserunt Ecclesiæ separate[4]5 Illam primitivæ Ecclesiæ fidem testatur *Didachè,* i sæculo, Eucharistiam exhibendo ut verum sacrificium, *θυσία*[6][7]

Testimonia Patrum mox expendentur ; sed, quo facilius habeatur generalis conspectus doctrinæ catholicæ, præstat imprimis referre Conciliorum declarationes et præcipuas fidei professiones.

Innocentius III in *professione fidei Waldensibus præscripia* recolit sacrificium Eucharistiæ®. — *Concilium Lateranense IV* addit Jesum Christum in Eucharistia esse sacerdotem et sacrificium'. — *Professio fidei Michaelis Palæologi* in Concilio Lugdunensi II (1274) recolit pariter Missarum sacrificia[8].

Concilium Tridentinurn specialiter contra novatores dogma illud vindicavit : « Is igitur Deus et Dominus noster

1. Cf. art. 31.
2. Cf. Morgan Dix, *The sacramental system ;* Gore, *The Body of Christ,* c. in ; Frankland, *The early eucharisl.,* pp. 105 ss.
3. *Decret. Lamentabili,* prop. 38, 45, 49 ; Denz., 2038, 2045, 2049.
4. Cf. Macaire, *Théologie dogmatique Orthodoxe,* II, pp. 492 β·.
5. *Didachè,* χιν, 1-3.
6. Denz., 424.
7. *Cap. Firmiter,* Denz., 430.
8. Denz., 464.

etsi semel seipsum in ara crucis morte intercedente Deo Patri oblaturus erat, ut æternam illis redemptionem operaretur : quia tamen per niortem sacerdotium ejus exstinguendum non erat, in cœna novissima, qua nocte tradebatur, ut dilectæ sponsæ suæ Ecclesiæ visibile, sicut hominum natura exigit, relinqueret sacrificium quo cruentum illud semel in cruce peragendum repræsentaretur ejusque memoria in finem usque sæculi permaneret atque illius salutaris virtus in remissionem eorum quæ a nobis quotidie committuntur peccatorum applicaretur, sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in æternum constitutum declarans, corpus et sanguinem suum sub speciebus panis et vini Deo Patri obtulit, ac sub earumdem rerum symbolis Apostolis, quos tunc novi Testamenti sacerdotes constituebat, ut sumerent, tradidit, et eisdem eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent, præcepit per hæc verba : *Hoc facite in meam, commemorationem {Luc.,* xxii, 19 ; *1 Cor.,* xi, 24), uti semper catholica Ecclesia intellexit et docuit... Et hæc quidem illa *munda oblatio* est, quæ nulla indignitate aut malitia offerentium inquinari potest, quam Dominus per Malachiam nomini suo, quod mqgnum futurum esset in gentibus, *in omni loco mundam offerendam* prædixit *(Malach.,* i, 11), et quam non obscure innuit Apostolus Paulus Corinthiis scribens, cum dicit *non posse eos* qui participatione *mensæ dærnoniorum* polluti sint *mensæ Domini participes fieri {I Cor ,* x, 21), per mensam altare utrobique intelligens. Hæc denique illa est, quæ per varias sacrificiorum, naturæ et Legis tempore, similitudines figurabatur, utpote quæ bona omnia per illa significata veluti illorum omnium consummatio et perfectio complectitur. Et quoniam in divino hoc sacrificio, quod in Missa peragitur, idem ille Christus continetur et incruente immolatur, qui in ara crucis semel seipsum cruente obtulit, docet t ancta Synodus sacrificium istud vere propitiatorium esse, per ipsumque fieri ut, si cum vero corde et recta fide, cum metu ac reverentia, contriti ac pœnitentes ad Deum .accedamus, misericordiam consequamur et gratiam inveniamus m auxilio opportuno. Hujus quippe oblatione placatus I »ominus, gratiarn et donum pœnitentiæ concedens, crini ma et peccata etiam ingentia dimittit. Una enim eadem-»! He est hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio.

qui seipsum tunc in cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa. Cujus quidem oblationis (cruentæ, inquam) fructus per hanc incruentam uberrime percipiuntur ; tantum abest ut illi per hanc quovismodo derogetur. Quare non solum pro fidelium vivorum peccatis, poenis, satisfactionibus et aliis necessitatibus, sed et pro defunctis in Christo nondum ad plenum purgatis rite juxta Apostolorum traditionem offertur[1]. » — « Si quis dixerit in Missa non offerri Deo verum et proprium sacrificium, aut quod offerri non sit aliud quam nobis Christum ad manducandum dari : A. S. — Si quis dixerit, illis 'verbis : *Hoc facile in meam commemorationem,* Christum non instituisse Apostolos sacerdotes aut non ordinasse ut ipsi aliique sacerdotes offerrent corpus et sanguinem suum : A. S. — Si quis dixerit Missæ sacrificium tantum esse laudis et gratiarum actionis aut nudam commemc tionem sacrificii in cruce peracti, non autem propitiatorium ; vel soli prodesse sumenti, neque pro vivis et defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus et aliis necessitatibus offerri debere : A. S. — Si quis dixerit blasphemiam irrogari sanctissimo Christi sacrificio in cruce peracto per Missæ sacrificium aut illi per hoc derogari : A. S.[2] »

Demum *professio fidei Tridenlina* et professio fidei Græcis a *Gregorio XIII* et Orientalibus a *Benedicto XIV* proscripta expresse asserit offerri Deo in Missa verum, proprium et propitiatorium sacrificium pro vivis et defunctis[3][4]

III. Testimonia Veteris Testamenti. 1° Ps. CIX.

Concilium Tridentinum duo ex Veteri Testamento recolit testimonia : Ps. cix, in quo vocatur Christus sacerdos secundum ordinem Melchisedech, et vaticinium Malachiæ.

Messianicum esse Ps. cix certissime constat, nam Christus testimonium illud sibimet applicat et Paulus de Christo interpretatur*. Tum verborum emphasis, tum solemnitas juramenti evincunt sermonem esse de sacerdotio vero : *Juraufl Dominus el non pœniiebit eum : Tu es sacerdos in*

1. Sess. XXII, cap. I et II ; Denz., 938-940.
2. Can. 1-4 ; Denz., 948-951.
3. Denz., 997, 1085, 1469.
4. Matth., xxn, 41-44 ; *Hebr.,* v, 5-10.

.*Tiernum. secundum ordinem Melchisedech ;* qui dicendi modus excessum præ se ferret, si de sacerdotio mere metaphorico intelligeretur. Sacerdotium porro verum absque sacrificio vero non consistit ; hinc apposite dicit Concilium Tridentinum : « *Sacrificium et sacerdotium* ita Dei ordinatione conjuncta sunt ut utrumque in omni lege exstiterit[1]. » Quum ergo Christus sit *vere* et proprie sacerdos secundum ordinem Melchisedech, debuit *verum* et proprie dictum sacrificium secundum ordinem Melchisedech offerre. — At quodnam fuit sacrificium Melchisedech ? Obtulit panem et vinum[2][3]

Opponunt protestantes rationalistic oblationem panis et vini non habuisse sacrificii rationem, quod eo tantum line facta sit ut Abraham ejusque militibus praelio defatigatis refectionem praeberet. — Verum absonam prorsus esse illam interpretationem evincit totus contextus : liquet non defuisse alimenta iis qui prædam immensam a prælio reportabant. Indicat Scriptura obtulisse Melchisedech panem et vinum qua sacerdotem : « *proferens panem et vinum :* erat enim *sacerdos Dei Allissimi.* » Abraham in illo dignitatem sacerdotalem agnoscit ac propterea ab ipso benedicitur et decima'· ei dat de præcipuis[1].

Liquido igitur constat oblationem panis et vini a Melchisedech factam habuisse rationem proprie dicti sacrificii. Quia ergo Christus est sacerdos secundum ordinem Melchisedech, obtulit et ipse sacrificium verum sub speciebus panis et vini. Atqui sacrificium Christi sub panis et vini speciebus aliud inveniri nequit, præter illud quod ipse in Cœna obtulit et Apostolis eorumque successoribus offerendum praecepit usque ad consummationem saeculi, scilicet laicharistiam. Ex illo ergo testimonio per Christianam traditionem illustrato eruitur Cœnam et Missam esse veri nominis sacrificium, licet nondum innotescant omnes illius sacrificii characteres et dotes.

IV. 2° Vaticinium Malachiœ. — « Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum ; et munus non

1. Sess. XXIII, cap. i; Denz., 957.
2. *Genes.,* xiv, 18 ss.
3. Cf. *Hebr.,* vn.

suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda : quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum[1]. »

Praenuntiatur 1° sacrificium *verum.* Nam verba hic adhibita, *sacrificatur (muklar)* et *offertur (muggash),* inter ritualia sacrificiorum vocabula recensentur[2] ; expressio autem *ablatio munda (minchah)* sacrificium proprium designat nec pro sacrificio metaphorico unquam usurpatur, sed id peculiare sibi vindicat quod sacrificium incruentum semper innuit[3]. — 2° Sacrificium *novum ;* tum quia non offeretur a leviticis sacerdotibus, *et munus non suscipiam de manu vestra ;* tum quia non solum in templo hierosolymitano, sed etiam inter gentes offeretur, in mundo universo, *ab ortus solis usque ad occasum ;* tum quia non poterit malitia offerentium inquinari, sicut sacrificia levitica, de quibus dicitur : *Offertis super altare meum panem pollutum.*

Hi sunt ergo characteres sacrificii quod in hoc vaticinio praenuntiatur : est sacrificium *verum, universale* (in omni loco), *incruentum, purum et immaculatum.*— Nonnisi Missæ «conveniunto — Non sacrificiis *leviticis,* quia praenuntiatur, ut vidimus, sacrificium prorsus novum ac diversum. Non sacrificiis *gentilium,* quæ dæiponiis offerebantur nec ullatenus dici possunt oblatio munda. Nec sacrificio *spirituali* bonorum operum, sive quia verba adhibita sacrificium proprie dictum important, sive quia sacrificium bonorum operum non est novum, sed semper exstitit sicut ipse status gratiæ. Nec demum sacrificio *Crucis,* quia fuit cruentum, in Calvariæ monte oblatum, non vero inter gentes a solis ortu usque ad occasum. — *Missa vero illos omnes characteres complectitur :* in mundo universo ab ortu solis usque ad occasum, offertur inter gentes ; est oblatio incruenta, munda, sancta, quæ nunquam offerentium malitia aut indignitate inquinatur.

Quæ interpretatio est universaliter recepta in Traditione

1. Malach., i, 10-11.
2. Cf. *Ibid.,* i, 7-8 ; n, 12 ; m, 3-4.
3. Cf. Knabenbauer, *Prophet, min.,* π, 434 ss.

catholica illamque tradunt S. Justinus[1], S. Irenæus[2], S. Augustinus[3], S. Joannes Damascenus[4], ac demum, ut vidimus, Concilium Tridentinum.

V. Testimonia Novi Testamenti. — 1° Synoptici.

Christus in ultima cœna verum ac proprium instituit sacrificium. At, quod fecit ipse, hoc præcepit Apostolis eorumque successoribus faciendum in celebratione Eucharistiae. Ergo in celebratione Eucharistiæ verum sacrificium offertur.

Probatur major ex ipsis *verbis institutionis :* Matth., xxvi, 26-28 : « Accipite et comedite : hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit et dedit illis, dicens : Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. » — Mare., xiv, 22-24 : « Sumite, hoc est corpus meum. Et accepto calice, gratias agens dedit eis, et biberunt ex" illo omnes. Et ait illis : Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur. » — Luc., xxii, 19-20 : « Et accepto pane, gratias egit et fregit et dedit eis, dicens : Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur; hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem, postquam «enavit, dicens : Hic est calix, novum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. »

Ex quibus *sic arguitur :* Sacrificium, ut ex dicendis constabit, est ritus sensibilis in quo immolatur victima, initur fœdus inter Deum et populum, remissioque fit peccatorum, l'orro hæc omnia importantur in verbis institutionis. — *Immolatio* asseritur, dum dicitur corpus dari pro nobis ««anguinemque effundi pro nobis. Non pauci theologi arguunt ex textu græco, ubi participia in præsenti ponuntur, *ὑιδόμενον, ἰκχυννόμχνον,* etconcludunt corpus esse jam immolatum et sanguinem jam effusum in cœna, antequam in *i* nice mactentur. Verum alii interpretes censent par-

1. S. Justin., *Dialog.* 41 ; *P. G.,* vi, 564.
2. S. Iren., *IV Coni. Haeres.,* c. xvn. ; *P. G,* vu, 1023-1024.
3. S. Augustin., *De Civ. Dei,* I. XVIII, c. xxxv ; *P. L.,* xli, but
4. S. Joan. Damasc., iv *De Fid. Orthod.,* c. xm ; *P. G.,* xciv, 1149, 1151.

ticipia, etsi materialiter dicantur de præsenti, habere valorem futuri et ad mortem Christi in Cruce referri ; sed aliunde significare corpus, quod tradetur, sanguinem, qui effundetur, jam exhiberi Apostolis in ccena sub ratione corporis traditi et sanguinis effusi. Quoad rem ergo idem est sensus, et sive in græco sive in latino idea immolationis efficaciter ingeritur[1] ; eaque clarior evadit, si recolitur corpus et sanguinem non tantum dari nobis, sed dari vel effundi pro nobis. — Idea quoque *foederis* expresse asseritur : « Hic est sanguis meus novi testamenti, hic est calix, novum testamentum in sanguine meo. » — Demum indicatur Christum substitui loco nostri et in *remissionem peccatorum* offerri : « Quod pro vobis datur, qui pro vobis fundetur, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. » Inde colligitur Ccenam et Missam, quæ est ejus renovatio, esse, non tantum sacrificium, sed et sacrificium *propilialorium.*

VI. 2° S. Paulus. — Agnoscit Apostolus in Eucharistia omnes veri sacrificii dotes.

Conceptus plenus sacrificii importat altare, victimæque immolationem vel memoriam immolationis, ac foedus cum Deo, et communionem cum victima. — Porro S. Paulus recolit *altare eucharisticum* non minus esse reale quam altare gentilium vel Judæorum : « Non potestis mensæ Domini participes esse et mensæ dæmoniorum[2]3» Per mensam vero altare utrobique intelligit, ut gestatur Concilium Tridentinum[5]. « Habemus altare, de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deserviunt[4]. » — *Immolatio victim»·* et *memoria immolationis* exprimuntur : « Quotiescumque

1. « Ce sang est répandu au présent, représentant le'futur, quant à la réalité des faits..., cette effusion est envisagée comme un sacrifice et c'est en qualité de sang versé que le sang'de Jésus figuro dans la coupe. » P. Lagrange, *Saint Marc,* p. 355. — « Au reste, cette discussion a peu de conséquence : l'une et l'autre interprétation sauvegarde et le caractère sacrificiel de l'Eucharistie et su relation essentielle à la mort du Christ, mais elle met l'accent soit sur l'un, soit sur l'autre de ces deux éléments. » J. Lebreton, DP* *Apol.,* art. *Eucharistie,* col. 1564.

2. *1 Cor.,* x, 21.

3. Sess. XXII, cap. i ; Denz., 939.

4. *Hebr.* xm, 10.

enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat[1]. — Initur *fœdus cum Deo* per celebrationem Eucharistiæ : « Hic calix novum testamentum est in meo sanguine[2]. — Demum, fit vera *communio cum oiclima* : « Nonne qui edunt hostias *participes* sunt altaris ?... Non potestis mensæ Domini *participes* esse et mensæ dæmoniorum[3]. » Itaque gentiles coinmunicant dæmoniis, Judæi communicant altari, Christiani communicant corpori et sanguini Domini. In triplici illo casu communicatur cuidam victimæ et sacrificio. Unde corpus et sanguis Christi habent rationem Victimæ immolatæ et sub hac ratione fidelibus ministrantur[4].

Ex toto igitur contextu colligitur in Eucharistia immolari victimam, priusquam in cibum detur, et sacrificium esse sacramento prævium.

VII. Traditio ecclesiastica. — A temporibus apostolicis *Didachè* vocat Eucharistiam sacrificium, *θυσία*[5]— *S. Justinus* ostendit contra Judæos haberi in Missa verum Novæ Legis sacrificium[9].

Tertullianus recolit iterum'immolari Christum in sacramento : « Recuperabit igitur et apostata vestem priorem, indumentum Spiritus Sancti, et annulum denuo, signaculum lavacri, et *rursus illi mactabitur Christus*[7]. » — S. *Cyprianus,* quo efficacius refutet aquarios, qui loco vini aquam pro materia Eucharistiæ adhibebant, totam tradit sacrificii Christiani doctrinam. « Quis magis sacerdos Dei summi quam Dominus noster Jesus Christus, qui sacrificium Deo Patri obtulit hoc idem quod Melchisedech obtulerat, id est panem et vinum, suum scilicet corpus et sanguinem ?... Si Christus Jesus Dominus et Deus noster ipse est summus sacerdos Dei Patris et sacrificium Patri seip-

1. *I Cor.,* xi, 26.
2. *Ibid.,* 25.
3. *Ibid.,x,* 18-21.
4. Cf. Bellarm., lib. V, c. xv ; Opusc. : *Perpétuité de la foi,* vol. III ; A. Vacant, *Histoire de la conception du sacrifice de la Messe,* Paris, 1894.
5. *Didachè,* xiv, 1-3.
6. S. Justin., *Dialog.,* xli, lxx, cxvi, cxvn ; *P. G.,* vi, 564, 744, 746.
7. TERTULL.j *De Pudicil.,* ix ; *P. L.,* 1050.

sum obtulit et hoc fieri in sui commemorationem præcepit, utique ille sacerdos vice Christi vere fungitur qui id quod Christus fecit imitatur, et sacrificium verum et plenum tunc offert in Ecclesia Deo Patri, si sic incipiat offerre secundum quod ipsum Christum videat obtulisse. Quia passionis ejus mentionem in sacrificiis omnibus facimus, passio est enim Domini sacrificium quod offerimus, nihil aliud quam quod" ille fecit facere debemus[1]. » Hæc est igitur tota oeconomia nostra : Christus est vere sacerdos secundum ordinem Melchisedech ; oblatio corporis et sanguinis ejus sub speciebus panis et vini fuit verum sacrificium ; sacerdotes qui Christi vice funguntur verum et plenum o'fferunt sacrificium ; illud porro sacrificium est inseparabile a passione Christi, eo quidem pacto ut nullum sit sacrificium independenter a passione. — *Origenes* duo inconcussa principia statuit : esse nempe sacrificium unum, scilicet sacrificium Crucis, et nihilominus Eucharistiam esse sacrificium propitiatorium quo fructus Crucis applicantur[2].

S. *Gregorius Nyssenus* sic arguit : Christus se dedit discipulis edendum. Sed quod datur edendum est jam immolatum. Ergo Christus debuit prius immolari quam sumi, debuitque Eucharistia prius esse sacrificium quam cibus. « Cum corpus suum discipulis congregatis edendum et sanguinem bibendum præbuit ; tunc aperte declaravit agni sacrificium jam esse perfectum. Nam victimæ corpus non est ad edendum idoneum, si animatum sit. Quare, cum corpus edendum et sanguinem bibendum difcipulis exhibuit, jam arcana et non aspectabili ratione corpus erat *immolatum,* ut ipsius mysterium peragentis potestati collibuerat[3]. » — S. *Chrysostomus* inculcat, sicut Origenes, Missam esse sacrificium verum a sacrificio Crucis dependens et inseparabile[4]. — S. *Cyrillus Alexandrinus* fideles invitat ad mysticam mensam, in qua Christus mactatur ut nos reficiat et nutriat. « Christus nos excipit hodie convivio, Christus nobis hodie ministrat ; Christus ille

1. S. Cyprian., Epist. LXIII ; edit. Hartel, 701, 717.
2. Origen., *In Leuit.,* hom. IX, n, 10 ; *P. G.,* xn, 509-523.
3. S. Gregor. Nyssen., *In Christi resurrect.,* orat, i ; *P. G.,* XLVi, 611.
4. S. Chrysost., homil. XVII, *in Hebr. ; P. G.,* x l iii, 127 ss.

hominum amans refocillat... Saginatus ille vitulus mactatur ; Dei agnus, qui tollit mundi peccatum, *maciatur*^ Pater lætatur : Filius sponte immolatur, non quidem hodie a Dei hostibus, sed a seipso, ut ad hominum salutem voluntarios se cruciatus subiisse significet[1]. »

S. *Augustinus* sæpius asserit identitatem sacrificii eucharistici et sacrificii in cruce peracti : in utroque Christus est sacerdos et victima. « Per hoc et sacerdos est, ipse offerens, ipse et oblatio. Cujus rei sacramentum quotidianum esse voluit *Ecclesiæ sacrificium,* qua;, cum ipsius capitis corpus sit, seipsam per ipsum discit offerre[2]. »

Citandæ forent *veteres lilurgiæ,* in quibus Eucharistia vocatur *oblatio, im.nolatio, sacrificium.* Omnes formulæ in his verbis canonis nostri resumuntur : *Sanctum sacrificium, immaculatam hostiam*[3].

Demum, *picturæ Catacumbarum* dogma illud vivide exprimunt, dum contra sacerdotem qui panem eucharisticum consecrat repnesentant sacrificium Abrahæ, ut inde intelligatur Eucharistiam esse Novæ Legis sacrificium[4].

VIII. Rationes theologicae.

Arg. Ium, ex *necessitate sacrificii veri in Ecclesia Christi.* \on debuit Christus Ecclesiam destituere eo genere cultus quod Deum maxime colit quodque est naturæ nostræ maxime consentaneum et est officium primarium hominis in omni statu, præsertim in hypothesi lapsus, scilicet sacrificio. Atqui nullum in Ecclesia inveniri potest sacrificium præter Missam. Ergo Missa est verum sacrificium.

Explicatur major. Sacrificium ita Deum colit et ad religionem pertinet, ut dicatur res sacra per antonomasiam : *sacrificium,* sacrum *facere.* In omni quidem statu

1. S. Cyrill. Alexandr., *P. G.,* lxxvii, 1015.

2. S. Augustin., *De Civit. Dei,* lib. X, c. xx ; *P. L.,* xli, 298. Cf. lib. XVII, c. xx ; *P. L.,* xli, 556. De doctrina Augustini relate mi sacrificium eucharisticum, cf. E. Portalié, *Diction, théol.,* v ı S. Augustin », col. 2421 ss. ; A. Blein, *Le sacrifice de "Eucharistie d'après saint Augustin,* Lyon, 1906.

Cf. E. Brightman, *Liturgies eastern and western.* Oxford, |H96 ; Rauschen, *Florilegium patrislicum,* fasc. VII, Rom, 1909.

4. Cf. Rauschen, op. cit., p. 110; art. *Catacombes, Diction. Archéol.* ; P. Allard, *Rome souterraine,* pp. 392-396.

tenetur homo ofierre sacrificium *Latnæ* âd agnoscendum supremum Dei dominium et propriam subjectionem, sacrificiumque *laudis* et *graliarum actionis* pro innumeris Dei beneficiis, ac sacrificium *impelratorium* ab obtinenda auxilia quibus perpetuo indiget. At, in hypothesi lapsus, tenetur addere, ad Deum placandum et peccatum piandum, sacrificium *propitialorium, expiatorium* et *satisfaclorium.* Quapropter non potuit Christus Ecclesiam destituere his duobus elementis sine quibus non concipitur vera religio, scilicet sacrificio et sacerdotio, ut monet Concilium Tridentinum : « Sacrificium et sacerdotium ita Dei ordinatione conjuncta sunt, ut utrumque in omni lege exstiterit[1]. » — Minor liquet. Quum sacrificium Crucis, licet in effectibus permaneat, fuerit in se actus transiens, non potest qua tale constituere fundamentalem religionis christiana) ritum : nullum ergo præter Missam inveniri potest in Ecclesia sacrificium.

Arg. 1 IUTn, ex eo quod verificantur *in Missa omnes sacrificii proprie didi conditiones el doles.* 1° Est oblatio rei sensibilis, quatenus corpus et sanguis sub speciebus panis et vini olTcruntur. 2° Legitime instituta et a legitimo ministro facta, nam ille ritus institutus fuit a Christo in ultima cœna, et a' sacerdote valide ordinato renovatur, ita ut sacerdotium novum ad Eucharistiam totaliter referatur. 3° Per'immolationem victimæ saltem æquivalentem, nam vi verborum ponitur ex una parte corpus, ex altera sanguis, quasi in statu separationis et mortis, ut art. sequenti fuse explicabitur.

IX. Comparatur Missa cum sacrificio Crucis et sacrificio Cœnæ. — Non habet Missa rationem sacrificii independenter a *sacrificio Crucis.* Eadem quippe est hostia idemque sacerdos, nempe Christus, qui 'est utrobique principaliter offerens ; iidémque sunt effectus, nam non nisi valorem sacrificii in Cruce peracti applicat Missa. Et, ideo præcise quia Missa fructus illius sacrificii nobis confert, nullam illi irrogat injuriam[2]. — Modus vero offerendi

1. Sess. XXIII, cap. i . Denz., 957.

2. « La Messe fait tort à la Croix. Autant dire que l'eau qui coule dans le lit d'un fleuve fait tort à la source. » P. Monsabré, 70e conférence.

est diversus ; nam in Cruce oblatio fuit cruenta, in altari est incruenta ; in Cruce Christus fuit unicus offerens, in altari etiam sacerdotum ministerio offertur.

Est quoque Missa idem sacrificium essentialiter cum *sacrificio Cœnæ,* cum pluribus tamen accidentalibus differentiis. In Cœna immolabatur Christus mystice, sed in statu adhuc mortali ; in Missa autem mystice immolatur, sed in statu immortali et glorioso ; in Cœna seipsum solus obtulit, in Missa etiam nostro ministerio se offert; Cœna repræsentabat mortem in Cruce futuram, Missa autem repræsentat mortem in praeterito peractam ; Cœna erat adimpletio antiquorum sacrificiorum, at non imago alterius sacrificii incruenti, Missa vero est simul et adimpletio omnium sacrificiorum et imago incruenti sacrificii in ipsa Cœna peracti.

Quocirca, ut vera et integra habeatur doctrina, Missa conferenda est, non tantum cum Cœna, sed simul cum Cœna, cujus est imago, et cum sacrificio Crucis, ut recolit Concilium Tridentinum, p/æsertim cap. II ; quia ex ordine ad passionem habet ut sit sacrificium, cum passio, ut dicit Angelicus (art. 1), sit *vera Christi immolatio.*

Sic ergo completur in Eucharistia *lota christiana oeconomia,* dum in ipsa invenimus et *altare* ubi immolatur Christus, et communionis *mensam,* ubi se dat in edulium, et *tabernaculum,* ubi se præbet consolatorem...

X. Cur in omni sacrificio debeat esse quædam immolatio. — Rationem plus semel assignavimus[1]. Finis quippe sacrificii proprius est supremum Dei dominium agnoscere, et, in hypothesi lapsus, offensum Deum placare. Porro supremum Dei dominium efficaciter agnoscitur, dum victima realiter vel æquivalenter destruitur; et pariter, quia peccator, Deum graviter offendendo, mortem meruit, requiritur in sacrificio expiatorio aut mors realis aut quædam immutatio quæ destructioni moraliter na Item æquetur. Quia enim per peccatum homo Deum creatur» postponit et pro nihilo reputat, idcirco deberet morte plecti et quasi in nihilum redigi. Unde natura quæ n; umitur ad satisfactionem quadantenus destruitur, dum peccatori substituitur.

1. Cf. De Redemptione, vol. II.

Hæc est expressa doctrina Aquinatis : « *Per occisionem animalium significabatur destructio peccatorum et quod* HOMINES ERANT DIGNI OCCISIONE PRO PECCATIS SUIS, AC si illa animalia loco eorum *occiderentur ad significandam expiationem peccatorum*[1]. » Hæc est ratio cur satisfactio Christi pro nobis debuerit esse immolatio.

Qyæ notio non est a priori tantum confecta, sed etiam a posteriori, ex factis, colligitur ; nam in omni religione sacrificium cum immolatione conjungitur, ut testantur periti historiæ religionum : « L'immolation est *la différence spécifique qui fait de l'offrande un sacrifice...* ; les anciens n'ont jamais pensé que l'immolation fût secondaire dans le sacrifice. *Elle en est l'acte central,* nous l'avons vu par l'examen des faits[2]. » « *L'acte principal de la religion mosaïque et de toute religion est le sacrifice,* c'est-à-dire l'oiïrande à la divinité d'une victime animée ou non *que l'on rend impropre à l'usage profane par la destruction*[3]. »

Quum ergo sacrificium Novæ Legis retinere debeat, nobiliori modo, id quod tamquam *specificum ei idcirco essentiale* exhibetur in omni sacrificio, oportet in Missa immolationem quandam, realem vel æquivalentem, invenire. Quod est nunc uberius exponendum.

1. S. Thom., I* II»·, q. cn, a. 3, ad 5.
2. P. Lagrange, O. P., *Les religions sémitiques,* p. 279.
3. *Manuel Biblique,* I, p. 555. Cf. hac de re Lamiroy, *De essenlte SS. Missæ dissertatio,* Lovanii, 1919.

ARTICULUS SECUNDUS

DE ESSENTIA SACRIFICII EUCHARISTICI[1]

I. Missa non est sacrificium mere relativum.

Admissa veritate sacrificii eucharistici tamquam fidei dogmate, theologi catholici in varias abeunt sententias ad illius naturam explicandam.

Occurrit imprimis *opinio Vasquezii,* qui vult Missam esse sacrificium mere relativum et repræsentativum sacrificii Crucis[2]. Distinguit sacrificium *absolutum* et sacrificium *relativum.* Sacrificium absolutum dicitur in quo victima vere immolatur, dum in sacrificio relativo non peragitur immolatio proprie dicta sed repræsentatur immolatio quondam peracta. In Missa porro non fit immolatio, quia Christus resurgens non moritur ; sed in illa redditur Christus realiter præsens simulque repræsentatur vivide passio.

Quæ sententia est rejicienda. — Esse Missam sacrificium relativum eo sensu quod sit inseparabile a sacrificio ('.rucis et ad illud essentialiter referatur, non est ambigendum ; at non esse tantum repræsentationem probatur. Sacrificium quippe verum et proprie dictum hujus rationis esse debet^ ut supremum Dei dominium efficaciter agnoscat. Atqui repræsentatio immolationis præteritæ aut futuræ non est vi sui efficax attestatio illius supremi dominii nec creaturam ponit in statu actualis subjectionis et dependence a Deo. Ergo. — Nec sufficit repræsentatio vivida sacrificii, ut constituatur sacrificium. Vetera enim sacrilicia levitica repræsentabant mortem Christi futuram, nec ideo dici poterant sacrificium Christi : ergo nec poterit dici Missa Christi sacrificium, si tantum in ordine repræ-in-ntativo includatur. — Opponit Vasquezius ideo vetqra Hacrificia non dici sacrificium Christi, quia non erat in

1. Cf. A. Vacant, *Histoire de la conception du sacrifice de la Messe,* Paris, 1894 ; Lepin, *L'Idée du Sacrifice de la Messe.*

. Cf. Vasquez, *in III P. S. Thom.,* disp. CCXX-CCXXII.

ipsis præsens Christus ; Missam, e contra, sacrificium esse verum, quia fit realiter præsens Christus in altari ubi passio ejus recolitur et repræsentatur. Verum præsentia personæ repræsentatæ minime sufficit ad rationem sacrificii. Si filia Jephte, olim immolata, hodie resurgeret ac in scena realiter appareret ubi repræsentaretur ejus immolatio, non idcirco diceretur iterum sacrificari nec ullatenus talis repræsentatio dici posset sacrificium[1].

Inquirunt igitur alii theologi in Missa aliquam actionem quæ sit aliquatenus immolativa et sacrificium proprie dictum constituat.

II. In qua Missæ actione reponenda sit essentia sacrificii eucharistiæ— Sententiae.

Sumi potest sacrificium in concreto pro re *oblata,* et sic liquet sacrificium esse corpus et sanguinem Christi ; vel formaliter pro *actione sacrifica,* et jam quæritur in quanam Missæ actione consistat sacrificium.

Sex distinguuntur *principales in Missa actiones* : 1° oblatio elementorum nondum consecratorum ; 2° consecratio ; 3° nova oblatio, quæ consecrationem immediate consequitur : « Unde et memores » ; 4° fractio hostiæ et mixtio cum sanguine ; 5° communio sacerdotis : 6° distributio quæ fit ipsis fidelibus in Missa.

Scotus et *Gabriel Biel* videntur sacrificium in prima oblatione reponere ; sed forte intendunt solum ab»offertorio inchoari jam sacrificium*. — *Melchior Cano* et *Azor,* præter consecrationem, addunt oblationem quæ ipsam sequitur ; insuper Cano et Valentia requirunt fractionem, propter ejus mysticam significationem[2]. — Nostris diebus, *DD. Bellord* attendit in sacrificio rationem convivii : non fuit in Cruce sacrificium nisi propter Cocnam et Missa eatenus est sacrificium quatenus est renovatio Cœnæ ; quocirca ratio sacrificii requirit distributionem communionis qua fideles Deo copulantur. Quæ opinio

1. Cf. Lugo, disp. XIX, sect. 4, n. 58 ; card. Billot, pp. 609-610,

2. Cf. Scot., *IV Sent.,* disp. XIII, q. π ; Gabriel Biel., q. i, a. 2, dub. h.

3. Cf. Melchior. Can., *De locis theologicis.,* lib. XII, c. xin, ml iv ; Azor, lib. X, c. xix ; Valentia, disp. VI, punct. 1, q. i.

fuit statiin a pluribus theologis confutata[1]. Et merito, quia distributio non semper fit et quia et Cœna et Missa referre debent ad passionem, in qua fuit vera immolatio.

Doctrina communiter recepta est *consecrationem esse de essentia sacrificii* ; imo *solam esse actionem essentialiter requisitam* hodie fere communiter docetur.

Celebris tamen exstitit opinio, quam propugnaverunt Melchior Cano, B. Bellarminus, S. Alphonsus, Salmanticenses, sacrificium essentialiter reponi tum in consecratione, quæ victimam præparat et sistit ad aram, tum in communione, quia victimam consumit et destruit[2].

III. Conclusio : Essentia sacrificii eucharistici consistit adæquate in sola consecratione cum ordine tamen ad communionem tamquam partem integrantem.

Quia Christus est principalis offerens, actio proprie sacrifica est quæ fit nomine Christi, nempe a sacerdote quatenus Christi personam gerit. Et, quia sacrificium exigit quamdam victimæ immutationem, actio sacrifica debet victimam vel realiter vel æquivalenter immolare. Demum, quia Missa relatione essentiali refertur ad sacrificium Crucis, actio sacrifica debet repræsentare immolationem in Cruce olim peractam, prout testatur Concilium Tridentinum : « Quo mentum illud semel in Cruce peragendum repræsentaretur[3]. »

Ilii sunt igitur tres *actionis sacrificæ characteres* seu dotes : 1° debet fieri nomine Christi ; 2° debet victimam mactare ; 3° debet sacrificium Crucis repræsentare. Atqui hæc illæ dotes *non cæteris Missæ actionibus, sed soli consecrationi conveniunt.* Ergo sola consecratio est sacrificii eucharistici constitutiva.

Probatur min. — Liquet imprimis *oblationem,* sive primam, quæ fit nomine alteram, quæ consecrationem immediate sequitur, nomine Christi, sed nomine fidelium vel Eccle-

[1] Cf. *The American Ecclesiastical Review,* jul. et sept. 1905, april. et dec. 1906.

[2] Cf. Bellarmin., *De Missa,* lib. I, c. XXVII, propos. 7 et 8 ; Bruimant., disp. XIII, dub. II, n. 29; S. Alphons., *Theol. Moral.,* Lib. VI, n. 305.

[3] Sess. XXII, cap. I ; Denz.,938.

siæ, siquidem dicitur : « Unde et memores... offerimus-l » ; nec esse immolativam victimæ. — Verum quidem est ad omne sacrificium requiri oblationem* ; sed sufficit ut actu exercito fiat, quod quidem in ipso consecrationi actu implicite habetur. Eo ipso quippe quod corpus el sanguis ponuntur in altari, oblatio fit Deo : agnoscitur Dei dominium, dum victima infiniti valoris coram Deo sistitur.

Fraclio est caeremonia mere accidentalis, quæ non servatur in omnibus liturgiis, quæque supprimitur, si casu hostia in calicem decidat.

Disiribulionem fidelibus non essentialiter requiri manifeste docet Concilium Tridentinum, siquidem asserit licitam esse Missam, etiamsi nullus fidelis sacrament,aliter communicet[2].

Sacerdolis communio ad integritatem certissime pertinet, utpote normalis consummatio sacrificii : oportet enim ut, qui ad altare sacrificat, ipse de donis altaris participet, præsertim cum sacrificium Missæ offeratur sub speciebus panis et vini et in spirituali convivio perficiatur. Unde concludit Angelicus : « Et ideo necesse est quod sacerdos, quotiescumque consecrat, sumat integre hoc sacramentum[4]. » — -Verum, communionem sacerdotis non esse ipsum actum constitutivum sacrificii, multipliciter probatur. Primo quidem, celçbrans communicat, non vi

1. Quapropter admitti nullatenus potest sententia P. Grivel, S. J., in suo opusc. : *La Messe de la terre et la Messe du Ciel,* pp. 37 ss. : « *La Messe, sacrifice du Caloaire, commence à l'autel apris l'élévation.* « Contradicit et theologis et sensui communi fidelium, ut fatetur ipse auctor : « Voilà peut-être qui étonnera le lecteur. » Sane, concipi nequit in eo Missæ essentiam reponi quod fit, non quidem nomine principalis offerentis, sed nomine corporis mystici. Animadvertatur aliunde preces liturgicas eo tendere ut fructu* sacrificii respectu corporis mystici, non autem essentiam actionis sacrificæ, explicent. z

2. Quo sensu loquitur Catechismus Concilii Tridentini : « *Omnis vis sacrificii in eo est ut offeratur.* » P. II, c. iv, n. 71.

3. Sess. XXII, cap. vi ; Denz., 944.

4. III P., q. Lxxxii, a. 4. Ea quæ dicit P. Grivet, op. cit., p. 4? : « Grâce à la communion, dans ce *per ipsum* il nous faut faire entrer le Christ et les fidèles, dont l'union, la communion, donne à Dieu un gloire », probant communionem esse consummationem perimodnin *integrantis,* non tamen per modum *constitutivi.*

sui ordinis et characteris sacerdotalis, sed nomine proprio et in propriam utilitatem. Secundo, actio essentialiter sacrifica debet esse mactativa victimæ ; sed communio supponit immolatam victimam, juxta effatum Patrum : Quod editur est jam mactatum. Tertio, communio, vi sui, non est repræsentatio sacrificii Crucis.

Objicitur : Actio proprie sacrifica est actio destructiva victimæ. Atqui communio seu absorptio est victimæ destructiva. Ergo est actio proprie sacrifica. — *Resp.* : Dist. maj. : Actio sacrifica est destructiva victima·, in altari, modo solemni et proprie sacerdotali, concedo ; secus, nego. Contradist. min., et nego conclus. — Communio vel manducatio importat solum mutationem localem seu trajectionem in stomachum, non vero actionem proprie sacerdotalem ; destructio porro victimæ, quatenus constituit actionem proprie sacrificam, debet esse proprie sacerdotalis (quia sacrificium verum sacerdotio vero respondet), et in altari, non autem in corpore communicantis, perfici.

Tres *assignati characteres in consecratione cerificantur.* Fit consecratio in persona Christi, et in nomine Christi dicit sacerdos : « Hoc est corpus meum » ; quapropter, sicut potestas consecrandi est de essentia sacerdotii, ita consecratio ipsa est de essentia sacrificii. Habetur immolatio æquivalens, quia vi verborum ponitur ex una parte corpus sine sanguine et anima et ex altera parte sanguis sine corpore et anima : quod quidem mysticam mortem importat. Demum, separatio illa repræsentat sacrificium Crucis, in quo sanguis et corpus fuerunt realiter separata.

Quam doctrinam efficaciter et presse tsadit *S. Thomas* : « Sanguis seorsum consecratus a corpore expressius repræsentat passionem Christi[1]. » « Repræsentatio dominicæ passionis agitur in ipsa consecratione hujus sacramenti[2]. » « Consecratio chrismatis vel cujuscumque alterius materiæ non est sacrificium, sicut consecratio Eucharistiæ[3]. s Consecratione hujus sacramenti sacrificium offertur[4]. »

1. III P., q. Lxxvin, a. 3, ad 7.
2. Q. lxxx, a. 12, ad 3.
3. Q. lxxxii, a. *4,* ad 1.
i. *Ibid.,* a. 10.

IV. Qua ratione consecratio sit sacrificium. Diverses explicationes. — Prima classis opinionum.

Doctrina igitur hodie recepta est, essentiam sacrifici^ eucharistici consistere in consecratione. At, qua rationie consecratio sit sacrificium, varie concipitur.

Rejicienda est imprimis theoria quæ reponit ideo consecrationem esse sacrificium, quia destruit substantiam panis et vini et hoc modo supremum Dei dominium efficaciter protestatur. — Quod constituit sacrificium est immolatio ipsius victimæ, non vero alterius cujusvis inateriæ destructio. Victima porro in Eucharistia non est panis et vinum, sed Christus ipse. Ergo destructio panis et vini nequit essentiam sacrificii eucharistici constituere.

Suarez[1], cui consentit Scheeben, theoriam illam aliquatenus amendat. Consecratio rationem habet veri sacrificii, non præcise quatenus importat desitionem panis et vini, sed quatenus *adducil* præsentiam realem corporis et sanguinis, quæ sunt victima. Si destructio quædam in sacrificio requiritur, necesse tamen non est ut id quod offertur destruatur, quando est Tes nobilissima et præstantissiina. In Missa porro, fit mutatio supernaturalis et iniraculosa, ut Deo offeratur et præsens in altari reddatur res illa excellentissima ct Deo gratissima, quæ est Christus Jesus, Homo-Deus. — Verum modificat Suarez notionem sacrificii, ut propriæ theoriæ illam accommodet. Quidquid in medium proferatur, conceptus genuinus sacrificii importat ut *idem* penitus sit quod offertur et quod immolatur. Sicut autem productio victimæ non est sacrificium, ita nec cessatio panis et vini cum pioductione corporis et sanguinis esse potest formalis ratio sacrificii nostri eucharistici.

V. Altera classis opinionum. — Cardinalis Cienfuegos[2] hanc singularem tradit explicationem : Christus, quando redditur in altari vi consecrationis præsens, exercet actus vitæ sensitivæ, posteaque suspendit, donec in mixtione corporis cum sanguine, quasi resurgens, actus illos iterum assumit ; in hac porro actuum sensitivorum vicissitudine reponitur essentia sacrificii. — Hæc prorsus gratis asserun-

1. Suarez, disp. LXXV, sect. 5.
2. Cienfuegos, *Vila abscondita,* Romæ, 1738, disp. II, lect. 1.

tur nec ulla ratione valida nititur theoria de vicissitudine in actibus sensitivis. Cæterum, non attendit Eucharistiam non esse sacrificium quodvis, sed sacrificium essentialiter repræsentativum passionis. Etiamsi divinitus fieret illà operationum vicissitudo, nullatenus repræsentaret sacrificium in Cruce peractum.

Nec solidiori fundamento fulcitur tlfeoria recenter propugnata in America[1]. Christus in altari immolatur et quasi annihilatur, quia actibus vitæ ordinariae privatur, quasi ad statum materiæ inorganicae reducitur et ita evanescit ut sensibus nostris imperceptibilis fiat. — Quae theoria est etiam rejicienda, nec ullatenus asserere licet Christum in Eucharistia ad statum materiæ inorganicæ' reduci ; nam ex supra dictis constat corpus Christi in Eucharistia esse vivum et organizatum et *omnia sua accidentia relinere*[2]; imo potest per miraculum actus vitæ sensitivæ exercere[3]. Nec aliud incommodum hic vitatur ; nam, si daretur ille status exinanitionis in Eucharistia, haberetur sacrificium penitus novum, non autem repræsentatio ac renovatio sacrificii in Cruce peracti.

VI. Opinio Card, de Lugo et plurium recentiorum. — Lugo[4], quem sequuntur Franzelin, Hurter, De Augustinis et alii, docet satis non esse ad rationem veri sacrificii distinctam positionem corporis sub specie panis et sanguinis sub specie vini ; sufficere quidem ut repræsentetur passio, non tamen ut Christus dicatur immolari. Aliud ergo requiritur. In hoc autem fit immolatio, quod reducatur Christus *ad statum decliviorem,* nempe reddatur inutilis functionibus vitæ humanæ et aptus tantum ut sumatur per modum cibi et potus, et hinc in statu quodam exinanitionis reponatur.

At, si essentia Missæ consistit in illa *nova* exinanitione, est sacrificium novi generis, non autem sacrificium Crucis renovatum. Immolatio quippe Crucis non consistit in illo descensu ad statum decliviorem, sed in separatione

1. Cf. *The American Ecclesiastical Review,* may 1913.
2. Cf. supra, q. iv, art. i, n. xiu.
3. Q. iv, art. m.
4. Cf. Lugo, disp. XIX, sect. 5, n. 67.

corporis et sanguinis : ergo nec sacrificium Missæ, imagq et renovatio sacrificii Crucis, potest in tali descensu ad statum decliviorem consistere. — Cæterum, concedi non debet statum eucharisticum esse proprie exinanitionis statum. Licet enim sumatur Christus per modum cibi et potus, non inde tamen fit vitæ humanæ functionibus inutilis aut ineptus ; nam est semper immortalis et gloriosus actusque elicit vitæ supernaturalis, visionem scilicet ac amorem beatificum, actus quoque naturales intellectus et voluntatis, imo probabiliter actus vitæ sensitivæ, ut supra exposuimus. — Status eucharisticus est status proprie miraculosus. Atqui status miraculosus reputari nequit descensus ad statum decliviorem, sicut nec fuit minoratus Christus, quando exivit miraculose de clauso Virginis utero aut, januis clausis, intravit in cœnaculum ubi erant Apostoli congregati[1].

VII. Theoria de separatione sacramentali.

Juxta Card. Billot, Van Noort, J. Grimal[2], etc., consecratio est actio sacrifica, non quatenus apta esset vi sui ad inferendam mortem nisi alia causa mortem impediret, sed quatenus in consecratione Christus sub speciebus sacramentalibus sistitur in externo habitu destructionis ac mortis, qui aptus est, non minus quam destructio realis, ad verificandam significationem symbolicam quæ propria est sacrificio. Quando enim victima sub aliena specie offertur, necesse non est ut realiter immoletur, sed satis est ut præsens sistatur sub externo habitu mortis. Porro vi verborum corpus et sanguis per signa sacramentalia ita sensibus nostris exhibentur ac si essent separata in morte. Quare apparet Christus coram Ecclesia sua m statu mortis, et id sufficit ad repræsentandum Deo pro nobis valorem Crucis infinitum simulquc actuales Christi adorationes, necnon ad repræsentandum Deo actus religiosos Ecclesiæ, cujus Christus est caput et victima.

At, si separatio et immolatio est tantum sacramentalis, non habet nisi rationem signi, sicut sacramentum :

1. Cf. Coghlan, *De SS. Eucharistia,* p. 465.

2. Card. Billot, *De Ecclesiæ Sacramentis,* pp. 611 ss. ; G. Van Noort, *De Sacram.,* I, pp. 374 ss. ; J. Grimal, S. M., *Le sacerdoce et le sacrifice de N.-S. J.-C.,* IV P., ch. i.

ergo, tunc sacrificium eucharisticum consistit in significando reduciturque ad repræsentationein et symbolum, s0d non est in se sacrificium proprie dictum.MVec sufficit separatio sacramentalis, ut sistatur Christus in habitu· externo mortis ; nam haberi posset, etiamsi Christus nunquam fuisset mortuus. « Si supponamus Christum nunquam mortuum esse et tamen sacramentum corporis et vini instituisse, consecratio cum poneret in Eucharistia sicut nunc præsens est in Eucharistia, sed non poneret cum in externo habitu mortis et destructionis. Præterea merus externus habitus mortis vix sufficit, cum cognoscimus Christum de facto non inori in Eucharistia. Et, iterum, in hac sententia Missa esset independens a sacrificio Crucis quantum ad virtutem latreuticam[1]. »

VIII. Theoria D. D. Coghlan. — Concludit ille auctorr nullam esse destructionem victimæ in hoc sacrificio, nisi secundum quod Christus in hoc sacrificio ponitur in forma imaginis repræsentativæ : non quidem imaginis nudæ et inefficacis, sed imaginis ex opere operato efficacis ad effectus sacrificales passionis applicandos. Ex divina institutione simul considerantur et operantur immolatio in Cruce et imago ejus repræsentativa in Eucharistia, et ita in singulis Missis immolatio et destructio facta in Cruce adhuc loquuntur in imagine sua, et in instrumento, ad significandam, supremam Dei excellentiam ut primi principii et ultimi linis omnium rerum. Insuper, Christus ut existens sub speciebus imago repræsentativa est sui ipsius ut mortuus est in Cruce : non autem imago qualiscumque, sed imago· institutione divina efficax ex opere operato ad applicandos effectus sacrificales sacrificii Crucis. In hac ergo sententia, sicut Eucharistia *ut sacramentum* signum efficax gratiæ est ad sanctificandum per applicationem meritorum Christi, sic *ut sacrificium* signum efficax seu imago efficax est ex opere operato ad applicandam inexhaustam adorationem sacrificii Crucis, ac significandam, ut instrumentum sacrificii Crucis, infinitam excellentiam Dei et ad reliquos· effectus sacrificales ejusdem sacrificii applicandos[2].

1. Coghlan, op. cit., p. 466.
2. Coghlan, pp. 466, 468.

Tendit hæc theoria ad ostendendam *identitatem* sacriJ ficii Missæ et sacrificii Crucis : nulla est immolatio nov?, sed ejusdem victimæ præsentia vivaque ejus mortis ima^o ac eorumdem effectuum applicatio. At præsentia victimæ. imago ejus immolationis præteritæ, applicatio ejus effectuum non constituunt sacrificium proprie dictum. Supponatur Christus apparere in altari crucifixus simulque nobis applicare omnes suæ mortis effectus : habetur realis præsentia victimæ et expressiva suæ mortis imago, imo eftîçacissima imago, quæ fructus tanti valoris nobis applicaret. nec tamen haberetur sacrificium stricte dictum, sed solum repræsentatio sacrificii fructuosa. Restaurari ergo videtur sub nova forma opinio Vasquezii et reduci Missa ad sacrificium relativum, nempe ad *memoriam* sacrificii Crucis, memoriam quidem vividam et efficacem, quæ sit pro nobis gratiæ instrumentum, sed memoriam dumtaxat. Id sufficit quidem ad confutandos protestantes, qui Missam exhibent ut memoriam nudam omnisque realitatis vacuam ; at minime sufficit ad integram sacrificii theologiam vel ad plenam Concilii Tridentini intelligentiam, nam, præter præsentiam realem, requirit Concilium *immolationem* incruentam : « *Continetur et incruente* immolatur[1]. » Ergo, præter rationem imaginis efficacis, debet aliud assignari quo Christus dici possit immolatus.

IX. Solutio cl. Lamiroy. — In opere doctissimo quod nuper edidit, ille scriptor exponit ideo consecrationem habere vim sacrificii, quia per ipsam Christus ponitur *in statu hominis occisi.* Exponendum porro superest quomodo in statu illo ponatur, utrum per separationem sacramentalem, de qua n. vu, an vero ea ratione quæ nunc est explicanda.

X. Praeferenda solutio proponitur et probatur. — Ex omnibus hucusque statutis concluditur Missam non posse a sacrificio Crucis separari, ac proinde esse utrobique eamdem victimam eumdemque principalem offerentem ac eosdem applicari effectus. Aliunde, ad rationem veri sacrificii non sulliciunt præsentia victimæ imagoque immo-

1e Sess. XXII, cap. n ; Denz., 940.

lationis et applicatio effectuum, ut ostendimus modo. lOportet igitur ut Miss.a, non solum repræsentet et applicet sacrificium Crucis, sed etiam aliquo modo renovet sacrificium illud, quod consistit in separatione corporis a sanguine et animæ a corpore et sanguine. Quia vero Missa non est renovatio cruenta, non debet realem separationem efficere ; sed, quia non est tantum sacrificium relativum nec imago tantum efficax nec solum applicatio, debet simul *el repraesentare separationem et illam aliqualiter efficere, non realiler sed uirlualiler, el demum fructus passionis applicare.* Hæc asserta nostra ex dictis constant.

Repræsentari separationem duplici consecratione, quatenus seorsim ponitur corpus seorsimque sanguis, omnes confitentur ; applicari etiam fructus passionis, jam compertum habemus. Probandum superest quomodo duplex consecratio separationem, non realiter quidem, sed *virlualiler,* efficiat.

Verba sacramentalia id tantum efficiunt quod significant. Atqui verba in consecratione panis significant tantum præsentiam corporis et verba in consecratione calicis significant tantum præsentiam sanguinis. Ergo verba prioris consecrationis efficiunt tantum præsentiam corporis et verba alterius consecrationis efficiunt tantum præsentiam sanguinis. Ergo vi verborum non haberetur in altari nisi corpus sine sanguine, sanguis sine corpore, sanguisque et corpus sine anima. Ergo verba vi sui important separationem, et, si reapse separatio non fit, id provenit ex lege divina concomitantiæ. Quia igitur verba *virtutem* habent efficiendi separationem, consecratio separationem producit *uirlualiler.*

Ad rem *S, Thomas* : « Sed nunc quidem, quando realiter sanguis Christi non est separatus ab ejus corpore, ex reali concomitantia, et sanguis Christi est sub specie panis simul cum corpore, et corpus sub specie vini simul cum sanguine. Sed, si tempore passionis Christi, quando realiter sanguis fuit separatus a corpore Christi, fuisset hoc sacramentum consecratum, *sub specie panis fuisset solum corpus et sub specie vini fuisset solus sanguis...* Anima Christi est in hoc sacramento ex reali concomitantia, quia non est sine corpore, non autem ex vi consecraLionis. *El ideo, si lunc fuissel hoc sacramentum consecratum*

vel peractum quando anima erat a corpore realiter separate, non fuisset anima Christi sub hoc sacramento, non propter defectum virtutis verborum, sed propter aliam dispositionem rei[1]. »

XI. Solvuntur difficultates. — *Objicitur* : 1° Consecratio non est virtualité!· separativa, si separatio illa non fieret vi verborum. Atqui separatio in præfata hypothesi non fieret vi verborum, sed ratione status in quo invenirentur partes humanitatis in Christo. Ergo. — *Resp.* : Neg. min. Nam verba efficiunt præcise statum illum in quo ponuntur humanitatis partes in Eucharistia. Vi ergo sui verba separationem important ; imo efficiunt, quando lex concomitantiæ illum effectum non impedit, ut mox audivimus ex D. Thoma : « *Non propter defectum virtutis verborum,* sed propter aliam dispositionem rei. »

2° Verba non tendunt ad separandum corpus et sanguinem, sed ad transsubstantiandum panem et vinum. Ergo stat difficultas. — *Resp.* : Dist. antecedens : Non tendunt ad separandum, directe, concedo ; ex consequenti, nego. Verba directe quidem tendunt ad transsubstantiandum ; sed transsubstantiatio hanc legem habet, ut terminus conversionis panis sit corpus solum et terminus conversionis vini sit sanguis solus. Quapropter, licet verba non intendant immediate et principaliter separationem, illam tamen ex consequenti important, et sic verbum quod ponit Christum in altari est simul *(/ladius qui separat et dividit,* prout dicit S. Gregorius Nazianzenus[2].

3° Ubi non fit de facto separatio, non est de facto vera immolatio. Atqui in consecratione separatio de facto non fit. Ergo in consecratione non est vera immolatio. — *Resp.* : Dist. maj. : Ubi non fit de facto separatio, quia ipsa actio non est vi sui separativa, non est vera immolatio, concedo ; ubi non fit de facto separatio, quia impeditur effectus actionis vi sui separativae, non est vera immolatio, nego. Contradist. min. et neg. conci. — Sicut ad rationem

1. S. Tuom., III P., q. lxxxi, a. 4, ad 2 et ad 3.
2. S. Gregor. Nazianz., Epist. CLXXI, (al. 240) *ad Amphiloch.; P.* G., xxxvii, 280, 281.

veri martyrii sufficit ut vulnus sit ex se lethale, licet miraculose mors impediatur, ita ad rationem immolationis veræ sufficit ut actio sit ex se occisiva et separativa, licet aliunde impediatur separatio.

XII. **Suadetur solutio diversis exemplis.**

Objectionem illam optime solvit Gonet pluribus adductis exemplis : « Respondeo ad rationem sacrificii sufficere ut ex modo quo offertur sacrificium sequi debeat mors victimae connaturaliter, quamvis de facto non sequatur. Si enim in veteri lege, post illatum vulnus lethale, Deus miraculose conservasse! victimam, adhuc verum ibi fuisset sacrificium ; quia ex quo vulnus illud fuisset lethale non minus illa actio significasset dominium Dei in vitam et mortem quam si de facto secuta fuisset mors. Quia ergo in proposito consecratio, quantum est de se et ex vi verborum, habet separare sanguinem a corpore Christi, quamvis de facto non destruat Christum, est tamen destructiva illius, et ideo habet veram rationem sacrificii, præsertim cum verba in definitionibus non dicant actum sed aptitudinem, ut communiter docent philosophi. Potestque hæc solutio illustrari exemplo martyrii : multi enim docent non requiri ad coronam martyrii quod actu sequatur mors, sed sufficere quod tale vulnus infligatur quod de facto per se natum est inferre mortem, quamvis ex aliquo accidenti mors impediatur[1]... »

XIII. Huic ergo sententiæ adhaerendum censemus.

Sedulo examinatis et perpensis omnibus theoriis, verior nobis apparet illa ultima sententia, quam defendunt, non solum Lessius, sed et plures Thomiste, ut Gonet. Billuart, Monsabré[2]. Illa admissa, optime evincitur Missam a sacri-, ficio Crucis omnino dependere : eadem est victima, idemque principalis offerens ac eorumdem effectuum applicatio, et imago expressiva separationis quæ in Cruce contigit ; imo et renovatio hujus separationis, non realiter quidem, sed æquivalenter et virtualiter, ut explicatum est. Et ideo habetur in altari immolatio realis, licet incruenta.

1. Gonet, disp. XI, a. 2, n. 61.
2. Cf. P. Monsabré, 70e conférence : « Il continue à vivre sous un coup mortel et cependant il exprime, autant qu'il est en lui, l'état de mort et de destruction propre au sacrifice. »

XIV. Hinc solvitur quæstio utrum sacrificium Missæ sit idem specie an numero cum sacrificio Cœnæ et sacrificio Crucis. — Comparationem jam instituimus supra[1], sed hic speciatim de identitate numerica an specifica agitur.

Ccenam et Missam distingui tantum numero manifestum est ; quia, non solum est res eadem, sed idem modus offerendi, scilicet transsubstantiatio. Missa autem et sacrificium Crucis, in ritu et ratione offerendi, differunt quodammodo specie, licet non sit proprie distinctio specifica ; ex parte autem rei oblatæ, utrumque potest dici idem numero sacrificium. Ita Gonet : « In Cruce fuit oblatum sacrificium per actionem cruentam, in altari vero per consecrationem, quæ est actio diVersæ rationis : ergo hujusmodi sacrificia distinguuntur quodammodo specie, cum habeant diversum modum offerendi. Dico *quodammodo,* quia, cum habeant idem motivum formale et distinctio se teneat solum ex parte substrati materialis, non est proprie distinctio specifica, si aliunde verum sit virtutem religionis in Christo non distingui specie a nostra... Est eadem res quæ offertur in sacrificio Missa; et quæ fuit oblata in Cruce et in nocte Cœnæ : ergo ex parte rei oblatæ non distinguitur etiam numero. Et hoc volunt SS. Patres, dum asserunt utrumque sacrificium, cruentum et incruentum, esse idem ; solum enim volunt idem esse sacrificium, vel quia in utroque est eadem res oblata, vel etiam quia sacrificium Missæ est imago sacrificii Crucis : imago enim et res repræsentata dicuntur esseudem in esse repræsentativo[2]. »

Alio tamen sensu, Missa, Cœna, sacrificium Crucis dicuntur sacrificia numero distincta, quatenus important actiones distinctas, sicut singulæ Missæ sunt numero distinctær quatenus sunt celebrationes seu actiones distinctæ.

XV. Utrum consecratio utriusque speciei sit de essentia sacrificii eucharistici.

Semel concesso Missam esse renovationem aut saltem imaginem vividissimam separationis quæ fuit in Cruce peracta, necessario consequitur requiri utramque conse-

1. Art. 1. n. ix.
2. *Ibid.,* n. 67.

crationem ad separationem illam virtualiter renovandam aut saltem significandam.

Triplex tamen hac de re existit sententia. — Prima negat necessitatem absolutam utriusque consecrationis, quia sub una specie sufficienter immolatur victima et repræsentatur passio, corpore existente solo sub specie panis et sanguine solo sub specie vini vi verborum[1]. — Altera sententia distinguit : salvatur quidem sub una specie essentia sacrificii, ut ostendunt argumenta primæ sententiæ ; sed, nisi ambæ concurrant consecrationes, sacrificium nec integritatem nec significationem perfectam obtinet[2]. — Tertia *senlenlia, apud theologos saltem recentiores* fere communis, docet *ulramque consecrationem esse de sacrificii essentia.*

Certum est Christum sub utraque specie consecrasse ac Apostolis eorumque in sacerdotio successoribus praecepisse ut eumdem ritum renovarent in sui memoriam[3]. Atqui præceptum Christi in re adeo gravi respicit, non aliquid accessorium, sed quod ad essentiam pertinet. Ergo. — Confirmatur. Nisi utraque ponatur consecratio, Missa non erit similis sacrificio Melchisedech, in quo ambæ species fuerunt oblatæ simul ; neque erit efficax repræsentatio sacrificii in Cruce peracti, nam in isto corpus et sanguis erant *simul,* corpus separatim a sanguine et sanguis a corpore. Quare, ut Missa sacrificium Calvariæ proprie repræsentet, requiritur ut, vi verborum, corpus et sanguis ponantur in altari *simul,* corpus seorsim a sanguine et sanguis seorsim a corpore. Si autem una tantum fit consecratio, habetur quidem corpus sine sanguine et sanguis sine corpore, sed non habentur *simul* corpus seorsim a sanguine et sanguis seorsim a corpore. Igitur sine utraque consecratione Missa non est perfecta sacrificii Crucis repræsentatio aut renovatio.

Validam tamen esse unam consecrationem sine altera supra ostendimus[4]. Omnes theologi concedunt gravem esse

1. Cf. Suarez, disp. LXIII, sect. 3.
2. Cf. Ysambert, q. lxxxiii, dist. III, a. 9 ; FRASSEN. q. tu, conci. 2.
3. Cf. Cone. Trident., sess. XXII, cap. i ; Denz., 938.
4. Q. n, art. i, n. m.

inordinationem consecrare unam speciem sine altera. Nonnulli putarunt præceptum consecrandi speciem utramque esse juris tantum ecclesiastici ; alii vero esse quidem juris divini, sed in eo posse a Summo Pontifice, dispensari. Sed SENTENTIA COMMUNIS ET OMNINO TENENDA Vult *præceplum esse divinum, a quo nunquam dispensatio* fieri possit, quia utraque consecratio est de essentia aut saltem de integritate sacrificii1.

XVI. Concludendum est theologiam sacrificii maxime ad pietatem conferre.

Diversæ sententiæ diversos mysterii eucharistici aspectus ostendunt plenioremque ingerunt notionem status illius sacramentalis in quo reponitur Christus in altari. Pietas autem vera ab illis systematibus independens prorsus remanet, dum novit Missam esse verum Novæ Legis sacrificium veramque nec unquam mutandam cultus in Ecclesia Catholica formam, in qua continetur eadem Victima ac in Cruce et qua applicantur ex opere operato iidem fructus. Quia igitur Christus semper offert Patri exquisitas illas animæ dispositiones quas in passione exhibuit, Missa est Deo semper gratissima.

Faxit Deus ut Christo sacerdoti et victimæ conjungamur ad offerendum cum ipso sacrificium eximium, quo amoris mysterium consummatur, quo fit indeficiens reparatio pro malo seu peccato et quo instauratur jam mysterium gloriæ ac triumphi.

XVII. Testimonium S. Ephræm de sacrificio eucharistico.

Legendus est integer hymnus *de sacerdotio,* quem nuper publici juris fecit Ulmus ac Rmus Rahmani2. In hoc pulcherrimo hymno S. Ephræm Syrus dignitatem sacerdotii extollit simulque et excellentiam sacrificii eucharis-

1. Cf. Suarez, disp. XLIII, sect 4 ; Ysambert et Frassen, loc. cit. ; Gonet, disp. III, aa. 5 et 6 ; Salmant., disp. IV, dub. v. *Codex* juris canonici absolute pronuntiat : « Nefas est, urgente *etiam extrema necessitate,* alleram materiam sine altera, aut etiam utramque extra Missæ celebrationem, consecrare. » Can. 817.

2. *I fasti delta Chiesa patriarcale Antiochena,* Rom. 1920, pp. vn-x.

tici : « Sacerdos major est angelo, quia corpus frangit ac distribuit... Narrat ei *passionem et mortem,* exponitque coram eo *ictus* : neque divinitatem pudet ictuum Filii sui primogeniti. Dicit Patri : En appensus in cruce Filius tuus est, ejusque vestes sanguine sunt conspersæ et latus ejus lancea est perfossum. Ei commemorat passionem el. mortem dilecti sui, quasi earum oblitus sit, *atque Pater audiens ejus preces exaudit.* Ipse l'ilium primogenitum coram ipsius Patre *mystice mactat,* discerpit et ponit, primusque ex ejus corpore manducat et ex ejus sanguine bibit... Egressusque *corpus el sanguinem Excelsi distribuit ovili...* »

XVIII. Quonam actu victima debeat poni in statu victim®. — In suo egregio opere *Mysterium Fidei,* ad quod libenter remittimus lectorem, cl. P. de la Taille, S. J., scribit* : « Interea sacrificium retinemus verum : ea quidem lege ut ex sacrificio dominico permanserit in Christo proprius intrinsecusque hostiæ consummate status : quam hostiam penes nos sit offerre Deo consecrantes. »

Reponimus : Juxta Concilium Tridentinum[2], Christus in Eucharistia « continetur et *incruente immolatur* ». Igitur ad rationem sacrificii eucharistici· non sufficit offerre hostiam olim immolatam, sed requiritur *immolatio,* licet incruenta, seu oportet ut victima immoletur aut ponatur in statu immolationis vi actus sacrificalis Missæ. Atqui in ista theoria Christus non immolatur nec ponitur in statu victimæ immolate vi actus sacrificalis Missæ, sed vi sacrificii præcedentis, quatenus ex sacrificio dominico *permanserit* status hostiæ. Ergo non videtur salvari ratio eacrificii veri, nec apparet quomodo Christus incruente immoletur in Missa.

XIX. De theoria sacrificii-oblationis. — In suo erudito opere, quod sane in multis laudandum censemus[3], Gl. Lepin vult theoriæ *sacrificii-immolationis* substituere

I 1. P. 317.

' Sess. XXII, cap. n ; Denz., 940.

3. Lepin, *L'Idée du Sacrifice de la. Messe, d'après les Théologiens.*

theoriam *sacrificii-oblalionis.* Hinc putat definiendum esse Missæ sacrificium : oblationem quam de seipso facit Christus quamque de Christo facit Ecclesia sub signis representatives immolationis olim peractæ. Hinc concludit esse sacrificium coeleste, seu sacrificium coeli nostris terrestribus conditionibus adaptatum[1].

Animadvertimus : 1° Hæc theoria non satisfacit argumentis quibus ostendimus (art. præced., n. x) in omni sacrificio esse debere aliquam immolationem, nec explicat cur dicat Concilium Tridentinum : « *in divino hoc sacrificio... Christus continetur et* incruente immolatur » (sese. XXII, cap. ii). — 2° Christus oblationem de seipso *fecit olim et semel,* at non facit iterum in æternitate ; et, ceterum, sacrificium Missæ non est oblatio Ecclesiæ, sed oblatio Christi, quam scilicet ipse facit ministerio sacerdotum, renovando incruente sacrificium Crucis : quapropter, juxta Tridentinum, unus offerens est Christus, non Ecclesia. — 3° Indebite fit recursus âd sacrificium cœli, ut explicetur sacrificium Missæ in terra. Nam sacrificium cœli non est sacrificium nisi metaphorice et sensu improprio ; imo melius foret a tali loquendi modo abstinere : nam sacrificium dicit vel innuit umbras et figuras, quæ in patria visionis et lucis perfectæ non concipiuntur. Ergo Missæ sacrificium verum non est explicandum per respectum ad sacrificium coeli, sed per respectum ad sacrificium Crucis, licet in coelo sit *consummatio* omnium effectuum sacrificii veri.

1. P. 754 : « L'oblation que le Christ fait de lui-meme et que l'Église fait du Christ sous les signes représentatifs de l'immolation passée... C'est le sacrifice du ciel rendu présent sur notre autel... ; c'est le sacrifice du ciel adapté à nos conditions terrestres. »

ARTICULUS TERTIUS

DE EFFECTIBUS SACRIFICII EUCHARISTICI

I. Missa est sacrificium latreuticum, eucharisticum, propitiatorium et impetratorium.

Id quod *hæreiici,* sive antiqui sive recentiores, præcipue in sacrificio eucharistico detrectant est valor propitiatorius. — Concedunt Missam esse quodammodo sacrificium adorationis et gratiarum actionis, licet rem perperam exponant. Juxta ipsos, celebratio Eucharistiæ est sacrificium laudis et adorationis externæ, et hinc dicitur lato sensif latreuticum ; juxta nos autem, vero et proprio sensu, quia, utpote repræsentatio et quodammodo renovatio immolationis Christi in Cruce, Deo infinitam adorationem laudemque ac gratiarum actionem exhibet. — At præsertim valorem propitiatorium et impetratorium Missæ inficiantur novatores. Anglicani, etsi valorem quemdam impetratorium agnoscant, cæteris tamen protestantibus consentiunt in neganda vi proprie impetratoria et propitiatoria. — Porro catholica doctrina est *quadruplicem inesse sacrificio Missæ valorem,* scilicet lautreuticum, eucharisticum, propitiatorium et impetratorium.

Sacrificium *lalreulicum* dicitur quod offertur ad agnoscendum supremum Dei dominium eique adorationem exhibendam. Atqui, offerendo se in hostiam coram Deo pro hominibus, Christus in altari modo efficacissimo agnoscit illud supremum Dei dominium in homines maximamque l>eo adorationem et gloriam rependit. Ergo Missa est sacrificium vere latreuticum.

Sacrificium autem *eucharislicum* dicitur quod offertur in gratiarum actionem et laudem. At, ponendo se in statu holocausti coram Deo, sacerdos et victima illa infinitæ dignitatis offert toti Trinitati laudem Deo dignam et gratiarum actionem beneficio adæquatam. Ergo Missa est sacrificium eucharisticum per antonomasiam.

Sacrificium vero *impelralorium* est quod vim habet obti-

nendi a Deo gratiam et bona saluti necessaria vel utilia. Atqui Missa vim illam maxime habet ; nam, si preces nostræ quas nomine Christi Deo porrigimus dignæ sunt quæ exaudiantur, juxta illud : « Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur Pater in Filio », et : « Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis[1] »; a fortiori debet exaudire Deus sacrificium in quo proprius Filius est simul hostia et sacerdos. Ergo Missa est sacrificium vere impetratorium.

Demum, illud sacrificium est summe *propilialorium* in quo applicantur satisfactiones infiniti valoris. Atqui in Missa applicantur satisfactiones sacrificii Crucis, quæ sunt infiniti valoris, cum procedant a persona infinitæ dignitatis. Ergo Missa est sacrificium summe propitiatoriuin.

Quapropter *omnes lilurgiæ* continent preces, orationes, supplicationes, etc., quæ valorem Missæ latreuticum, eucliaristicum, impetratorium, propitiatorium efficaciter declarant.

Quia valorem propitiatorium præsertim impetunt hæretici, nonnulla de hoc puncto sunt addenda.

II. De valore propitiatorio. — Vocatur sacrificium propitiatorium quod iram divinam placat, Deumque inclinat ad conferendam gratiam qua déletur culpa et ad remittendam poenam peccato debitam. Hinc *lres in sacrificio respeclus :* quatenus Deum prius offensum reddit jam nobis pacatum seu propitium, dicitur stricte *propilialorium ;* quatenus obtinet gratiam qua sordes animæ abluuntur, dicitur *expiatorium ;* quatenus solvit pœnam qua obstricti sumus erga divinam justitiam, dicitur *saiisfaclorium.* Inde propitiatio consideratur ut prævia remissioni peccati. quia placat et propitium reddit eum qui esse poterat vindex in iram ; expiatio respicit præsertim interiorem animæ ablutionem per infusionem gratiæ sanctificantis ; satisfactio demum est justificatione posterior et respicit debiti solutionem. — *Triplex hic calor inesl Missæ sacrificio :* valor nempe propitiationis in ordine ad Deum, quem

1. Joan., xiv, 13 ; xvi, 23. Cf. Matth., vii, 7 ; xxi, 22 ; Marc., xi, 24 ; Luc, xi, 9.

placat ; valorque expiationis in ordine ad culpam, quam delet gratiam obtinendo ; ac valor satisfactionis in ordine ad pœnam, quam remittit, jam infusa gratia.

Doctrina catholica in Concilio Tridentino definitur : « Si quis dixerit Alissæ sacrificium tantum esse laudis et gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificii in Cruce peracti, non autem propitiatorium, vel soli prodesse sumenti, neque pro vivis et defunctis, pro peccatis, poenis, satisfactionibus et aliis necessitatibus offerri debere : A. S.1. » Distinguit Concilium *peccata, poenas, satisfactiones* et *alias necessitates.* In operibus enim vivorum <piæ ex charit.ate fiunt est valor et ad merendum et ad satisfaciendum ; in animabus autem purgantibus, quæ non possunt proprie satisfacere sed potius *satispati,* pœna est tantum solutio debiti. Unde pro ipsis distinguit Concilium pœnas a satisfactionibus. Itaque Missa offertur et pro *peccatis,* ut deleantur, et pro *pœnis,* ut remittantur, et pro *satisfactionibus,* ni in vivis compleantur ; ac pro cæteris *necessitatibus,* quæ sunt consequentia aut sequela peccati.

Porro verba institutionis innuunt valorem propitiatorium Eucharistiæ ; nam sanguis exhibetur ut *effusus*[2]. Illa autem sanguinis effusio sive in cruce sive in calice lil *pro multis, in remissionem peccatorum*[3]. Quare ex intentione Christi sacrificium sive Crucis sive Missæ debuit esse immensa et infinita propitiatio pro peccatis totius mundi : in Cruce quidem completur valor ille propitia- Lorius, in altari vero applicatur.

Patres dogma illud diversimode inculcant. S. *Ambrosius* n(tendit præsertim remissionem peccatorum in sacrificio Missæ : « Ante agnus offerebatur, offerebatur et vitulus ; nunc Christus offertur, sed offertur quasi homo, quasi recipiens passionem, et offert se ipse quasi sacerdos, ut peccata nostra dimittat[4]. » — *S. Cyrillus Hierosol.* considerat propitiationem et impetrationem universalem pro , loto mundo : « Postquam confectum est illud spirituale micrificium et ille cultus incruentus, super illam *propitia-*

1. Sess. XXII, can. 3; Denz., 950.
2. Supra, art. i, n. v.
3. Cf. Lue., xxii, 20 ; Marc., xiv, 24 ; Matt ii., xxvi, 28.
4 S. Ambros., *De Officiis,* 1. I, c. xlviii, n. 238 ; *P. L.,* xvi, 101.

tionis hostiam, obsecramus Deum pro communi Ecclesiarum pace, pro tranquillitate mundi, pro regibus, pro militibus, pro sociis, pro ægrotis, pro afflictis, pro omnibus qui egent auxilio[1]. » — Propitiationem illam se extendere ad defunctos testantur etiam Patres, dum dicunt offerri sacrificium pro defunctis et adpostulari eis *refrigerium**. Communem Ecclesiæ fidem profitebatur pia mater S. *Augustini :* « Ponite hoc corpus ubicumque : nihil vos ejus cura conturbet ; tantum illud vos rogo ut ad altare Domini memineritis ibi ubi fueritis[2] » Addit ipse Augustinus oblatum fuisse pro matre defuncta sacrificium pretii nostri : « Neque in precibus quas tibi fudimus, cum offerretur pro ea sacrificium pretii nostri, jam juxta sepulchrum posito cadavere, priusquam deponeretur, sicut illic fieri solet, nec in eis precibus ego flevi[4][5] »

Probatur ratione theologica. De notione fundamentali sacerdotii est ut offerat dona et sacrificia pro peccatis*. Atqui in Ecclesia est sacerdotium verum, sicut est regimen et magisterium. Ergo debet esse in Ecclesia sacrificium verum *pro peccatis,* ut et culpa deleatur et poena remittatur. — Confirmatur. Valor propitiatorius ex duobus pensatur, scilicet ex offerente seu sacerdote, et ex re oblata seu victima. Atqui in Missa sacerdos et victima est infinitæ dignitatis, cum Christus sit ipse offerens et res oblata. Ergo Missæ propitiatio est infinita, sicut et satisfactio Crucis, quæ per sacrificium altaris nobis communicatur et applicatur.

III. Utrum sacrificium Missæ, quatenus propitiatorium, producat effectus suos immediate. — Non remittit peccata mortalia immediate, sicut sacramentum Pœnitentiæ, sed potius *mediale,* quatenus Deum movet ad largiendas gratias actuales, quibus excitatur peccator et disponitur ad justificationem. Et hæc est efficacia quam Missæ ad-

1. S. Cyrill. Hieros., *Catech. myst.* v, n. 8-9 ; *P. G.,* xxxni, 1116.
2. Cf. Tertull., *De Corona Milii.,* c. m, et *De Monogamia,* c. x ; *P. L.,* n, 79, 942.
3. S. Augustin., *Confess.,* lib. IX, c. xi ; *P. L.,* xxxn, 775.
4. *Ibid.,* ç. xii ; *P. L.* xxxn. 777.
5. *Hebr.,* v, 1-3.

(ribit Concilium Tridentinum : « Docet sancta Synodum orificium istud vere propitiatorium esse per ipsumque fieri ut, si cum vero corde et recta fide, cum metu ac reverentia, contriti ac pcenitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur et gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Hujus quippe oblatione placatus Dominus, cratiam et donum pœnitentiæ concedens, crimina et peccata etiam ingentia dimittit[1]. »

Probatur ratione theologica. Missæ sacrificium non est rllicacius sacrificio Crucis, cujus est tantum renovatio et applicatio. Atqui sacrificium Crucis non justificavit homines immediate ; sed Deum placavit propitiumque reddidit ac meruit ut per debita media peccatores ad justificationem, perducerentur. Ergo, pari jure, Missa non justificat immediate, sed auxilia supernaturalia obtinet quibus ad justificationem peccatores disponuntur ac præparantur.

IV. Et hinc apparet discrimen inter sacramenta et micrificium. — Sacramenta ex primaria institutione ordinantur ad conferendam gratiam ex opere operato ; sacrificium vero immediate ad cultum divinum et mediate ad· fioininum sanctificationem, quatenus, exhibendo summam Deo adorationem et condignam pro peccato reparationem, obtinet ut Deus hominem benigne respiciat ipsique media concedat quibus fiet reditus ad justitiam.

V. **Utrum vero peccata venialia immediate et directe** remittantur. — Id docent nonnulli theologi, pro eo casu quo homo in statu gratiæ existens nullum affectum servet quoad illa peccata. Sed sententia communior est non, remitti culpam venialem absque *pio quodam tnolu* ex p ote hominis seu efficaci retractatione allectus pravi. Atqui, si necessarius est voluntatis actus, inde fluit Missam vi sui non. delere peccata venialia. Ergo non remittit Immediate stricto sensu, sed gratias impetrat quibus deletur, bulpa, Lato tamen quodam sensu admittit Gonet fieri remissionem, « ita ut homo ponat quidem aliquem actum, ■rd non ita perfectum ut ex se sufficiat ad remissionem vcmalium et tamen ex vi istius sacrificii remittantur, quqdr

[1] Sess. XXII, cap. n ; Denz. 940,

sufficit ad hoc ut hoc sacrificium dicatur immediate remittere venialia ; sicut sacramentum Pœnitentiæ dicitur remittere mortalia immediate ex opere operato, quia remittit etiam illi qui non habet nisi actum attritionis, qui de se insufficiens est ad remittenda mortalia[1]. »

VI. Pœnam temporalem aliquo saltem gradu remitti directe vi sacrificii nostri NON VIDETUR ambigendum. — Nam docet Concilium Tridentinum *Missam prodesse defunctis*[2]. Porro non prodest obtinendo gratias actuales quibus producerentur actus satisfactorii, cum merito et satisfactioni non sit amplius in purgatorio locus. Ergo remittendo directe debitam pro peccato pœnam vel pœnæ partem. Hinc theologi communiter, contradicentibus tamen Melchiore Cano et paucis cum ipso[3], tenent pœnam temporalem purgatorii remitti directe per sacrificium Missæ. Porro *idem de vivis* erit dicendum, si recolatur Concilium Tridentinum iisdem terminis asserere sacrificium vivis et defunctis prodesse.

Probatur ratione theologica. Satisfactiones Christi, quæ in hoc sacrificio applicantur et a quibus satisfactiones nostræ valorem suum derivant, debent efficaciori modo præstare quidquid efficiunt satisfactiones nostræ. Atqui satisfactiones nostræ immediate solvunt pœnam aut pœnæ partem : sicut enim opus nostrum quatenus meritorium vi sui et immediate confert jus ad gloriam, ita opus quatenus satisfactorium vi sui et immediate pœnam peccato debitam remittit vel saltem minuit. Ergo Missæ sacrificium, satisfactiones Christi applicando, pœnam temporalem minuit aut simpliciter remittit.

VII. In quanam mensura pœna remittatur.

Licet definitum non sit pœnam temporalem semper de facto remitti per sacrificium Missæ, est doctrina theologorum certa *aliquam* pœnam semper remitti vivis pro quibus applicatur sacrificium, nisi ipsi prava sua voluntate

1. Gonet, disp. XI, a. 4, n. 91.
2. Can. 3.
3. Cf. Melchior. Can., *De Locis Theol.,* lib. XII, c. xin, ad 9 ; Cordura, lib. I, q. m, opin. 4.

ponant obicem. Aliunde indubium est non semper remitti pœnam totam. Ratio est quia in satisfactione magis attenditur quantitas *devotionis* quam ipsa quantitas *oblationis,* sicut vidua offerendo duo minuta in donaria Dei plus omnibus misit[1]. Ita in Eucharistia non attenditur tantum quantitas oblationis, quæ est infinita, sed etiam quantitas devotionis in offerentibus[2]. Unde illis qui majorem afferunt devotionem et charitatem major remittitur pœna[3].

Quoad defunctos, de fide est *Missam illis prodesse.* Inde concludimus *aliquid* de pœna vi sacrificii remitti ; sed *in quonam gradu et mensura* nec fides nec theologia *exacte determinant.* Sacrificium Missæ tanti est valoris, ut Deus illud semper acceptet. Quapropter omnis Alissa quoddam sublevamen animabus purgantibus semper affert, at non constat prodesse semper ac immediate animæ pro qua offertur. Operatur enim sacrificium Missæ, non per modum solutionis, quæ semel facta liberat debitorem, sed *per modum suffragii,* quod a benevola Dei acceptatione dependet. Tenendum est ergo Missam nunquam esse absque emolumento pro animabus purgantibus, quin tamen possibile sit mensuram in qua applicetur stabilire.

\ 111. Utrum Missæ sacrificium effectus suos propi-(iatorios vel impetratorios producat ex OPERE OPERATO, an dependenter a dispositionibus celebrantis. — Non fuerunt semper omnes theologi unius labii[4] ; sed jamdiu conveniunt Missæ efficaciam a ministro non dependere, seu esse ex opere operato[5].

Juxta Concilium Tridentinum, Missæ sacrificium desumit valorem et efficaciam ex Christo Domino, qui est simul hostia et sacerdos, hostia scilicet infiniti pretii ac sacerdos Inlinitæ dignitatis. Sed quod provenit a Christo victima ‹l. offerente independens est ab operantis, ministri vel n; sistentis, dispositionibus. Ergo. Non enim fit supplicatio nomine ministri vel assistentium nec per eorum merita,

1. Marc., xii, 42.
2. Cf. S. Thom., III P., q. lxxix, a. 5, c. et ad 3.
3. Cf. Luc., vu, 41-47.
•i. Cf. Suarez, disp. LXXVI1, sect. 3.
l '». Cf. Gonet, disp. XI, c. iv, n. 80; Franzelin, thés. XIII : klliOHLAN, op. cit., pp. 494 S3.

sed applicantur satisfactiones divinæ Victimæ ac supremi Pontificis : quæ applicatio vi sua intrinseca est efficax. — Producit igitur Missa ex opere operato, non quidem gratiam sanctificantem, quia non ordinatur ad justificandum directe, sicut sacramenta ; sed gratias actuales, quibus homo ad justificationem disponitur quibusque excitantur pii motus ad deletionem peccati. Remittit etiam ex opere operato pcenam temporalem in aliqua saltem mensura, ut modo explicatum est.

Ut doctrina integra exhibeatur, recolendum est Missam offerri et nomine Christi et nomine Ecclesiæ et nomine sacerdotis celebrantis. — Quatenus offertur nomine Christi, effectum sortitur independenter ab operante. — Quatenus autem fit nomine Ecclesiæ, obtinet semper effectum communem, sive a sancto sive a pravo ministro offeratur, quia Ecclesia est semper Deo grata semperque digna quæ exaudiatur. Eructus iste generalis est simul impetratorius et Satisfactorius pro cunctis fidelibus ; at, quia satisfactiones Ecclesia; sunt finiti valoris, impares sunt, vi sui, omnibus poenis solvendis. — Si vero consideretur ut fit nomine sacerdotis, jam sacrificium operatur ex opere operantis et potest aliquibus in speciali prodesse, sicut valet etiam sacerdos cætera quædam bona spiritualia aliis donare. Actio quippe sacerdotis celebrantis in statu gratiæ et sub influxu charitatis est meritoria, satisfactoria, impetratoria : quatenus quidem meritoria, est prorsus inalienabilis ; quatenus autem satisfactoria, potest aliis cedi ; quatenus demum impetratoria, potest cæteris aliquid a Deo obtinere. Et sub hoc respectu pluris valet missa justi quam missa peccatoris, licet idem valeat quatenus offertur nomine Christi et Ecclesiæ[1].

IX. Utrum efficacia sacrificii sit infallibilis. — Missa' sacrificium, utpote infiniti valoris in ordine ad salutem, vim habet obtinendi a Deo omnia quæ spectant ad salutem et eo modo quo spectant. Porro spiritualia et etiam quædam temporalia bona possunt ad salutem spectaro vel dependenler vel independenter ab hominis disposi-

[1] Cf. S. Th., III P., q. lxxxii, a. 6.

tione. Ergo bona illa obtinet prout dependent non vel dependent a libera nostra cooperatione.

Unde efficacia quæ provenit a Missa, quatenus est sacrificium, est penitus infallibilis. Sic Missa semper et infallibiliter remittit aliquam poenam in hoc mundo justis qui non ponunt obicem, et semper etiam aliquam pœnam in purgatorio, licet non semper respectu animæ pro qua offertur (n. vu). Isti quippe effectus sunt, immediati semperque vi sacrificii intrinseca producuntur.

In effectibus autem qui liberam nostram cooperationem requirunt, ut conversio, perseverantia finalis, etc., aliquid semper obtinetur, licet ultimum intentum possit deficere. Sic Missa impetrat infallibiliter auxilia supernaturalia, illuminationes et inspirationes, seu gratias actuales quibus homo *polesl* ad justificationem pervenire et in adepta sanctitate perseverare ; et, si ultimus effectus desit, id provenit ex defectibilitate liberii arbitrii, cujus cooperatio non fuit adhibita, at non ex defectu virtutis in sacrificio, quod est semper Deo gratum semperque propitiatorium et impetratorium ac fons gratiarum inexhaustus.

X. De valore sacrificii : an sit infinitus.

Valor est dignitas moralis quæ inest oblationi sacrificii ratione præsertim rei oblatæ et principalis offerentis, vi cujus habet efficaciam obtinendi bona ad salutem spectantia. Ista porro bona quæ obtinentur dicuntur fructus. Unde valor sè habet ad fructum sicut causa ad effectum.

Considerari potest valor in actu primo, quoad sufficientiam, et in actu secundo, quoad efficaciam et applicationem. Sub primo respectu, Missæ sacrificium habet *valorem infinilum tarn intensive quam extensive.* Illa enim oblatio valorem habet infinitum *intensive,* quæ est rei infinite pretiosæ et fit a sacerdote infinitæ dignitatis. Atqui Missa est oblatio rei infinite pretiosæ facta a sacerdote infinitæ dignitatis : res quippe oblata et persona offerens est ipse Christus, qui ut persona divina est dignitatis infinitæ. Ergo Missa habet valorem infinitum intensive. — Valor autem infinitus *extensive* est qui se extendit ad omnes effectus, qui nempe sufficit et ad expianda omnia peccata et ad impetranda omnia bona sive spiritualia sive tempo-

ralia ad salutem spectantia. Atqui Missa, eo ipso quod est oblatio rei infinite pretiosæ facta a sacerdote infinita» dignitatis, est omnino superabundans et ad expianda omnia peccata et ad impetranda omnia bona. Ergo Missa valorem habet infinitum etiam extensive. — Confirmatur. Missæ sacrificium, cum sit substantialiter idem cum sacrificio Crucis, habet ejus valorem et sufficientiam. Atqui sacrificium Crucis, tum ex parte offerentis, tum ex parte victimæ, tum ex parte dispositionum sacerdotis et hostiae, pretium habet infinitum sulficitque ad salutem omnium creaturarum, etiam in numero infinito, si dari posset. Ergo valor Missæ quoad sufficientiam nullo coarctatur limite.

Sub altero autem respectu, *efficacia sive lalreulica sive eucharistica* est infinita, quia una Missa Deo exhibet adorationem quæ Deum decet, laudemque ac gloriam et gratiarum actionem, quæ laudes creaturarum compensaret etiam in hypothesi qua interrumperetur aut suspenderetur canticum laudis in coelo. At *efficacia impelraloria* remanet semper finita, quia nonnisi finitn bona impetrantur ; pariter *efficacia salisfacloria* finita remanet, cum id quod remittitur sit pœna, non infinita, sed determinata et juxta mensuram dispositionum et devotionis[1].

XI. Utrum Missa, quando offertur pro pluribus, æque prosit singulis ac si pro uno offerretur. — Expenduntur sententiae. — *Prima sententia* vult fructum Missæ esse a Christo determinatum ad certum gradum, ita ut sacrificium quod pro decem offertur minus singulis prosit quam si pro uno dumtaxat applicaretur. Ita Scotus, Paludanus, Soto, multi recentiores[2]. *Altera* sententia, quam docent multi Thomistæ, reponit valorem non limitari a priori ad certum ac fixum gradum, sed fructum respondere dispositionibus fidelium, ac proinde unam Missam posse centum, personis æque prodesse ac si pro una offerretur, dummodo debitæ concurrant dispositiones[3].

1. Cf. S. Thom., III P., q. lxxix, a. 5; Cajetam., in h. 1.; Joan. a S. Thom., disp. XXXII, a. 3.
2. Cf. Suarez, disp. LXXIX, sect. 10, il.
3. Cf. Cajetan., Joan, a Thom., loc. cit. . Gonet, disp. XI, art. 5, n. 100 ; Salmant., disp. XIT dub. vi.

Prima sententia sic arguit :

1° Si Missa pro omnibus æque valeret, sacerdos teneretur ex charitate sacrificium omnibus applicare. — Quæ ratio nullatenus cogit ; dummodo enim sacerdos nullum positive excludat a fructu sacrificii, satisfacit charitatis præcepto.

2° Posset sacerdos uno sacrificio pro pluribus stipendiis satisfacere, quod non licet[1]. — Nec cogit ratio ; nam stipendium non est Missæ pretium, sed ad sustentationem ministrorum ab Ecclesia permittitur : unde, quamvis Missa æqualiter omnibus prosit, potest vetare Ecclesia ne sacerdos plura stipendia recipiat.

3° Si una Missa est adeo superabundans, superflua erit iteratio sacrificii pro eadem persona vel eodem objecto. — Non tenet sequela, quia persona pro qua offertur sacrificium potest carere dispositionibus requisitis ut totum fructum recipiat, et hinc apparet utilitas et necessitas iterandi sacrificium. Ad animas vero purgantes quod attinet, recolatur Missam non applicari nisi per modum suffragii et juxta Dei placitum ; unde multum interest sacrificia iterare.

4° Pius VI docet applicationem sacrificii quæ fit a sacerdote magis prodesse, cæteris paribus, illis pro quibus applicatur quam aliis quibuscumque, ac idcirco specialem applicationem præcipi pastoribus pro suis ovibus[2]. — At notetur id quod dicit Pontifex : *cæteris paribus.* Bècolit tantum Missam, si omnia cætera sint paria, magis proficere illis quibus applicatur, non autem asserit fructum uni vel pluribus ita limitari ut, si alii assistentes sint majoris devotionis, Missa illis non magis prosit.

Rationes alterius sententiae videntur validiores. Valor Missæ exhauriri nequit, sicut virtus solis. Quod autem hujusmodi est virtutem suam et efficaciam innumeris subjectis applicat secundum propriam cujusque capacitatem. Unde, sicut sol æqualiter illuminat homines, sive pauci sive multi sint, ita Missa fidelibus, sive pauci sive multi sint, prodest secundum ipsorum dispositiones. Si autem ex voluntate Christi limitaretur fructus, tanto minor fieret singulorum fidelium pars, quanto major est

1. Cf. *Codicis* can. 825.
2. *Butt. Auctorem Fidei,* prop. 30; Denz., 1530.

assistentium numerus : quæ assertio sensum Christianum lædit. Sive sit pusillus grex, sive immensa parochia, Missa pastoris omnibus juxta singulorum devotionem prodest. — Quare S. *Thomas* illam limitationem quæ esset a Christo determinata penitus ignorat, sed quantitatem fructuum in sacrificio quantitati devotionis adscribit : « *Secundum quantitatem devotionis*[1]. »

Quidquid sit de probabilitate opinionum, in praxi celebrans eligat tutius, et offerat specialiter pro quibus tenetur seu in quantum debet, ac deinde, in quantum potest, pro his omnibus quibus vult ex charitate, amicitia, pietate et quovis alio titulo gratuito sacrificium applicare Ita communiter theologi. — Et, quia devotio est conditio ad recipiendum plene et integre sacrificii fructum, studeant celebrantes et assistentes pietatis et charitatis motus in seipsis excitare, ut digne possint ad amoris fontem accedere.

1. S. Tiio m., III P.. q. txxix, a. 5;

ARTICULUS QUARTUS

DE SUBJECTU SACRIFICII MISSÆ SEU DE IIS QUI POSSUNT FRUCTUS SACRIFICII PARTICIPARE

I. De vivis. — Vi suæ institutionis et quatenus est *sacrificium universale,* Missa potest olTerri pro cunctis vivis, sive justis sive peccatoribus, sive baptizatis sive infidelibus.

Contendit quidem Vasquez Baptismum esse januam sacrificii, sicut et sacramentorum Novæ Legis, atque idcirco non posse fructus sacrificii eucharistici percipi ab eo qui nondum est charactere baptismali insignitus[1].

Verum tenendum est, cum plerisque theologis, omnes homines viatores indigere fructibus sacrificii illosque percipere posse, nisi aliter determinaverit Ecclesia. Ratio est quia Missa, secundum se, tantum se extendit quantum oblatio Crucis, cujus est commemoratio, renovatio et -applicatio. Atqui sacrificium Crucis fuit immensa impetratio et propitiatio pro cunctis hominibus. Ergo et Missa valorem habet impetratorium et propitiatorium pro cunctis in statu viæ existentibus.

In *justis* quidem, possunt omnes fructus obtineri : quatenus impetratorium, Missæ sacrificium ipsis obtinet gratias pro futuro ; et, quatenus satisfactorium, remittit poenam temporalem peccato debitam. — In *peccatoribus* autem, obtinet auxilia quibus excitantur pii motus et disponitur homo ad placandum Deum et recipiendam justificationem : unde est simul sacrificium impetratorium et propitiatorium. — In *catechumenis* vero et *infidelibus,* eodem pacto operatur : quatenus impetratorium, obtinet gratias actuales quæ disponunt ad fidem et salutem ; quatenus propitiatorium, movet Deum ad ignoscendum et parcendum et concedendum dona pœnitentiæ.

1. Vasquez, disp. CCXXVII, c. in.

II. Quinam positiva lege excludantur.

Quia Ecclesia est dispensatrix spiritualium beneficiorum seu thesauri Christi, potest quosdam homines a participatione fructuum sacrificii excludere.

Hæc est *legislatio novi Codicis :*

« Can. 809. — Integrum est Missam applicare pro quibusvis tum vivis, tum etiam defunctis purgatorio igne admissa expiantibus, salvo præscripto can. 2262, § 2, η. 2.

Can 2262. — § 1. Excommunicatus non fit particeps indulgentiarum, suffragiorum, publicarum Ecclesiæ precum. — § 2. Non prohibentur tamen >1° Fideles privatim pro eo orare ; 2° Sacerdotes Missam privatim ac remoto scandalo pro eo applicare ; sed, si sit vitandus, pro ejus conversione tantum. »

Quid speciatim, *ante Codicem,* de applicatione Missæ pro infidelibus aut pro baptizatis acatholicis ?

Infidelium conversionem in Missa petere est opus Deo gratum. « Utrum liceat sacerdotibus Missam celebrare pro Turearum aliorumque infidelium intentione ?»—Resp. : « Affirmative, dummodo non adsit scandalum et nihil in Missa addatur, et quoad intentionem constet nihil mali aut erroris aut superstitionis in infidelibus eleemosynam offerentibus* subesse[1]. »

Pro iis baptizatis qui ad sectam acatholicam pertinent, applicatio non fuit semper ab Ecclesia ita universaliter permissa sicut pro infidelibus, ne putaretur schismaticorum aut hæreticorum religio æquiparari posse religioni catholicæ.-« Utrum possit aut debeat celebrari Missa ac percipi eleemosyna pro Græco-schismatico qui enixe orat atque instat ut Missa applicetur pro se, sive in ecclesia adstante, sive extra ecclesiam manente ?» — Resp. : «Juxta exposita non licere, nisi constet expresse eleemosynam a schismatico præberi ad impetrandam conversionem ad veram fidem'. »

Hæc igitur erat ante Codicem legislatio. Sed *Codex novus* ab his casibus specialibus abstrahit nec jam applicationem restringit.[2]

1. S. Officium, 12 julii 1865.

2. S. Officium, 19 aprilis 1837. — De his quætionibus practicis conferantur moralist®, v. g., Lehmkuhl, t. II, n. 242 ss.

III. De defunctis. — Jam exposuimus qua ratione Missa prosit defunctis. Nulla movetur difficultas de his defunctis qui fuerunt Ecclesiæ aggregati et in pace Ecclesiæ obierunt. Quid vero de aliis qui fuerunt per actus contritionis salvati absque regenerationis sacramento ? Theologi alii aliter opinantur[1].

Plures existimant januam spiritualium thesaurorum in Nova Lege nonnisi per Baptismum aperiri, ac proinde Missam, quatenus nomine Ecclesiæ offertur, non posse nisi iis qui fuerunt in hac vita filii Ecclesiæ prodesse. — Alii reponunt omnes animas in purgatorio existentes unam spiritualem societatem efficere atque idcirco pares omnes esse tum quoad satisfactiones tum quoad suffragia participanda. — Alii demum distinguunt : etiamsi valor Missæ satisfactorius, quatenus est ex opere operato, nequeat iis defunctis applicari qui non fuerunt in hoc mundo membra Ecclesiæ, potest tamen Missa illis prodesse ex opere operantis, quia vi communionis sanctorum justi possunt aliis justis suas satisfactiones concedere.

Quidquid sit, potest celebrans habere intentionem opitulandi, quantum est de se, omnibus animabus in purgatorio detentis.

IV. Limitationes ab ecclesiastica lege positse.

Potuit iterum Eccclesia speciales addere prohibitiones. Sic generatim denegavit suffragia et sacrificium Missæ iis omnibus quos sepultura ecclesiastica privat vel quos externo suo judicio pronuntiat esse extra viam salutis. Unde S. Officium, die 7 april. 1875, respondit pro iis qui in manifesta hæresi moriuntur Missam offerri non licere, etiamsi applicatio nota sit sacerdoti tantum et illi qui dat ■leemosynam[2]. Quanquam non decernit Ecclesia aliquem esse damnatum nec inficiatur aliquos potuisse in bona fide •xistere, nolebat *olim* in foro externo thesauros suos largiri iis qui extra ipsam noscuntur defuncti. Si de facto ex illis nonnulli in statu gratiæ decedunt, Misericordia infinita innumeris modis post hanc vitam ipsis opitulari valebit.

1. Cf. Suarez, disp. LXXVIII, sect. 2, η. 6, et sect. 79, η. 10.
2. *Acia S. Sedis,* xxv, p. 445.

Codex novus permittit Missam applicari « pro quibusvis defunctis purgatorio igne admissa expiantibus » (can. 809). Sed, si agitur de defuncto excommunicato non vitando, fieri debet applicatio « privatim ac remoto scandalo » ; pro vitando autem excommunicato defuncto Missam applicare nullatenus licet (can. 2262). Insuper applicatio publica prohibetur pro iis quibus denegata est ecclesiastica sepultura : nam « excluso ab ecclesiastica sepultura deneganda quoque sunt tum quaelibet Missa exsequialis, etiam anniversaria, tum alia publica officia funebria. » (can. 1241).

V. De beatis. — Sacrificium proprie offertur Deo, ad agnoscendum supremum ejus dominium, ad reddendam ejus majestati læsæ reparationem condignam, offensæ adæquatam, ad gratias ipsi pro innumeris beneficiis rependendas, ad auxilia petenda quibus perpetuo indigemus. At, sicut templa, licet soli Deo dicata, possunt in honorem sanctorum ædificari, ita sacrificium, licet Deo tanquam actus latriæ reservetur, potest tamen *in honorem sanctorum* offerri.

Protestantes hanc calumniam contra catholicam Ecclesiam invexerunt, quod speciem idololatriæ erga sanctos admitteret. Quibus respondet Concilium Tridentinum : « Et, quamvis in honorem et memoriam Sanctorum nonnullas interdum Missas Ecclesia celebrare consueverit, non tamen illis sacrificium offerri docet, sed Deo soli, qui illos coronavit, unde nec sacerdos dicere solet : Offero tibi sacrificium, Petre, et Paule, sed, Deo de illorum victoriis gratias agens, eorum patrocinia implorat, ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in coelis, quorum memoriam facimus in terris[1]. » « Si quis dixerit imposturam esse Missas celebrare in honorem sanctorum et pro illorum intercessione apud Deum obtinenda, sicut Ecclesia intendit : A. S.*. »

Sic autem proponi potest explicatio theologica. Primo, potest sacrificium Deo ingratiarum actionem offerri pro donis quæ sanctis suis contulit ; at tunc Missa proprie non offertur pro sanctis, sed Deo ad beneficia recolenda. — Secundo,[2]

1. Sees. XXII, cap. ni ; Denz., 941.
2. Can. 5 ; Denz., 952.

ad procurandum immediate sanctorum gloriam et honorem, nempe ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem. Quo pacto oramus potius pro nobis quam pro sanctis, petendo scilicet nostram sanctificationem, quæ sanctos honorat. — Tertio, ad petendam extrinsecam sanctorum felicitatem. Licet enim beatitudo essentialis nunquam in beatis mutetur, possunt suscipere gaudia quædam accidentalia[1] ex eo quod vident Deum honorari in ipsorum glorificatione super terram convertique peccatores ad bonam frugem et justos in sanctitate proficere ac Ecclesiam in cunctis prospere agere, i >um ergo impetramus horum effectuum adimpletionem, gaudium beatorum etiam postulamus. Quod itaque postulatur directe est adimpletio horum effectuum, quod autem petitur indirecte est beatitudo sanctorum accidentalis inde resultans[2].

VI. Applicatio fructuum sacrificji eucharistici. — Triplex distinguitur in sacrificio fructus, scilicet : fructus *generalis,* quem omnes fideles participant, præsertim illi qui sacrificio assistunt ; fructusque *specialis,* quem intendit sacerdos determinatis personis applicare ; ac fructus demum *singularis,* qui celebranti obvenit eique proprius remanet.

Quantum ad fructum *generalem,* nulla requiritur specialis applicatio : eo ipso quod sacerdos vult secundum intentionem Ecclesiæ celebrare, sacrificium sortitur effectus illos communes pro tota societate fidelium. — Idem dicendum de fructu *singulari,* quippe qui annectatur dignæ celebrationi et ministrum infallibiliter ditet, nisi ponat ille obicem.

Ut vero obtineatur totaliter fructus specialis, *requiritur applicatio jacta a celebrante.* Licet admittamus[3] Missæ valorem ad determinatas personas non restringi, sed posse innumeris prodesse, confitemur aliunde cum Pio VI sacri-

1. Cf. S. Thom., *IV Sent.,* dist. XII, q. n, a. 1, quæstiunc. ii; et dist. XLV, q. n, a. 2, quæstiunc. iv, ad in.

2. Cf. Suarez, disp. LXXVIII, sect., 3, η. 8 ; Coghlan, op. cit., pp. 508-510.

3. Supra art. in, n. xi

ficium, cæteris paribus, specialem afferre fructum iis pro quibus specialiter applicatur. Ad sacerdotem spectat, qui vices gerit Christi ejusque nomine agit, jntentionein determinare ; defectu cujus intentionis, fructus ille specialis non applicatur, sed remanet in generali Ecclesiæ thesauro. — Debet autem fieri applicatio *ante consecrationem, saltem ante secundam,* quum, juxta communem sententiam, utraque consecratio ad essentiam sacrificii pertineat. — Debet esse *omnino determinata* : neque enim person® indeterminata? cedit fructus specialis. Quoad cætera, consulantur moralistæ[1].

VII. Pietatis corollarium. — Concludamus ergo cum pio illo scriptore : « Quando sacerdos celebrat, Deum honorat, angelos lætificat, Ecclesiam ædificat, vivos adjuvat, defunctis requiem præstat et sese omnium bonorum participem efficit*. »

Ut autem pie compleatur totus tractatus de Eucharistia, sive ut sacrificio sive ut sacramento, quædam subjungimus de cultu Christo in Eucharistia debito.[2]

1. Cf. Lehmkuhl, t. II, n. 25$ ss. ; Pr Ommer, t. ITT etc.
2. *Imitat. J.-C.,* lib. IV. c. v.

ARTICULUS QUINTUS

DE CULTE CHRISTI IN EUCHARISTIA

I. Error Protestantium. — Qui præsentiam realem inficiantur necessario cultum latriæ denegant Christo in Eucharistia. Imo, illi etiam qui dogma præsentiæ realis retinent cultum illum impetunt[1]. Adorandam quidem dicunt Christi divinitatem, quæ præsens in templis adest, vel in coetu fidelium, juxta illud : « Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum[2] » ; at vero adorandam humanitatem ejus in Eucharistia, etiamsi substantialiter ibi adsit, minime convenire : tum quia Christus hujusmodi praeceptum nunquam indixit, tum quia talis cultus contrariaretur fini Eucharistiæ, in qua se habet Christus ut cibum et potum fidelium. Eadem ratione excludunt solemnitates speciales in honorem SS. Eucharistiæ ac processiones in quibus defertur hoc sacramentum.

II. DOCTRINA CATHOLICA. — Concilium Tridentinum nervose confutat errores et mirifice doctrinam catholicam exponit ac vindicat : « Nullus itaque dubitandi locus relinquitur quin omnes Christifideles pro more in catholica Ecclesia semper recepto latriæ cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo sacramento in veneratione exhibeant. Neque enim ideo minus est adorandum quod fuerit a Christo Domino, ut sumatur, institutum. Nam illum cumdem Deum præsentem in eo adesse credimus, quem Pater æternus introducens in orbem terrarum dicit : *El adorent eum omnes angeli Dei*[3]*,* quem Magi *procidentes adoraverunt*[4]*,* quem denique in Galilæa ab Apostolis *adoratum* fuisse Scriptura testatur[1]. Declarat præterea sancta Syno-

1. Cf. Stone, t. II, p. 535 ; Gore, *The Body of Christ,* pp. 99-110.
2. Matt ii., xviii, 20.
3. *Hevr.,* i, 6, ex Ps. xcvi, 7.
4. Matth., ii, 11.

dus pie et. religiose admodum in Dei Ecclesiam inductum fuisse hunc morem ut singulis annis peculiari quodam et festo die præcclsum hoc et venerabile sacramentum singulari veneratione ac solemnitate celebraretur, utque in processionibus reverenter et honorifice illud per vias et loca publica circumferretur. Æquissimum est enim sacros aliquos statutos esse dies, cum Christiani omnes singulari ac rara quadam significationes gratos et memores testentur animos erga communem Dominum et Redemptorem pro tam ineffabili et plane divino beneficio, quo mortis ejus victoria et triumphus repræsentatur. Atque sic quidem oportuit victricem veritatem de mendacio et hæresi triumphum agere, ut ejus adversarii in conspectu tanti splendoris et in tanta universae Ecclesiæ lætitia positi vel debilitati et fracti tabescant vel pudore affecti et confusi aliquando resipiscant[1]. »

Novus Codex quoque dicit : « *Christo Domino, eliam sub speciebus sacramenlalibus, debetur cultus lalriæ*[3]. »

III. Rationes theologicæ. — Necesse non fuit ut praeceptum speciale a Christo imponeretur, nam ex ipsa præsentia reali derivatur, sicut nec speciale præceptum indictum fuit Magis ut adorarent Christum in cunabulis, aut Apostolis ut Verbum incarnatum cultu latriæ colerent, aut turbis Judæorum ut Christum per vias Jerusalem ducerent, clamantes : Hosanna Filio David[4]. Christus quippe, unigenitus Dei Filius, adorandus est cultu latriæ ubicumque est præsens, totusque adorandus cum sua humanitate ac ejusdem partibus : humanitas enim Verbo hypostatice unita una eademque adoratione cum divinitate ipsa adoratur, non separatim, sed in illo toto quod est Christus Atqui in Eucharistia continetur substantialiter præsens Homo Deus, Filius Dei Unigenitus, Christus Jesus. Ergo in Eucharistia exhibendus est Christo cultus supremus latriæ., qui Deo debetur. Licet Christus in hoc sacramento fiat cibus et potus fidelium, remanet tamen verus Deus, cui debemus adorationem, honorem et amorem.

1. Matth., xxviii, 17.
2. Sess. XIII, cap. v ; Denz., 878.
3. Can. 1255.
4. Matth., xxi, 1-10.

IV. De cultu qui speciebus sacramentalibus debetur. — « Possunt, praecisione facta a Christo sub illis præsente, in se ut signum sacrum considerari ; et sic consideratis potest respectus religiosus inferior illis exhiberi, qualis exliibetur cæteris sacramentis. Si autem, ut ordinarie accidit, considerentur conjunctim cum Christo sub illis præsente, qualis cultus tribuitur illis, quando Christus adoratur ? Communiter auctores dicunt species adorari, quando adoratur Christus, sicut vestimentum pontificis aut regis honoratur, quando honoratur pontifex aut rex. Juxta Vasquez, hæc honoratio est mere externa. Juxta Lugonem, unus cultus tribuitur regi ct regia) purpuræ seu regi vestito, sed ut exhibetur purpuræ mere relativus est ; et idem dicit de speciebus eucharisticis[1]. Sed, sicut qui honorat pontificem aut regem non est sollicitus de veste honoranda, sed de honorando pontifice aut rege, sic nos adoramus formaliter Christum, Unigenitum Filium Dei, præsentem sub speciebus, et hoc ipso sufficiens respectus exhibetur speciebus, quin necesse sit explicite cogitare de illis honorandis[3]. »

V. De publicis solemnitatibus, processionibus, congressibus eucharisticis, etc.

Rationem ac necessitatem harum solemnitatum audivimus ex Concilio Tridentino : quia oportet veritatem ac dogma coram omnibus vindicare et Christi triumphum publice propalare. Dum societas hodierna politico atheismo practice adhæret, necesse omnino est ut cultus externus Deum et jura Dei solemniter agnoscat ac Deum hominem lactum et cibum viatorum magnifice prædicet, quasi processiones illæ triumphanti voce clamarent : Tu es Christus, t'ilius Dei vivi, Rex noster et Dominus !

Ouo ergo efficacius propellatur indifferentismus ille universalis, oportet ut manifestationes fiant universales, in toto mundo, ut omnis lingua confiteatur quoniam Jesus (ihristus etiam factus cibus viatorum in gloria est Dei Patris. Hic est igitur finis conventuum illorum ex omnibus gentibus adunatorum : regnum Christi sociale magis ac[2]

1. Lugo, *De Incarn.,* disp. XXXVI, sect. 5, n. 72.
2. Coghlan, op. cit., pp. 517-518.

magis promovere ac dilatare, et mysterium triumphi inchoare[1].

VI. Tractatus conclusio. — Sit ergo pro nobis Eucharistia mysterium *amoris* in vita, robur ac viaticum in morte : ac demum præstet *triumphum* sine fine, quum erit Deus omnia in omnibus !

1. Juxta Codicem Juris Canonici (can. 1291. § 1), « nisi locorum circumstantiae, prudenti Episcopi judicio, aliud exigant, die festo Corporis Christi unica tantum sollemnisque per publicas vias processio in uno eodemque loco fieri debet ab ecclesia digniore... »

TRACTATUS DE PŒNITENTIA

AD *QQ.* LXXXIV-XC S.THOMZE IN III P. ET QQ I-XXIX IN SUPPLEMENTO

Intendebat Angelicus tractatum de Pœnitentia absolvere, disserendo de ipsa pœnitentia, de effectibus, de partibus, de suscipientibus, de potestate ministrorum quæ ad claves pertinet, de solemnitate hujus sacramenti. Felici autem transitu ad coelestem patriam prævcntus, scribendi finem fecit ; jamque oportet ex *Supplemento* rem complere.

Præcipuas quæstiones versabimus quæ respectum dogmaticum habent, innixi principiis Aquinatis, quem Pius XI *Doclorem Communem Ecclesiæ* appellat. Imprimis loquendum venit de ipso sacramento.

QUÆSTIO PRIMA

DE IPSO PŒNITENTIÆ SACRAMENTO

AD Q. LXXXIV S. THOMÆ[1]

Duplicem respectum habet pœnitentia, cum sit simul sacramentum et virtus. Prius quidem, ordine generationis, est virtus quam sacramentum ; nam in omni statu post lapsum, etiam ante legem datam, fuit virtus pœnitentiæ, licet non exstiterit sacramentum Pœnitentiæ[2]. Quapropter nonnulli auctores prius de virtute quam de sacramento disserunt. Attamen, si res inspicitur, non in se præcise, sed in ipso tractatu de sacramentis, prius est de sacramento quam de virtute sermo habendus, quia sub hoc respectu virtus est tantum pars sacramenti ; et idcirco præsupponit notionem ipsius sàcramenti, sicut generatim prius de sacra-

1. Consuli possunt Commentatores S. Thomæ in h. I. ; et inter recentiora opera.: P. PbQmmer, O. P., *Moral.,* t. III ; P. Galtier, S. J., *De Pœnitentia, Tractatus Dogmatico-Historicus ;* P. Pesch, S. J., t. VII.

2. Cone. Trident., Sess. XIV, cap. I : Denz., 894.

mento aliquo disseritur quam de ejus materia vel forma. Et hæc est methodus quam adhibet Angelicus. Imprimis est asserenda et vindicanda existentia sacramenti, a. 1 deinde considerantur essentialia sacramenti, aa. 2 et 3, et hinc etiam sermo fit de manuum impositione, quæ, licet non sit de essentia, est ritus in Ecclesia antiquissimus, a. 4 ; postea attenditur hujus sacramenti necessitas, a. 5, ac proinde ejus ordo cum ceteris sacramentis, ostenso illud esse secundam post naufragium tabulam, a. 6 ; demum accidentalia expenduntur, scilicet institutio, a. 7, duratio, a. 8, continuatio, a. 9, iteratio, a. 10.

ARTICULUS PRIMUS

DE EXISTENTIA SACRAMENTI PŒNITENTIÆ

AD ART. I S. THOM7E

I. Diversa nomina quibus hoc sacramentum insignitur. — Quatenus consideratur respectu peccati quod debet removere, delere, reparare per debitam satisfactionem, dicitur proprie *poenitentia,* quasi nos teneat pœna commissi peccati ; et a Græcis *μετάνοια,* quæ vox expressius significat retractationem prioris voluntatis seu resipiscentiam. « Resipiscit enim, ait Lactantius, ac mentem «uam quasi ab insania recipit, quem errati piget ; castigatque seipsum dementiæ et confirmat animum suum ad rectius vivendum ; tum illud maxime cavet, ne rursus in eosdem laqueos inducatur[1]. » Si autem spectatur propria peccati accusatio, dicitur *exomologesis* seu *confessio ;* et, quatenus hæc confessio fit externe et publice, in ordine ad ecclesiasticam communionem, jam nominatur mysterium seu *sacramentum reconciliationis ;* ac iterum, quia in hac reconciliatione sacerdos pœnitenti manus imponebat, dicitur *manus impositio,* quæ appellatio, licet de sacramento valeat, per se tamen innuit canonicam poenitentiam. Si vero attenditur ex parte formæ, quæ a sacerdote profertur, habetur *sacramentum absolutionis.* Demum,

1. Lactant., *Instil, divin.,* lib. VI, c. XXIV ; *P. L.,* VI, 722.

si consideratur ex parte effectus, qui est hominem lapsum reparare, dicitur *secunda post naufragium tabula*[1]; et attento modo quo fit, cum labore et poena satisfactoria, *laboriosus quidam baptismus* a Patribus dicitur[2].

II. Errores. — Multiplex hac de re fuit errorum forma. *Novalianus,* ut testantur plures insignioris famæ Patres, negavit ullam esse in Ecclesia potestatem remittendi peccata post baptismum commissa, quæ, si condonantur, a solo Deo remittuntur, non autem vi clavium seu per potestatem judicialem Eccleéîæ. Paulatim quidem discipuli Novatiani errorem emollierunt, ita scilicet ut Ecclesia possit relaxare veniam levioribus peccatis, non tamen graviora remittere crimina; at in principio Novatianus absolute pronuntiavit non esse penes Ecclesiam jus reconciliandi peccatores post baptismum lapsos. Ita testantur S. Athanasius, S. Ambrosius, S. Epiphanius[3].

Secunda erroris forma est quam tenuerunt deinceps *Novatiani,* ut refert Socrates[4], et *cum Monlanistis Tertullianus,* qui contendit quædam peccata quidem esse remissibilia in Ecclesia, alia vero, ut homicidium, idololatriam, mœchiam, non posse remitti nisi a solo Deo, in morte, post peractam in præsenti vita poenitentiam[5].

Tertia erroris forma est *Proleslanlium,* qui vel simpliciter negant poenitentiam esse sacramentum, vel volunt non aliud esse quam viam ac reditum ad baptismum, aut memoriam baptismi jam suscepti cum fide remissionis peccatorum[6].

Demum *modernistæ* dicunt: « Usus conferendi baptismum infantibus evolutio fuit disciplinaris, quæ una ex causis exstitit ut sacramentum resolveretur in duo, in baptismum scilicet et poenitentiam... Imo, etiam postquam poeniten-

1. S. Hieron., *Epist. CXXX,* ix; *P. L.,* xxm, 1115.
2. Cf. Cone. Trid., Sess. XIV, cap. n; Denz., 895.
3. S. Athanas., *Epist. IV ad Serap.,* xm; *P. G.,* xxvi, 654; S. Ambros., *de Poenit.,* lib. I, c. m; *P. L.,* xvi, 469; S. Epiphan., *Hæres., ὐχ,* l; *P. G.,* xli, 1018.
4. Socrat., *Hist. Eccles.,* lib. VII, c. xxv; *P. G.,* lxvii, 789.
5. Cf. Tertull., *De Pudicit.,* c. n, m, ix, xvm, etc.; *P. L.,* n,. 986 ss., 1018 ss.
6. Luther., *De capliu. Babylon.;* Calvin., *Instit.* lib. IV, C. xix. — Cf. B. Bellarm., lib. I, c. ix.

lia tanquam Ecclesiæ institutio agnita fuit, non appellabatur sacramenti nomine, eo quod haberetur uti sacramentum probrosum[1]. »

III. veritas CATHOLICA plura capita complectitur. — Importat : 1° esse *in Ecclesia veram poleslalem* remittendi peccata post Baptismum commissa ; 2° remedium remittendi illa peccata esse verum ac proprie dictum *sacramentum a Baptismo distinctum,* perpetuo in Ecclesia permansurum ; 3° officium remittendi peccata non esse nudum ministerium declarandi remissa esse peccata confitenti, sed *potestatem proprie judicialem ;* 4° potestatem Ecclesiæ *exlendi ad omnia peccala,* etiam graviora, ita ut nullum sit peccatum quod nequeat in hac vita vi clavium remitti. — Quæ singula sunt probanda et vindicanda.

IV. Prima conclusio : Est in Ecclesia Christi potestas, non solum Apostolis, sed et ipsorum successoribus concessa, remittendi peccata post Baptismum commissa. — DE FIDE,

Duplex est textuum evangelicoruin series: alii *promittunt poleslalem clavium universalem* in Ecclesia ; alius refert ipsam *institutionem seu collationem hujus poleslalis* respectu peccatorum remittendorum.

Petro dixit Christus : « Tibi dabo claves regni coelorum ; et quodeumque ligaveris super terram erit ligatum et in cœlis ; et quodeumque solveris super terram erit solutum et in coelis[2]. » Apostolis autem omnibus : « Quæcumque alligaveritis super terram erunt ligata et in coelo, et quæcumque solveritis super terram erunt soluta et in coelo[3]. » Itaque Petro *promittuntur* claves regni coelorum, ceteris autem Apostolis non quidem claves regni coelorum, sed tamen potestas clavium seu jurisdictio quæ sit omnino universalis. Atqui sub illa amplitudine continetur sane potestas remittendi peccata, eo quod clauditur coelum quamdiu non remittuntur peccata, remissis autem peccatis aperitur. Ergo jam Christus promiserat in genere potesta-

1. Prop. 43, 46 damn, decreto *Lamentabili,* 3 Julii 1907 ; Dbnz., 2043, 2046.
2. Matth., xvi, 19.
3. Matth., xviii, 18.

tern remittendi peccata, licet nondum egerminate et in specie.

Post resurrectionem vero *contulit* in specie illam potestatem. « Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflavit et dixit, eis : Accipite Spiritum Sanctum ; quorum remiseritis peccata remittuntur eis et quorum retinueritis retenta sunt[1]. » Quibus verbis contulit potestatem remittendi peccata, prout illdm ipse habet. Atqui potestas quam ipse habet est potestas, non tantum declarandi peccata esse remissa, sed remittendi vere ac proprie peccata, sicut remittit et delet ipse Deus. Quod probaverat Christus miraculo, nempe curando paralyticum : « Ut autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico : Surge, tolle lectum tuum et vade in domum tuam. Et surrexit et abiit in domum suam[2]. » Ergo Apostolis contulit potestatem remittendi, delendi, abluendi peccata coram Deo. — Potestas autem illa respicit *peccala post Baptismum commissa.* Nam potestas clavium jam promissa fuerat respectu membrorum Ecclesiæ : « dic Ecclesiæ[3] » ; et hic etiam verbum « retinere, *κρατεῖν* », indicat potestatem in subditos. Atqui homines fiunt membra Ecclesiæ et subditi Apostolorum per Baptismum. Ergo peccata quæ per potestatem clavium remittuntur sunt peccata hominum baptizatorum, seu peccata post Baptismum commissa. — Competit autem illa potestas *Apostolorum successoribus.* Nam pertinet ad constitutionem Ecclesiæ, non minus ac potestas baptiznndi, confirmandi et consecrandi, et idcirco tamdiu remanet quamdiu persistit Ecclesia Christi[4][5]

Quod optime exponunt SS. Patres. « Si ergo, ait S. Pacianus, et lavacri et chrismatis potestas, majorum et longe charismatum, ad episcopos inde descendit, et ligandi quoque jus adfuit et solvendi®. » Quapropter testatur S. Cyprianus esse in Ecclesia potestatem permanentem qua peccatorum remissio fit per sacerdotes coram Deo. « Confiteantur

1. Joan., xx, 21-23.
2. Matth., ix, 6-7.
3. Matth., xvhi, 17.
4. Quoad difficultates fleri solitas, cf. P. Galtier, op. cit.. Thés. IX.
5. S. Pacianus, cf. *ad Sympr.,* n. 6 ; *P. L.,* xm, 1079.

singuli... delictum suum, dum adhuc qui deliquit in sæculo est, dum admitti confessio ejus potest, *dum satisfactio el remissio per sacerdotes apud Dominum grata est*[1]. »

Hinc concludit Concilium Tridentinum : « Quo tam insigni facto et verbis tam perspicuis potestatem remittendi et retinendi peccata ad reconciliandos fideles *post Baptismum lapsos Apostolis el eorum legitimis successoribus* fuisse communicatam, universorum Patrum consensus semper intellexit[2]. »

V. Secunda conclusio : Remedium remittendi peccata sensu explicato est verum sacramentorum a Baptismo distinctum, permanenter in Ecclesia institutum.

Verba Christi indicant ritum *sensibilem,* nam agitur de quodam foro supernatural!, quo homines in alios homines exercent suam potestatem, modo humano, ac proinde externo et visibili, sicut ipsa natura humana. Ritum *collalioum gratiæ,* siquidem remittit et abluit peccata vere et coram Heo, quod nonnisi infusione gratiæ sanctificantis fieri potest. *Distinctum a Baptismo :* ea quippe distincta sunt quæ diversa occasione diversisque verbis instituuntur, jam vero Christus potestatem baptizandi diversa prorsus occasione instituit et aliis verbis : « Euntes docete..., baptizantes[3][4]. », insuper ritus Baptismi exercetur in eos qui nondum sunt de foro Ecclesiæ et fit semel, ritus autem remittendi peccata exercetur in eos qui sunt jam Ecclesiæ subditi et fieri potest indefinite, absque restrictione. Ergo sunt duo ritus simpliciter distincti. *Permanenter institutum,* eo quod, ut vidimus, pertinet ad constitutionem Ecclesiæ, sicut ipsum ministerium, cujus est pars ; et, cum finis ejus sit perpetuus, debet tamdiu durare, quamdiu fideles indigebunt remissione peccatorum, nempe usque ad consummationem sæculi.

Concinit tota traditio ecclesiastica. Quando Novatianus potestatem clavium impetivit, Ecclesia statim ipsi restitit : quapropter fuit in synodo Romana damnatus[1], el. ejus discipuli, qui *Calhari* vocabantur, habiti sunt sem-

1. Cf. Cyprian., *Epist. LV,* c. xxix ; edit. Hartel, 258.
2. Sess. XIV, c. i ; Denz., 894. Cf. can. 3 ; Denz., 913.
3. Mattr., xxviii, 19.
4. Cf. Euseb., *Hist. Eccles,* lib. VI, c. χνιπ ; *P. G.,* xx, G15.

per ut haeretici, qui reconciliatione indigebant, priusquam ad Ecclesiam catholicam admitterentur, prout praescribit Concilium Nicænum[1].

Constat insuper ex omnibus documentis quibus vindicatum est supra dogma de septenario sacramentorum numero. Citandæ sunt definitiones Concil. *Later.* iv : « Et, si post susceptionem Baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram potest semper pœnitentiam reparari[2] » ; et *Florentini :* « Quartum *sacramentum* est Poenitentia[3] » ; et *Tridentini :* « Dominus *sacramentum* Pœnitentiæ tum præcipue instituit, cum a mortuis excitatus insufflavit in discipulos suos dicens · « Accipite Spiritum Sanctum[4]*. Si quis dixerit in catholica Ecclesia Pœnitentiam non esse *vere el proprie sacramentum* pro fidelibus, quoties *post Baptismum* in peccata labunturJpsi Deo reconciliandis, a Christo Domino nostro institutum, A. S,[6] » ; et in secundo canone definit esse distinctum a Baptismo — Demum S. *Officium* damnat propositiones quibus modernistæ hoc dogma impetunt®

Accedit ratio theologica (S Thom. hic). Sacramentum est signum practicum rei sacræ sanctificantis homines. Atqui Poenitentia est signum hujusmodi : tum ex parte pœnitentis, quia illi actus quibus dolorem suum manifestat et. peccata confitetur indicant cor ejus a peccatis recedere ; tum ex parte sacerdotis absolventis, nam absolvere a peccatis est proprie abluere et sanctificare hominem. Ergo Pœnitentia est verum sacramentum. In illa *sacramentum tantum* est ritus ipse sensibilis, constans ex materia et forma ; *res tantum* est remissio peccati per infusionem gratiæ ; *res et sacramentum* est pœnitentia interior, quæ toto ritu significatur et iterum significat gratiam et ad illam producendam suo modo concurrit.

VI. Tertia conclusio : Potestas remittendi peccata per «aeramentum Pœnitentiæ est potestas vere JUDICIALIS. —

1. Can. 8; Denz., 55.
2. *Id.,* 430.
3. *Id.,* 699.
4. Sess. XIV, cap. i ; Denz., 894.
5. *Ibid.,* can. 1 ; Denz., 911. Cf. etiam can. 2 ; Denz., 912.
6. Decret. *Lamentabili,* prop. 43, 47.

Est de fide, ex Concilio Tridentino, contra protestantes : « Dominus Noster Jesus Christus, e terris ascensurus ad coelos, sacerdotes sui ipsius vicarios reliquit tamquam *præsides et judices,* ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Christi fideles ceciderint, qui pro *potestate clavium* remissionis aut retentionis peccatorum *sententiam* pronuntient1... Si quis dixerit absolutionem sacramentalem sacerdotis non esse *actum judicialem,* sed nudum ministerium pronuntiandi et declarandi remissa esse peccata confitenti, A. S.[2] »

Potestas judicialis duo importat : 1° dicit potestatem ferendi sententiam ex auctoritate, ita ut qui illam lert non sit merus arbiter, sed *verus judex,* qui judicium ex officio pronuntiat ; 2° requirit ut feratur sententia, non ad libitum seu beneplacitum judicis, nec gratuito, sed *juxta meritum causæ,* dimittendo vel retinendo, absolvendo vel condemnando, et taxata poena juxta ipsa delicta. Atqui utcumque concurrit in sacramento Pœnitentiæ. Ergo potestas illa est vere judicialis. — Probatur min. Ex ipsis verbis institutionis exhibetur Poenitentia instar cujusdam fori, in quo Apostoli eorumque successores habent *jus proferendi sententiam* retentionis vel remissionis, « quorum remiseritis... remittuntur... ; quorum retinueritis, retenta sunt » ; tantique momenti apparet illa potestas, ut dicatur « potestas clavium[3] », ad aperiendum, per remissionem, vel claudendum, per retentionem. Sic habetur primum elementum. At vero, ut feratur vera sententia remissionis vel retentionis, debet servari *ordo justitiae,* nec sufficit clavibus uti pro libitu ; quod requirit ut judicium proferatur juxta meritum causæ et poena juxta delicta determinetur ; jamque indicatur alterum elementum.

Quam potestatem judicialem primaeva traditio asserebat, dum dicebant *Constitutiones Apostolicæ : « Judica igitur, episcope,* potestate fretus, *tamquam Deus.*[4] »

Hinc apparet discrimen inter *remissionem peccatorum* in Baptismo et remissionem in Poenitentia : in Baptismo *condonantur gratiose,* quia *renascitur* homo ; in Poenitentia

1. Sess. XIV, cap. v ; Denz., 899.
2. *Ibid.,* can. 9; Denz., 919.
3. Cf. S. Thom., *Supplem.,* q. xvn.
4. *Constit. Apotol.,* lib. II, c. xi ; *P. G., i,* 614.

liidicialiter remittuntur, quia hic servatur modus *justi indiciil.*

VII. **Quarta conclusio : Potestas remittendi peccata ita se extendit ad omnia, ut nullum sit peccatum quod** nequeat vi clavium remitti. — Est de fide, ut ex probationibus statim afferendis consLabjt, contra illos haereticos qui, licet concederent omnia peccata posse a Deo dimitti, contendebant tamen quædam peccata graviora, ut apoblasiam, adulterium, homicidium, non posse ab Ecclbsia potestate clavium remitti. Ostendemus, omnino, potestatem illa importari in verbis *Scriptura:,* fuisse *semper ab r.cclesia usurpatam* authenticisque *declarationibus* comprobatam et in ipsa *notione clavium* includi.

VIII. 1° Verba Scripturæ illam potestatem universalem important. — Etenim verba institutionis : *quorum remiseritis peccata, remittuntur eis,* innuunt potestatem quæ nulla excefitione restringitur, quæ tantum patet quantum ipsa peccata quæ possunt post Baptismum committi, lix quibus manifeste constat esse in Ecclesia remedium pro peccatis post Baptismum semper remittendis nec ullum supponi delictorum genus in quæ non extendatur potestas Apostolis eorumque successoribus concessa.

Objicitur 1° : Restrictionem ponit ipse Christus, dum asserit peccatum in Spiritum Sanctum nunquam remitti, nunquam remissum iri nequein hoc sæculoneque in futuro*.

Resp. peccatum illud dici irremissibile etiam eoram Deo, ct idcirco difficultatem non contra nos tantum militare, sed contra adversarios, qui contendunt peccata quædam esse irremissibilia coram Ecclesia dumtaxat. In hoc igitur textu sermo non est de remissione peccati quæ fit

1. « Alius præterea est Baptismi et alius Pœnitentiæ effectus. *I'rr Baptismum* enim *Christum induentes,* nova prorsus in illo illicimur creatura, plenam et integram peccatorum omnium remissionem consequentes : ad quam tamen novitatem et integritatem per sacramentum Pœnitentiæ sine magnis nostris fletibus H laboribus, divina id exigente justitia, pervenire nequaquam possumus, ut merito Poenitentia laboriosus quidam baptismus a •unctis Patribus dictus fuerit. » Gone. Trid., Sess. XIV, c. u ; IhtNz., 895.

Γ 2. Matth., xii, 31, 32.

ab Ecclesia per potestatem ciavium, sed alia prorsus acceptione dicitur irremissibile peccatum in Spiritum Sanctum : non quod Deus nequeat aut nolit absolute illud remittere, sed quia *aliquid obslat ex parle peccatoris* ; sive *malitia,* quatenus nihil sit ex parte peccantis ex mera malitia quod veniam admittat, sive *impœnilerdia,* quæ gratias oblatas rejicit aut respuit[1].

Objiciiur 2° Paulum adjicere veram restrictionem, dum dicit : « Impossibile est eos qui semel illuminati sunt et prolapsi sunt, rursus renovari ad poenitentiam*. »

Resp. triplicem esse illius textus explicationem : 1° Patres sat communiter intelligunt : impossibile est eos qui post baptismum labuntur iterum renovari ad poenitentiam per baptismum, eo quod nequit baptismus iterati ; 2° quia hæc interpretatio non videtur sat cohærere cum contextu, alii reponunt sensum Apostoli esse : hominum poenitentiam qui, contemptis tot ac tantis gratiis, voluntarie defecerunt a lide, esse difficillimam, seu impossibilem, attenta communi Dei misericordia, sed quodam spirituali miraculo indigere ; 3° impossibile non est lapsoe renovari simpliciter, sed impossibile est eos renovari en conversione quæ jam fuit ab operibus mortuis et per eam elementaris doctrinæ expositionem qua semel jam renovati sunt[2]. Quocirca nihil inde erui potest contra potcsstatem clavium.

Objiciiur 3° textus Joannis : « Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, et dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis[3]. »

Resp. : Peccatum ad mortem intelligitur defectio a Christo, apostasia, et, eo ipso quod aliquis apostata lit, jam est a societate fidelium segregatus nec jam meretur ut fideles pro ipso orent, vel Christus oret, cum recesserit

1. De hoc textu consuli possunt : S. Augustin., *Sérm. LXΛ I,* e. v, et *Enrichidion,* c. lxxxiii ; *P. L.,* xxxvm, 445, 449, etxL, 272 ; S. Thom., 11" II"°, q. xiv, a. 3 ; Knabenbauer, *in Maith.,* vol. I, pp. 501 ss. ; A. d'Alès, *L'Edil de Callisle,* pp. 21 ss. ; P. J.-M. Lagrange, *saint Luc,* p. 355 ; *saint Marc,* p. 67 ; *saint Matthieu* p. 244 ; P. Galtier, *de Pœnitenlia,* pp. 138 ss.

2. *Hebr.,* vi, 4 ss.

3. Ita P. Galtier, op. cit., pp. 141-143.

4. I Joan., v, 16.

a Christo ; et idcirco Joannes minime præcipit ut oretur pro eo, licet non prohibeat. Iterumque animadvertatur nullatenus ad potestatem clavium alludi.

IX. 2° Nunquam in veteri Ecclesia invaluit praxis universalis denegandi quibusdam peccatis absolutionem in perpetuum. — Nullus catholicus scriptor asseruit Ecclesiam tenuisse unquam graviora peccata esse irremissibilia, quod esset inerrantiam supremi Magisterii impetere ; at quæstio versata fuit, utrum Ecclesia aliquando judicaverit non utendum esse sua potestate circa enormia delicta, propter diversa temporum adjuncta.

Petavius opinatus est in primæva periodo, scilicet primo sæculo et initio secundi, fuisse absolutionem omnibus criminibus, nullo excepto, concessam, at sæculo secundo exeunte jam invaluisse rigidiorem disciplinam quædam peccata non cobdonandi ; deinde tamen Petavius, sese corrigendo, addidit nunquam in Ecclesia receptam fuisse consuetudinem quæ moribundis peccatorum absolutionem denegaret. — Non solum Jansenistæ, sed et plures insignes scriptores sæculo XVII, ut P. Martène, docebant in veteri Ecclesia denegatam fuisse veniam tribus saltem peccatis, scilicet idololatriæ seuapostasiæ, adulterio et homicidio. Nostris diebus, nonnulli sive in Gallia, ut Batiffol, sive in Germania, ut Funk, censuerunt, his peccatis denegatam fuisse absolutionem in vita, concessam tamen in mortis articulo. — At recentissimi scriptores, ut Stufler, A. d'Alès, consentiunt theologis et nostram conclusionem vindicant[1].

Minime probatur praxim rigidiorem in universa Ecclesia invaluisse, licet in pluribus forte Ecclesiis viguerit. — Tertullianus quidem et auctor libri *Philosophournena* Callistum Papam graviter insimulant, eo quod his gravioribus peccatis veniam concedat, at Ecclesia universalis Tertulliano aut Hippolyto minime consentiebat. — Oppositum quippe videntur testari coævi scriptores. Dionysius Corinthius, sæc. II, vult « cunctos qui *a quovis lapsu sive delicio,* sive etiam ab *hærelica pravitate* resiliunt, benigne

1. Consuli possunt : A. D'Alès, *L'Edil de Callisle.* Paris, 1914 ; Γ. Pesch, Tract. I, *De Sacramento Pœnilenliæ ;* P. Galtier, De *i'anit.,* P. II, cap. II.

suscipi'. » S. Justinus dicit : « eum qui poenitentiam peccatorum agit, benignitas et humanitas Dei perinde ac justum ac peccato carentem habet[1]. » S. Irenæus nullius distinctionis meminit, sed narrat mulieres ab hæretico Marco seductas et in hæresim ac moechiam lapsas, facta exoinologesi etiam publica, fuisse iterum receptas in Ecclesiam, imo et Cerdonem fuisse ad poenitentiam sæpius admissum, qui tandem omnino ab Ecclesia defecit[3]. Apud Hermam vestigium quidem habetur disputationis seu controversia·, at generatiin Hermas sententias benigniori adhæret et omnibus peccatoribus, dummodo sincere pceniteant, condonationem omnium scelerum, etiam graviorum, pollicetur[45] — S. Cyprianus refert quidem in sua provincia introductam fuisse praxim non dandi pacem mœchis et adulteris, sed iterum animadvertit pacem apud alios dari nec diversa praxi rumpi Ecclesiæ unitatem®. Quod quidem evincit rigidiorem praxim non fuisse legem totius Ecclesia·. Paulatim hic rigor relaxatur, distinctio ita aboletur, ut scribat S. Ambrosius : « *Deus distinctionem non* facit, qui misericordiam suam promisit omnibus et relaxandi *licentiam sacerdotibus suis sine ulla exceptione concessit*[6]. »

X. **De Callisti Edicto. —** Tertullianus et auctor libri *Philosophoutnena,* quem multi adseribunt Hippolyto, videntur Callisto Papae tribuere edictum quo venia delictis etiam gravioribus conceditur. Scribit Tertullianus quasi ipsi irridendo : « Audio edictum esse propositum, el quidem peremptorium, pontifex scilicet maximus, quod est episcopus episcoporum, edicit : Ego et mœchiæ et fornicationis delicta poenitentia functis dimitto[7]. » Addit Hippolytus : « Omnibus indiscriminatim communionem

1. Apud Euseb., *II. E.,* lib. IV, c. xxm ; *P. G.,* xx, 386.
2. S. Justin., *Dial, cum Tryph.,* 47.
3. S. Iren., *Coni. Hieres.,* lib. I, c. xm, n. 7, et lib. III, c. iv, n. 3 ; *P. G.,* vn, 591, 856.
4. Ila A. (l'Alès *Pastorem* Hermæ interpretatur, *L'Edit* de *Callisto,* pp. 52 ss., 69 ss.
5. S. Cyprian., Epist. *LV,* n. 21 ; édit. Hartel, 638.
6. Ambros., *De Pœnit.,* lib. I, c. ni, n. 10; *P. L.,* xvi, 46V.
7. Tertull., *De Pudicil.,* c. i ; *P. L.,* n, 981.

offerens[1] ». Alulta de hoc decreto versarunt et critici et historici et theologi.

Callistum mitigasse veterem praxim vel *innovationem disciplinarem* invexisse censent Funk, Batiffol, Fixeront, etc. ; confirmasse potius veterem disciplinam dicunt, non tantum theologi, sed optimi nominis historici, ut Morinus, Natalis Alexander, nostrisque diebus A. d'Alès[2]. — Re quidem vera praxis remittendi omnia peccata semper viguit in Ecclesia ; imo Tertullianus, nondum Montanista, docebat peccatoribus baptizatis, dummodo vere pœniterent, remitti semel pœnitentia publica omnia delicta, nec ullum excipit[3]. Inde concludere licet Tertullianum potius mutasse sententiam, non autem Callistum innovationem induxisse. « Itaque, ait Pesch, quamdiu adversarii meliora argumenta non proferunt, quam nunc usque proposuerunt, certum manet ab Ecclesia Catholica neque ante tempora Callisti neque postea ulli pœnitenti simpliciter veniam negatam esse. Ex qua re non colligitur reconciliatis etiam omnia priora jura ecclesiastica semper restituta esse ; nam hoc certe non ita est, at non pertinet ad nostram quæstionem, in qua de sola recuperatione gratiæ ministerio Ecclesiæ obtinenda agimus[4]. »

XI. De pœnitentia publica et privata. — Concludendum est viam pcenitentiæ remansisse in Ecclesia semper apertam. Si quando Patres dicunt semel tantum concedi poenitentiam, sermo est de *pœnilenlia publica,* quæ imponebatur pro delictis publice notis, mœchia, homicidio, idololatria : « Sicut unum baptisma, ita una poenitentia, quæ tamen publice agitur[5]. » « Caute salubriterque provisum est ut locus illius humillimæ pœnitentise semel in Ecclesia concedatur[6]. » — *Pœnilenlia vero privata* semper concedebatur, ut constat ex illo S. Chrysostomi effato quod refert Socrates : « Licet millies p enitentiam egeris, accede[7]. » Recolit Siricius Papa reci-

1. *Philosophoumena,* l. IX, c. xn ; *P. G.,* xvi, 3385.
2. CI. *L'Edil de Callisto,* pp. 142 ss.
3. Tertull., *De Pœnit., P. L.,* i, 1225 ss.
4. Pesch, *Prælectiones Dogmalicæ,* t. VII, p. 34.
5. Cf. Ambros., *De Pœnit.,* lib. II, c. x, n. 95 ; *P. L.,* xvi, 520.
6. S. Augustin., *Epist. CLIU, n. 7 ; P. L.,* xxxm, 656.
7. Socrat., *Hist. Eccles.,* lib. VI, c. xxi ; *P. G.,* lxvii, 726.

divos qui ad vomitus pristinos et ad volutabra redeunt posse intra ecclesiam fidelibus oratione conjungi, quod supponit ipsos posse semper absolutione privata donari, ac ipsis concedit viaticum in morte : « Quos tamen, quoniam carnali fragilitate ceciderunt, viatico munere, cum ad Dominum coeperint proficisci, per communionis gratiam volumus sublevari[1]. »

Vetus ergo praxis breviter sic recoli potest : poenitentiam publicam semel concedi ; communionem eucharisticam concedi in morte etiam recidivis, nec denegari nisi pro quibusdam gravissimis criminibus, prout statuit concilium Eliberitanum (a. 300 vel 306) ; absolutionem privatam semper concedi sincere pœnitentibus, quæ absolutio erat vere sacramentalis, ut iterum probabitur infra*.

XII. 3° Ecclesiæ declaratio. — Quidquid sit de diversa praxi pro diversis temporibus, dogma catholicum est, quod proclamat Concilium Later, iv : « Et, si post susceptionem baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per *veram potest semper poenitentiam reparari*[2]. »

XIII. 4° Notio ipsa potestatis clavium importat ut postsit semper aperiri janua coeli per remissionem omnium peccatorum, nullo prorsus excepto, seu per actum judicialem ad omnia se extendentem.

XIV. Doctrina Codicis. — Compendiatur doctrina catholica, his paucis verbis : « In Pœnitentiæ sacramento per judicialem absolutionem a legitimo ministro impertitam, fideli rite disposito remittuntur peccata post Baptismum commissa*. » Hic recolitur : 1° Poenitentiam esse sacramentum ; 2° potestatem remittendi peccata esse judicialem ; 3e ministrum esse qui legitime impertit judicialem absolutionem ; 4° subjectum esse fidelem et idcirco hominem baptizatum rite dispositum ; 5° materiam esse peccata post Baptismum commissa, absque ulla exceptione aut restrictione.

1. *Epist. I,* n. 6 ; *P L.,* xm, 1137.
2. Interim cf. P. Galtier, Thés. XIV et Thés. XV.
3. Denzinger, 430.
4 *Codex Juris Canonici,* can. 870.

ARTICULUS SECUNDUS

*DE MATERIA ET FORMA SACRAMENTI PŒNITENTIÆ**

AD ART. 2-4 *Q.* LXXXIV S. THOM/E

I. Multiplex quæstio solvenda. — Statuta existentia sacramenti, jam inquiritur quid sit ejus essentia seu quæ sint partes essentiales et constitutive Quum autem ex tractatu de sacramentis in communi constet essentiam sacramenti ex materia et forma conflari, investigandum superest quid habeat rationem materiæ, sive remotæ sive proximæ, et rationem formæ, sensu proprio, ita ut illa materia sit pars intrinseca, essentialis seu constitutiva sacramenti.

II. Quo sensu peccata dici queant materia remota sacramenti. — Generatim dicitur materia remota ea circa quam versatur materia proxima, sicut in baptismo aqua est materia remota, circa quam versatur ablutio, quæ est materia proxima. At iterum materia circa quam potest esse materia *ex qua* constituitur sacramentum, quæ nempe est signum gratiæ et per applicationem formæ elevatur et sanctificatur et concurrit ad gratiam producendam.

Liquet omnino peccata non esse materiam *ex qua,* cum nullatenus sint consecranda et sanctificanda, sed potius sint exsecranda et delenda ; at recte dicuntur materia remota, quatenus *circa* ipsa versantur tres actus pœnitentis, contritio, confessio, satisfactio, quæ sunt materia proxima, ut mox ostendetur- Recte animadvertit Billuart : « *Peccala ut detestanda et destruenda ;* quia peccata non sunt materia ex qua, sed circa seu contra quam, sicut morbus est materia medicinæ. Et hoc sensu possent dici materia proxima, quia

1. Consuli possunt commentatores S. Thomæ in h. l. : Gonet, Billuart, 'Pr 0mmer, Salmant., Tolet, Vasquez, Bellarmin., *De Poenit.,* lib. I, c. xv ; Suarez, disp. XVIII ; Pesch, Galtier, Scot., in *IV Sent.,* dist. XVI, q. il, *De PœnH.,* disp. I, etc. Henno, Bosco.

poenitentia in ea agit ; attamen, respectu partium ex quibus integratur, est materia remota[1]. »

III. Nec omnia peccata sunt materia circa quam, sed solum actualia post Baptismum commissa. — Originale enim, cum non sit voluntarium voluntate propria, non est materia sacramenti nec cadit sub virtute pœnitentiæ proprie dictæ ; peccata autem ante Baptismum commissa non cadunt sub potestate clavium, quia hæc exercetur tantum in subditos Ecclesiæ, nempe in eos qui jam in Ecclesiam intraverunt per Baptismi januam. Quapropter Concilium Tridentinum recolit hoc sacramehtum luisse institutum « ad reconciliandos fideles *post Baptismum* lapsos » et *Codex* addit in pœnitentiæ sacramento... remitti « peccata *post Baptismum commissa*[2] ».

Mortalia sunt materia *necessaria,* quæ nempe debent subjici clavibus ; venialia autem sunt materia *sujflciens :* eo ipso enim quod sunt post Baptismum voluntarie commissa et de ipsis habetur dolor, possunt subjici clavibus et idcirco esse materia sacramenti ; sed *libera,* quia possunt remitti extra sacramentum per solam virtutem pœnitentiæ, Hinc Codex postquam dixit, absque distinctione, in hoc sacramento remitti peccata post Baptismum commissa, postea declarat materiam esse mortalia post Baptismum commissa, nondum per claves Ecclesiæ directe remissa, additque . « Peccata post baptismum commissa, sive mortalia directe potestate clavium jam remissa, sive venialia, sunt materia sufficiens, sed non necessaria, sacramenti Pœnitentiæ[3]. »

IV. De materia proxima sacramenti Pœnitentiæ. — Tres actus pœnitentis, contritionem, confessionem, satisfactionem, dici debere vero quodam sensu materiam proximam sacramenti, nemo negat, præter Lutheranos, qui volunt partes hujus sacramenti esse tantum terrores conscientiæ et fidem conceptam ex Evangelio vel absolutione, et Calvinistas, qui materiam ponunt Christianam mortificationem. Controversia autem inter scholas-

1. Billuart, diss. I, a. 2.
2. Cone. Trident., Sess. XIV. c. i ; Denz., 894 ; *Codex,* caa. 870.
3. Can. 901, 902.

ticos est utrum eo sensu sini materia, ut dici debeant partes sacramenti *inlrinsecæ* et *constitulwæ*. Stabilienda est imprimis doctrina certa : deinde versabitur quæstio scholastica.

Sententiam catholicam asserunt Concilia. Florentinum habet : « Quartum sacramentum est Poenitentia, cujus *quasi materia* sunt actus poenitentia, qui in tres distinguuntur partes Quarum prima est cordis contritio... fecunda est oris confessio... Tertia est satisfactio pio peccatis1... » Cone. Tridentinum : « Si quis negaverit ad integram et perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in pcenitente, *quasi materiam* sacramenti Pœnitentiæ, videlicet contritionem, confessionem et satisfactionem, quæ tres Pœnitentiæ partes dicuntur ; aut dixerit duas tantum esse Pœnitentiæ partes, terrores scilicet incussos conscientiæ agnito peccato, et fidem conceptam ex Evangelio vel absolutione, qua credit quis sibi per Christum remissa peccata; A. S.2. » Ubi Concilium simul et catholicam doctrinam vindicat et hæreticorum errorem excludit.

Ratio theologica in his compendiatur : Materia est ea quæ per aliqua verba prolata sanctificatur et sanctificata effectum sacramenti operatur. Atqui actus pœnitentis per verba formæ sanctificantur et sanctificati producunt effectum sacramenti, qui est remissio peccatorum ; nam entends remittuntur peccata quatenus pœnitens exhibet contritionem, confessionem et satisfactionem. Ergo illi netus sunt materia sacramenti.—Confirmatur 1°Quum hoc nacramentum sit institutum per modum actus *judicialis,* id rationem materiæ habet quod determinatur per sententiam judicis, quæ idcirco exercet munus formæ. Atqui quod in Poenitentia determinatur per sententiam judicis, nempe absolutionem sacerdotis, sunt, actus pœnitentis, scilicet contritio, confessio, satisfactio, quæ per verba formæ sanctificantur et sacramenti effectum operantur. Ergo lia bent rationem materiæ. 2° In illis sacramentis quæ Im bent effectum correspondentem humanis actibus, ipsi actus humani *sensibiles* sunt loco materiæ (art. 1, ad 1).

1. Decret, pro Armenis ; Denz., 699.
2. Sess. XIV, can. 4 ; Denz., 914.

Atqui in Pœnitentia, sicut in Matrimonio, effectus respondet humanis actibus, eo quod tum poenitere tum contractum inire sunt essentiaiitei actus humani. Ergo illi actus humani sunt loco materiæ.

Animadvertatur actus dici *loco materiæ* ab Angelico vel *quasi materiam* a Concilio Tridentino, « non quia veræ materiæ rationem non habeant, sed quia ejus generis materia non sint quæ extrinsecus adhibeatur, ut aqua in Baptismo et chrisma in Confirmatione[1]. »

V. Illi actus humani debent esse sensibiles.

Iterum recolatur sacramentum esse m genere signi et signum pro hominibus esse necessario quid sensibile, ac proinde materiam sacramenti in Pœnitentia esse actus humanos *sensibiles,* ut expresse habet S. Thomas. Quapropter requiritur ad validitatem sacramenti ut, non solum confessio, sed etiam contritio interna aliquo modo manifestetur *externe,* sive per voces, sive per suspiria, sive per gemitus aul motus quoscumque, ut in moribundis usu loquehe desl.il ul.is Ceterum, contritio per confessionem innotescit, et idcirco evadit sensibilis eo ipso modo quo fieri potest confessio.

VI. An tres illi actus sint partes intrinsecae et componentes. — Multiplex fuit in scholis hac de re sententia. *Schola scolislica*[2] et *plures olim scholastici,* ut Gabriel Biel, docuerunt, solam partem intrinsecam esse formam, seu absolutionem sacerdotis, contritionem vero et confessionem esse dispositiones seu conditiones necessario requisitas, satisfactionem autem esse potius sacramenti fructum *Durandus,* cui adhæret *Marsilius,* reponit sacramentum Pœnitentiæ ex duobus intrinsece componi, ex absolutioni· sacerdotis et confessione pcenitentis, qontritionem vera non esse partem intrinsecam, cum non sit sensibilis sed spiritualis, nec satisfactionem, quæ sacramentum sequit m

1. Catechism. Cone. Trid., *de Partit.,* n° 17. — quapropter in alio loco Concilium loquitur de *materia* sine addito : « Hoc sacrii mentum mullis rationibus a Baptismo differre dignoscitur, n.uii praeterquam quod *materia el /orna, quibus sacramenti essentia perfleitur,* longissime dissidet... » Sess. XIV, c. n ; Denz., 895.]

2. Cf. Scot., *IV Sent.,* dist. XIV, q. iv, n. 30 : « *Pœnitentia est absolutio,* id est quædam sententia absolvens reum. »

— Aliunde excedit *Solo,* dum dicit essentiam sacramenti in solis actibus pœnitentis adæquate reponi, ita ut forma, seu absolutio sacerdotis, sit tantum per modum complementi.

Senlenlia S. Thomæ el Thomislarum, hodie fere communis, tenet Pœnitentiæ sacramentum intrinsece componi tum ex tribus pœnitentis actibus tamquam materia, tum ex absolutione sacerdotis tamquam forma.

VII. Eligitur et probatur sententia thomistica. — Primum ex declarationibus Ecclesiæ. In Conciliis Florentino et Tridentino vocantui actus pœnitentis *quasi maleria,* sensu jam explicato. Imo Concilium Tridentinum loquitur de *maleria el'forma quibus sacramenti essentia perficilur*[1]; eodemque modo **Rituale Romanum :«** Cum ad illud (sacramentum) constituendum tria concurrant, materia, forma et minister, illius quidem remota materia sunt peccata, *proxima vero sunt aclus pernitentis,* nempe contritio, confessio et satisfactio[2]... » Itaque essentia sacramenti componitur intrinsece seu constituitur et actibus pœnitentis et absolutione ministri. Atqui dispositio vel conditio, prout ponunt Scotistæ, dici nequit materia vel quasi materia, nec ullatenus censeri potest id ex quo constituitur essentia sacramenti, sed tantum de partibus intrinsecis et vere componentibus id verum est. Ergo, ex declarationibus Ecclesiæ, colligitur actus pœnitentis, sicut et absolutionem sacerdotis, esse partes pœnitentia! intrinsecas et vere componentes.

Probatur ratione theologica. Pœnitentiæ sacramentum, cum sit institutum per modum actus judicialis, partes intrinsecas habet ea omnia quæ in actu judiciali intrinsece concurrunt. Atqui in actu judiciali concurrunt intrinsece et accusatio rei et sententia judicis. Ergo in Pœnitentiæ sacramento intrinsece concurrunt et accusatio rei, quæ importat confessionem cum vero dolore seu contritione et proposito satisfaciendi[3], et sententia judicis, quæ est absolutio sacerdotis.

1. Sess. XIV, c. π ; Denz., 895.
2. *Riluale,* De Pcenit., c. i, n. 1.
3. « Colligitur ex eo quod, licet sacramentum pœnitentiæ non •It primario et essentialiter nisi judicium reconciliatorium pecca-

Quocirca el opinio scotistica est derelinquenda, ut constat ex textibus adductis. — Et excessum præ se' fert modus dicendi quem adhibet Soto. Nam 1° si absolutio non esset pars intrinseca sacramenti, sacerdos non conficeret proprie sacramentum. Ille quippe dicitur rem proprie conficere, qui ponit aliquid ad intrinsecam rei constitutionem pertinens. Sed id quod ponit sacerdos est absolutio. Ergo absolutio est pars intrinseca sacramenti, sicut et forma est pars intrinseca compositi. 2° Insuper, id in quo praecipue est sita vis sacramenti non potest esse merum complementum, sed pars intrinseca censeri debet. Atqui, teste Synodo Tridentina, vis sacramenti praecipue sita est in forma[1]. Ergo forma, seu absolutio sacerdotis, est pars intrinseca sacramenti. — Nec aliud intendit S. Thomas, quum dicit « Sod complementum sacramenti exhibet minister, dum pœnitentem absolvit[2]. » Sensus quippe est actus pcenitentis, qui habent rationem determinabilis et idcirco materiæ, compleri seu porfici et determinari a ministro, qui formam applicat.

VIII. Quomodo contritio et satisfactio sint etiam partes physicæ. — Plures cum Durando concedunt confessionem quidem esse partem intrinsecam, quippe quæ sit visibilis ; at id negant de contritione, quæ est quid spirituale, et de satisfactione, quæ est potius fructus sacramenti. — Verum obvia est responsio.

Conlrilio fit sensibilis per ipsam confessionem, sive verbis formaliter, sive nutibus, suspiriis et variis signis quæ. dolorem internum externe manifestant.

Salisfaclia autem est pars vere intrinseca, vel integrans vel etiam essentialis. — Si consideratur ut jam actupræstita, ad integritatem tantum pertinet, sicque est pars minus principalis, quæ supponit sacramentum jam essentialiter

toris cuin Deo, secundario tamen et integraliter sit insuper judicium vindicativum juris divini læsi, in quo differt a baptismate, quod est sacramentum puræ reconciliationis : vindicatio autem ‹‹l ultio sine pœna et sine satisfactione esse non possit. » Gonet, *disp.* I, n. 52.

1. « Docet sancta Synodus sacramenti Pœnitentiæ *formam, ut qua præcipue ipsius vis siia est,* in illis ministri verbis positam esse... · Sess. XIV, cap. in ; Denz., 896.

2. Hic, a. 1, ad. 2.

constitutum; est tamen pars intrinseca, cum concurrat ad unum sacramentum perfecte complendum, sicut partes integrantes in composito sunt ut intrinsecae, licet non essentiales, quippe quæ unum totum reapse efficiant. — At, si sumitur satisfactio ut est in proposito, nempe ut est voluntas satisfaciendi seu reparandi offensam divinam, jam est de sacramenti essentia, sicut ipsa contritio : non enim concipitur vera contritio quæ non includat voluntatem illam vindicandi jus divinum læsum et acceptandi satisfactionem quam sacerdos debito modo injunxerit ; quæ quidem voluntas est jam quædam satisfactio inchoata. Constat ergo satisfactionem sub aliquo respectu esse partem intrinsecam et essentialem, quæ sensibilis fit per ipsam contritionem et confessionem.

IX. Quomodo hæc omnia locum habeant in absolutione moribundorum. — Fuit olim de hoc puncto acris controversia, aliis theologis propugnantibus nunquam dari posse absolutionem sine quadam prævia confessione sensibili, aliis vero contrarium affirmantibus[1]. — Lis autem *componi potest,* si recoluntur principia jam statuta. Ut valeat absolutio, oportet ut pœnitens velit se subjicere clavibus ac proinde ut aliquo modo absolutionem petat. Petitio autem absolutionis virtualiter importat quandam confessionem, implicitam, quæ pariter includit quandam contritionem cum proposito satisfaciendi. Potest porro hujusmodi petitio et confessio victualis fieri multipliciter, per nutus, gemitus, suspiria innumerosque motus qui sensibiliter manifestantur.

In praxi præsumi potest hujusmodi signa ordinari ad confessionem , et licet hæc interpretatio sit aliquando tenuiter tantum probabilis, potest tamen in extremis accipi, quum sacramenta sint propter homines, et idcirco potest sacerdos absolutionem, saltem sub conditione, impertiri. — At, si reapse nulla fuerit petitio, saltem victualis, nullave confessio aut contritio sensibiliter expressa, nullum erit signum sensibile nullaque erit absolutio invalidumque erit sacramentum.

1. Consuli hac de re possunt : Lugo, Disp. XVII ; Lacroix, *Confess.,* n. 1162; S. Alphonsus, lib. VI, n. 482, ss., Lehmkuhl, t. II. c. 646-650.

X. De fbrma hujus sacramenti (a. 3). — Plures quæstiones hic breviter solvuntur : 1° *jormam* hujus sacramenti esse istam : « Ego absolvo te a peccatis tuis, in nomine Patris, etc. » ; 2° sensum non esse : ego declaro vel ostendo te esse absolutum, sed : *effective,* te absolvo ; 3° formam hujus sacramenti esse formaliter *indicativam* nec valere deprecatoriam.

Quoad primum, declaravit Ecclesia illam esse formam Pœnitentiæ. Gone. Florentinum : « Forma hujus sacramenti sunt verba absolutionis quæ sacerdos profert, cum dicit : *Ego le absolvo,* etc. » Cone. Tridentinum : « Docet praeterea sancta Synodussacramenl i Pœnitentiæ formam, in qua praecipue ipsius vis sita est, in illis ministri verbis positam essè : *Ego le absolvo* etc.1. »

Eruitur ex Scriptura2. Sicut ex verbis Christi : *Eunles docele, baptizantes,* etc.,71esumpta est forma Baptismi *:Ego le baptizo,* etc., ita ex verbis : *Quæcurnque solveritis,* etc., rite colligitur forma : *Ego absolvo le...*

Fundatur in ipsa hujus sacramenti indole. Quum enim, hoc sacramentum perficiatur per ea quæ sunt ex parte sacerdotis, oportet ut ea quæ sunt ex parte pcenitentis, facta aut verba, seu actus, se habeant per modum materiæ et ea quæ sunt ex parte sacerdotis se habeant per modum formæ ; et, quia sacramenta NovæLegis efficiunt quod significant, oportet ut forma significet id quod efficitur in sacramento, proportionaliter materiæ sacramenti. Atqui forma : *Ego absolvo le a peccatis luis...,* optime significat id quod in hoc sacramento agitur. Ergo est convenientissima forma.

Explicatur min. — Quia hoc sacramentum non consistit in consecratione alicujus materiæ, ut sacramentum Eucharistiæ, nec in usu alicujus materiæ, ut Baptismus et Confirmatio, non debet adhiberi forma quæ talem effectum significet ; sed, quia consistit in remotione materiæ circa quam vel contra quam, quæ sunt peccata, debet adhiberi forma quæ talem remotionem significet. Atqui forma : *Ego absolvo le a peccatis luis...,* significat omnino remotionem materia;, nempe peccatorum, quæ sunt quædam vincula. Ergo. —

1. Cone. Florent., decret, pro Armenis ; Denz., 699. Trident., Sess. XIV, c. m ; Denz., 896.
2. Matth., xviii, 18.

Quum autem sacerdos sit verus minister sacramenti, hoc munus exprimitur per verba : *Ego absolvo le.·?.,* quæ instrumentaliter operantur ; et, ut indicetur solum Deum absolvere per auctoritatem et principaliter, additur : *In ngmine Patris,* etc. (ad 3). — Verba *absolvo te* sunt omnino essentialia, ut exprimantur et actus judicialis et persona circa quam versatur. Omissio autem *a peccatis,* quamvis probabiliter non invalide! sacramentum, reddit tamen dubium, et idcirco repetenda foret absolutio sub conditione.

Quoad alterum, tuto amplius doceri nequit sententia veterum scholasticorum, Petri Lombardi, Richardi, Gabrielis Biel, etc., verba : *Ego absolvo le,* significare tantum : Ego *ostendo* te esse absolutum[1] ; nec a fortiori sententia Novatorum, quæ vult esse nudum ministerium declarandi peccata esse remissa.

Huc spectat definitio Concilii Tridentini : « Si quis dixerit absolutionem sacramentalem sacerdotis non esse actum judicialem, sed nudum ministerium pronuntiandi et declarandi remissa esse peccata confitenti..., A. S.[2] »

Liquet ratio S. Thomæ (ad 5) : « Sacramenta novæ legis non solum significant, sed etiam *faciunt quod significant.* Unde, *sicut sacerdos baptizando aliquem oslendil hominem interius ablutum per verba et facta, et non solum significative, sed etiam effective, ita etiam, cum dicit : Ego te absolvo, oslendil hominem absolutum, non solum significative, sed etiam effective.* »

Quoad tertium, fuit *opinio,* tum medio ævo ante tempora S. Thomæ, tum sæculis XVII et XVIII, docentibus Morin, Juenin, Tournély, formam absolutionis, licet nunc apud Latinos sit et debeat esse indicativa, posse tamen esse deprecatoriam ; imo in primitiva Ecclesia hujus fuisse modi et adhuc in Ecclesia Orientali remanere deprecato-

1. Animadvertatur tamen illos veteres scholasticos nullatenus favere errori protestantium ; nam, etsi vim verborum formæ non ' alis salvent, aliunde agnoscunt peccata non remitti nisi *per ordinem ad claves et cum voto confessionis,* non autem per internam llduciam qua homo credit peccata esse sibi remissa ; et idcirco profitentur Pœnitentiam esse verum sacramentum, in quo potestas remittendi peccata est potestas vere judicialis.

2. Sess. XIV, can. 9 ; Denz., 919.

riam. *Thomislæ* autem *et mulli cum ipsis theologi* reponunt formam deprecatoriam, probabilius, esse non posse validam in sacramento Pœnitentiæ, si *sensus* non sit indicativi modi.

Ratio est quia forma hujus sacramenti est actus judicialis. Atqui contra rationem actus judicially est ut sententia sit tantum deprecatoria, cum munus judicis sit pronuntiare indicando, non autem deprecari. Ergo contra rationem formæ absolutionis est ut sit deprecatoria, sed requirit ejus ratio ut sit indicativa formaliter et quoad sensum. Quæ solutio jam tempore S. Thomæ tradebatur. « Christus non dicit : quæcumque petieris esse solvenda eruntsoluta, sed : quæcumque solveris. Si ergo illa tantum dicuntur esse soluta quæ habens claves solverit, qui autem petit aliquid esse solvendum non solvit, miroi *qua temeritate* aliquis asserat esse solutum quem habens claves non significat se solvere, sed solum rogat esse solvendum[1]. »

Ad ea vero quæ objiciuntur ex liturgiis antiquis et orientalibus hodiernis, respondent periti formas illas eatenus esse validas, quatenus exhibent sensum indicativi modi, licet *gramnialicaliler* sint deprecatoriæ ; et idcirco attendendam esse, non meram constructionem aut indolem grammaticam, sed ipsam sententiam[2].

XI. De absolutione conditionata.

Ostenso formam absolutionis esse indicativam, non deprecativam, quæritur an possit vel debeat esse conditionata. *Duplex extremum* hic vitandum est.

Primum quidem extremum, quasi absolutio ex natura sua esset semper et necessario conditionata, ita ut dicere deberet sacerdos : Ego absolvo te, nisi sit obex. — Licet id semper supponatur, non tamen ad hoc exprimendum ordinatur modus judicii a Christo institutus, qui est proprie ad remittendum vel retinendum peccata.

Alterum vero extremum, quasi nunquam valida foret absolutio conditionata. Plures theologi id docuerunt, hoc innixi principio : Sententia sacramentalis judicialis non

1. Opusc. XXII, c. n.

2. Cf. Vacant, *Diction. Ihéol. calhol.* 1, 244-250; P. Gardeii., O. P., *Revue Thomiste,* χι, 449-452 ; P. Galtier, *de Pcenilenliu,* Thés. XXXV.

potes» ferri valide in fbrma conditionata. Atqui absolutio est sententia sacramenta!is judicialis. Ergo nequit in forma conditionata valide proferri. — Resp. : Dist. maj. : Sententia sacramentalis judicialis non potest ferri valide in forma conditionata, si conditio sit de futuro, concedo ; si sit de præsenti vel de præterito, nego. Contradit, min. et dist. conci. : Nequit proferri valide in forma conditionata de futuro, concedo ; de præsenti vel de præterito, nego. — Quia sacramentum est signum practicum efficiens quod significat, est demonstrativum de præsenti ; et idcirco, si apponitur conditio de futuro, invalida est absolutio. At, quando agitur de aliquo prærequisito quod est de præterito, valet utique sententia, si prærequisitum illud reapse adest. Ratio autem cur sacerdos exprimat illam conditionem est quia ipse nescit num revera adsit conditio et vult suum judicium conformare judicio Dei, qui scit. Optime dicit P. Pesch : « Licet igitur in judicio forensi inepta sit hæc sententia : « Adjudico domum Petro, si jus ad illam habeat », quia tunc nemo scit num domus sit Petri : nequaquam idem valet de sententia . « Absolvo te, si dispositus es », quia Deus, qui hanc sententiam exequitur, scit quid objective verum sit[1]. »

Regula autem *pro praxi* hæc est : Adhibenda est forma conditionata, quando, data absolute, exponeretur sacramentum periculo nullitatis, quia prudenter dubitat sacerdos num adsint requisita ad valorem sacramenti, et ex altera parte, negata simpliciter absolutione, immineret animæ pœnitentis grave detrimentum. Hac agendi ratione vitatur utrumque incommodum : salvatur tum reverentia sacramenti, quia sacerdos, apponendo mente saltem conditionem, protestatur se nolle sacramentum conficere, si desit aliquid ad ejus valorem requisitum necessario ; tum bonum pœnitentis, quia valet et prodest ipsi sacramentum, si reapse subsistit conditio.

Ad casus quod attinet, consulantur auctores de re morali.

XII. De impositione manuum sacerdotis in hoc sacramento (a. 4). — Non fuit semper unus loquendi modus. Dum Wicleffus deridet manuum impositionem tamquam luci-

1. Pesch, t. VII, p. Uj.

feranam praesumptionem, alii exhibent illam vellit necessariaml ; contra quam opinionem scripsit Angelicus opusculum *de forma absolutionis*13

Probat, breviter, hic in *Summa,* necessitatem impositionis manuum neque ex verbis institutionis colligi, cum nullam illius mentionem fecerit Christus ; neque deduci ex natura sacramenti. Impositio enim manuum in sacramentis ordinatur ad conferendam aliquam excellentiam gratiæ, ut in Confirmatione, vel excellentiam potestatis circa divina mysteria, ut in Ordine. Atqui hoc sacramentum non ordinatur ad aliquam excellentiam hujusmodi, sed ad remissionem i occatorum. Ergo ex natura et indole hujus sacramenti deduci nequit necessitas impositionis manuum.

Attamen congruentissime adhibetur illa impositio manuum. Remissio enim peccatorum est bonitatis opus, quod al tribuitur Spiritui Sancto, et idcirco dicit Christus : *Accipite Spiritum Sanctum : quorum remiseritis peccata, etc.,* el lota Traditio testatur in remissione peccatorum dari Spiritum Sanctum, ita ut scribat Augustinus : « *Tanquam proprium est opus Spiritus Sancti*2. »*Quia igitur in remissione peccatorum lil infusio gratiæ et gratia importat missionem Spiritus Sancti, ad hoc innuendum adhibetur impositio manuum. Quapropter ab initio hæc manuum impositio fieri consuevit in reconciliatione peccatorum ac præsertim hæreticorum.

Hinc quæri potêst utrum hic ritus, qui hodie certo non requiritur, fuerit aliquando necessaria materia sacramenti4.

Non inficiamur Ecclesiam posse aliquid circa materias quorumdam sacramentorum determinare, ita ut id quod erat prius materia necessaria postmodum desinat esse necessaria et alia imponatur, ut tenemus de materiis Confirmationis et Ordinis ; at nihil evincit id contigisse in Pœnitentiæ sacramento. «

\rerum quidem est impositioni manuum adscribi missionem Spiritus Sancti : « *Manus ei lanium imponatur, ut*

1. Cf. Thom. Waldens., *Opera,* t. II, pp. 848-849.
2. Cf. cap. iv.
3. S. Augustin., *Serm. LXÜ1,* n, 19; P. *L.,* xxxvm, 563.
4. Cf. P. Gautier, *Imposition des mains,* in *Diction, théol. cathol.,* coi. 1394-1407.

accipiat Spiritum Sanctum[1] ». Sed quæstio est utrum infusio gratiæ et missio Spiritus Sancti adscribatur impositioni manuum præcise sumptæ an *toll rilui* in quo fit impositio manus. Sicut enim dicitur conferri gratiam cibantem in fractione panis, ut indicetur conferri gratiam in sacramento Eucharistiæ, quod nomine fractionis designatur, tametsi non adscribatur gratia præcise ipsi soli ritui qui est fractio ; ita intelligi potest infundi gratiam et mitti Spiritum Sanctum in sacramento Pœnitentiæ, quod ab aliquo ritu magis conspicuo vocatur manuum impositio, quin gratia adnectatur tali ritui præcise sumpto tamquam materiæ essentiali.

XIII. Compendium totius doctrinae hucusque expositae. — Ex his quæ tradidimus de Pœnitentiæ sacramento ejusque materia et forma, colligitur definitio quam dat Billuart : « *Confessio dolorosa peccalorum post baptismum commissorum, facta legitimo ministro absolventi sub præscripta verborum forma ;* metaphysice autem seu logice : *Sacramentum a Christo institutum significativum el collativum gratiæ peccatorum post baptismum commissorum remissivæ**. » Confessio dolorosa importat simul contritionem cum proposito satisfaciendi, et sic innuuntur tres actus pœnitentis ; cetera indicant materiam remotam, formam et ministrum.[2]

1. Cone. Arelat., an. 314, can. 8 ; Denz., 53.
2. Billuart, *Disseri.,* 1, ari. 2.

ARTICULUS TERTIUS

CETERA QVÆ SPECTANT SACRAMENTUM PŒNITENTIÆ

AD ART. 5-10 Q. LXXXIV S. THOM7E

I. Sacramentum Pœnitentiæ in re vel in voto est necessarium necessitate medii, non quidem absolute omnibus, sed lapsis post Baptismum (a. 5).

Medium necessarium in omni hypothesi est gratia, sine qua nemo, ne angelus quidem, potest finem consequi aut etiam ad eum tendere ; medium necessarium omnibus in præsenti œconomia Novæ Legis est Baptismus in re vel in voto, ut superius ostensum est ; medium autem necessarium lapsis post Baptismum est Pœnitentia. Id negant illi hœreticï qui non agnoscunt in Pœnitentia valorem sacramenti aut volunt esse sacramentum liberum

Huc facit damnatio prop. 7 WiclelTi in Concilio Constantiensi : « Si homo fuerit debite contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua et inutilis[1] » ; et damnatio prop. Petri de Osma a Sixto IV, 9 Augusti 1479 ; « Peccata mortalia quantum ad culpam et pœnam alterius sæculi delentur per solam cordis contritionem sine ordine ad claves. Confessio de peccatis in specie fuit ex aliquo statuto universalis Ecclesiæ, non de jure divino. Pravæ cogitationes confiteri non debent, sed sola displicentia delentur sine ordine ad claves*. »

Cone. Tridentinum definit : « Si quis dixerit eum qui post Baptismum lapsus est posse quidem, sed sola fide, amissam justitiam recuperare, sine sacramento Pœnitentiæ, Λ. S.8. Si quis negaverit confessionem sacramenmentalem vel institutam vel ad salutem necessariam esse jure divino, A. S. Si quis dixerit in sacramento Pœnitentiæ ad remissionem peccatorum necessarium non esse[3]

1. Denz., 587.
2. Denz., 724-726.
3. Sess. VI, can. 29 ; Denz., 839.

jure divino confiteri omnia et singula peccata mortalia quorum memoria cum debita et diligenti praemeditatione habeatur, A. S.[1] » Idem Concilium declarat : « Universa Ecclesia semper intellexit institutam esse a Domino integram peccatorum confessionem et omnibus post Baptismum lapsis jure divino necessariam exsistere'. Est hoc sacramentum Pœnitentiæ lapsis poet Baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis ipse Baptismus[2] » Porro Baptismus est necessarius nondum regeneratis necessitate medii in re vel in voto. Ergo Pœnitentiæ sacramentum est fidelibus lapsis necessitate medii in re vel in voto necessarium.

Probatio positiva, nempe ex Scriptura et Patribus, est ea ipsa quæ ostendit esse in Ecclesia potestatem vere judicialem remittendi peccata post Baptismum commissa et obligatione teneri fideles subjiciendi clavibus illa peccata. Unde constat ex dictis in art. I et ex dicendis infra de necessitate confessionis.

Probatur ratione theologica. Illud est medium necessarium sine que non removetur peccatum nec applicatur virtus passionis Christi. Atqui hoc non fit nisi per sacramentum Pœnitentiæ, scilicet per actus pœnitentis, qui cooperantur gratiæ ad destructionem peccati, et per absolutionem sacerdotis, qua virtus passionis Christi applicatur. Ergo. Re quidem vera, peccata post Baptismum commissa nequeunt remitti nisi vel per ipsum sacramentum vel per contritionem ; nullum aliud assignatur remedium nec alia fingitur hypothesis. Atqui, si priori modo, jam remittuntur per sacramentum in re ; si altero modo, per sacramentum in voto, nam contritio perfecta, utpote ultima dispositio ad justificationem, illam importat cum ordine ad claves, ita ut peccatum jam contritione remissum debeat adhuc clavibus subjici.

Explicat Gonet « contritionem de peccatis baptismum subsequentibus remittere illa peccata in voto sacramenti pœnitentiæ, ex eo quod hoc sacramentum est institutum in remedium talium peccatorum, ex quo etiam fit ut contritio illa speciali modo contineat votum istius sacramenti

1. Sess. XIV, can. 6 et 7 ; Denz., 916, 917.
2. Sess. XIV, cap. v ; Denz., 899.
3. Sess. XIV, cap. i ; Denz., 895.

quo non continet alia[1]. » — Addit Billuart : « In voto saltem *implicito,* prout scilicet includitur in contritione perfecta, vel etiam aliquando in attritione ; ut in casu martyrii : istud namque sufficere videtur, cum possit contingere quod quis eliciat actum perfectæ contritionis quo justificabitur, absque eo quod cogitet de confessione sive ex inadvertentia aut oblivione naturali, sive ex ignorantia invincibili[2]. «

Scitè animadvertit Angelicus charitatem, fidem, misericordiam non liberare a peccato sine Poenitentia (ad 2). Nam charitas requirit ut amicus doleat de offensa in amicum commissa et studeat illam reparare satisfaciendo ; fides autem, ut per virtutem passionis, quæ in sacramentis Ecclesiæ operatur, quærat justificari a peccatis ; et misericordia bene ordinata, ut homo subveniat poenitendo suæ miseriæ, quam per peccatum invenit.

Quam necessitatem Pœnitentiæ in **primitiva Ecclesia** praxis fidelium ostendit ; nam, ut testatur Augustinus, fideles pomitentiæ se subjiciunt : « Abundant hic pœnitenles ; quando illis manus imponitur, fit ordo longissimus... Aliqui ipsi sibi pœnitentiæ locum petierunt[3][4] ».

11. **Quam recte Poenitentia dicatur secunda tabula post** naufragium (a. 6). — Illa formula celeberrima est antiquissima, nam usurpatur a *Tertulliano* et a *Hieronymo* ;* acceptatur a *Concilio Tridenlino*[6]. — Rem optime exponit *Angelicus,* adhibita distinctione inter sacramenta quæ per se ordinantur ad salutem hominis, scilicet Baptismum, qui spiritualiter generat, et Confirmationem, quæ spiritualiter roborat et auget, Eucharistiamque, quæ spiritualiter nutrit, et hoc sacramentum Pœnitentiæ, quod ordinatur ad salutem hominis quasi per accidens, scilicet ex suppositione peccati. Et concludit S. Doctor « Sicut primum remedium mare transeuntibus est ut conserventur in navi integra, secundum autem remedium est post navem

1. Gonet, n. 82.
2. Billuart, disseri. 1, art. 4.
3. S. Augustin., Serin. CCXXXII, 7, 8.
4. S. Hieron., *Epist.* CA'A'A" ; *P. L.,* xxu, 1115; Tertull., *De Poenil.,* c. iv ; *P. L.,* i, 1233.
5. Sess. VI, cap. χ*ν, el sess. xiv, can. 2; Denz., 807 et 912.

fractam ut quis tabulæ adhæreat ; ita etiam primum remedium in mari hujus vitæ est quod homo integritatem servet, secundum autem remedium est, si per peccatum integritatem perdiderit, quod per poenitentiam redeat[1]. » — Potest quoque ita exponi, ut Baptismus sit prima tabula in naufragio peccati originalis vel etiam actualis ante regenerationem commissi, et Poenitentia sit secunda tabula, nempe in naufragio peccati mortalis post Baptismum commissi.

III. Hoc sacramentum est a Christo immediate institutum, ef tunc PRÆCIPUE illud Dominus instituit, cum a mortuis excitatus insufflavit in discipulos suos, dicens : Accipite Spiritum Sanctum : quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, etc. (a. 7). — Jure quidem naturali tenetur homo ad poenitendum de malis quæ fecit et ad satisfaciendum pro injuria illata : sed *modus* ipse poenitendi est juris divini, et præsertim elevatio pœnitentiæ ad dignitatem sacramenti non est nisi a Christo, qui est immediatus institutor sacramentorum. In veteri quidem lege aliquid jam respondebat sacramento pœnitentiæ, sed imperfecte, nec erat medium necessario adhibendum, nec constabat materia et forma, nec importabat actum judicialem. Quo sensu non fuit sacramentum ante Christum, seu, prout dicit Concilium Tridentinum : « Porro nec ante adventum Christi poenitentia erat sacramentum, nec est post adventum illius cuiquam ante baptismum[2]. »

Potestatem quidem clavium Christus *promisit* in genere, dum dixit : « Quæcumque solveritis super terram, erunt soluta et in coelo[3] » ; sicut et Petro primatum promisit dicendo : « Tibi dabo claves regni coelorum[4]. »Sed *præcipue instituit,* quando reapse contulit Apostolis potestatem judiciariam absolvendi vel retinendi et quando efficaciam sacramenti et originem virtutis ejus manifestavit. Sed id fuit post resurrectionem ; potestatem quidem judiciariam contulit dicendo : Accipite Spiritum Sanctum :

1. Cf. supra, initio tractatus.
2. Sess. XIV, cap. i ; Denz., 894.
3. Matth., xviii, 18.
4. Matth., xvi, 19.

quorum remiseritis peccata, etc., et pariter efficaciam sacramenti manifestavit convenientissime post resurrectionem, quia ex virtute nominis Jesu Christi patientis et resurgentis hoc sacramentum efficaciam habet in remissionem peccatorum.

IV. An pœnitentia debeat semper durare et esse continua (aa. 8 et 9). — *Interior* pœnitentia, qua quis dolet de peccato commisso, debet semper durare, secus peccatum placeret jainque incurreretur culpa ; *exterior* autem pœnitentia, quæ importat signa doloris et confessionem peccatorum sacerdoti absolventi, non oportet ut duret usque ad finem vitæ, sed usque ad determinatum tempus, secundum inensuram peccati.

Nequit esse continua *actu,* quia pœnitentiæ actus aliis vitæ huinanæ actibus omnino necessariis interrumpitur ; sed secundum *habitum* debet esse perpetua, et quatenus homo nunquam amittat habitualem dispositionem pœnilentis el quatenus in proposito gerat quod semper sibi præterilo peccata displiceant. Hinc intelligitur effatum Concilii Tridcntini, totam christianam vitam perpetuam pœnitentiam esse deberel.

V. Pœnitentia potest semper iterari (a. 10). — Recolit S. Doctor præcipuos errores jam initio Tractatus confutatos, nempe vel nonnisi per Baptismum fieri posse Pœnitentiam, vel semel tantum post baptismum, saltem quoad graviora delicta.

Jam vidimus (art. 1) rigidiorem praxim denegandi absolutionem quibusdam peccatis numquam fuisse universalem in Ecclesia, et, licet pœnitentia publica semel tantum concederetur, privatam semper patuisse, juxta verba S. Chrysostomi superius citata (art. I, n. xi) : « Licet millies pœnitentiam egeris, accede », et verba S. Ambrosii : « Hic petenda est venia..., hic locus est veniæ postulandæ[1] ».

Illi porro hæretici in duobus errabant. 1° Existimabant pœnitentiam quæ vera sit non posse amitti, sicut etiam credebant charitatem inamissibilem esse. Porro, propter

1. Denz.., 907.
2. Gf. Ambros., in Ps. xxx; *P. L.,* xiv, 1058.

libertatem arbitrii, charitas vera, sicut et gratia, potest amitti et idcirco potest aliquis post veram pœnitentiam peccare mortaliter 2° Putabant peccatum post veniam impetratam commissum adeo grave esse, ut remitti nequeat. Atqui id est falsum dupliciter : ex parte peccati, quod potest esse gravius vel levius «fuain fuerit peccatum remissum ; ex parte divinæ misericordiae, quæ superat omnem numerum et magnitudinem peccatorum.

Concludamus itaque cum Concilio Later. IV : « *Per neram potest semper pœnitentiam reparari'* » ; et cum Tridentino : " Ante hoc tribunal tamquam reos sisti voluit, *ut per sacerdotum sententiam, non semel, sed quoties ab admissis peccatis ad ipsum pcenilentes confugerint, possent 'iberari*.* »

VI. De pœnitentiæ necessitate etiam in clericis majoribus. — Quæstio potest sic breviter compendiari : Non una fuit veteris Ecclesiæ « observatio «.Clericos majoresolim quibusdam in Ecclesiis admissos fuisse ad pœnitentiam publicam videtur affirmandum. Alibi vero et saltem postea, praxis est generalis ut non cum agentibus pœnitentiam publicam manuum impositioni subjiciantur. 'Etsi praxis generalis erat eos ad laicorum communionem redigi, tamen non desunt exempla admissionis aut restitutionis ad pristinum officium et. dignitatem. Praxis generalis erat eos per pœnitentiam privatam admitti. Clerici redeuntes a schismate vel hæresi, sive in suis honoribus, sive ad laicorum communionem suscipiuntur, non sine aliqua pœnitentia aut aliquo ritu admittuntur.

Quidquid sit de modo aut ritu quo clerici, sive ab hæresi venientes, sive aliorum peccatorum rei, ad communionem saltem laicam admittuntur, hanc indulgentiam habent *ex potestate clavium.* Id testatur Augustinus, dum dicit rnodum agendi contrarium fore contra potestatem clavium : « Alioquin contra claves datas Ecclesiæ disputabitur, de quibus dictum est : *quæ solveritis in terra, soluta erunt et in cœlis*.* »

1. Denz., 430.
2. Sess. XIV, cap. π ; Denz., 895. Cf. etiam can. 1 ; Denz., 011
3. Ex P. Galtier, *De Pœnitentia,* pp. 263 ss.
4. S. Augustin., *Epist. CLXXXV,* 43 ; *P. L.,* xxxm, 812.

Hinc sequitur reconciliationem concessam fuisse per sacramentalem absolutionem. Nam saltem sententia qua depositi ad communionem laicorum detrudebantur erat eis absolutio, si non verbis, saltem factis sufficienter expressa[1].

VII. Ad complementum doctrinæ de essentia sacramenti Pœnitentiæ, quæritur an possit esse validum et tamen informe.

In cæteris sacramentis, quæ conficiuntur applicatione materiæ et formæ facta per ministrum, qui veram habet intentionem faciendi quod facit Eccclesia, haud ægre intelligitur sacramentum esse posse validum, quia concurrunt omnia ad essentiam requisita, et tamen informe, scilicet non producens gratiam, eo quod subjectum ponit obicem seu caret dispositionibus requisitis. Id porro manifestum est in sacramentis quæ characterem imprimunt, et in Eucharistia, quando fit transsubstantiatio et communio valida, sed nulla vel sacrilega propter indispositionem subjecti ; imo etiam in Matrimonio, quia bene concipitur conjuges verum efficere contractum matrimonialem et tamen, propter aliquem obicem, non recipere gratiam. Hinc intelligitur quædam sacramenta reviviscere posse, dum removetur obex.

At, quum in Poenitentia materia-sit contritio pœnitentis, potestne concipi vera quædam contritio quæ sufficiat ad sacramenti valorem et minime tamen sufficiat ad ejus effectum, scilicet remissionem peccati ? Duplex recitari potest sententia extrema, una quæ affirmat, altera quæ simpliciter negat. — Posse dari sacramentun pœnitentiæ validum, sed tamen informe, tenent plures Thomistæ, ut Ledesma, Joannes a S. Thoma, Gonet, pariterque Suarez, Lugo, S. Alphonsus, card. Billot, *VAmi du Clergé,* etc. —Negant vero multi post Concilium Tridentinum, ut Vasquez, Billuart, Palmieri, Galtier, etc.

Qui autem affirmant non sunt concordes in assignandis casibus in quibus valeat sacramentum quin conferatur gratia. Alii exhibent casum in quo habetur contritio universalis quidem, sed non appretiative summa, quatenus non

1. P. G. Galtier, *op. cil.,* p. 268.

æstimetur peccatum ut summum malum quod sit præ omnibus timendum ; ita, quoad substantiam, Cajetanus, Billot, *L'A mi duClergél.* Alii, qui excludunt præfatum casum admittunt alium, in quo quis confitetur unum peccatum mortale, de quo dolet ex motivo tantum particulari, et obliviscitur inculpabiliter aliud vel alia peccata, ad quæ non se extendit attritio illa ex motivo particulari ꝛpta. Ita præsertim Suarez, Lugo, S. Alphonsus.

S. Thomas in *Suppi.,* q. ix, art. 1, admittit, confessionem validam et tamen informem, quæ postea reviviscit, dum removetur obex ; sed inferius, q. xxix, art. 8, illam sententiam implicite retractat. Exponit tunc quænam sint de essentia sacramenti : « character in baptismo et confirmatione, transsubstantiatio in eucharistia, *remissio peccati in poenitentia,* existente contritione, quæ est de essentia sacramenti pœnitentiæ. » Itaque, juxta S. Phomam, remissio peccati existente contritione est de essentia sacramenti, nempe effectus ita necessarius ut, posita essentia sacramenti, eo ipso ponatur remissio peccati.

Nos igitur, quamquam non intendimus aliis sententiis probabilitatem omnem denegare, existimamus sacramentum Pœnitentiæ informe idem sonare ac invalidum, nec concipimus haberi essentiam sacramenti Pœnitentiæ, quin eo ipso sequatur is effectus qui est remissio peccati. Sic ergo arguimus : Sacramentum non concipitur validum, nisi habeatur tota et completa ejus essentia. Atqui, habita tota et completa essentia sacramenti Pœnitentiæ, sequitur eo ipso effectus immediatus qui est peccati remissio. Ergo Pœnitentiæ sacramentum non est validum, nisi sit simul formatum per remissionem peccati, ac proinde repugnat Pœnitentiæ sacramentum validum et tamen informe. — Prob. min. Sacramentum Pœnitentiæ est institutum ad modum judicii, ita ut se habeat remissio peccati in Poenitentia sicut absolutio rei in judicio forensi. Atqui in judicio forensi, habitis omnibus quæ pertinent ad essentiam judicii, eo ipso resultat absolutio rei vel ejus condemnatio, nec concipitur judicium quod haberet essentiam completam et nullum consequeretur effectum. Ergo in Poenitentia,

1. Cajetan., *Opusc. de Confess.,* q. v; Billot, *De Pœnil.,* 'Hies. XIV ; cf. *Ami du Clergé,* 1920, pp. 675 ss.

habita essentia sacramenti, eo ipso sequitur remissio peccati ; nec concipitur hujusmodi sacramentum habens totam et completam essentiam, quin resultet is effectus qui est remissio peccati

Objicitur : Collatio gratiæ est effectus sacramenti, qui separari potest ab essentia sacramenti. Atqui remissio peccati est collatio gratiæ. Ergo separari potest ab essentia sacramenti Pœnitentiæ — *Resp. ?* Dist. maj. : Est effectus sacramenti qui separari potest ab essentia in sacramentis quæ non habent rationem judicii remittentis peccatum, concedo; in sacramento quod habet rationem judicii remittentis peccatum,, nego. Contradist. min. et neg. conci us. Eo ipso quod sacramentum Pœnitentiæ habet rationem judicii remittentis peccatum, posita essentia hujus sacramenti, resultat peccati remissio, nec salvatur ejus essentia, nisi sequatur remissio Quapropter S. Thomas, loc. cit.,· dicit remissionem peccati in Poenitentia sequi essentiam, sicut sequitur character in Baptismo et Confirmatione, et transsubstantiatio ili Eucharistia. Sicut ergo non habetur essentia Baptismi vel Confirmationis nisi sequatur character, nec e'sentia Euchorictiæ nisi fiat transsubstantiatio ; ita haberi nequit essentia Pœnitentiæ, nisi fiat peccati remissio.

Confirmatur : Concilium Florentinum et Concilium Tridentinum nunquam supponunt dari aliquam poenitentiam quæ sit sacramentum et tamen carere possit remissione peccati, sed ita exhibent Pôenitentiæ sacramentum, ut contritio sit ejus pars essentialis, nempe materia « qua *sacramenti essentia* constatl », ac proinde innuunt contritionem quæ requiritur ad validitatem sacramenti removero posse cum sacramento omnem obicem peccati. Ergo, concludimus, si contritio sufficit ad valorem sacramenti, sufficit ad remissionem peccati atque idcirco est universalis et summa.

Quapropter impossibiles sunt casus qui finguntur, nempo contritionis quæ sufficeret ad sacramenti valorem et nihilominus esset ex motive particulari nec appretiative summa. Ergo impossibilis est omnis casus sacramenti Pcenitentue validi et informis.

L Cone. Trid., Sess XIV, cap. n ; Denz., 895.

QUÆSTIO SECUNDA

DE VIRTUTE PŒNITENTIÆ

AD *Q.* LXXXV P. IIIOM/I

Habitum pœnitentiæ attendit S. Doctor, tum quoad *Intrinseca,* nempe genu.; et speciem, scilicet esse veram virtutem (a. 1), a ceteris distinctam (a 2), adnexam justitia (a. 3) ; tum quoad *extrinseca,* nempe subjectum (a. 4), principium (a. 5), ordinem ad ceteras virtutes (a. 6).

ARTICULUS PRIMUS

DE VIRVUGE PŒNIÏENTIÆ IN SEIPSA

AD AF.T. 1-3 C. THOMÆ

I. Vera pœnitentiæ notio. — *Novatores* cum Luthero[1] contendunt poenitentiam non esse dolorem et detestationem peccati, ced solum resipiscentiam et novitatem vitæ, vel, ut dicit Lu^herus., « de cetero non facere, summa poenitentia ; optima poenitentia, nova vita » *Ethnici,* quia non concipiebant peccatum uf oiïensam Dei, nullatenus intelligebant poenitentiam u! dolorem de peccato, sed solum ut resipiscentiam ab actu qui postea molestiam infert'[2].

Scriptura. e regione, exhibet poenitentiam simul ut dolorem et emendationem de peccatis præteritis et ut conversionem et mutationem vitæ : « *Convertimini et agite poenitentiam, ab omnibus iniquitatibus vestris'* [3] Quæ verba important, non solum novitatem vitæ, sed

1. Cf propos, b et 7 damn, a Leone X, 15 Junii 1520 ; Denz., 746, T47 Cf. B. Bellarmin , *De Pœnil.,* lib. I.
2. Tertulu, *De Pœnil.,* lib. IV, 5.
3. Ezechiet., χνιπ, 30.

et detestationem iniquitatum et satisfactionem pro illis. — Unde dicit Augustinus : « Non sufficit mores in melius coinmutare et a factis malis recedere, *nisi etiam de his quæ facta sunt satisfiat Deo per pœniteniiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperanlibus eleemosynis*[1]. »

Tridentinum declarat : « Contritio, quæ primum locum inter dictos pcenitentis actus habet, *animi dolor ac detestatio est* de *peccato commisso, cum proposito non peccandi de celero*[2]. »

Quapropter definiri potest pœnitentia ex S. Thoma hic, a. 1, c et ad 3 : Habitus quo pœnitens assumit moderatum dolorem de peccatis præteritis cum intentione removendi ea, nempe tum quoad offensam Dei, delendo reatum culpa·, tum quoad reatum pœnæ, satisfaciendo. Plura itaque in notione illius includuntur : *dolor* pro peccato, *odium* peccati, *propositum* non peccandi et satisfaciendi.

11. Habitus poenitentiae est vera virtus (a. 1). — Quanquam nihil de hoc definit Ecclesia, doctrina est adeo recepta ut a nemine in dubium verti queat, quæque Scripturis nititur.

Nain sæpissime in Scripturis imponitur præceptum de pœnitentia : « Convertimini et agite poenitentiam... Poenitentiam agite[3]. » Atqui præcepta legis dantur de actibus virtutumi cum legislator intendat cives facere virtuosos. Ergo pœnitentia, cujus actus præcipiuntur, est virtus.

Probatur ratione S. Thomæ. Virtus est habitus electi vus secundum rectam rationem mediumque tenens inter· duo extrema. Atqui habitus pœnitentiæ est hujusmodi. Ergo est virtus. Prob. min. Est habitus electivus, quia hic non intelligitur passio appetitus sensitivi, sed prout est in voluntate, quæ est vis electiva. Est secundum rectam rationem, eo quod ratio recta dictat dolendum esse do peccatis, prout sunt offensa Dei. Mediumque tenet inter duo extrema, quia assumit dolorem moderatum, nempo eo modo et fine quo dolendum est : si esset infra modum, non esset verus dolor ; si esset immoderatus, incident

1. S. Augustin., Serm. CCCXXXI, n. 12; *P. L.*, xxxix, 164'1.
2. Sees. XIV, cap. iv ; Denz., 897.
3. Ezech., loc. cit. ; Matth., iv, 17.

in desperationem. Vera igitur pœnitentia ab utroque extremo præservat.

III. Pœnitentia est virtus specialis a ceteris distincta (a. 2)1. — *Nonnuli veleres theologi,* cum Gulielmo Altissiodorensi, existimarunt poenitentiam esse conditionem generalem omnium virtutum : alii vero reducunt ad charitatem, eo quod ejusdem virtutis sit diligere objectum et detestari oppositum ; alii cum Cajetano dicunt poenitentiam eSèe principaliter religionem et minus principaliter justitiam ; alii reducunt ad justitiam comtnulativam. qua solvimus debitum, ita Durandus ; vel vindicativam, quæ vindicat Dei olîensam, il a Scotiis ; vel distributivam, quæ taxat poenas juxta præmia. ita Gabriel Biel.

Communior autem est, praesertim nostra ætate, *docbina S. Thomæ,* quæ statuit esse specialem virtutem a ceteris omnibus distinctam. Convincit ratio quam tradit Angelicus. Quum species habituum secundum actus distinguant ur ibi est specialis habitus virtutis, ubi occurrit specialis actus laudabilis. Atqui in pœnitentia invenitur Sj ecialis ratio actus laudabilis, scilicet operari ad destructionem peccati præteriti, in quantum est Dei offensa, quod non pertinet ad rationem alterius virtutis. Ergo pœnitentia est specialis virtus a ceteris distincta.

IV. **Quod liquido apparet consideranti objectum pœnitentiæ.** — *Objectum. materiale* est omne peccatum personale, ut destruendum per veram contritionem compensandum per veram satisfactionem, vitandum per verum propositum. Principale quidem objectum est peccatum mortale, quod proprie habet rationem offensæ secundarium autem et minus principale, etiam peccatum veniale,, quod rationem offensæ participat. Non solum malum culpæ, sed etiam malum pœnæ, pertinet ad objectum materiale pœnitentiæ, quia per pœnam voluntarie assumptam peccator satisfacit Deo et compensat, quantum est de se, jus divinum læsum*. — Objectum autem *jormale* pœnitentiæ est jus divinum læsum per offensam, ut reparabile2

1. Cf. auctores jam cit., præsertim Gonet, Billuart, Salμλντ., S. Alphons., Lehmkulh, Prümmer, Pesch, Galtier,
2. Gonet, disp. II, n. 37.

per satistactionem et compensationem quamdaml. Itaque ratio formalis quam attendit pœnitentia est reparatio divinæ offensæ ; ratio demum *sub qua* est illa specialis honestas quæ in reparanda Dei offensa reperitur et elucet.

Hinc innotescit *discrimen a virtute charitatis.* Objectum quippe charitatis est bomim divinum seu ipse Deus ut est in se, objectum autem pœnitentiæ est jus divinum læsum- ut reparabile. Modus quoque tendendi est plane diversus ; siquidem pœnitentia tendit directe in remotionem peccati et indirecte in unionem cum Deo, charitas: vero tendit directe in unionem cum Deo et indirecte in remotionem peccati. — Est quoque discrimen *a virtute religionis :* nam hæc pro objecto habet honorem et cultum Deo convenientes et abstrahit a peccato ; pœnitentia autem nullatenus potest abstrahere a peccato, sed semper habet pro materiali objecto peccatum et pro formali reparationem peccati, seu jus divinum, nen in tota latitudine sumptum, ut objicit Cajetanus, sed prout est liesum per peccatum et reparabile per actus pœnitentis.V.

V. Pœnitentia est species quædam justitiæ imperfecta ; quæ non est justitia commutativa proprie dicta, neque vindicativa. neque distributiva ; sed reductive pertinet ad commutativam, ut pars potentials seu ut virtus adnexa (a. 3). — Ita communiter Thomistæ cum Angelico Præceptoré, quibus hodie multi alii adhærent theologi.

prob i* pars — Ouum justitia sit virtus ad alterum cum quadam commutatione, habetur species justitia) ubi utrumque concurrit. Sed utrumque occurrit inpœniten tia : in qua non sufficit dolor de malo perpetrato, sed requi ritur recompensatio quædam ex parte offendentis per veram satisfactionem, cui respondet retributio seu condonatio ex parte offensi, et sic statuitur quædam commuta!io, Ergo pœnitentia est quædam species justitiæ. — Imperfecta tamen Nam justitia perfecta, cum sit *mqualilmt* quædam, attenditur inter æquales. Atqui poenitentia non est inter æquales, sed inter duos quorum unus est sui» potestate alterius, quatenus pœnitens recurrit ad Deum

li

1. *Idem,* n. 38.

sicut servus ad dominum, fdius ad patrem. Ergo non est justitia perfecta.

prob, altera pars. — Non est justitia commutativa proprie dicta. Nam hæc respicit jus strictum ad æqualitatem. Atqui pœnitentia nequit reparare jus divinum ad æqualitatem, quum peccatum mortale importet offensam infinitam et satisfactio puri hominis* sit semper finiti valoris1. Ergo. — Nec vindicative. Hæc enim attendit tantum punitionem rei, proporlionando poenam cum culpa. Atqui pœnitentia non potest proportionare pœnam cum culpa mortali, nec attendit tantum punitionem rei, sed etiam et immediate emendationem pœnitentis et ejus reconciliationem cum L)eo Ergo. — Nec distributiva. Hæc quippe est superioris ad inferiores et pœnas ve! præinin laxat uni per respectum ad alios, qui etiam puniuntur vel coronantur. Atqui pœnitentia est inferioris ad superiorem et unius singularis personæ per respectum ad De: m. Ergo.

prob. "II» pars — Pœnitentia reductive pertine! ad justitiam commutativam. tanquam virtus adnexa Deficit quidem a ratione coinmutativæ proprie dictæ, ut vidimus ; sed ipsi tamen adnectitm, quatenus fit secundum quamdam commutationem, eo quod pœnitens exhibet pro offensa emendationem et satisfactionem2 et Deus ex sua parte remittit offensam. Quapropter concludimus cum S Thoma . « *Sub juslilia cotninulaliva tonlinelur* » (ad 3).

1. Cf. in Tractatu de *Verbo Incarnato* quæ disseruimus de necessitate Incarnationis ad satisfaciendum pro mortali peccato.

2. Animadvertit S. Cyprianus satisfactionem ecse non posse nbsque emendatione ei pœnitentia « Qui autem poenitentiam criminis tollunt satisfactionis viam claudunt.» *De lapsis,* n. 34 odit. Habtel, 262

ARTICULUS SECUNDUS

DE PŒNITENTIÆ SUBJECTO, PRINCIPIO ET ORDINE AD CETERAS VIRTUTES

AD ART. 4-6 *Q.* LXXXV S. THOMffi

I. Pœnitentia, prout est virtus, residet in voluntate ut in subjecto proximo et immediato (a. 4). — Quum enim sit species justitiæ, debet in ea facultate recipi quæ est subjectum justitiæ. Sed subjectum justitiæ proprium est voluntas. Ergo *uolunlas* quoque est pœnitentiæ subjectum.

Prout autem est passio quædam, est species tristitiæ et in concupiscibili sicut in subjecto recipitur. Notat Billuart *dolorem sensibilem* conjungi quandoque dolori rationabili et bonum esse, at non esse ipsam poenitentiam, sed tantum hujus virtutis comitem aut indicium[1].

II. Subjectum autem remotum et mediatum est omnis homo peccati reus aut peccati capax.

Actus quidem pœnitentiæ non est nisi in homine qui peccavit ; at vero habitus potest esse in omni homine olïensæ divinæ capace, quatenus reddit illum aptum et promptum ad dolendum de peccato, si peccatum admiserit.

Hinc tenent communiter theologi fuisse habitum pœm tentiæ cum ceteris virtutibus in Adamo ante lapsum, infundi pueris in Baptismo cum gratia, et remanere etiam in patria, quatenus beati semper detestantur peccatum et Deo gratias reddunt pro liberatione a peccato. — Christus autem, qui erat absolute impeccabilis, nequit esso pœnitentiæ subjectum[2]. — De B. Virgine disputatur i

1. Billuart, dissert. II, art. 2.

2. Cf. *De Incarnatione,* q. v, art. in, ŋ. iv. Recolatur S. Ofllciuin d. 15 Julii 1893 reprobasse titulum : « Cor Jesu pœnitens, — Cor Jesu pœnitens pro nobis, miserere nobis. » *Nouvel!# Revue Tlk'‹›· logique,* 1893, p. 506.

quidam dicunt earn habitum pœnitentiæ recepisse cum ceteris virtutibus infusis et illius ideo fuisse capacem, quia, attenta conditione viæ et sui status, poterat peccare, licet fuerit aliunde ab omni peccato immunis[1]. Alii tamen negant. Nosque etiam putamus non dari habitum, quando actus nunquam potest contingere. Porro actus peccati nunquam poterat in B. Virgine contingere, eo quod Mater I>ei, non *impeccantiam* tantum, sed et veram *irnpeccabililaiem* est consecuta, quippe quæ indissolubilitatem charitatis divinæ titulo matris haberet*. — Angeli autem non sunt capaces pœnitentiæ, sed simpliciter sunt inconvertibiles, utpote adhærentes immobiliter objecto semel electo.

III. Utrum homo in statu naturæ puræ capax fuisse) cujusdam pœnitentiæ naturalis. — Disputatur utrum homo in statu naturæ puræ potuisset Deo reconciliari per favorem Dei extrinsecum absque gratia supernatural· Multi Thomistæ tenent in illo statu remissionem peccati aeri potuisse per poenitentiam naturalem absque gratia sanctificante, secus mutaretur hypothesis hominis puri vel impossibilis fieret conversio ; intervenire tamen mutationem intrinsecam, qua homo converteretur ac rectificaretur interius et iterum fieret Deo gratus in illo ordine. Quidam tamen Thomistae, ut Medina, dicunt . In omni statu et hvpothesi peccatum mortale est macula permanens quæ non per actus transeuntes, sed solum per habitum oppositum, qui est gratia sanctificans, deleri potest. At respondetur in illo statu maculam, qua: fuisset privatio nitoris naturalis, remitti et deleri potuisse per mutationem illam intrinsecam, qua anima a Deo mota rectificaretur in ordine naturali fieretque accepta Deo, qui proinde inciperet de novo deligere hominem in eodem ordine et ipsi remitteret ollensam et pœnam[2]. Fieret igitur, non per solum favorem extrinsecum, sed per mutationem intrinsecam, absque gratia proprie supernatural!, sed cura auxilio Dei moventis»

1. Cf. Gonei, disp. II, art. 3, n. 92.
2. Cf. Tract. *De B. Virgine Deipara,* q. n, art. iv, n. vi.
3. Cf. Gonet, *De Justi/ic.*. disp. I, art. 4. *De Pœnit.,* disp. II, n. 93.

JV Principium habitus pœnitentiæ est Deus infundens gratiam ; principium vero actuum quibus Deo operanti in poenitentia cooperamur est ordinarie timor, scilicet principium remotum timor servilis, principium autem proximum et immediatum timor filialis (a. 5). — LIQUET I-, pars quia habitus pœnitentiæ, utpote *supernaturalis,* non potest nisi ab auctore supernatural! infundi, cui tamen infusioni præviæ sunt ex parte nostra plures dispositiones, ut in quæstione de justificatione ostendimus[1].

prob. altera pars. — Quoad actus, licet possit, quis in Deum converti intuitu divinæ bonitatis aut ex altero motivo, ordinarie tamen servatur iste ordo, ut actus pœnitentiæ a timore servili procedat sicut a primo motu affectus ad hoc ordinato, a timore autem filiali sicut ab immediato et proximo principio. Timor porro *servilis* est quo quis timet culpam committere propter pœnam, et ipsum Deum timet ut justum judicem, qui pœnam minatur et infligit ; timor vero *filialis* est quo quis Iintl culpam committere quia est offensa Patris, nempe Dei, ct idcirco timet Deum ut summum bonum dignum quod nullo peccato offendatur. Lutherani dicunt timorem servilem esse malum et peccatum et peccatores pejores facere. Hunc errorem damnavit **Concilium Tridentinum**[2]. Est igitur doctrina catholica hunc timorem esse bonum, dummodo excludat voluntatem peccandi, et ad conversionem concurrere. — Is ergo fit processus : primo, Deus sua motione supernatural! movet cor, justa illud : *Converte* nos et convertemur[3]; secundo, fit motus *fidei,* quæ est prima conditio ut homo accedat ad Deum ; tertio, apprehendens supplicia et pœnas homo concipit *timorem servilem,* quo jam a peccatis retrahitur ; quarto, videns Dei misericordiam, *sperat* veniam simulque assumit *propositum* sese emendandi ; quinto incipit *dilidere* Deum propter seipsum, et vult peccatum vitare, non jam propter supplicia, sed quia culpa displicet Deo ; sexto iit actus *timoris filialis,* quo, propter reverentiam Dei, pœnitens emendationem voluntarie Deo offert*.

1. Cf. *De Gral'a,* q. vi, art. in.
2. Sess. VI, cap. vi, et can. 8 ; Denz., 798 et 818.
3. Jerem., *Thren.,* ult. 21.
4. Cf. Cone. Trident., Sess. VI, cap. vi ; Denz., 798.

V. De ordine pœnitentiæ ad ceteras virtutes (a. 6). — (Juum omnes virtutes infusæ simul sint in anima, non attenditur ordo prioritatis in ipsis habitibus, sed in actibus, secundum quod actus unius virtutis præsupponit actum alterius. Porro actus fidei, spei et timoris servilis præcedere possunt etiam tempore habitum pœnitentiæ ; quia generatim non infunditur virtus, nisi praecesserit congrua præparatio, quæ tempus quoddam requirit. Licet autem in justificatione actus pœnitentiæ et actus charitatis sint simul tempore, quatenus actus poenitentia? est charitate informatus, secundum rationem tamen actus pœnitentiæ, quatenus expellit peccatum, introducit charitatem, et sic actus pœnitentiæ dici potest ratio et causa actus amoris. Sub hoc respectu poenitentia est prima inter ceteras virtutes, quatenus ejus actus est primus qui occurrit in justificatione1. Ordine autem naturæ, ceteræ sunt priores, quia necessariæ sunt per se ad bonum hominis, dum poenitentia per accidens dumtaxat, supposito lapsu.

VI. Ex prædictis colligitur definitio completa virtutis pœnitentiæ. — Definiri potest : virtus specialis, infusa, moralis, justitiæ adnexa, inclinans hominem peccati capacem vel peccati reum ad detestandum ac removendum peccatum cum firmo emendationis et satisfactionis proposito. Virtus *specialis,* cum habeat objectum materiale, formale *quod* et formale *sub quo* a ceteris distincta. *Infusa,* quia in præsenti ordine simul cum gratia sanctificante a Deo accipitur et ad finem supernaturalem ipsa tendit et hominem ordinat. *Moralis,* non theologica, quum non habeat pro objecto Deum in se, sed reparationem divinæ olïensæ. *Juslliliæ adnexa,* tamquam pars potentialis, quæ cum virtute principali in aliquo convenit, sed a perfecta ejus ratione deficit. Subjectum fest homo vel capax peccati vel peccati reus : in homine quidem peccatore, poenitentia *inclinat* tum 'ad detestationem tum ad remotionem peccati cum firmo proposito ; in homine autem non peccatore wed peccati capace, inclinat ad detestationem peccati cum proposito nunquam illud committendi.

1. Cf. iterum quæ in *Tractatu de Gratia* disseruimus de dispositionibus ad justificationem requisitis, q. vi, art. in.

QUÆSTIO TERTIA

DE EFFECTIBUS PŒNITENTIÆ

AD Q2. LXXXVI-LXXXIX S. THOMS

Singulos effectus pœnitentiæ attente expendit S. Doctor, quantum ad remissionem mortalium, q. lxxxvi, quantum ad remissionem venialium, q. lxxsxvii, quantum ad redi tum peccatorum remissorum, q. lxxxviii, quantum ad restitutionem virtutum, q. lxxxix.

ARTICULUS PRIMUS

DE REMISSIONE PECCATORUM MORTALIUM

AD 2· LXXXVI S. THOMS

L Per poenitentiam, sive ut sacramentum sive ut vir· tutem, omnia peccata rite illi subjecta delentur (a. 1). — Pertinet ad fidem, tum propter evidentissima **Scriptura·** testimonia, quæ nullum excludunt peccatum ab efficaci.· pœnitentiæ, sed asserunt omnia, etiam ingentia, dimitti cl deleri: « Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur; et, si fuerint rubra quasi vermiculus, velul lana alba eruntl. » Tum propter **Ecclesiæ definitiones.** Symbolum fidei Leonis IX (1053) habet : « Credo sanctam Ecclesiam, in qua unus datur baptismus et vera *omnium remissio peccatorum**, ▯ Et Concilium Later. IV ; « Si post susceptionem baptismi quisquam prolapsus fuerit in pec- catum, per veram potest *semper* poenitentiam reparari2. · Quæ verba valent tum de virtute tum de sacramenti» pœnitentiæ.'

1. *Isai.,* i, 18.
2. Denz., 347.
3. *If\.* 430

SS. Patres vim pœnitentiæ extollunt præsertim m David et in Petro, qui, cum flevissent, obtinuerunt veniam ingentis delicti1.

Probatur evidenti ratione theologica S. Thomæ. Si aliquod peccatum non posse' pei poenitentiam tolli, id proveniret vel ex eo quod homo non posset de peccato poenitere, vel ex eo quod ipsa pœnit.entia non posset peccatum delere. Atqui utrumque falsum est. Ergo nullum est peccatum quod nequea· per pœnitentam remitti. — Prob. min quoad 1-m partem Illi tantum nequeunt de peccato poenitere qui sunt in malo simpliciter obstinati, ut dæmones vel damnati. Sed nudus homo m hac vita potest esse hujusmodi ; et. licet quidam luerint ante mortem in bono confirmati, nullus est qui confirmari possit in malo : tum quia inde tolleretui libellas arbitrii, tum quia per hoc derogaretur virtuti gratiæ, per quam moveri potest cor cujuscumque peccatoris et *quocumque voluerit* Deus *inclinari*l Ergo. — Quoad 11au' partem. Si vera poenitentia non valeret peccatum aliquod delere, sequeretur duplex error : 1° misericordiæ divinæ præfigi limites, et ita vinceretur quodam modo Deus ab homine, si homo peccatum vellet deleri quod Deus delere non vellet ; 2° restringi virtutem passionis Christi, per quam poenitentia operatur, sicut et cetera sacramenta, quæ tamen est infiniti valoris, pro peccatis totius mundi2. Ergo simpliciter dicendum est omne peccatum in hac vita per poenitentiam veram deleri posse.

Difficultates fieri solitas jam expendimus supra (q. i, art. I, n. vn et seq.)

II. DE FIDE est poenitentiam, quatenus est virtus aut virtutis actus, ita necessariam esse, ut nullum peccatum mortale possit sine illa remitti, secundum legem Dei ordinariam (a. 2).

Absolute loquendo, posset Deus gratiam in animam absque ulla subjecti præparatione aut dispositione infundere, cum agens infinitæ virtutis valeat subito formam3

1. Cf. S. Justin., *Dialog.,* 141 ; *P. G.,* vi, 398, 399 ; et S. Petr. Chrysol., Serm. XCXIV ; *P. L.,* 1u, 466.
2. Prov., xxi, 1.
3. I Joan., ii, 2.

inducere in subjectum ; et in illa hypothesi gratia sic infusa animam vi sui rectificaret, affectum a peccato revocaret et hominem totum ad Deum converteret. At in præsenti ordine Deus requirit pœnitentiæ inotum.

Scriptura id perpetuo recolit : « Si pœnitentiam egerit gens illa..., agam et ego pœnitentiam super malo quod cogitavi ut facerem...[1] » « *Poenitemini* et convertimini, *ut deleantur peccata vestra**. »[2]

Concilium Tridentinum ad peccati remissionem requirit *pœnitentiam,* cum proposito servandi mandata, et definit non justificari homines absque gratia et charitate[3], in quibus necessario includitur pœnitentia.

Patres hic iterum afferunt exemplum David, cui non remissum est peccatum, nisi postquam pœnitentiam egit et flevit[4].

Probatur ratione S. Thomæ. Peccatum mortale, utpote offensa Dei, eodem modo remittitur quo remittitur offensa. Atqui offensa non potest remitti nisi per pœnitentiam, seu per immutationem voluntatis intrinsecam, qua ipsa voluntas ad Deum convertitur cum detestatione suæ conversionis ad creaturas. Ergo nequit peccatum mortale sine pœnitentia remitti. — Prob. min. Quum offensa opponatur gratiæ, non remittitur offensa, nisi offendens fiat offenso acceptus et gratus. Atqui homo peccator non potest fieri Deo acceptus et gratus nisi per mutationem intrinsecam, qua voluntas aversa a Deo convertitur reapse ad Deum, detestando conversionem ad creaturas. Ergo. — Prob. min. subsumpta. Hoc inter amorem ac gratiam Dei et amorem ac gratiam hominis viget discrimen, quod amor et gratia hominis supponat bonitatem veram vel apparentem, non causet, amor autem et gratia Dei sit causa boni et infundat bonitatem in hominem gratum. Quapropter, si homo peccator fit Deo gratus, jam fit intrinsece bonus et dignus amore divino, et idcirco est intrinsece mutatus et reapse conversus ad Deum ; immutatio autem intrinseca voluntatis et conversio ad Deum necessario importat ut voluntas relinquat suam priorem con-

1. Jerem., xviii, 8.
2. *Act.,* iii, 19.
3. Sess. VI, cap. vi et can. 11 ; Denz., 798 et 821.
4. Ita S. Justin., *Dialog.,* 141 ; *P. G.,* vi, 398, 399.

versionem ad creaturas, illam simul detestando et reparando. Atqui illa voluntatis mutatio et conversio ad Deum cum proposito emendandi est pœnitentia. Ergo constat absque pœnitentia non remitti peccatum.

III. Solvuntur difficultates.

Objicitur 1° : Non est minor virtus Dei circa adultos quam circa infantes. Atqui infantibus remittit peccatum sine ulla immutatione. Ergo nec requiritur immutatio voluntatis in adultis.

Besp. : Dist. maj. : Non est minor Dei virtus circa adultos quam circa infantes, ita tamen ut servetur debitus ordo, nempe ut sufficiat mutatio habitualis ubi est tantum habituale peccatum et requiratur habitualis et actualis immutatio ubi est peccatum habituale et actuale simul, concedo ; secus nego. Contradist. min. : Pueris Deus dimittit peccata sine mutatione quæ sit actus proprius, concedo, sine mutatione habituali, nego. Et neg. conclus. — Immutatio quæ importatur in pœnitentia respondet peccato : ubi est tantum habituale peccatum, scilicet originale, sufficit immutatio habitualis, quæ ipsa infusione gratiæ inducitur ; ubi autem est peccatum habituale et actuale, ut in adultis, requiritur immutatio quæ sit actus, seu poenitentia actualis.

Objicitur 2° : Non est minor misericordia Dei quam hominis. Sed homo interdum remittit offensam sine pœnitentia offendentis. Ergo et idem facere debet Deus.

Besp. : Dist. min. : Homo remittit offensam sine pœiïitentia offendentis, et hoc est defectus virtutis, concedo ; et hoc est misericordia, nego : quia veræ misericordiæ et veræ virtutis est immutare interius voluntatem et offendentem efficere bonum et amicitia dignum.

IV. **De necessitate medii et præcepti. —** Ratio quam evolvimus evincit pœnitentiam requiri *ex ipsa rei natura* et idcirco necessariam esse necessitate medii. Explicatum est etiam superius, q. i, art. in, n. i, quomodo sacramentum p<>-nitentiæ sit medium necessarium lapsis. Pauca sunt addenda de præcepto poenitendi.

V. Conclusio : Datur præceptum poenitendi ; jure quitom naturali quantum ad ipsam pœnitentiam ; jure autem divino positivo quantum ad modum poenitendi. —

Ita ex Angelico, supra, q. lxxxiv, a. 7, corp, et ad 1 : « Ex *nàlurali enim ralione* homo movetur ad poenitendum de malis quæ fecit, sed quod hoc vel illo *modo* poenitentiam agat est ex institutione divina. »

Ratio liquet. Jure naturali imponitur præceptum et reparandi injuriam alteri illatam et proprium malum removendi. Atqui medium necessarium ad reparandam injuriam divinam et removendum proprium malum est poenitentia. — Modus autem poenitendi per sacramentum, in quo concurrunt actus pœnitentis et absolutio sacerdotis, est manifeste juris divini positivi.

Certum est obligare præceptum *per se in articulo morlis,* eo quod non jam remanet aliud tempus sive injuriam divinam reparandi sive proprium malum removendi et propriæ saluti consulendi. — Disputant autem theologi utrum obliget per se *aliquando in vita.* Quiquid sit de diversis sententiis, *practice* tenendum est, etsi præceptum forte non statim obliget, dilationem tamen per notabile tempus fieri grave peccatum. Ratio est quia Scriptura graviter reprehendit dilationem de die in diem : « Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem[1]. » Deducitur insuper ex natura rei, quia dilatio est injuriosa Deo, impediendo reparationem ofiensæ, et periculosa peccatori, illum *salutari* vita privando et novis culpis exponendo[2], eo quod homo in peccato mortali existens nequit vitare diu peccatum.

VI. Impossibile est per poenitentiam unum peccatum mortale sine alio remitti (a. 3). — Doctrina omnino certa, quam testatur vetus traditio in textu ab Angelico citato tueturque unanimis theologorum consensus.

Rationes S. Thomæ evidentiam præstant. 1° Nullum peccatum mortale remittitur sine gratia, qua tollitur Dei offensa. Atqui gratia excludit omnia peccata mortalia, et peccatum mortale ita contrariatur gratiæ, ut sintincompossibilia etiam de potentia Dei absoluta, ut in tractatu de gratia ostensum est[3]. Ergo nullum peccatum mortale

1. *Eccli;* v, 8, 0.

2. Quoad celera, consulantur moralistæ, præsertim S. Alphonsus, lib. VI, n. 437.

3. Pari jure caritas est incompossibilis cum peccato mortali

potest sine alio remitti. 2° Non remittitur peccatum mortale sine vera poenitentia. Atqui non potest esse vera poenitentia de uno peccato, nisi sit de omnibus, quia veræ pœnitentiæ est detestari peccatum sub ratione quæ est communis omnibus peccatis mortalibus, quia nempe omnia sunt contra Deum, et idcirco detestari et delere unum est detestari et delere omnia. Ergo non remittitur unum peccatum mortale sine alio. 3° Misericordia Dei, cujus perfecta sunt opera, totaliter miseretur cujus miseretur. Atqui totaliter misereri est remittere omnia peccata. Ergo, quando remittitur unum peccatum mortale, et alia remittuntur.

VII. Doctrina est ad fidem **pertinens cum culpa mortali semper remitti reatum pœnæ æternæ, non tamen remitti semper totum reatum pœnæ temporalis (a. 4).**

Ia PARS est *contra Baium,* qui contendit caritatem etiam perfectam consistere posse cum reatu æternæ damnationis. altera pars est *contra novatores,* tum Lutheranos tum Calvinistas, qui contendunt post remissa peccata nunquam remanere pœnam1; hæc catholica doctrina est fundamentum doctrinæ de operibus satisfactoriis, de indulgentiis, de purgatorio : quæ omnia negant adversarii.

1° Rationem utriusque partis exponit optime S. Thomas. Duo sunt in peccato mortali, nempe aversio a Deo et conversio inordinata ad bonum commutabile, et utrique respondet proportionate poena. Quamdiu remanet aversio a Deo, remanet quoque reatus pœnæ æternæ ; at, si tollitur hæc aversio, non amplius persistit ille æternæ pœnæ reatus. Potest autem contingere ut, sine aversione a Deo, homo aliquatenus adhæreat bono commutabili, pro qua conversione debetur poena temporalis, sicut remoto formali potest aliquatenus remanere materiale. Ergo'in poenitentia potest contingere ut tollatur æternæ pœnæ reatus, quando tollitur aversio a Deo per infusionem gratiæ sanctificantis,

aut cum reatu æternæ damnationis, llinc propositio 70 damn, in Hλιο : « Homo existens in peccato mortali, sive in reatu æternæ damnationis, potest habere veram caritatem, et caritas etiam perfecta potest consistere cum reatu æternæ damnationis. » Denz. 1070.

1. Cf. B. Bellarm., *De Pœn'l.,* lib. IV, c. n.

quæ culpam remittit, et remaneat adhuc reatus pœnæ temporalis, quando remanet aliqua ad bonum commutabile conversio inordinata, quæ tamen non facit aversionem a Deo.

VIII. 2° **Documenta ecclesiastica. — i»** pars expresse docetur a Concilio Tridentino : « Non pro poena æterna, quæ vel sacramento vel sacramenti voto una cum culpa remittitur[1]. » Poenitentia enim et charitas secum ferunt gratiam) sanctificantem, quæ hominem eflicitDei amicum et hæredem. Repugnat porro ut qui est hæres et amicus Dei remaneat ejus inimicus cum obligatione ad æternam pœnam. Ergo: repugnat ut, remissa culpa, remaneat ætcrnæ pœnæ reatus.

ii» pars ab **eodem Concilio** fortiter vindicatur. Nam post præfata verba addit : « Sed pro poena temporali, quæ, ut sacræ litteræ docent, *non iotasemper,* ut inBaptismo iit, dimittitur. » Deinde in can. 30 definit : « Si quis post acceptam justificationis gratiam cuilibet peccatori pœnitenti ita culpam remitti et reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, ut nullus remaneat *realus pœnæ temporalis exsolvendæ vel in hoc sæculo vel in futuro in purgatorio,* antequam ad regna coelorum aditus patere possit, A. S.[2]. » Iterumque in sess. XIV, cap.[3] vin : « Sancta Syno'dus declarat falsum omnino esse et a verbo Dei alienum culpam a Domino nunquam remitti quin universa etiam poena condonetur[4]. » Et can. 12* : « Si quis dixerit totam pœnam simul cum culpa remitti semper a Deo satisfactionemque pœnitentium non esse aliam quam fidem qua apprehendunt Christum pro eis satisfecisse, A. S. »

IX. 3° Traditio patristica. — Compendiatur clare in illo effato S. Augustini : « *Productior est enim pœna quam culpa, ne parva putaretur culpa, si cum illa finiretur et pœna... ; temporaliter hominem delinet pœna et quem jam ad damnationem sempiternam reum non retinet culpa*[5]. » Tanta evidentia pollent testimonia, ut coactus scribere fuerit Caf-

1. Sess. VI, cap. χιν ; Denz., 807.
2. Denz., S40.
3. *Id.,* 904.
4. *Id.,* 922.
5. S, Augustin., *Tract.* 124 *in Joan.,* η. **5** ; **P.** *L.,* **xxxv,** 197?.

vinus Patres ipsi contradicere, sed non esse audiendos ‹ « Video quidem eorum nonnullos, *dicam simpliciter omnes fere,* quorum libri exstant, aut hac in parte lapsos esse aut nimis aspere et dure locutos*. »

X. 4° Fundamenta scripturistica. — Concilium Tridenti* num, loco jam citato, sess. XIV, cap. vin, ad ipsam Scripturam provocat : « Perspicua enim et illustria in sacris litteris exempla reperiuntur, quibus præter divinam traditionem hic error quam manifestissime revincitur. »

Ex Scripturis præsertim citatur factura David*. « Nam et ipsi David, ait Augustinus, cui dictum jam fuerat per prophetam : Dimissum est peccatum tuum, evenerunt quædam quæ minatus erat Deus propter ipsum peccatum.3» Quod etiam recolit S. Gregorius M. : « Sic David post confessionem audire meruit : Transtulit Dominus peccatum tuum, et tamen multis post cruciatibus afflictus et fugiens reatum culpæ quam perpetraverat exsolvit4. »

Alia sunt exempla perspicua. Adam gravissimas pœnas subit, *Genes.,* m, quanquam Deus *illum eduxila delicio suo,* ut dicit *Sap.,* x, 2. Maria soror Moysis, licet ad orationem fratris fuerit a peccato absoluta, debet tamen pœnam subire et extra castra per septem dies separari *(Num.,* xu, 14 ss). Ipsi Moyses et Aaron, licet fuerint a peccato incredulitatis jam absoluti, ab ingressu terræ promissionis prohibentur *(Num.,* xx ; *Deuler.,* xxxiv).

XI. 5° Constat demum ex natura Pœnitentiæ.—Baptismus, cum sit regeneratio, hominem efficit novam creaturam, et crimina præterita sic abolet, ut nulla supersit pœna luenda ; sed Poenitentia, cum sit *laboriosus quidam baptismus,* non reddit illam novitatem et integritatem sine magnis nostris fletibus et laboribus5. Imo, ut explicat Concilium Tridentinum, « divinam clementiam decet ne ita nobis absque ulla satisfactione peccata dimittantur, ut, occasione accepta, peccata leviora putantes, velut injurii

1. Calvin., Instlt., lib. III c. iv.
2. *11 Reg.,* xn, 13 ss.
3. S. Augustin.,//! *Ps.* 1, n. 15 ; P. *L.,* xxxvi, 595.
4. S. Gregor. M., *Moral.,* lib. IX, c. xxxiv ; P. *L.,* lxxv, 889.
5. Cone. Trid., Sess. XIV, cap. n ; Denz., 895.

et *contumeliosi Spirilui Sanclo (Hebr.,* x, 29), in graviora labamur[1]. »

Objicitur : Passio Christi est sufficiens pro omnibus ac singulis peccatis et quoad culpam et quoad pœnam. Atqui remissio peccatorum fit in Poenitentia per virtutem passionis Christi. 'Ergo in Poenitentia remittitur et culpa et pœna, nec idcirco alia requiritur satisfactio.

Resp. : Dist. maj. : Passio Christi est sufficiens et quoad culpam et quoad pœnam, dummodo applicetur secundum *lotam* suam sufficientiam et virtutem, concedo ; si non applicetur tota, nego. Contradist. min. : Remissio peccatorum fit in Poenitentia per virtutem passionis Christi, quæ applicatur secundum modum dispositionum pœnitentis, concedo ; secundum totam suam sufficientiam, nego. Et nego conclus. — Poenitentia non est regeneratio, sicut Baptismus, applicans totaliter virtutem passionis, sed est sicut medicina, quæ efficacior eo fit, quo melior est dispositio rogroti. Recte igitur concludit Angelicus : « In Pcenitentia vero consequitur virtutem passionis Christi *secundum modum propriorum actuum,* qui sunt materia Pœnitentiæ... Et ideo non statim per primum actum Pœnitentiæ, quo remittitur culpa, solvitur reatus totius pœnæ, sed completis omnibus Pœnitentiæ actibus. » (ad. 3)'.

XII. Hinc intelligitur quomodo, remissa culpa mortali, remanere possint reliquiæ peccati (a. 5).

Quum in peccato mortali, præter aversionem a Deo, sit inordinata ad creaturas conversio, quæ in anima causât dispositionem vel habitum per actus frequenter iteratos, contingere potest ut tollatur aversio per gratiam sanctificantem et tamen remaneat aliquid de illa dispositione quam inducit conversio illa inordinata. « Et ideo nihil prohibet quin, remissa culpa, remaneant dispositiones ex præccdentibus actibus causatæ, quæ dicuntur peccati reliquiæ ; remanent tamen debilitatæ et diminutæ, ita quod homini non dominentur ; et hoc magis per modum[2]

1. *Ibid.,* c. vm ; Denz., 904.

2. Itaque satisfactio quam pro peccatis exsolvimus non derogat passioni Christi, cum sit applicatio ipsius passionis ; sicut enim meritum nostrum a'merito Christi, ita nostra satisfactio a satisfactione ejus derivatur, *ex quo omnis nostra sufficientia esi.* Cl Cone. Trident., sess. XIV, c. vm ; Denz., 904.

dispositionum quam per modum habituum, sicut etiam remanet fomes post Baptismum. »

XIII. Remissio culpæ est effectus pœnitentiæ secundum quod est virtus, principalius tamen secundum quod est sacramentum seu vi clavium (a. 6). — Sacramenta producunt effectum et ex parte materiæ et ex parte formæ, principalius tamen ex parte formæ. Atqui in Poenitentia actus humani qui procedunt ex ipsa virtute habent rationem materiæ, et id quod est ex parte clavium quas habent ministri gerit rationem formæ. Ergo sacramentum Pomitentiæ producit effectum quatenus quidem est virtus et principium actuum humanorum, sed principalius ratione formæ et vi clavium.

Hinc, quando remittuntur peccata extra sacramentun. id fit semper ex voto saltem implicito sacramenti et per ordinem ad claves.

Probandum vero superest an poenitentia reapse culpam deleat ante susceptionem actualem sacramenti.

XIV. Conclusio : Vera poenitentia, quæ eSt contritio perfecta, remittit peccatum mortale etiam ante actualem sacramenti susceptionem. — Requiri semper votum sacramenti saltem implicitum jam ostensum est, et iterum ostendetur ubi de confessione, at contritioni perfectæ conjungi necessario gratiæ infusionem et peccati mortalis remissionem est doctrina hodie certa. Sylvius quidem id prius inficiatus erat, dicendo contritionem sine sacramento justificare solum in articulo mortis et in necessitatis casu, quo nequeat pœnitens confessarium adire ; sed postea illam sententiam retractavit.

Patres animadvertunt poenitentiam perfectam delere peccata, quia conjungitur amori, qui est vis delens crimen abnegationis in Petro vel ignis adurens rubiginem in Magdalena. « Negationis crimine quid pejus ? Et tamen Petrus amore sup valuit hoc delere[1]. » « Incendi plene peccati rubiginem, quia ardet valide, per amoris ignem[2]. »

Recolatur propositio Baii : « Per contritionem etiam cum caritate perfecta et cum voto suscipiendi sacramen-

1. S. Petr. Chrysol., Serm. XCXIV ; *P. L.,* 1 ii, 466.
2. Cf. Greg. M., *Homil. in Evaŋa.,* II, xxxm, 4 ; P. *L.,* 1 x x v i. 1241.

tum conjunctam, non remittitur crimen extra casum necessitatis aut martyrii, sine actuali susceptione sacramenti1. » Quum loquatur Baius de actu contritionis et de actu caritatis, quos ipse requirit ad validam sacramenti susceptionem, certum est, ex tali damnatione, per actum contritionis cum actu caritatis conjunctum, mortale remitti statim et infallibiliter peccatum. — **Cone. Tridentium** recolit « contritionem aliquando caritate perfectam esse contingere, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc sacramentum actu suscipiatur1. »

Liquet ratio theologica. Contritio perfécta conjuncta cum caritate, quum eliciatur propter Deum summe dilectum, reddit hominem Deo gratum, nec potest Deus non diligere hominem qui ipsum summe diligit. At nequit homo esse Deo gratus nisi removeatur peccatum, nequit Deus hominem diligere nisi infundat ipsi gratiam, quæ et peccatum abluit et hominem reddit mundum et amore divino dignum, sicut explicatum est in tractatu de gratia, ubi dc justificatione. Ergo contritio perfecta semper *vi sui* et infallibiliter conjunctam habet peccati mortalis remissionem. Nec hodie ullus superest dubitationi locus2.

XV. In quo genere causæ justificet contritio. — Non justificat in genere causæ formalis, quia forma justificandi est forma vivendi spiritualiter, nempe gratia permanens sanctificans, non autem actus transeuntes charitatis vel contritionis4 5.

Sed in genere causæ *dispositivæ,* quatenus, removendo impedimentum quod induxerat prava voluntatis affectio, est immediata dispositio ad formam, nempe gratiam, qua formaliter remittitur peccatum. Quapropter enumeratur a Concilio Tridentino inter dispositiones ad justificationem requisitas8.

Concurrit etiam per modum causæ *meriloriæ,* non quidem dc condigno, quod supponit statum gratiæ, sed *de congruo,* ut dictum est in tractatu de Gratia*.

1. Propos. 71 ; Denz., 1071.
2. Sess. XIV. cap. iv ; Denz., 898.
3. Cf. Gonet, *De Pœnit.,* dissert. III, art. 3.
4. Cf. *De Gratia,* q. vi, art. n, n. v ss.
5. *Ibid.,* art. in.
6. Q. vu, art. in, n. i.

ARTICULUS SECUNDUS

DE REMISSIONE PECCATORUM VENIALUM

AD *Q.* LXXXVII S. THOM/R

I. Sententiæ variae de remissione venialium. — Intelligitur peccatum veniale in doctrina S. Thomie conversio quædam ad bonum commutabile inordinata, sine aversione tamen a Deo. Quia remanet homo simpliciter conversus ad Deum, retinet gratiam habitualem et charitatem ; sed, quia bono creato inordinate adhæret, retardatur ejus affectus ne feratur in Deum et hinc inducitur privatio fervoris charitatis.

Dari peccatum veniale hoc sensu negavit WiclefTus, et postea Lutherus. Ecclesia autem catholica docet dari peccata venialia, quæ scilicet possunt esse cum gratia, inveniri posse in homine justificato[1] et multis modis expiari : « Nam venialia, *quibus a Dei gratia non excludimur* et in quæ frequentius labimur, quanquam recte et utiliter citraque omnem præsumptionem in confessione dicantur, quod piorum hominum usus demonstrat, taceri tamen citra culpam multisque aliis remediis expiari possunt[2]. »

Quæstio inter scholasticos versatur de modo quo remittuntur. Alii contendunt remitti posse, non solum per actum pœnitentiæ, sed per quemcumque actum bonum, qui aliquo modo pugnat cum veniali peccato, ut nonnulli e schola Scoti[3] et plures recentiores[4]. E regione, Durandus requirit actum pœnitentiæ formalis[5]. Media autem via incedit S.*Thomas ejusque schola. Unde sit

II. Conclusio : Ad remissionem peccati venialis extra

1. Cone. Trid., Sess. VI, can. 23, 25 ; Denz., 833 et 835.
2. Sess. XIV, cap. v ; Denz., 899. — Cf. *Cod.,* can. 902.
3. Cf. *Seni.,* dist. XXI, q. n.
4. Cf. Pesch, col. VII, n. 123.
5. *Sent.,* dist. XVI, q. n et dist. XXI, q. i.

sacramentum requiritur quædam virtualis displicentia; non sufficit habitualis ; nec requiritur formalis ; in sacramento autem requiritur actus formalis detestationis (a. 1).

prob. i» PARS. Quum peccatum veniale sit quædam inordinatio causata per conversioqem ad bonum commutabile, non remittitur nisi per actum contrarium, quo tol-Ijtur inordinatio. Atqui actus inordinationi oppositus est displicentia qua quis peccatum retractat quæque idcirco est quædam poenitentia. Ergo nequit peccatum veniale sine quadam poenitentia remitti.

liquet altera pars : si sufficeret displicentia habitualis, quæ habetur per habitum charitatis vel poenitentiæ virtutis, charitas non compateretur peccatum veniale ; quod patet esse falsum.

prob. m» pars. Quia peccatum veniale non separat a Deo, non requiritur ut pcenitens formaliter illud detestetur, sed sufficit ut in Deum et res divinas ita feratur secundum allectum « ut quidquid sibi occurreret quod ab hoc motu retardaret, displiceret ei et doleret se commisisse, etiamsi actu de illo non cogitaret. »

Constat etiam ultima pars. Poenitentia seu contritio est materia sacramenti. Atqui materia sacramenti non suppletur in alio æquivalenti, sed debet formaliter haberi. Ergo, quando peccatum veniale subjicitur clavibus,, debet elici actus detestationis formalis, ut habeatur elementum essentialiter requisitum in sacramento Pœnitentiæ.

III. Peccatum veniale nequit remitti per solas naturæ vires neque per solam gratiam actualem in eo qui nondum est justificatus ; at in justo potest absque nova infusione remitti, per motum gratiæ vel charitatis qui sit displicentia virtualis (a. 2 et a. 4).

i» pars est de fide. Nam de fide est ad omnem actum salutarem requiri absoluta necessitate gratiam supernaturalem, ut in tractatu de Gratia ostensum est. Liquet autem remissionem peccati venialis importare actum salutarem. Insuper, definit Arausicanum II nullum esse per naturæ vigorem bonum quod ad salutem pertinet vitæ æternæ, nec ullum miserum de quantacumque miseria liberari nisi qui misericordia Dei prævenitur[1].

1. Can. 7 et can. 14, Denz., 180, 187.

At remissio peccati venialis pertinet ad salutem vitæ æternæ estque liberatio a quadam miseria. Ergo non est per naturæ vigorem.

ostenditur n» PARS. Non remittitur peccatum veniale, nisi pænitens fiat acceptus Deo prius offenso, qui peccatum non amplius imputat. Sed homo qui nondum est justificatus non est Deo acceptus et amicus. Ergo non remittitur ei peccatum veniale ; ac proinde veniale conjunctum mortali nullatenus potest sine mortali dimitti.

prob. ULTIMA pars. — Peccatum veniale, quum non sit privatio gratiæ, non indiget nova infusione gratiæ, sed, quum importet inclinationem affectus inordinal,ani ad aliquid temporale, remittitur per id quo tollitur illa inclinatiol. Porro id quod inclinationem inordinatam tollit est motus charitatis vel pœnitentiæ sensu jam explicato ; qui motus fit per gratiam actualem. Ergo in justo sufficit cum gratia habituali præexisbenti gratia quædam actualis. — Motus autem quo tollitur inclinatio contraria importat quamdam *mutationem intrinsecam* in anima, quatenus anima *reapse aliter* se habet ac prius. Hinc manifestum est *per favorem mere exlrinsecum* nullum remitti pecCatum, nec mortale nec veniale. Quoties infunditur gratia habitualis, fit quidam motus liberi arbitrii in Deum, qui displicentiam quamdam virtualem importat, et idcirco, « quandocumque de novo gratia infunditur, peccata venialia remittuntur. »

IV. Per sacramenta et sacramentalia remittuntur peccata venialia, supposito semper actu virtualis pœnitentiæ (a. 3). — Constat ex supradictis non requiri ad remissionem venialium novam gratiæ infusionem, sed sufficere actum ex gratia procedentem quo quis detestetur peccatum veniale, vel explicite vel implicite, per motum fervoris in Deum. Hinc sequitur triplici ratione remitti peccata venialia : 1° per *infusionem graliæ* sanctificantis, et hoc modo, non solum Poenitentia, sed omnia Novæ Legis sacramenta remittunt venialia ; 2° quatenus fit *motus*

1. Animadvertatur peccatum veniale non esse *maculam* proprie dictam, quæ est privatio decoris, sed sensu latiori « per superinductionem alicuius impedientis decorem, puta luti aut pulveris » (ad 3).

detestationis peccatorum, et sic confessio generalis, tunsio pectoris et oratio dominica in qua dicitur : « dimitte nobis debita nostra », operantur ad remissionem venialium ; 3° quatenus fit *moins reverenliæ* in Deum et res divinas, in quo motus virtualis pœnitentiæ includitur, et hoc modo operantur benedictio episcopalis, aspersio aquæ benedictæ et cetera sacramentalia.

V. Utrum sacramenta et sacramentalia remittant peccata venialia ex opere operato[1]. — Certum est Pœnitentiæ sacramentum remittere venialia ex opere operato, quum peccata venialia sint ejus materia sufficiens, quam vi sui debet removere. — Communiter etiam admittitur omnibus Novæ Legis sacramentis remitti venialia ex opere operato. Nam eatenus sacramenta remittunt peccata venialia, quatenus infundunt gratiam qua excitatur motus detestationis et displicentiæ,. sensu jam explicato. Atqui omnia sacramenta infundunt gratiam ex opere operato. Ergo et ex opere operato venialia remittunt. — Præcipue tamen id præstant sacramenta quæ contra peccata principaliter ordinantur, ut Baptismus, Pœnitentia et etiam aliquatenus Extrema Unctio ; imo et Eucharistia, quæ nutriendo per gratiam cibantem expellit deperditiones vitæ, nempe peccata venialia ; necnon Confirmatio, quæ, cum sit sacramentum roboris, curat debilitatem peccato veniali inductam.

Sacramentalia, autem non causant remissionem proprie ex opere operato, cum sint institutionis ecclesiasticæ nec valeat Ecclesia ritui a seipsa constituto alligare vim conferendi gratiam aut remittendi per se peccata etiam venialia. — Sensu tamen quodam lato dici possunt agere ex opere operato, quatenus ritus ab Ecclesia instituti habent vim movendi Deum, non solum propter opus seu fervorem hominis iisdem utentis, sed etiam quia sunt res Ecclesiæ, sponsæ Christi, sicut etiam preces Ecclesiæ ex se sunt semper dignæ quæ exaudiantur. Quocirca sacramentalia possunt habere valorem supra opus operantis hominis, sed semper agunt ex opere operantis Ecclesiæ.

I. Cf. Gonet, disp. IV, art. 3; Billuart, dissert. III^'art. 2. — De remissione autem peccati venialis in altera vita, cf. quæ disserimus infra, *De Novissimis,* q. iv, art. m, n. vi.

ARTICULUS TERTIUS

DE REDITU PECCATURUM PER PŒNITENTIAM DIMISSORUM

AD 2. LXXXVII1 S. THOM/E*

I. Sensus quæstionis. — Sententiæ. — Tripliciter intelligi potest peccata dimissa iterum redire eadem : quoad numerum, quoad speciem, quoad maculam et reatum. — De primo sensu non procedit quæstio, quia impossibile est actum seu peccatum semel corruptum reproduci idem numero, et, si concederetur a Deo reproduci de potentia absoluta, non tamen rediret sub ratione peccati, cujus auctor esse nequit Deus. — De altero sensu non movetur difficultas, quia certum est justum amittere aliquando justitiam semel acceptam et ita redire eadem peccata secundum speciem, ut quum quis relabitur in adulterium aut furtum aut ebrietatem. — De tertio ergo sensu est quæstio, quatenus, si homo fit relapsus, reatus culpæ redit quoad maculam in animam, aut redit reatus pœnæ, ita ut peccata illa remissa puniantur a Deo. — Ita videntur sensissé plures theologi veteres quidam nempe asserebant redire priora peccata per quodlibet peccatum mortale subsequens, ut putat Hugo a S. Victore ; alii vero, ut S. Bonaventura tradit de Præpositivo, redire, solum per quatuor graviora : odium fraternum, apostasiam a fide, contemptum confessionis, retractationem pœnitentiæ prius factæ. Magister *Senfenliarum* diversas opiniones refert et a quæstione dirimenda abstinet, sicut etiam Gratianus. — Sed hodie doctrina quam hic vindicat S. Thomas est universaliter recepta et dici potest theologice certa.

II. **Conclusio : Peccata per poenitentiam jam semel**

1. Cf. Commentatores S. Thomæ in h. !., præsertim Sylv., Gonet, Billuart.

remissa non redeunt simpliciter per peccatum subsequens, sed solum secundum quid (a. I)[1].

prob. i» pars. — Scriptura docet impietatem non nocere nec imputari peccata post conversionem : « Impietas impii non nocebit ei in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua... Omnia peccata ejus quæ peccaverit non imputabuntur ei[2]. » At multum noceret impietas iterumque imputarentur peccata, si redirent quoad pœnam aut quoad culpam. — Traditionem catholicam sic compendiat S. Prosper. : « Qui recedit a Christo et alienus a gratia finit hanc vitam, quid nisi in perditionem cadit ? Sed non in id quod remissum est recidit nec in originali peccato damnabitur[3]. » Et Gelasius Papa, qui testatur non redire pœnam : « Divina clementia dimissa peccata in ultionem ulterius redire non patitur[4]. » Et S. Isidorus : « Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa commaculat[5][6] » — Ratio theologica ostendit nullum dari principium quo possit peccatum redire aut reviviscere. Etenim, si rediret peccatum quoad maculam et reatum, id esset vel quia opus Dei per opus hominis irritatur, vel quia Deus rion remittit peccatum absolute sed sub conditione de futuro, si pœnitens postea non peccet. Atqui utrumque est falsum. Ergo. Explicatur argumentum. Remissio peccati est opus Dei, peccatum vero est opus hominis. Sed opus Dei per opus hominis irritari non potest. Ergo. Pariter Deus remittit peccatum absolute[8]. Si enim fieret absolutio a quadam conditione de futuro dependens, sequeretur et gratiam et gratiæ sacramenta non esse suflicientem causam remissionis peccatorum, *quod est erroneum, ulpole derogans gratiæ Dei.* Huc facit canon Concilii Tridentini : « Si quis justificationis gratiam non-

1. Consuli possunt : Gratianus, *De Pœnit.,* dist. IV, can. *Qui recidit ; Patη.* Lombard., *IV Sent.,* dist. XXII; S. Bonavent., *IV Sent.,* dist. XXII, art. 1, q. i ; Hugo a S. Victore, *De Sacrament.* iib. 11, P. XIV, c. ix.

2. Ezecii., xxxm, 12, 16.

3. S. Prosper., *Ad objeci.* 2, *Gall. ; P. L.,* 1 i, 158.

4. Cf. *P. L.,* CLXxxvii, 1630.

5. S. Isidor., *Synonym.,* i, 77 ; *P. L.,* 1 x x x iii, 845.

6. Origenes, ad hoc illustrandum, animadvertit peccata deleri instar *chirographi,* quod semel deletum non potest *rescribi. In Genes., Homil.* XIII, 4 ; *P. G.,* xn, 235.

nisi prædestinatis ad vitam contingere dixerit, reliquos vero omnes qui vocantur vocari quidem sed gratiam non accipere..., A. S.1. »

il» PARS nullam præ se fert difficultatem ; dicuntur peccata dimissa redire *secundum quid,* in quantum virtualiter in peccato sequenti continentur, seu quatenus peccatum ultimo perpetratum aggravatur ex prioribus propter ingratitudinem.

III. **Ingratitudo illa in quibusdam peccatis specialiter** relucet (a. 2). — Omne peccatum reddit hominem ingratum Deo, qui peccatum remisit ; at ingratitudo maxime apparet in *odio fraterno,* in *apostasia* a fide, in *contemptu confessionis* et *in retractatione pœnitentia' prius factæ, quia in his major fit injuria beneficio dioino.* Legatur littera S. Thomæ.

IV. Quo gradu autem redeat reatus per ingratitudinem (a. 3). — « Non est necesse quod propter ingratitudinem semper per peccatum sequens redeat tantus reatus quantus fuit præcedentium peccatorum ; sed necesse est quocT *proporlionaliter,* quanto peccata prius dimissa fuerunt plura et majora, tanto redeat major reatus per qualecumque sequens mortale peccatum. »

V. **An prædicta ingratitudo sit speciale peccatum** (a. 4). — Peccatum recipit speciem ex intentione peccantis. Unde, si quis in contemptum Dei et suscepti beneficii peccat, jam illud peccatum trahitur ad speciem ingratitudinis, sicque est speciale peccatum. Si autem peccatum intendat peccator, puta homicidium aut adulterium, quin tamen intendat contemptum Dei et suscepti beneficii, ingratitudo non erit speciale peccatum, sed trahetur ad speciem alterius peccati, sicut circumstantia quædam. « Hæ tamen circumstantiæ, animadvertit Cajetanus, ad eamdem pertinent speciem peccati in qua est peccatum cujus sunt circumstantiæ2. »

1. Sess. VI, can. 17 ; Denz., 827.
2. Cajetan., *Comment,* in h. l. S. Thomæ.

ARTICULUS QUARTUS

DE VIRTUTUM RECUPERATIONE ET MERITORUM REVIVISCENTIA PER POENITENTIAM

AD *Q.* LXXXIX 3..THOMÆ

I. Per poenitentiam omnes virtutes infusœ restituuntur (a. 1). — Fundamentum **scripturisticum** hujus doctrinæ habetur in parabola de filio prodigo, quem resipiscentem, pater amplectitur et cui reddi jubet stolam primam et annulum et calceamenta. Quæ omnia, tum ex indole parabolic tum ex interpretatione **Patrum**1, significant reddi pœnitenti ornatum gratiæ sanctificantis et nobilem comitatum virtutum infusarum. — Concinit Concilium Tridentinum : « In ipsa justificatione *cum remissione peccatorum* hæc omnia simul infusa accipit homo per Jesum Christum, cui inseritur : *fidem, spem el charilalem*2. » Charitas porro ceteras virtutes secum trahit, quarum dicitur *forma.* — Liquet ratio theologica. Per poenitentiam fit perfecta remissio peccatorum, ut jam ostensum est. Atqui remissio peccatorum non fit sine infusione gratiæ sanctificantis, quæ formaliter justificat et sanctificat. Ergo per poenitentiam infunditur gratia sanctificans. Sed ex gratia sanctificante consequuntur omnes virtutes infusæ tanquam a radice seu essentia, sicut ex animæ essentia fluunt omnes potentiæ. Ergo per poenitentiam omnes virtutes restituuntur.

II. Animadversio de virginitate et de virtutibus acquisitis. — Virginitas potest considerari quoad suum formale, prout est inclinatio et propositum abstinendi perpetuo a delectatione venerea, et sub hoc respectu redit per poenitentiam cum gratia sanctificante, quæ illam inclinationem restituit ; vel quoad suum materiale, quod impor-

1. Luc., xv ; cf. S. Ambros. in h. l. ; S. Hieron., *Epist. CXLVI*, etc.

2. Sess. VI, cap. vip: Denz., 800.

tat *integritatem* carnis, jamque restitui nequit, nec etiam remanet jus ad aureolam, quæ debetur his tantum qui nunquam voluntarie voluptatem seu delectationem veneream sunt experti.

Virtutes autem acquisitæ, sicut multiplicatis actibus acquiruntur, ita similibus actibus restituuntur. Hinc mirum esse non debet, post poenitentiam, quæ quandoque unico actu contingit, hominem indigere multis conatibus, ut paulatim facilitatem consequatur ad exercitia virtutum acquisitarum repetenda.

III. **Utrum post pcenitentiam resurgat homo in æquali virtute** (a. 2). — Tradit S. Doctor principium quo determinari possit an gratia quæ datur per pcenitentiam sit æqualis gratiæ amissæ per peccatum, et inferius dicetur quo gradu reddatur prior gratia per peccatum amissa (a. 5), nempe, juxta Thomistas, in gradu dispositionis per quam resurgit. Principium autem hic expositum est semper et ubique recolendum. Quum motus liberi arbitrii,, qui pcenitentiam includit, sit ultima dispositio ad gratiam, quæ in justificatione datur, et major vel minor gratia infundatur secundum diversam dispositionem subjecti, oportet ut secundum intensiorem vel remissiorem motum liberi arbitrii çt pœnitentiæ homo majorem vel minorem recipiat gratiam[1]. Atqui contingit intensionem motus pcenitentis quandoque esse majorem, quandoque æqualem gratiæ præexistenti, .quandoque, minorem. Ergo pœnitens quandoque resurgit in majori gratia quam habuerat, quandoque autem in æquali, quandoque etiam in minori. Et eadem est ratio de virtutibus, quæ ex gratia consequuntur. Hinc concludit Cajetanus, in h. l. : « *Ad majorem gratiam sequuntur majores virtutes et ad minorem minores.* »

IV. Utrum per pcenitentiam restituatur homo in pristinam dignitatem (a. 3). — Dignitas *principalis,* quæ est adoptio in filium Dei per gratiam, restituitur eo modo

1. Hoc principium adeo liquet, ut Concilium Tridentinum eo utatur : « Justitiam in nobis recipientes unusquisque suam, secundum mensuram quam Spiritus Sanctus partitur singulis prout vult, *et secundum propriam cujusque dispositionem et cooperationem.* » Sess. VI, cap. vu ; Denz., 799.

quo ipsa gratia, cum sit ejus effectus. Dignitas autem *secundaria,* quæ est ipsa innocentia, non recuperatur, sicut nec virginitas materialis, sed pœnitens potest quandoque aliquid majus recuperare, quatenus postea alacrius et fortius agit.

Dignitatem autem *ecclesiasticam* recuperare prohibetur ille qui non pœnitet aut poenitentiam negligit, aut commisit aliquod peccatum quod habet irregularitatem annexam ; aut propter scandalum, quia scandalum est populo Dei tales personas supra se positas habere.

V. Quomodo opera in charitate facta mortificentur (a. 4). — Doctrina est ad fidem pertinens opera meritoria in statu justitiæ facta posse mortificari. — Sicut enim res viva dicitur mortificari, quatenus perdit operationem vitæ, ita omnis res dici potest mortificari, quando a proprio suo effectu vel operatione impeditur ; et idcirco opera virtuoso censentur mortificari, quando impediuntur a proprio effectu, qui est perducere in vitam æternam. Atqui per peccatum subsequens opera meritoria impediuntur ab effectu illo qui est in gloriam perducere. Ergo opera meritoria seu in charitate facta mortificari dicuntur per consequens peccatum mortale. — Quæ doctrina asseritur manifeste in Scripturis : « *Si averleril se justus a justitia sua..., omnes justitiæ ejus, quas jecerat, non recordabuntur*[1]. » Sermo est hic de operibus in justitia seu charitate factis, ideoque meritoriis, quæ dicuntur *justitiæ* et quæ ita per peccatum a proprio effectu impediuntur, ut sint in oblivione coram Deo. — Huc etiam facit quod docet Concilium Tridentinum, *quocumque peccato mortali* gratiam amitti et hominem a regno Dei excludi[2].

VI. De quadruplici differentia operum, quæ esse possunt viva, mortua, mortifera, mortificata (a. 6). — *Viva* sensu generali sunt omnia opera *salutaria,* quæ ad salutem æternam ordinantur, etiam illa quæ ad justificationem disponunt et sub influxu gratiæ actualis, quæ est *molio vitalis,* eliciuntur ; stricte autem et proprie, opera

1. Ezkch., xviii, 24.
2. Sess. VI, cap. xv ; Denz., 808.

quæ a *principio vitali permanenti,* nempe gratia sanctificante, procedunt, et hæc sunt opera *meritoria.* — Opera autem *mortua privative* dicuntur quæ carent illo principio vitali, scilicet opera bona ex genere suo, elicita absque charitate et gratia sanctificante. Hujusmodi opera, cum nunquam processerint a principio vitæ, « non possunt iterum a principio procedere, quia transeunt, et iterum eadem numero resumi non possunt : *unde impossibile esi quod opera mortua iterum fiant viva per poenitentiam ».* — Opera vero *mortifera,* seu *inorlua effective,* ut loquitur Angelicus, dicuntur quæ sunt causa mortis, nempe opera peccati sèu peccata mortalia. — Demum opera *mortificata* dicuntur quæ a gratia et charitate processerant sed per subsequens peccatum mortale a proprio effectu impediuntur, ut explicatum est n. v.

VII. De operibus mortificatis duplex instituitur quæstio (a. 5). — Prima quidem quæstio, utrum opera per peccatum mortificata reviviscant per poenitentiam, et hæc est quæstio de *facto.* Altera est de *quantitate* seu *gradu* in quo reviviscunt : utrum semper redeant *perfecte* et secundum *totam* efficaciam qua *erant* prædita, antequam mortificarentur ; an vero *secundum gradum prsesentis dispositionis* per quam pœnitens recuperat gratiam. De prima quæstione unanimis est doctorum consensus ; de altera autem celebris adhuc exstat controversia.

VIII. Prima conclusio : Merita per peccatum mortificata reviviscunt per poenitentiam. — Doctrina ista, intellecta de ipso reviviscentiæ lacto, abstrahendo a modo quo reviviscunt, est adeo certa, ut illam absolute negare censeatur temerarium.

Colligitur ex textibus Ezechielis : « Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis..., *in justitia sua,* quam operatus est, *vivetl.* » Quod supponit *reviviscere* priorem *justitiam,* quam jam operatus est, ideoque merita, quæ sunt proprie opera justitiæ. Inferius addit propheta : « Impietas impii *non nocebit èi,* in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua[1]. » Ut vera sint simpliciter illa

1. Ezechiel, xviii, 21 ss. — Cf. Knabenbaubr, in h. L
2. Ezechiel., xxxiiu, 12 ss.

verba, oportet ut impietas a qua convertitur impius non destruat in ætérnum opera meritoria prioris vitæ, secus maxime noceret. Ergo concludendum est illa reviviscere.

Allertur communiter textus Joelis : « *Convertimini* a'd me in jejunio et in fletu et in planctu... *Reddam* vobis annos quos comedit locusta, bruchus et rubigol. » Conversioni pollicetur Deus prosperitatem et ubertatem, et, licet litteralis sensus sit de abundantia temporali, hæc iterum est symbolum ubertatis spiritualis, ut arguit S. Hieronymus contra Novatum : « Quid respondebit Novatus negans pœnitentia'm et reformari posse peccatores *in pristinum statum,* si digna fuerint opera pœnitentiæ2 ? » Valet probatio, saltem ex interpretatione patristica.

Abs re esset alios adducere textus, qui sæpius allegantur : « Non enim injustus est Deus ut *obliviscatur* operis vestri3 », At non constat Apostolum loqui de Judæis qui jam defecissent, sed potius videtur insistere in deterrendo a tanto malo eos qui nondum defecerunt. — Idem dicendum est de textu *Gal.* : « *Tanta passi estis sine causa ? Si tamen sine causa**. » Animadvertit Augustinus : « Quamvis isti nondum cecidissent, sed jam inclinabantur ut caderent® ». Fatendum est tamen multos Patres hunc textum .accipere de reviviscentia meritorum, cum S. Hieronymo : « Sicut priora sine causa dicitur passus fuisse, dum peccat, sic *rursum non perdet ea, si ad pristinam fidem et ad anli-quum studium revertatur*6. » Inde habetur argumentum traditionis et concluditur nunquam dubitasse Patres de meritorum reviviscentia.

Ecclesia, licet nihil proprie definierit, doctrinam illam semper recolit ; hinc dicit Concilium Tridentinum : « Justificatis hominibus, sive acceptam 'gratiam perpetuo conservaverint, *sive amissam recuperaverint,* proponenda sunt Apostoli verba : « ...*Non enim injustus est Deus, ut*

1. Joel, ii, 12, 25.
2. S. Hieron. *in Joel,* n ; *P. L.,* xxv 274.
3. *Hebr.,* vi, 10.
4. *Gal.,* m, 4.
5. S. Augustin., in h. l. ; *P. L.,* xxxv, 2118.
6. S. Hieron., in h. l. ; *P. L.,* xxvi, 350.

obliviscatur operis vestril. » Concilium itaque et recolit amissam gratiam recuperari posse et supponit præmium amissum iterum reddi labori præterito, cujus Deus non obliviscitur. — Summus Pontifex Pius XI tradit per poenitentiam Jubilaei eam quam peccando amiserant meritorum donorumque copiam ex integro reparari[1].

S. Thomas exponit rationem cur merita mortiiicata possint vivificari seu reviviscere. Id enim significat merita illa mortificata recuperare vim operandi proprium effectum, scilicet perducendi hominem in vitam æternam, a quo effectu producendo fuerant impedita per peccatum. Atqui per poenitentiam merita vim illam recuperant. Ergo reviviscunt. — Prob. min. Merita mortificata se habent sicut causa remanens sed carens effectu propter impedimentum. Atqui causa remanens et carens effectu propter impedimentum debet statim, secluso impedimento, effectum producere. Ergo merita mortificata recuperant vim producendi proprium effectum, quando removetur impedimentum peccati per poenitentiam. — Ratio probationis est, quia merita, licet actu transierint per peccatum, remanent, quantum est de se, in acceptatione divina. Hoc enim viget discrimen inter peccata remissa et merita mortificata, quod Deus absolute destruit et abolet peccata, at opera meritoria non abolentur sed tantum ab effectu impediuntur, et, remoto impedimento, « *semper Deus illa opera, prout facia fuerunt, acceptabit.* »

Objicitur : Quod fit mortuum non potest amplius vivificari. Atqui merita præcedentia fiunt mortua per peccatum. Ergo nequeunt vivificari et reviviscere. — *Itesp. :* Dist. maj. : Quod fit mortuum in se et secundum se, non potest iterum vivificari, concedo ; quod fit mortuum hoc sensu tantum quod impeditur ab effectu producendo, sed remanet secundum se, non potest vivificari, nego. Contradist min. Merita præcedentia fiunt mortua, hoc sensu quod a proprio effectu producendo impediuntur, concedo ; hoc sensu quod destruuntur, nego, siquidem remanent secundum se in acceptatione divina, ut explicatum est. Et nego conclus.

1. Sess. VI, cap. xvi ; Denz., 809.
2. Culi. Indictionis Anni Sancti, *Act. Apost. Sedis,* **XVİ,** 210; Denz., 2193. v

IX. Secunda conclusio : Quantitas seu gradus in quo reviviscunt merita mortificata commensuratur præsenti dispositioni per quam pœnitens resurgit. — Hæc conclusio *docelur communiter a Thomisiis,* licet non sit unus explicandi modus, dum alii theologi aliter sentiunt. Quatuor recensentur sententiæ.

Prima sententia vult merita mortificata reviviscere tantum ad præmium accidentale. Sed hæc hodie communiter rejicitur, quia, cum meritum sit proprie respectu præmii essentialis, inficiari reviviscentiam quoad præmium essentiale est negare reviviscentiam proprie dictam. Nec isti opinioni favet Angelicus hic ad 3. Rationem dedit S. Doctor cur reviviscant merita mortificata, quia nempe remanent in acceptatione divina ; sed, cum dispositio pcenitentis sit necessaria conditio ad reviviscentiam, contingere potest ut quis resurgat in minori charitate et sic non recuperet totum quod habebat ante lapsiim, licet semper recuperet præmium essentiale quod respondet præsenti dispositioni ; quoad partem vero quæ non reviviscit propter defectum praesentis dispositionis, habebitur in ccelo gaudium quoddam seu præmium accidentale. Quocirca responsio illa S. Thomae confirmat omnino interpretationem scholæ thomisticæ, scilicet merita præcedentia reviviscere juxta quantitatem seu gradum præsentis dispositionis.

Altera sentenlia contendit ita. solum reviviscere quoad præmium essentiale, ut istud duplici titulo conferatur, nempe titulo præsentis dispositionis et titulo præcedentium meritorum. Ita Bannez, Sylvius, Contenson[1]. Nec etiam in hac opinione salvatur ratio reviviscentiæ : nam dare eamdem rem duplici titulo nullam utilitatem confert accipienti, « sicut, si quis per decem dies in vinea alterius laboraret et daretur illi stipendium unius diei decem titulis, novem dies priores non censerentur .computari et juste compensari[2]. »

Tertia sententia est quam exprimit nostra conclusio quæque communior est inter Thomistas[3].

1. Cf. illorum commentaria in h. l. S. Thom/e ; videatur card. Billot, *De Sacramentis,* n, 111.
2. Billuart, dissert. III, art. 5.
3. Cf. Pom; Soto, *IV Sent.,* dist. XVI, q. n, a. 2; Gonet, disp. VI, art. 2 ; Billuart, loc. cit.

Quarta sententia est quam exponit et defendit Suarez[1], cuique favent Scotus et Durandus, quamque docent sat communiter theologi Societatis Jesu[2] : admittit haberi semper Teditum meritorum secundum totam efficaciam.

. *Probatur sententia ihomislica.* Jam exposuimus (n. m) principium S. Thomæ de mensura in qua datur gratia nova : « Secundum quod motus liberi arbitrii in poenitentia est intensioi' vel remissior, secundum hoc pœnitens consequitur majorem vel minorem gratiam. »

Hoc effatum intelligitur de gratia nova quæ per poenitentiam confertur ; quo sensu dicit Concilium Tridentinum justitiam recipi « secundum propriam cujusquc dispositionem[3] ». At valere etiam pro reviviscentia gratiæ amissæ et meritorum mortificatorum supponit S. Thomas, dum in resp. ad 3 admittit fieri posse ut quidam gradus gratiæ præteritæ non reviviscat, siquidem pœnitens habebit de illo tantum accidentale præmium. Si teneret S. Doctor haberi semper reditum secundum totam efficaciam, minime loqueretur de præmio accidentali, nec ullum sensum hæc verba præ se ferunt in quarta sententia.

Ratio autem theologica evincit hanc etiam legem valere pro recuperatione prioris gratiæ et præcedcntium meritorum. Nam pœnitentia subsequens non est tantum removens prohibens, sed est simul dispositio requisita. Quando enim impedimentum destruit omnem dispositionem ex parte subjecti, id quod postea tollit impedimentum debet habere quoque rationem dispositionis. Atqui peccatum destruxit omnem dispositionem in subjecto, quod est absolute aversum a Deo et distans a gratia. Ergo poenitentia subsequens simul debet removere impedimentum et rationem dispositionis habere ; ac proinde verum erit priorem gratiam et præcedentia merita reviviscere « secun-

1. Suarez, Opusc. V, ubi reviviscentiam meritorum fuse et ex professo expendit.

2. Cf. inter ceteros Pesch, *De Sacramento Pœnit.,* n. 337 ss. ; P. Galtier, *De Pœnit.,* n. 569. ss.

3. Sess. VI, c. vn Denz., 799. Concilium (Sess. XIV, cap. n ; Denz., 895) tradit pœnitentiam non fleri sine magnis fletibus et laboribus. Non apparet autem esse cum tantis laboribus, si sufficit *nfimus* pœnitentiæ gradus ad restituenda merita præcedentia secundum totam efficaciam

dum propriam cujusque dispositionem ». Hinc ruit fundamentum oppositæ sententiae, quæ contendit poenitentiam subsequentem habere solum munus removendi obicem. — Ceterum, tametsi se haberet solum ut removens prohibens, « non tamen propterea, animadvertit Gonet[1], per quamcumque poenitentiam et actus remissos redirent omnia merita præcedentia et omnis antiqua gratia restitueretur : quia causa removens prohibens non unico et indivisibili modo semper illud removet, sed aliquando plus, aliquando minus..., sicut ventus aliquando plus, aliquando minus removet nubes et sic plus vel minus solis restituit[2]. »

X. Solvuntur difficultates, quæ sunt præcipua argumenta quartæ sententiæ.

Objicitur 1° : Juxta prophetam, impietas seu peccatum non amplius nocet post conversionem. Atqui multum noceret, si merita præcedentia non reviviscerent secundum totam efficaciam. Ergo.

— *Resp. :* Retorqueo argumentum : Juxta prophetam, peccatum non amplius nocet post conversionem. Atqui multum noceret, si pœnitens post conversionem deberet adhuc solvere pœnas vel in hoc sæculo vel in futuro, in purgatorio. Ergo post conversionem nulla remanet, nec in præsenti nec in purgatorio, pœna solvenda. — Non valet istud argumentum, ergo nec prius. Effatum prophetæ intelligitur *positis ponendis.* Sensu generali, non amplius nocet, quia delet conversio maculam culpæ, remittit reatum pœnæ æternæ, amicitiam cum Deo reddit : imo nullatenus nocebit, si conversio fit in eo gradu qui removet omnem obicem : si nempe est conversio et contritio summa, poterit remittere totam pœnam temporalem et restituere priora merita secundum totam efficaciam ; si autem contritio est in gradu remisso, palam erit ipsa non relaxari totam pœnam nec reddi meritum in tota efficacia, sed pro rata dispositionis per quam resurgit pœnitens. Quo-

1. Gonet, loc. cit., n. 46.

2. Quo exemplo utitur S. Thomas : « Sicut ventus auferens nubem nobis solem restituit, ita poenitentia tamquam removens prohibens gratiam gratum facientem et omnes virtutes nobis restituit. » *IV Sent.,* dist. XIV, q. n, a. 2.

circa, maxime fundata iterum apparet sententia thomistica, si bene attenditur illa analogia inter remissionem pœnæ temporalis et reviviscentiam meritorum : non remittitur semper tota illa pœna, sed juxta mensuram dispositionum ; ergo nec semper reviviscit tota quantitas præcedentium meritorum, sed juxta dispositionis gradum.

Objicitur 2° : Saltem non debet esse pro peccato præterito privatio æterna. Atqui erit privatio æterna, si pœnitens nunquam habet præmium respondens summo gradui prioris meriti. Ergo.

— *Resp. :* Retorqueo argumentum : Non debet esse pro peccato præteritcr* privatio æterna. Atqui erit privatio interna, si virgo lapsa ct postea pœhitens non recuperat aureolam virginitatis prius debitam. Ergo virgo lapsa et pœnitens virginitatis lauream recuperat. — Non valet istud argumentum. Ergo nec prius. Hic non habetur proprie pœna. peccati præteriti, quasi Deus intenderet in æternum punire peccatum poenitentia deletum, sed potius *defectus conditionis requisitæ.* Sicut in virgine lapsa et postea pœnitente deerit semper conditio ut virginitatis aureola recuperetur, quia fuit admissa voluntarie delectatio venerea ; ita in pœnitente qui resurgit in infimo gradu deerit semper conditio ut habeatur præmium respondens superiori gradui charitatis amissæ. « Sicut enim, si non resurrexisset a peccato, mortificata merita non sibi revixissent (quia peccatum proprium nnpedisset meritorum ellicaciam), ita, resurgendo a peccato, cum minore tamen gratia, *ex hoc ipso* indispositus est ad suscipiendum fructum majoris meriti : ipse enim minor conatus resurgentis et ad majora non progredientis impedimentum præstat elficaciæ quantitatis magni meriti præcedentis[1]. »

XI. **Concludendum** sententiam nostram ab utroque extremo recedere et fervori excitando favere. Cavendum est a rigore, quo dejiciuntur animo pœnitentes, si non reviviscit meritum præcedens ad præmium essentiale ; et n nimia indulgentia, quatenus, si sciant homines semper redire priorem gratiam et priora merita, facilius negligunti.

1. Gajetan., in h. l. S. Thomje.

opera bona et obliviscuntur veram poenitentiam non fleri *sine magnis nostris fletibus* et laboribus et esse *laboriosum quemdam baptismum,* ut exponit Concilium Tridentinum[1].

« Uterque vero scopulus cavetur, ait Billuart, et jura misericordiæ et justitiæ conciliantur, dicendo quod homo pœnitens resurgat secundum quantitatem dispositionis præsentis ad aliquem gradum praemii essentialis, distinctum ab illo qui respondet præsenti dispositioni[2] »

XII. Doctrina Pii P. XI. — Docet summus Pontifex : « Quicumque enim poenitendo Apostolicæ Sedis salutaria jussa, Jubilæo magno vertente, perficiunt, iidem tum eam, quam peccando amiserant, meritorum donorumque copiam ex integro reparant ac recipiunt, tum de asperrimo Satanæ dominatu sic eximuntur ut libertatem repetant *qua Christus nos liberavit,* tum denique poenis omnibus quas pro culpis vitiisque suis luere debuerant, ob cumulatissima Christi Jesu, B. Mariæ Virginis sanctorumque merita plene exsolvuntur[3]. »

Loquendo de vi piaculari quæ insit Jubilæo « Anni Sancti », Papa completam doctrinam tradit, quæ in his quatuor punctis contrahitur : 1° dummodo pœnitentes omnia *jussa* perfecerint, ex integro meritorum donorumque copiam reparant ; 2° de Satanæ dominio eripiuntur et veram Christi libertatem repetunt ; 3° ab omnibus poenis quas luere debuerant exsolvuntur ; 4° id fieri potest ob Christi et B. V. Mariæ ac sanctorum merita, quæ *thesaurum* Ecclesiæ constituunt, ut exponemus infra.

Hæc sane est indoles Jubilæi ut et copiam gratiæ ex integro reparet et omnem pœnam temporalem remittat ; at quis, etiamsi nostræ sententiæ adversetur, sustinebit sufficere minimum pœnitentiæ gradum ut tota pœna temporalis remittatur ? Neque id innuit Pontifex, quin potius requirit ut *salutaria Apostolicæ Sedis jussa perficiantur.* Quæ omnia si reapse præstentur, non erit infimus pœnitentiæ gradus.

1. Sess. XIV, cap. II ; Denz., 895.
2. Billuart, loc. cit.
3. *Acta Apost. Sedis,* XVI, 210; Denz., 2193.

qUÆSTIO QUARTA

DE PARTIBUS PŒNITENTIÆ IN SPECIALI

AD *QQ.* I-XV SUPPLEMENTI

Jam ostendimus partes sacramenti intrinsecas esse tres netus pcenitentis, scilicet contritionem, confessionem, Hutisfactionem, quæ rationem habent materiæ. Disserendum superest de singulis in speciali.

ARTICULUS PRIMUS

DE CONTRITIONE

AD QQ. I-V S. THOM®

I. Vera contritionis notio (q. I, a. 1). — Derivatur nomen a verbo *conteri,* quod significat rem duram in minimas partes dividi et reduci. Quia autem homo per peccatum habet cor seu affectum obduratum, ideo actus ille quo hæc duritia tollitur et peccatum dimittitur, contritio dicitur per similitudinem. Non tollitur porro duritia cordis nec dimittitur peccatum, nisi fiat *detestatio* peccati. Detestatio autem est ut quid præsuppositum, ex quo sequitur *dolor,* ut quid ad essentiam contritionis, ut est actus virtutis, ad poenitentiam pertinens. Non foret porro detestatio vera nec dolor verus, nisi includerent propositum non amplius peccandi et offensam divinam reparandi per hutisfactionem. — Quatuor itaque in contritione importantur : detestatio seu odium peccati, dolor pro peccato, propositum non peccandi, voluntas quædam satisfaciendi. I J hæc omni contritioni conveniunt. — At, si jam sermo nit de contritione, prout Novæ Legi convenit et est pars Miicramenti, debet importare votum saltem implicitum *fii/ilendi* simul et *satisfaciendi.*

'Juapropter. probanda omnino est definitio quam colli-

git Angelicus : *Dolor pro peccatis cum proposito confitendi el satisfaciendi.* — Huic consonat definitio Tridentina : *Animi dolor* ac detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero et voto præstandi reliqua quæ ad rite suscipiendum hoc sacramentum requiruntur[1].

II. In quo reponatur formaliter actus contritionis (a. 2). Liquet contritionem esse virtutis actum, cum importet aliquam voluntatis rectitudinem, qua fit comminutio seu annihilatio aut detestatio propriæ voluntatis per quam commissum fuit peccatum. Pertinet autem ille actus ad virtutem cujus est peccatum præteritum detestari et destruere, scilicet ad poenitentiam.

Quum vero actus primarius cujuscumque virtutis sit unus et simplex, non est aggregatum quoddam ex pluribus, actibus, nempe odii et doloris, ut nonnulli olim theologi existimarunt : nec est formaliter detestatio seu odium peccati, ut alii dixerunt; sed *formaliter dolor pro peccato,* prasujiponc.ns odium seu detestationem illius et importans, ut consecutivum, propositum non peccandi, confitendi et satisfaciendi[2]. Contritio enim, utpote actus pœnitentiæ, consistit formaliter in eo quod respicit pœnitentia, ut scilicet homo pœna seu dolore teneatur de offensa Dei.. Hic autem præsupponit odium peccati, ut est malum Dei ; odium vero causât dolorem et ex dolore consequitur, ut proprietas necessaria, propositum non amplius renovandi illud malum, sed illud removendi per confessionem et reparandi per satisfactionem.

III. **Contritionis divisio** (a. 3). — Solet dividi contritio in *imperfectam* et *perfeclam.* — Imperfecta potest dupliciter, accipi. Primo quidem sensu, ut nomen contritionis ipsi proprie conveniat et ipsa ad virtutem pœnitentiæ pertineat, sicque est *aclus initialis* qui disponit ad poenitentiam perfectam : sicut enim concipitur quædam charitas inchoata quæ ad perfectam ordinatur, ita concipi potest quidam motus pœnitentiæ inchoatus, qui ad perfectam poenitentiam ut ad terminum tendat. — Altero autem sensu et prout communiter accipitur, non jam

1. Sess. XIV, cap. iv ; Denz., 897.
2. De illa controversia, cf. Gonet, disp. VII, art. 1.

retinet nomen contritionis, sed *allrilio* vocatur, et est dolor de peccatis, non ex motivo proprio pœnitentiæ, considerando Deum ut est summum bonum, a quo peccatum mortale avertit, sed ex alio motivo, *quoniam oel ex turpitudinis peccali consideralione vel ex gehennæ et poenarum metu communiter concipitur*[1]. Potest autem attendi generalis fœditas peccati, jta ut voluntatem peccandi excludat ; vel fœditas specialis alicui peccato sicque attritio pertinet ad virtutem contra quam fuit peccatum, quia ejusdem virtutis est amare honestatem propriam et detestari foeditatem peccati aut vitii oppositi. Attritio vero quæ elicitur ex metu gehennæ et timore amittendi vitam æternain ad virtutem spei reducitur : quia enim vitam æternam speramus, eo ipso infernum horrescimus, et consequenter peccatum detestamur, quo vita aeterna impeditur et damnatio inducitur.

IV. De origine illius divisionis. — Jam S. Gregorius Magnus distinguit duo « compunctionis genera, quia alii adhuc per *Umorem* plangunt, alii vero jam se per *amorem* in lamentis afficiunt[2]. » — Alanus de Insulis distinguit pœnitentes qui *corde atteruntur* et eos qui *plene conteruntur*[3]. Illi minus mali fiunt, sed non desierunt esse mali nisi perfecte conterantur[3]4Differunt itaque attritio et contritio in hoc quod per contritionem remittatur peccatum seu quod homo desinat esse malus, per attritionem vero nondum peccatum dimittatur seu quod pœnitens incipiat esse minus malus, sed nondum desinat esse malus per justificationem. — S. Thomas ita distinguit : attritio dicit, quamdam displicentiam de peccatis commissis, sed nondum perfectam ; contritio autem perfectam*. — Concilium demum Tridentinum, ut vidimus, attritionem vocat contritionem imperfectam, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione vel ex gehennæ et poenarum metu communiter concipitur.

1. Cone. Trid., sess. XIV, cap. iv ; Denz., 898..
2. S. Gregor. M., *In Ezech., Hom. II,* 10, 20-21 ; *P. L.,* lxxvi, 1070.
3. Alan. Insul., *Regui. de Sacra Theoi.,* 85; *P. L.,* ccx, 665.
4. S. Thom., *IV Sent.,* dist. XVII, q. n, a. 1, sol. 2, ad 2.

V. Attritio non potest fieri contritio, licet virtute sacramenti Pœnitentiæ homo fiat ex attrito contritus.

prob. i» pars. ——Actus unius virtutis non potest fieri actus alterius virtutis specifice distinctae. Atqui attritio et contritio, ut constat ex dictis n. in, pertinent ad virtutes specie distinctas. Ergo attritio -nunquam potest fieri contritio.

Objicitur : Attritio se habet ad contritionem sicut fides informis ad fidem formatam. Atqui fides informis fieri potest formata. Ergo attritio fieri potest contritio. — *Resp. :* Nego paritatem assertam in majore. Nam fides est *habitus,* qui, postquam fuit informis, potest informari caritate, attritio autem est *actus,* qui non potest procedere ab habitu prius informi et postea formato, sed elicitur sub inlluxu gratiæ actualis. — Dist. min. : *Habitus* fidei ex informi fit formatus, concedo ; *actus* fidei ex informi fit formatus, nego. Et nego conclus. Non enim datur habitus a quo procedere possit attritio et postea contritio, cum omnes habitus virtutum infusarum quæ voluntatem respiciunt consequantur charitatem.

EXPLic. n» pars. — Sensus est « eum qui, ante sacramentum in re susceptum, tantum habebat attritionem, per sacramentum fieri contritum ; vel actualiter, exercendo scilicet actum veræ perfectæque charitatis ; vel habitualiter, in quantum virtute sacramenti gratiam et virtutes supernaturales, et inter eas virtutem pœnitentiæ, accipit, qua mediante fit habitualiter contritusl. »

Hinc animadvertit Soto significantius dici ; *homo ex attrito fit contritus,* adveniente gratia, quam : *attritio fit contritio* ; quia hic posterior modus loquendi significat mutationem intrinsecam attritionis in contritionem, prior vero solum denotat mutationem extrinsecam attritioni, seu ex parte subjecti, quod de attrito in actu fit contritum habitu*.

VI. De contritionis objecto (q. II). — Quum contritio debeat removere duritiam voluntatis, debet esse de *malo cujus voluntas est causa,* et illud malum est culpa, non2

1. Sylvius n h. i.
2. Soto, in IV *Sent.,* dist. XVII, q. n, art. 5, conci. 3.

autem pœna. Inde concluditur contritionem esse de malo culpæ, dum de malis pœnæ potest esse dolor sed non contritio (a. 1). Et pariter, quia peccatum originale non est nostra voluntate inductum sed ex vitiatæ naturæ origine contractum, de ipso non potest esse contritio, proprie loquendo, sed displicentia tantum vel dolor (a. 2). Quia autem duritia voluntatis invenitur in quolibet peccato actuali, eo quod voluntas est propria ejus causa, oportet ut, si debeat curari, per contritionem comminuentem remittatur (a. 3). Respicit porro tanquam objectum proprium id ad quod secundum *rationem propriée speciei* movetur, scilicet peccatum præteritum, et ex consequenti peccatum futurum, secundum quod habet aliquid de actu prudentiæ adjunctum. Itaque de peccato præterito est proprie *contritio,* de futuro autem est magis *cautio,* quæ est pars prudentiæ contritioni juncta (a. 4).

In contritione autem peccatorum attenduntur et *principium,* scilicet cogitatio et dolor de singulis, et *terminus;* quando dolor ille gratia informatur. Quantum autem ad principium contritionis, oportet ut de singulis peccatis mortalibus quæ quis in memoria habet conteratur[1] ; sed quantum ad terminum sufficit ut sit una communis de omnibus : tunc enim ille motus *agit in vi omnium dispositionum praecedentium* (a. 6).

VII De quantitate contritionis (q. III). — Dolor de peccatis, qui est essentialiter contritio, nempe displicentia-præteriti peccati, debet esse omnium maximus seu *summus appretialive,* quatenus pœnitens ita peccatum detestetur ut pro nulla re velit illud committere. Ratio est tum quia Scriptura præcipit ut conversio fiat ex toto corde[2], quod importat dolorem appretiative summum ; tum quia id ex natura rer exigitur. Etenim, quantum aliquid placet, tantum contrarium ejus displicet. Atqui contrarium peccati, scilicet finis ultimus, super omnia placet, cum omnia propter ipsum desiderentur. Ergo peccatum, quod a fine

1. Quapropter Catechismus Concilii Tridentini, ubi de contritione disserit, prudenter animadvertit : « *Maxime hortandi et monendi sunt fideles ut ad singula* mortalia crimina proprium contritionis dolorem *adhibere studeant.* «

2. Cf. Joel., ii.

ultimo avertit, super omnia displicere debet. — Non requiritur autem ad rationem contritionis ut dolor sit omnium maximus *intensive* : quia illa intensio provenit ex vehementia objectorum quæ nos movent, vehementius autem nos movent sensibilia, quæ nobis propinquiora sunt, quam spiritualia et divina (a. 1).

Imo nec aliquis intensionis gradus est necessarius ; nam quilibet gradus charitatis veræ, etiam remissus, excludit peccatum extra sacramentum, et omnis attritio vera, quæ habet omnes attritionis dotes, justificat cum sacramento. — Ex parte doloris qui est in ratione, scilicet displicentiæ de peccato, ut est ofl'ensa Dei, non potest esse contritio nimia, sicut nec amor charitatis, quo intenso talis displicentia intenditur, potest esse nimius ; at posset esse nimia quantum ad dolorem sensibilem, si nempe ita debilitaret corpus, ut non jam remaneret sufficiens ad ea quæ agenda incumbunt (a. 2).

Debet esse contritio de omnibus peccatis et de singulis, nullo excluso, quia conveniunt omnia in hac ratione quod sunt ofTensa Dei ; sed dolor de peccato graviori debet esse major appretiative : quia, cum sit major offensa, est major ratio doloris quam in leviori (a. 3). Necesse tamen non est ut pœnitens actualem comparationem instituat : quia, sicut qui aliquam communitatem diligit, virtute singulos diligit plus vel minus secundum eorum ordinem in bono communi, ita qui dolet de hoc quod Deum offendit, de diversis implicite dolet, secundum quod plus vel minus per ea Deum offendit (ad 3).

VIII. De tempore contritionis (q. IV). — Contritionis tempus est totius vitæ præsentis status. Quia enim homo pœnam æternam peccando meruit et contra æternum Deum peccavit, debet, pœna æterna in temporalem mutata, saltem dolor in toto hominis æterno, id est in hujus vita: statu manere (a. 1). Sed, sicut quoad intensitatem debet esse moderate intensus, ita quoad tempus debet moderate durare, ne homo in desperationem et pusillanimitatem et hujusmodi vitia labatur (a. 2).

Post hanc vitam, animæ quæ in patria sunt contritionem habere non possunt, quia carent dolore propter gaudii plenitudinem. — Illæ vero quæ sunt in inferno carent

contritione, quia, etsi dolorem habeant, deficit tamen in eis gratia contritionem informans. — Animabus autem in purgatorio detentis competit contritio, non tamen meritoria, quia illis competit dolor de peccatis gratia informatus, sed non sunt amplius in statu merendi. In hac autem vita tempus proprie est contritionis, cum hæc tria inveniri possint, et *dolor, gratia informatus, el status merendi* (a. 3).

IX. De effectu contritionis (q. v).

Contritio, ut est pars sacramenti, concurrit ad remissionem peccati, sicut alia sacramenta, per modum causæ efficientis instrumentalis physicæ, ex opere operato ; ut autem est actus virtutis pœnitentiæ, concurrit ad remissionem peccati per modum causæ materialis dispositivæ, quæ necessario, vi sui, conjunctam habet gratiæ infusionem (a. 1), ut explicatum est q. ni, art. i, n. xm-xv.[1]

Ostendimus ibidem, n. vu, non semper cum reatu culpæ remitti simul totum reatum pœnæ temporalis ; attamen vis contritionis tanta esse potest, ut tota pœna remittatur. Quod dupliciter fieri potest : ex parte charitatis perfect®, nam ei qui summe diligit totum debitum remittitur ; ex parte doloris sensibilis, quem voluntas in contritione excitat, qui nempe est pœna quædam, et tantum potest intendi, ut sufficiat ad deletionem culpæ simul et pœnæ (a. 2).

Ut autem valeat contritio ad deletionem culpæ, quàntumcumque parvus sit dolor, sufficit, dummodo rationem contritionis habeat (a. 3). Ratio est quia sic conjunctam habet charitatem et quævis charitas etiam remissa excludit onirib peccatum mortale*. De hoc dubium moveri nequit.

Sed quæstio est de attritione quai disponit ad justificationem per sacramentum obtinendam, utrum sufficiat nl.l.ritio quævis an requjratur contritio cum amore Dei conjuncta.

1. De necessitate autem contritionis sufficiunt ea quae disseruimus <h' necessitate pœnitentiæ, ibid.

2. Huc faciunt ea quæ diximus supra de vi pœnitentiæ perfect» •t. quæ in tractatu de Baptismo exposuimus de baptismo *flaminis.*

X. Brevis conspectus quæstionum quæ de attritione versantur.

Veteres theologi ante Aquinatem non solebant attritionem distinguere a contritione, sicut nunc ; sed tamen definitiones quas de contritione tradebant, imo et ipsa definitio quam eligit Angelicus, nempe *dolor pro peccalis assumptus cum proposilo confitendi el satisfaciendi* (q. i, a. 1), possunt tum de contritione tum de attritione accipi. Vidimus, supra n. iv, quomodo Alanus Insulensis definiat attritionem. — S. Thomas autem accuratius discernit attritionem a contritione, ex parte principii seu motivi, quatenus principium attritionis sit timor servilis, contritionis autem sit timor filialis[1], docetque hanc attritionem, nedum mala sit, imo esse principium pœnitentiæ proprie dictæ, et justificationis : « Actus pœnitentiæ a timore servili procedit sicut a primo motu affectus ad hoc ordinato ; a timore autem filiali sicut ab immediato et proprio principio *.»

Novatores porro hanc doctrinam omnino perverterunt. Lutherus, postquam descripsit attritionem seu contritionem qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum gravitatem, multitudinem, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis ac æternæ damnationis acquisitionem, concludit : hæc contritio facit hypocritam, immo magis peccatorem[3].

Baiani, Jansenistæ, Pistorienses, vi sui principii de duplici amore, tenent omnia quæ facit homo procedere vel ex'charitate et sic bona esse, vel ex cupiditate dominante et sic esse mala, ac consequenter volunt timorem gehennæ esse malum et requirunt pro admittendis pœnitentibus ad reconciliationem, non modo contritionem charitate formatam, sed et fervorem charitatis dominantis[4].[5]

Omnes catholici profitentur attritionem quæ ex turpitudine peccati vel ex metu gehennæ concipitur, si voluntatem peccandi excludat, non esse malam, imo donum Dei esse et Spiritus Sancti impulsum[3]. At insuper quærunt

1. Hic, q. i, art. 3, *sed* contra. — Cf. III P. q. LXXXV, art. 5.
2. *Ibid.*
3. Prop. 6 damn, a Leone X, 15 junii 1520 ; Denz., 746.
4. Cf. Prop. 23, 25, 36 ; Denz., 1523, 1525, 1536.
5. Cone. Trid., Sess. XIV, c. iv ; Denz., 898.

theologi utrum sufficiat attritio illa ad justificationem cum sacramento an requiratur etiam contritio perfecta cum amore Dei. — Plures veteres theologi existimabant *per se* requiri contritionem perfectam, ita ut sacerdotes peccata dimittant vel retineant peccata, dum dimissa a Deo vel retenta judicant et ostendunt ; *per accidens* tamen sufficere contritionem existimatam, in eo scilicet qui, putans se contritione gaudere, accederet ad sacramentum cum sola attritione. Ex quo sequitur poenitentia: sacramentum, non per se, sed per accidens dumtaxat conferre gratiam primam. Ita Petrus Lombardus[1]. Pariter S. Bonaventura, qui dicit hominem teneri confiteri « vel ex charitate vel ex dispositione ad charitatem sufficiente, vel secundum probabilitatem vel secundum veritatem », sicut tenemur ad Eucharistiam accedere cum charitate probabiliter existimata*. Tribuitur quoque hæc sententia Gulielmo Altissidorensi, Alexandro Halensi, Gabrieli Biel[2]. — Ceteri autem scholastici communius, etiam Scotus et Durandus, confitentur sufficere attritionem, dummodo voluntatem peccandi excludat. Quæ sententia post Concilium Tridentinum ubique recipitur.

At sæculis præsertim XVXI et XVM quæstio novo modo instauratur. Dum Magister Sententiarum et S. Bonaventura statuunt ut conditionem per se requisitam charitatem *habitualem,* quæ jam justificat, posteriores theologi requirunt charitatem *actualem,* seu actum charitatis remissæ, quæ vi sui non justificaret sed quæ sufficit ad justificandum cum sacramento. Ita post Sylvium, Estium, præser-l.im Juenin, Morinus, BerLi[45] Communior tamen etiam illo tempore remanet sententia quæ tenet non requiri actum charitatis etiam remissæ. — Sed aliunde persistit controversia, utruin sufficiat amor initialis qui in actu spei includitur, an requiratur aliquis amor *benevolus* qui tamen nondum est charitas, et ita plures sentiunt cum Billuart[6].

1. Petr. Lombard., *IV Seni.,* dist. XVIII, n. 6.
2. S. Bonavent., In *IV Seni.,* dist. XVII, q. n ; a. 3, et dist. XVIII, P. I, q. n, a. 1.
3. Illorum mentem inquirit Palmieri, *De Pœnil.,* II, pp. 328 ss.
4. Juenin, *De Pœnil.,* q. n, c. iv, n. 11 ; Morin., *De Pœnil.,* l. VIII, c. iv, n. 2 ; Berti, t. VII, l. XXXVI, c. v.
5. Billuart, dissert. IV, art. 7.

Duæ igitur remanent quæstiones : una *dogmatica,* contra hæreticos ; altera *scholastica,* inter theologos.

XI. Prima conclusio : Attritio ex metu gehennæ concepta, dummodo non sit timor serviliter servilis, est actus bonus et utilis ad salutem. — de fide.

Scriptura ubique hortatur homines ad timorem, ita quidem ut ille *Umor* sit *initium* sapientiæ[1]. Hinc Joannes Baptista peccatores ad poenitentiam inducit ex illo inotivo, ut fugiant venturam iram et alias poenas quas Deus minatur ; « Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere *a ventura ira* ? Facite ergo dignum fructum pœnitentiæ*. » Ipse Christus Dominus nobis commendat timorem gehennæ : « Sed potius *timete* eum qui potest et animam et corpus *perdere in gehennam*[3]. »

Patres quoque timorem illum inculcant. Sic *Clemens Alexandrinus,* postquam enumeravit timorem inter dispositiones quæ ducunt ad charitatem, concludit eos qui accusant timorem contra ipsum Deum insurgere : « Qui timorem autem accusant legem insectantur. Ouodsi legem, clarum est quod illum qui legem dedit, Deum[4]. » S. *Ambrosius* recte scribit : « Is qui in judiciis Dei sperat, servare potest verbum veritatis, quia, dum veretur poenam, custodit gratiam[5]. » S. *Chrysosloinus* expresse timorem gehennæ prædicat velut salutarem : « Quid gehennà gravius ? Sed hu jus metu nihil utilius ; gehennæ namque timor regni nobis affert coronam®. » Quod sub alia forma dicit S. *Augustinus* : « Plane time, nihil melius times, nihil est quod magis timere debeas[7]. »

Declarationes Ecclesiæ prodierunt inultæ. *Leo P. X* damnavit propositionem Lutheri jam citatam, n. x. — *Concilium Tridentinum,* in cap. iv sess. XIV, « contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione vel ex gehennæ et poena-

4

1. *Prov.,* i, *Eccli.* i.
2. Matth., hi, 7 seq.
3. Matth., x, 28.
4. Clem. Alexandr., *Strom.,* II, c. vi, et vu ; *P. G.,* vrn, 966,967.
5. S. Ambros., In Ps. cxvm, 28 ; *P. L.,* xv, 1277.
6. S. Chrysost., *llomil.* XV, in prine. ; *P. G.,* xlix, 154.
7. S. Augustin., *Serm. CLXVIII,* n. 8 ; P. *L.,* xxxvm, S82.

rum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat cum spe veniæ, declarat non solum non facere hominem hypocritam et magis peccatorem, verum etiam donum Dei esse et Spiritus Sancti impulsum. » Et in can. 5 sententiæ Lutheri anathema dicit. — Inter propositiones ab *Alexandro VIII* damnatas, hæc recensetur : « Attritio quæ gehennæ et poenarum metu concipitur, sine dilectione benevolentiæ Dei propter se, non est bonus motus ac supernaturalis[1]. » — Huc etiam speci ;uil. *propositiones* 60-62 *damnalæ* in Quesnello et prop. 25 Pistoriensium damn, in Bulla *Auctorem fidei**.

Probatur ratione theologica[2]. Attritio illa, utpote timor et fuga mali, rationem desumit ex bono cui opponitur malum quod refugitur ; et idcirco laudabilis et utilis erit, si laudabile et utile sit illud bonum. Atqui bonum oppositum malo quod timet attritio est laudabile et utilissimum, nempe beatitudo et salus æterna ; nam idcirco timentur gehenna et pœnæ, quia appetuntur salus et beatitudo æterna. Ergo attritio ex mdtu gehennæ et poenarum concepta est laudabilis et utilis. — Quod clarius elucet, si analysis attritionis instituitur. Tria hic inveniuntur : 1° voluntas fugiendi infernum et poenas ; 2° medium aptum ad hæc efficaciter fugienda, nempe detestari peccatum · 3° ordinatio hujus medii ad hunc finem. Atqui hæc tria sunt bona et laudabilia : voluntas fugiendi et vitandi infernum est laudabilis, cum infernus et pœnæ sint verum malum odio dignissimum ; detestari peccatum est omnino laudabile, imo et jure naturali ac divino præceptum ; ordinare detestationem peccati ad vitandum malum inferni est lauudabfle, cum id efficaciter ducat ad remotionem tanti mali : qui enim detestatur peccatum ab inferno præservatur. Ergo ex analysi attritionis colligitur hunc actum ■sse bonum et laudabilem.

Ut autem attritio vera intelligatur, recolendum est quadruplicem distingui timorem[4]. Dicitur timor quidem *mun-*

1. Denz., 1305.
2. *Id.,* 1410 ss., 1525.
3. Communiter apud Thomistas exponitur, praesertim Gonet, disp. VII, art. 3 ; Billuart, dissert. IV, art. 5.
4. S. Thom., IIa-IIae, q. xix, a. 2. — De his etiam disserit S. Augustinus, *Traci, in Joan.,* ix, xliii ; *P. L.,* xxv, 1708, 2049, 2050.

dantis, quo quis propter mala quæ timet a Deo recedit, et hic est malus ; timor vero *servilis,* quo quis ad Deum convertitur, quia timet malum pœnæ ; timorque *filialis,* quo quis Deo inhæret, quia timet malum culpæ seu offensam patris ; timor demum *initialis,* quo timentur simul pœna et culpa, quique medius est inter servilem filialemque timorem. — Esset porro timor *serviliter servilis,* si respiceret pœnam ut principale malum, ita ut eligeret peccatum, nisi esset pœna. Liquet ' hujusmodi timorem habere finem inordinatum et contrariari charitati. At, si sit *simpliciter servilis,* non considerat pœnam ut principale malum, neque fugam pœnæ ut finem ultimum, neque excludit ulteriorem relationem ad Deum. Sub hoc igitur respectu timor servilis non est malus, sed utilis. Sicut enim malum non est artifici ordinare suam artem ad pecuniam, quia hoc non excludit ulteriorem finem nobiliorem, ita malum non est pœnitenti ordinare detestationem peccati ad fugam pœnæ, quia id non impedit ordinationem ad ultimum finem, Deum, sed potius juvat.

Ex his omnibus colligitur attritionem esse *actum intrinsece supernaluralem,* quia est actus proprie *salutaris* respiciens finem intrinsece supernaluralem, nempe salutem æternam, quæ est physica participatio vitæ Dei propriæ, et idcirco procedit a principio supernatural!, scilicet Spiritu Sancto movente, licet nondum inhabitante, juxta verba Concilii Tridentini[1].

XII. Secunda conclusio : In attritione salutari sufficiente ad justificationis gratiam cum sacramento non requiritur charitas habitualis. — Contra Magistrum Sententiarum pluresque veteres theologos, quorum opinionem exposuimus, n. x. Conclusio est hodie ita communis, ut dici queat certa theologice.

Probatur ex Concilio Tridentino : « Et, quamvis sine sacramento Pœnitentiæ per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit*. » Loquitur Concilium de illa attritione quæ sine sacramento non jus-[2]

1. Sess. XIV, c. iv ; Denz., 898.
2. Sess. XIV, cap. iv ; Denz., 898.

tificat, sed cum sacramento disponit ad justificationem ; nec aliud requirit Concilium. Atqui attritio hujusmodi est sine caritate habituali, secus etiam extra sacramentum justificaret, et, quia nihil aliud postulatur, est proxima et sufficiens dispositio ad justificationem. Ergo attritio absque charitate habituali est dispositio proxima et sufficiens ad justificationis gratiam. '

Constat ex natura sacramenti Pœnitentiæ. Est enim per se sacramentum mortuorum, quod hominem transfert de morte ad vitam et Deo reconciliat. Atqui, si requireret jam charitatem habitualem, non esset per se sed per accidens tantum sacramentum mortuorum, cum charitas jam faciat hominem vivum et Deo reconciliatum. Ergo in sacramento Pœnitentiæ non requiritur charitas habitualis. — Pariter, est in Ecclesia vera potestas clavium non tantum declarandi peccata esse remissa, sed et remittendi vere peccata per *actum, judicialem,* ut asserit Tridentinum; can. 9. Atqui potestas hujusmodi non foret, si sacramentum Pœnitentiæ requireret charitatem habitualem, quia jam essent peccata remissa, et potestas clavium non esset judicialis, sed tantum declarativa. Ergo.

XIII. Tertia conclusio : Neque actus charitatis quantumvis remissæ requiritur ad attritionem quæ ad justificationem cum sacramento sufficit. — Sententia hodie communis.

Non potest requiri ad justificationem cum sacramento actus qui jam ante sacramentum infallibiliter annexam habet justificationem : secus sacramentum Pœnitentiæ non redderet faciliorem salutis viam nec esset per se sacramentum mortuorum, cum præsupponeret gratiam. Atqui actus quivis charitatis quantumvis remissæ infallibiliter annexam habet justificationis gratiam. Ergo. — Prob. min. Actus charitatis, etiam remissæ, dummodo veram et propriam charitatis rationem attingat, est vera cum Deo amicitia, quæ reddit hominem dignum Dei amore atque idcirco Deo gratum et acceptum. Sed impossibile est ut homo sit Deo amicus et Dei amore dignus, nisi sit intrinsece justus et sanctus. Ergo actus charitatis quantumvis remissæ secum fert justificationis et sanctificationis gratiam.

XIV. Quarta conclusio : Attamen, in instanti quo fit justificatio per sacramentum, pœnitens elicit verum charitatis actum. — Ratio est quia gratia sanctificans, ut optime exponit Billuart, infunditur cum charitate habituali homini pœnitenti, non modo quasi mortuo, sed ita ut homo illam accipiat actu voluntario et libero et in amicitiam Dei libere consentiat. Hæc autem actualis et libera acceptatio gratiæ et in amicitiam Deo consensio, quid est aliud quam actus charitatis ex ipsa gratia sanctificante et habituali charitate in genere causæ efficientis consequens, licet possit dici illam natura præcedere in genere causæ materialis et dispositivæl ?

XV. Quinta conclusio : In attritione vera quæ ad justificationem cum sacramento sufficit, includitur aliquis Dei amor initialis, ab actu spei distinctus.

PRIMA PARS COMMUNITER ADMITTITUR. — De **ALTERA** autem disputatio movetur ; quæ forte ex æquivocatione oritur. Si enim nomine amoris initialis intelligitur quædam charitas remissa, jam concedendum est non requiri ; si autem intelligitur quidam gressus versus charitatem, jam liquet importari aliquem motum benevolentiæ, quem solus actus spei secundum se non dicit. — Hoc sensu amor initialis admittitur, non tantum a Billuart, sed a pluribus etiam extra scholam S. Thomæ. Sic Ch. Pesch scribit : *«-a)* homo vere attritus detestatur offensam Dei et vult sibi reddere Deum propitium ; hic autem est gressus versus caritatem Dei ; *b)* vult servare totam legem divinam, ergo etiam præceptum diligendi Deum super omnia; et ita habet caritatem in voto seu proposito ; c) vult pervenire ad vitam æternam, quæ est perfectissima cum Deo amicitia ; ergo habet caritatem pro fine ultimo'. » Porro gressus versus caritatem, caritas quæ habetur in voto et pro fine, innuunt jam amorem quemdam benevolum.

Ratio præcipua est quia, ut attritio sufficiat reapse ad deletionem peccati seu justificationem, debet aliqua ratione detestari peccatum ut est proprie peccatum et idcirco offensa Dei. Atqui, si detestatur aliqua ratiolie peccatum[2]

1. Billuart, dissert. IV, art. 7, § 2.
2. Pesch, t. VII, p. 88.

ut est offensa Dei, eo ipso vult aliqua ratione bonum Deo, et hoc est habere jam amorem quemdam benevolentiæ. Huc spectat effatum S. Augustini : « Solus Deus timeri sine amore non potest[1]. » Ergo vera attritio quemdam Dei amorem benevolum importat.

Concilium Tridentinum non intendit controversiam dirimere, sed in cap. 6 sessionis VI assignat sex actus qui ad justificationem disponunt, nempe actus *fidei, Umoris, spei, amoris* quo *Deum tanquam omnis juslilim fontem diligere incipiunt,* ac *detestationis* peccati seu *poenilenliie,* cum *proposito* declinandi a peccato. Hic traditur quædam *conversionis psychologia,* quæ semper ac necessario servatur in omni conversione, sive hæc fiat cum sacramento Baptismi sive cum sacramento Pœnitentiæ. Videtur itaque requiri quidem amor initialis, licet necesse non sit curare de illo reflexe : amor nempe qui est plus quam spes, qui nondum est caritas proprie dicta, siquidem *disponit* ad justificationem seu infusionem gratiæ et caritatis, quique igitur est quidam amor benevolentiæ. Ergo in Pœnitentia sicut in Baptismo amor quidam benevolentiæ, qui tamen nondum est charitas, est inter conditiones requisitas ad justificationem.'

XVI. Recolendum tandem contritionem vel attritionem, prout est materia sacramenti, esse debere explicitam et *formalem,* nec sufficere virtualem ; quia materia seu pars intrinseca sacramenti non suppletur in alio, sed debet formaliter et explicite poni. Ita communiter theologi etiam extra Thomistas[2].

1. S. Augustin., lib. LXXXIII, quæst. η. 1 : **P. *L.,*** xl. **25.**
2. Cf. P. Gautier, Thés. XXVI.

ARTICULUS SECUNDUS

DE CONFESSIONE

AD QQ. VI BT SS. S. THOMJE

I. Errores. — Generatim qui negant esse in Ecclesia sacramentum Pœnitentiæ impetunt confessionem ; at speciatim a reformationis tempore diffunditur ille error. *— Jam *Wiclefj* dixerat : « Si homo fuerit debite contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua et inutilis. » Quæ propositio fuit in Concilio Constantiensi a Martino V damnata[1]. — Deinde *Pelrus Martinez de Osma,* sæculo XV, propositiones istas docuit : « Peccata mortalia, quantum ad culpam et poenam alterius sæculi, delentur per solam cordis contritionem sine ordine ad claves. Confessio de peccatis in specie fuit ex aliquo statuto universalis Ecclesiæ, non de jure divino. Pravæ cogitationes confiteri non debent, sed sola displicentia delentur, sine ordine ad claves. Confessio debet esse secreta, id est de peccatis secretis, non de manifestis. » Damnatæ fuerunt a Sixto IV d. 9. Augusti 1479[2] ; et auctor illos retractavit. — *Lulherus* non fuit sibi constans ; aliquando admisit esse necessariam, aliquando liberam, vel saltem non esse confitenda omnia mortalia, quia impossibile est ut omnia peccata mortalia cognoscantur[3]. — Ex *Lulheranis,* illi qui admittunt Confessionem Augustanam, retinent confessionem auricularem ; alii cum Joanne Buntio et Kemnitzio contendunt sufficere confessionem in generali nec requiri confessionem in speciali. — *Calvinus* fatetur quidem confessionis usum esse vetustissimum et consulendum ad solidum consolationis fructum, sed addit non esse juris divini, fuisse olim liberum, et idcirco esse de medio tollendum. — *Protestantes liberales* et *rationalislæ* confessionem absolute rejiciunt. — *Eras-*

1. Prop. 7, damn. 22. Febr. 1418 ; Denz., 587.
2. *Id.,* 724-727.
3. Cf. Prop. 9 et 9, damn, a Leone X, 15 Junii 1520 : Denz., 748‘ 749.

mus negat confessionem habere in antiquitate Christiana fundamentum. — Juxta *modernisias* confessio non potest ex Scriptura probari nec est a Christo immediate instituta.

fl. fides catholica tria praecipue tenet de confessione. — Imprimis tenet confessionem esse *quasi materiam* sacramenti pœnitentiæ seu pœnitentiæ partem (sess. XfV, can. 4) ; 2° confessionem esse *jure divino* institutam et necessariam ad remissionem peccatorum (can. 6 et 7) ; 3° jure divino esse necessarium conii teri *amnia* et *singula peccata mortalia,* etiam *occulta,* et *circumstantias quæ peccati speciem mutant* (can. 7).

De primo asserto jam copiose disseruimus, ubi de materia sacramenti. Alterum autem et tertium sunt nunc stabilienda.

III. Confessionis institutio divina ex Scriptura certo probatur. — Conveniunt generatim scholastici confessionis *institutionem* ex Scriptura probari, licet plures contendant, ut mox dicetur, *necessitatem* non ita evidenter asseri.

Verba « quorum remiseritis peccata... et quorum retinueritis... » significant Christum instituisse in Ecclesia sacramentum remissionis peccatorum per *actum vere judicialem,* ut explicavimus supra, q. i, art. I. Atqui sacramentum remissionis peccatorum per actum vere judicialem importat necessario confessionem. peccatorum de quibus fit actus judicialis. Ergo verba Christi quæ significant institutionem sacramenti Pœnitentiæ necessario significant institutionem confessionis. Ratio minoris est quia judex nequit actum judicialem proferre nisi cognita causa. In præsenti porro, quum agatur de peccatis, non potest innotescere causa, nisi manifestentur ab illo qui eam proprie novit, scilicet a reo pœnitente, per sinceram confessionem. — Quocirca in institutione sacramenti Pœnitentiæ necessario importatur institutio confessionis, ut animadvertit *Concilium Tridentinum* : « Ex institutione sacramenti Pœnitentiæ jam explicata universa Ecclesia semper intellexit institutam etiam esse a Domino integram peccatorum confessionem[1]. »

1. Sess. XIV, cap. v, cf. can. 6 ; Denz., 899, 916.

IV. Etiam necessitas confessionis, jure divino imposita, probatur sufficienter ex Scriptura.

Contra Scotum, qui putat confessionem rectius dici « de jure divino positivo a Christo promulgato Apostolis, sed Ecclesiæ promulgato per Apostolos *absque omni Scriptura* [1] » ; et contra Cajetanum, qui contendit in verbis Domini apud Joan., xx, 23, institutionem sacramenti haberi, non præceptum[2]. Verum animadvertunt theologi dubitationem non posse moveri amplius post Concilium Tridentinum. Nam Concilium non admittit præceptum fuisse ab Ecclesia promulgatum *sine Scriptura,* sed ex Scriptura, nempe ex verbis Domini, præceptum deducit : « *Ex institutione sacramenti* Pœnitentiæ universa Ecclesia semper intellexit institutam etjfim esse a Domino integram peccatorum confessionem *et omnibus post Baptismum lapsis jure divino necessariam exsistere.* » (cap. v).

Ex verbis Christi apparet sacramentum Pœnitentiæ institutum esse tanquam medium jure divino ad salutem necessarium lapsis post Baptismum. Atqui sacramentum Pœnitentiæ non consistit sine confessione, quæ est ejus quasi materia. Ergo ex verbis Christi apparet necessariam esse confessionem jure divino. — Quod clarissime elucet, si verba institutionis attente expendantur. Confert quippe Christus Apostolis eorumque successoribus potestatem ntfn solum remittendi sed et retinendi peccata eis qui sunt jam Ecclesiæ subditi ideoque baptizati, seu iis qui post Baptismum lapsi sunt. Et hujusmodi est illa potesta judicialis, ut Deus ratum habeat quod faciunt Apostoli vel eorum successores, nempe in cœlis solvat vel liget quod ipsi solvunt vel ligant super terram.

Hinc manifestum et efficax argumentum : Deus eatenureinittit peccata, quatenus sacerdotes illa remittunt *ut judices* per potestatem clavium. Atqui sacerdotes ut judices per potestatem clavium non possunt remittere peccate nisi illis qui peccata subjiciunt potestati clavium, quod fit per confessionem. Ergo Deus eatenus remittit peccata baptizatis, quatenus isti peccata per confessionem subjiciunt potestati clavium ; ergo sine confessione non remittuntur

1. Scot., in *IV Sent.,* dist. XVII, q. i.
2. Cajetan., *Comment, in Joan.,* xx, 23.

illa peccata ; ergo necessaria est jure divino peccatorum confessio.

Animadvertatur vis quæ est in locutionis « retinere peccata ». Apostoli eoruinque successores veram habent *poleslalem relinendi* peccata. Atqui frustranea esset illa potestas retinendi, nisi esset in pœnitente obligatio subjiciendi per confessionem : sicut enim nequeunt sacerdotes retinere coram Deo venialia, quia non est ex parle pœnitentis obligatio confitendi, ita nec retinerentur coram Deo mortalia, nisi esset in pœnitente obligatio illa confitendi ministris qui habent potestatem clavium.

Constat itaque in verbis institutionis importari necessitatem confitendi peccata mortalia post Baptismum commissa.

V. Ex Scriptura quoque probatur necessitas confitendi omnia et singula peccata mortalia, quoad numerum, speciem et circumstantias quae peccati speciem mutant. — Ita Concilium Tridentinum, sess. XIV, cap. V, quod, post accuratum verborum examen, concludit : « *Ex his colligitur* oportere a pcenitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habent, in confessione recenseri, etiamsi occultissima illa sint et tantum adversus duo ultima decalogi præcepta commissa... Colligitur præterea etiam eas circumstantias in confessione explicandas esse quæ speciem peccati mutant. » Quam doctrinam canon 7 sub anathematis poena sancivit.

Ratio est quam evolvit Concilium. Ut sacerdotes judicium rite exerceant, debent cognoscere causam prout est, non in genere tantum, sed in specie, et pariter, ut servetur æquitas in poenis injungendis, oportet ut omnia peccata in specie et' singillatim aperiantur ; eodemque jure oportet integre exponi circumstantias sine quibus nequeunt judices de gravitate criminum censere aut pœnam taxare ; ac demum, cum sacramentum Pœnitentiæ sit medicina et medicina non curet quod ignorat, oportet ut vulnus totaliter, cum suis adjunctis, detegatur. Atqui hæc omnia important confessionem integram quoad numerum et speciem et circumstantias quæ peccati speciem mutant ; nam, cum agatur de actibus et factis quæ solus pœnitens novit, unicum medium quo illa innotescant judici et

medico, nempe sacerdoti, est ipsa pœnitentis confessio. Ergo ex ipsis Scripturæ verbis quæ institutionem sacramenti Pœnitentiæ referunt colligitur divinum præceptum confitendi omnia et singula peccata, quoad numerum et speciem et circumstantias quæ speciem peccati mutant.

VI. Testimonium Epistolæ S. Jacobi. — Probatis jam ex Evangelic institutione et necessitate confessionis, potest congruenter ex Epistola S. Jacobi *concludi* jam .ætate Apostolorum *impleri* illud præceptum Christi. Scribit Jacobus : « Infirmatur quis in vobis ? Inducat *presbyteros* Ecclesiæ et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini ; et oratio fidei salvabit infirmum et alleviabit eum Dominus, et, si in peccatis sit, remittentur ei. *Confitemini* ergo alterutrum *peccata ueslra* et orate pro invicem ut salvemini ; multum enim valet deprecatio justi assidual. » — Textus iste, in seipso solum et seorsim sumptus, non sufficeret, at, si jam scitur ex Evangelio Christum præcepisse confessionem sacramentalem, mirum non erit fuisse tempore Apostolorum jam præceptum execution! mandatum et verba S. Jacobi de confessione sacramentali valere. — Quapropter B. Bellarminus rem sic explicat : « Paulo ante apostolus Jacobus monuerat ægrotos ut presbyteros arcesserent, a quibus oleo sancto cum precibus ungerentur, et adjecerat effectum illius sacræ unctionis et precum futurum ut alleviaretur ægrotus et sanaretur et, si in peccatis esset, ea illi remitterentur. Sed, ne forte qui hæc legeret existimaret illa etiam peccata lethalia, quorum homo conscientiam habet, per sacram unctionem posse deleri, subjunxit : « Confitemini alterutrum peccata vestra. » Non enim sacra unctio peccata lethalia remittit quorum aliquis conscientiam habet, cum ea per confessionis sacramentum purganda sint[1]. » — Origenes censet impleri in sacramento pœnitentiæ id quod dicit S. Jacobus : « In quo *impletur* et illud quod Jacobus apostolus dicit : *Si quis infirmatur*[3]... »

1. Jac., v, 14 ss.
2. Bellarmin., *De Pœnit.,* lib. III, c. tv.
3. Origen., *In Levit. Homil. 11* ; *P. G.,* xn, 419.

VII. Traditio patristica per tria priora sæcula[1]. — Multa citari possent testimonia quæ recolunt necessitatem pœnitentiæ et confessionis ; sed, quia non semper apparet utrum illa confessio sit sacerdotibus facienda an Deo soli, satius erit in illis insistere quæ, sive ex contextu sive ex adjunctis, intelligenda sunt de confessione sacramentali.

Didachè seu *Doctrina duodecim Apostolorum,* quæ ad finem sæculi I refertur, loquitur de confessione facienda in Ecclesia : « *In Ecclesia* confiteberis peccata tua neque accedes ad orationem cum conscientia mala". » Quum ergo confessio fieri debeat in Ecclesia, sermo est de quadam confessione *riiuali,* et, quum ex Evangelic constet institutam fuisse, imo et præceptam a Christo confessionem sacramentalem, concluditur, licet non apodictice, confessionem illam ritualem, cujus necessitatem asserit *Didachè,* esse quoque *sacramenlalem.*

Idem erui potest ex epistola S. Clementis ad Corinthios ; nam Pontifex asserit simul necessitatem pœnitentiæ et confessionis in hoc mundo ; postquam enim e mundo exivimus, non amplius possumus ibi confiteri aut pœnitentiam agere[2]. Et, quia Papa vult rebelles Corinthios *præposilis* Ecclesiæ subjectos esse[4], inde sequitur confessionem, quam necessariam dicit, faciendam esse sacerdotibus.

Ex S. Irenaeo colligitur confessionem sacramentalem non semper publicam sed et quandoque secretam fuisse. Narrat enim Irenaeus quasdam mulieres ex hæresi conversas secreto et privatim confessas esse peccata, sed noluisse publicæ confessioni et pœnitentiæ se subjicere, dum aliæ etiam publicam confessionem faciebant : « Quædam quidem etiam in *manijeslo exomologesim faciu.nl, quædam aulem, reverentes hoc ipsum, in silenlio* sensim semetipsas retrahunt[5]. »

Tertullianus aperte loquitur de confessione *sacerdotibus*

1. De hoc traditionis argumento consuli potest P. Galtier, Thés. *XXVIII* ss.
2. *Didachè, c.* xiv, n. 14.
3. S. Clem., Epist. *I Cor.,* 1i, a et *II Cor., vm,* 12.
4. *I Cor., l vii.*
5. S. Iren., *I Coni, hæres.,* c. xin, 7 ; *P. G.,* vn, 591.

facienda, a qua plures propter erubescentiam abstinent vel quam differunt, immemores suæ salutis : « Itaque *exomologesis* prosternendi et humilificandi hominis disciplina est..., ingemiscere, lacrimari et mugire dies noctesque ad Dominum Deum tuum, *presbyteris advolvi...* Plerosque tamen hoc opus ut publicationem sui aut suffugere aut de die in diem differre præsumo, *pudoris magis memores quam saluiis...* An melius est damnatum latere quam palam absolvil ? » Ergo jam mos erat ut pccnitentes advolverentur sacerdotibus ad confitenda peccata.

Origenes recolit confessionem fieri debere, non soli Deo, sed sacerdoti, qui vicem Dei gerit, et ab ipso *pœnilehle,* qui est simul reus et *accusalor* : « Si quid in occulto gerimus, si quid in sermone ?olo vel etiam intra cogitationum secreta commisimus, cuncta necesse est publicari, cuncta proferri. Proferri autem ab illo qui et accusator peccati est et incentor... Si ergo in vita praeveniamus eum et *ipsi nostri accusatores simus,* nequitiam diaboli, inimici nostri et accusatoris, 'diligimus... Vide ergo quia *pronuntiare peccatum remissionem peccati meretur*[1]. » Superius autem dixerat : « Cum non erubescit *sacerdoti Domini indicare peccatum et* quæ-'l *rere medicinam*[3][4] »

Celeberrimum est testimonium S. Cypriani de confessione quæ fit in præsenti vita *apud sacerdotes,* per quos fit remissio coram Deo : « *Confiteantur singuli delicium* suum, dum adhuc qui deliquit in sæculo est, dum admitti *confessio* ejus potest, dum satisfactio et *remissio* per sacerdotes *apud Dominum grata est**. »

In quibus textibus inveniuntur omnia quæ in confessione sacramentali concurrere debent : accusatio proprii peccati a pœnitente, absolutio per sacerdotes, qui vera gaudent potestate judiciali, ita ut remissio quæ per ipsos fit sit grata apud Dominum.

VIII. A sæculo IV et deinceps abundant testimonia. — Initio sæculi iv, **S. Aphraates** asserit ita necessariam esse confessionem ut qui erubuerit peccata confiteri nequeat

1. Tertull., *De Pœnil.,* ix, 10; *P. L.,* i, 1243.
2. Origen., *Homil. III in Levit.,* n. 4 ; *P. G.,* xn, 429.
3. *Homil. in Levit.,* n. 4 ; P. *G.,* xn, 418.
4. S. Cyprian., *Episl. LV,* c. xxix ; Hartel, 258.

sanari, sicut nec ægrotus qui non vult plagas ostendere medico : « Si quis autem erubuerit, sanari non poterit, quoniam "plagas suas non vult patefacere *medico...* ; vos igitur *medici,* qui insignis Medici nostri estis discipuli... ; eum qui infirmitatem suam manifestare erubuerit, adhortamini ne eam a vobis abscondat[1]. »

S. Hilarius meminit confessionem esse medium quo'Deus veniam indulget : « Deus immobili· severitatis apostolicæ judicium præmisit : ut quos solverint, *confessione* videlicet, veniæ receperint in salutem...; cum etiam ea quæ in se sint peccata, post reditum *confessionis* indulgent[2].» illa porro confessio est sacramentalis, sicut etiam venia datur per actum judicialem sacerdotum, qui *solvunt* in salutem.

S. Hieronymus recolit quoque sacerdotes absolvere t post auditam confessionem : « Sic et hic in Novo Testamento alligat vel solvit *episcopus* et *presbyter,* non eos qui insontes sunt, vel noxii, *sed pro officio suo, cum peccatorum audierit varietates,* scit qui ligandus sit, quive solvendus[3] »

S. Basilius docet simul et necessariam esse confessionem et faciendam esse apud sacerdotes seu mysteriorum Dei dispensatores : « Servanda est ratio eadem in *peccatorum confessione* quæ in detegendis morbis. Ut igitur corporis morbos non omnibus patefaciunt homines nec quibusvis, sed iis qui horum curandorum *periti* sunt, ita etiam *peccatorum confessio fieri* debet apud *eos* videlicet *qui ea curare possunt... ; necesse est iis peccata confiteri quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei**. »

S. Augustinus qui sæpe hac de re sermonem texit, optime exponit non sufficere poenitentiam privatam, sed oportere ut peccata remittantur *vi clavium* : « Nemo sibi dicat : occulte ago (poenitentiam), apud Deum ago : novit Deus, qui mihi ignoscat, quia in cordo meo ago. Ergo sine causa dictum est : quæ solveritis in terra soluta erunt in ccelo ? *Ergo sine causa sunt claves dalæ Ecclesiæ Dei ?* [5] »

1. S. Aphraates, *Demonslr.,* vn, edit. Paris, 1894, coi. 318 ss.
2. S. Hilarius, *In Matlh.,* c. xvm, n. 8, 10 ; *P. L.,* ix, 1021 ss.
3. S. Hieron., *in Matlh.,* xvi, 19 ; *P. L.,* xxvi, 118.
4. Basil., *Reg. brevior.* 229 et 288 ; *P. G.,* xxxi, 1225 et 1283.
5. S. Augustin., Serm. CCCXCII, n. 3 ; P. *L.,* xxxix, 1711.

S. Leo meminit necessariam quidem esse confessionem, non tamen publicam, « *cum reatus conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicari confessione secreta*[1]. »

IX. Solvuntur difficultates ex historica ecclesiastica. — Unde simul probatur et *requiri confessionem et hanc esse posse secretam.*

1° Objiciunt celeberrimum factum quod narrant Sozomenus et Socrates, nempe Nectarium, episcopum Constantinopolitanum (a. 390), abolevisse munus presbyteri qui præerat pœnitentibus et *usum confessionis*[2]; quod evincit non fuisse tunc agnitum praeceptum divinum confitendi peccata sacerdoti. — *Resp.* hic non agi de confessionis praecepto, sed aliter explicandum esse factum, scilicet : abrogavit Nectarius 1° munus pœnitentiarii, qui præerat *publice* pœnitentibus ; 2° delationem criminum occultorum ad judicem ecclesiasticum ; 3° obligationem agendæ *publice* pœnitentiæ et *publicae* confessionis pro criminibus coram pœnitentiario accusatis ; immo probabiliter omnem licentiam publica; confessionis[3]. At agnitum fuisse divinum præceptum confessionis testantur idem scriptores, dum dicunt illum usum confitendi singillatim peccata fuisse ab initio vel ab ultima vetustate[4][5]

2° Objiciunt S. Chrysostomum, Nectarii successorem, non agnovisse divinum præceptum confessionis coram homine peragendæ, siquidem dicit : « Non te in theatrum conservorum duco neque hominibus peccata revelare cogo ; conscientiam expande coram Deo, ipsi ostende vulnera tua[6]. » — *Resp.* sermonem esse de confessione *publica,* quasi duceretur pœnitens in *theatrum,* non de confessione quæ fit sacerdoti, nam expresse dicit Chrysostomus : « *Sacerdoti vulnus manifesta**. » Confessio enim quæ fit sacerdoti vices Dei gerenti fit soli Deo ; prout exponit Joannes Jejunator :

1. S. Leo, *Epist. CXLVIII,* c. n ; *P. L.,* xiv, 1210 ; Denz., 145.
2. Sozomen., *Hist. Eccles.,* lib. VII, c. xvi pP. *G.,* lxvii, 1458 ; Socrat., *Hist. Eccles.,* lib. V, c. χιχ ; *P. G.,* lxvii, 615 ss.
3. Ita P. Pesch, t. VII, p. 194-195. — Cf. P. Galtier, pp. 259 ss.
4. SOZOMEN, loc. cit., coi. 1459.
5. S. Chrysost., *Homil.. V, De Incomprehens.,* n. 7 ; *P. G.,* xlviiI, 746.
6. *Homil. III ad popul. Antioch.,* n. 5 ; *P. G.,* xlix, 54.

« Spiritualis fili, ego tuam confessionem primario et præcipue non recipio nec tibi absolutionem concedo, sed per me Deus peccatorum tuorum confessionem suscipit[1]. » Qua regula explicantur Patres, si loquuntur de peccatis Deo confitendis, nempe de confessione Deo per sacerdotem facienda[2].

X. De dissensu veterum scholasticorum. — 3® Objiciunt veteres scholasticos docuisse remissionem peccatorum fieri per solam cordis contritionem, absque oris confessione.

— *Resp.* dissensum veterum scholasticorum osso mere theoreticum et de alio objecto versari[3]. Nullàtenus negant necessariam esse simpliciter confessionem, sed quæstionem versant utrum sit necessario facienda ante remissionem peccati a Deo consequendam. Quando enim homo veram habet contritionem, ipsa contritio *vi sui* delet peccatum, non tamen sine voto saltem implicito confessionis. In illo ergo casu homo solvitur a peccato, *ut primum* habet veram cordis contritionem, *sine* confessione, seu *ante* confessionem ; at nihilominus remanet obligatio confessionem peragendi apud sacerdotem[4]. Hinc oritur quæstio utrum in hac hypothesi forma « Ego te absolvo... » significet : Ostendo te esse absolutum, cum jam peccata sint remissa. Certum est hodie actum absolvendi esse vere *actum judicialem,* at modus quo veteres instituebant quæstionem ostendit omnino illos propugnasse necessitatem confessionis.

XI. De vi illius praecepti (a. 2). — Perspicua est sententia S. Thomæ : « Confessio, quæ necessitatem sacramentalem habet, non de jure naturali est, sed de *jure divino.* » Et in resp. ad 1 exponit confessionem quidem quæ fit Deo per recognitionem peccati esse de jure naturali, sed confessionem quæ fit homini ad remissionem pec-

1. *P. G.',* lxxxviii, 1891.
2. Pesch, op. cit. ; Hurter, *Theol. III,* 492 ; Galtier, Thés. XXIX.
3. Cf. de his P. Galtier, *De Pœnit.,* Thés. XXII.
4. Cf. Hug. a S. Victore, Tract. VI, c. xi ; *P. L.,* xcxvli^ 147 ss. ; Petr. Lombard., *IVSent.,* dist. XVII, c. i.

catorum consequendam a Deo non esse nisi de jure divino.

Jus autem divinum est positivum, nempe ex institutione qua voluit Christus Pœnitentiæ sacramentum esse medium necessarium ad remissionem peccatorum post Baptisma commissorum, et idcirco voluit confessionem, sine qua non datur sacramentum Pçenitentiæ, esse quoque medium necessarium, ita ut in ipsa *institutione* confessionis importetur ejus *necessitas,* ut vidimus supra, n. iv.

Quonam ergo sensu intelligi debent veteres theologi, Hugo a S. Victore, Alexander Halensis, S. Bonaventura[1], qui dicunt a Christo quidem venire *institutionem,* non vero *præceptum* confessionis ? Sensus est non imposuisse Christum *speciale* præceptum distinctum a necessitate medii, ita ut necessitas medii sit a Christo imposita, et necessitas specialis præcepti sit ab Ecclesia[2]. Quocirca isti non propugnant quod postea dixerunt Scotus, Cajetanus et alii, præceptum divinum quod est ipsa necessitas medii non probari ex Scriptura divina, quodque confutavimus supra, n. iv.

XII. De præcepto ecclesiastico (a. 3). — Ecclesia porro imposuit præceptum confitendi omnia peccata semel saltem in anno. Ita *Cone. Later. IV,* in canone, quem confirmat Concilium *Tridentinum,* et *Codex* Juris Canonici[3].

Plures olim theologi censuerunt obligatione illa teneri omnes, etiam qui habent tantum venialia. S. Thomas refert duplicem interpretationem : 1° eum qui habet venialia teneri, non ex vi sacramenti, sed ex præcepto Ecclesiæ ; 2° non teneri ad confitendum venialia, sed sufficere ad

1. Hugo a S. Victore, *De Sacram.,* lib. II, P. XIV, c. i ; Halens., tv, q. xvii, membr. 3, a. 2. ; S. Bonav., *IV Sent.,* dist. XVII, P. 11, a. 1, q. m.

2. « Ergo Hugo docet *Christum* solum instituisse sacramentum pœnitentiæ ut mediurn necessarium ad impetrandam justificationem ; sed præter necessitatem medii non esse a Christo impositam necessitatem præcepti ; speciale vero præceptum postea datum esse ab hominibus, quod est omnino verum. Ilugonis autem non solam sententiam sed etiam verba, ut solent, sua fecerunt Alexander et Bonaventura, qui consequenter eodem modo intelligendi sunt. » (Pesch, op. cit., p. 186).

3. Cone. Later. IV, cap. 21 ; Denz., 437 ; Cone. TridenL, Sess. XIV, cap. v ; Denz., 901 ; *Codex,* can. 899.

præceptum Ecclesiæ implendum ut se sacerdoti repræsentet et se ostendat absque conscientia mortalis esse.

Hodie vero sententia communis, quæ certa dici potest, tenet nullum esse præceptum confitendi venialia. Ratio est quia tum Concilium Tridentinum tum *Codex* vocant venialia materiam *non necessarium* sacramenti Pœnitentiæ[1]. Non datur præceptum divinum, quia venialia possunt inultis aliis remediis remitti ; nec ecclesiasticum, quia Ecclesia de facto non intendit nisi determinationem juris divini. « Constat enim, ait Tridentinum (Iqc. cit.), nihil aliud in Ecclesia a pœnitentibus exigi quam ut, postquam quisque diligentius se excusserit et conscientia; sua; sinus omnes et latebras exploraverit, ea peccata confiteatur, quibus se Dominum et Deum suum *morlaliler* offendisse meminerit. »

XIII. Possetne Ecclesia imponere præceptum confessionis, etiamsi non imposuisset Christus ?

Disputatur. Distinguendum tamen videtur : vel agitur de confessione mortalium, vel de confessione venialium.

Quoad mortalia, negant communius theologi cum Scoto, Cano, Lugo, etc. : affirmant tamen Suarez et Vasquez. Ratio cur censeamus adhærendum esse priori sententiæ non est ea quain plures afferunt, nempe Ecclesiam non posse præcipere actus internos, quia potest Ecclesia præcipere confessionem externam, quæ, ut recte liat, requirit actum internum ; sed est hæc : præceptum confitendi peccata mortalia est ita molestum et arduum, ut importabile onus reputetur, nisi sit impositum a Deo, qui simul dat internam gratiam et suavitatem ad illud rite implendum.

Quoad venialia vero, negant plures cum Scoto, ea præsertim ratione quod non possit Ecclesia mutare materiam alicujus sacramenti. Billuart autem cum multis existimant probabilius posse Ecclesiam, saltem quorumdam venialium, quia potest esse causa rationabilis hujus præcepti, non minus quam præcipit jejunium et orationem, nec ideo mutaretur materia sacramenti, quia peccata venialia non fierent materia necessaria necessitate sacramenti, sed tantum necessitate præcepti, sicut de pane

1. Cone. Trid., Sess. XIV, cap. v ; Denz., 901. *Codex,* can. 902.

azymo. Non tamen omnium venialium, quia hujusmodi præceptum videretur onus insupportabile adeoque irrationale[1]. — S. Thomas proponit hanc sententiam, dum dixit aliquem teneri venialia confiteri ex institutione Ecclesiæ, quando non habet alia quæ confiteatur (ad 3). Sed illi non adhæret absolute, siquidem aliam suggerit : « Vel potest dici, etc. »

Quidquid sit de probabilitate speculativa, opinio illa nunquam in praxim deducetur ab Ecclesia, sed potius dicendum videtur : sicut solus Deus novit secreta cordium, ita *soli Deo proprium* est imponere seu præcipere ut secreta cordis, etiam venialia, revelentur alicui homini per confessionem.

XIV. Quandonam obliget præceptum divinum confitendi mortalia (a. 5). — *Votum* seu *propositum confessionis,* simul obligat ac præceptum contritionis, quia tale votum est annexum contritioni et in ipso includitur ; viget autem illa obligatio saltem in periculo mortis aut in aliquo articulo in quo sine peccati remissione oporteat peccatum incurrere.

Præceptum vero *confessionis in re* obligat *per accidens,* quando homo habens peccatum grave nequit sine confessione adimplere aliquod præceptum, ut quando sumenda est Eucharistia vel quando gravis tentatio vinci aut peccatum evitari absque confessione non potest.

Per se autem obligat eadem ratione ac Baptismus, quia est sacramentum necessitatis pro peccatis post'Baptismum commissis, sicut Baptismus ipse pro peccatis ante Baptismum. Atqui ad Baptismum recipiendum non tenetur quis statim postquam habet propositum Baptismi, sed quando propter contemptum vel periculum dilatio esset peccatum grave, sicut *in articulo vel periculo mortis.* Ergo id quoque de confessione dicendum est : si periculum mortis imminet, aliquis obligatur per se ad confessionem faciendam, sicut obligatur ad· Baptismum suscipiendum. — Obligat per se *aliquando in vita.* Quum enim homo teneatur ad reconciliationem cum Deo, non tantum in morte,

1. Billuart, dissert. V, art. 2.

sed etiam in vita, præcepta quæ ordinantur ad reconciliationem cum Deo peragendam obligant per se, non tantum in morte, sed etiam aliquando in vita. Atqui confessio ad hanc reconciliationem ordinatur. Ergo præceptum confessionis obligat aliquando in vita. — Quoties autem obliget per se, nequit certo determinari. Certum est *non obligare plus quam semel in anno,* quia Ecclesia non potuit præceptum divinum restringere ; inio S. Thomas expresse dicit : « Ante statutum Ecclesiæ minus tenebatur, ll

XV. Non potest Summus Pontifex dispensare a confessione, secundum quod obligat ex vi sacramenti ; licet possit permittere ut possit aliquis diutius confessionem differre quam ab Ecclesia constitutum sit (a. G).

prob. i» pars. Ea in quibus fundatur Ecclesia et operatio ministrorum Ecclesiæ nequeunt ab Ecclesia mutari, sed semper præsupponuntur operationi Ecclesiæ, sicut creatio præsupponitur operi artis. Atqui ea in quibus fundatur Ecclesia et operatio rpinistrorum Ecclesiæ sunt fides et sacramenta. Ergo Ecclesia, sicut nec potest mutare articulos fidei, ita nequit mutare sacramenta aut a receptione sacramentorum a Christo præscripta dispensare. Confessio porro est medium lapsis necessarium, sicut Baptismus nondum renatis. Ergo, sicut nequit Papa dispensare ut nondum renatus sine Baptismo salvetur, ita nec dispensare valet ut lapsus sine confessione reparetur.

if pars liquet. Secundum quod confessio obligat ex præcepto Ecclesiæ, potest Papa valide dispensare; et, ut id faciat licite, requiritur ratio proportionata.

XVI. Corollarium maximi momenti. — Hinc recte arguunt Palmieri et Pesch contra eos qui dicunt olim ab Ecclesia quibusdam peccatoribus hoc sacramentum simpliciter et in perpetuum denegatum esse. Quum enim hoc sacramentum sit jure divino necessarium nec possit Ecclesia in illa obligatione dispensare, si Ecclesia absolutionem in perpetuum denegasset, aut errasset in fide, nesciendo vim præcepti divini, aut inobediens exstitisset, sua potestate abutendo et injuste denegando rite dispositis absolutionem. Ergo Ecclesia nunquam homini rite dispo-

sito simpliciter et in perpetuum denegavit absolutionem[1]. Si quando denegata est moribundis, id contigit quia præsumebantur indispositi[2][3]

XVII. De qualitate confessionis (q. IX). — Ea quæ disserit Angelicus de quidditate et effectibus confessionis sufficienter innotescunt ex dictis superius de vi et efficacia pœnitentiæ ; superest disserendum breviter de quibusdam confessionis dotibus.

Imprimus de *integritate*. S. Thomas integritatem definit sicut postea Concilium Tridentinum, nempe ut homo omnia peccata confiteatur quæ in memoria habet (a. 2). Tridentinum dicit : « omnia peccata mortalia quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habent[2]. » Codex pariter : « omnia (rtiortalia) quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habeat[4]. »

Necessitas integritatis probatur ex ipsis verbis institutionis, ut constat ex n. v. — Integritas quidem *materialis* ea est qua declarantur omnia quæsuntconfessioniobnoxia, omnia nempe mortalia nondum directe remissa quoad numerum et speciem et circumstantias quæ peccati speciem mutant. *Formalis* autem ea est qua declarantur omnia quæ hic et nunc poenitens confiteri potest et debet, licet aliqua omittat ex justa causa. — Integritas *formalis* ita est necessaria ut sine ipsa non valeat sacramentum : si enim homo non confitetur omnia quæ potest et debet, jam care! dispositione essentialiter ad Poenitentiam requisita. Integritas autem *materialis,* licet per se requiratur, ea non est quæ nullam patiatur dispensationem : ab ipsa quippe excusant impotentia physica vel impotentia moralis. De quibus consulantur moralistæ.

XVIII. An confessio fieri possit per interpretem vel per scriptum (a. 3). — Tradit Angelicus principium quod in re sacramentaria est semper recolendum, nempe in sacramentis illam adhiberi materiam vel formam *quæ-*

1. Palmieri, *De Poenitentia, π,* 106 ss. ; Pesch, t. VII, 190-191..
2. Cf. de hoc Galtier, *De Poenitentia.*
3. Sess. XIV, cap. v ; Denz., 899.
4. Can. 901.

es! maxime in usu apud homines. « Sicut in baptismo ad significandam interiorem ablutionem assumitur illud elementum cujus est maximus usus in abluendo, ita in actu sacramenti ad manifestandum *ordinarie* assumitur ille actus quo maxime consuevimus manifestare, scilicet *proprium verbum.* Alii autem modi sunt inducti in supplementum istius. » Hinc colligitur non teneri pmnitentem ad media quæ sint ex se aliquatenus extraordinaria, ut est confessio per interpretem ; posse tamen, si velit, iis uti. Quapropter *Codex* recte statuit : « Qui aliter confiteri non possunt, non prohibentur, *si velint,* per interpretem confiteri, præcavendo abusus et scandala*. »

Confessio per scriptum confessario præscnti est quidem valida, quia remanet vera manifestatio peccatorum, cum scriptum sit vicarium verbi ; at, cum sit præter consuetum modum manifestandi peccata, non est licita, nisi gravis adsit ratio.

Confessio autem facta per litteras aut internuntium sacerdoti absenti et in absentia absolventi est, non tantum illicita, sed et invalida. Res fuit acriter controversa initio sæculi xvii. Jussu Clementis VIII, 20 Junii 1602, S. Officium damnavit hanc propositionem Patris de Hieronymo : « Licere per litteras seu internuntium confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri et ab eodem absente absolutionem obtinere. » Suarez autem contendit decretum intelligendum esse, non disjunctive, sed copulative, ita ut valeat confessio facta sacerdoti absenti, sed absolventi in præsentia. Bannez porro opus Suarezii S. Olficio denuntiavit, quod jussu Pauli V præfatam opinionem reprobavit, 14 Julii 1605[1]. S. Officium porro prohibet et præcipit«ne deinceps ista propositio doceatur *neve unquam tamquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur aut ad praxim quovis modo deducatur.* » Qui modus loquendi evincit S. Officium habere illam absolutionem ut prorsus *invalidam :* si enim de solo illicito ageretur, posset in extrema necessitate ad praxim deduci.

1. Can. 903.

2. Gf. hac de re : Denz., 1088-1089; Léon Mahieu, *François Suarez,* 1921 ; Concina, O. P., *Theologia Christiana Dogmatico-Moralis,* t. IX, edit. Roman., mdccl, pp. 604 ss.

Ratio theologica est quia forma absolutionis debet materiae, quæ est confessio, conjungi unione saltem morali. Atqui deest unio moralis in primo casu, quando confessio fit per epistolam vel nuntium et absolutio datur a sacerdote absente, quia actus sacerdotis non cadit in personam pœnitentis ; et etiam in secundo casu, quando confessio facta est sacerdoti absenti sed absolventi in præsentia, quia tunc materia non est actu. Ergo in neutro casu valet absolutio[1].

Recolatur demum S. Pœnitentiariam noluisse respondere huic quæsito, 1 Julii 1884 : Utrum in casu extremæ necessitatis dari possit absolutio per telephonium ?

XIX. **De confessione secreta vel publica.** — Concilium Tridentinum, postquam animadvertit Christum non vetuisse quin aliquis, in vindictam suorum scelerum et sui humiliationem et ob aliorum exemplum, delicta sua publice confiteri possit, addit : « Non est tamen hoc divino præcepto mandatum nec satis consulte humana aliqua lege præciperetur, ut delicta, præsertim secreta, publica essent confessione aperienda. Unde, cum a sanctissimis et antiquissimis Patribus magno unanimique consensu secreta confessio sacramentalis, qua ab initio Ecclesia sancta usa est et modo etiam utitur, fuerit semper commendata, manifeste refellitur inanis eorum calumnia, qui eam a divino mandato alienam et inventum humanum esse... docere non verentur[2]. » Et anathemate plectit illam hæreticorum calumniam[3]. — Itaque essentia confessionis abstrahit a modo quo fiat, secrete vel publice : sufficit enim ad essentiam sacramenti ut pœnitens se manifestet reum per accusationem sive secretam sive publicam et ut sacerdos ponat actum judicialem.

XX. Utrum Ecclesia præceperit aliquando confessio-

1. Non debet hic casus assimilari absolute casui moribundi qui, antequam sensibus destitueretur, petivit sacerdotem per nuntium vel per adstantes, et absolvitur postea per sacerdotem, quando is fit præsens. Tunc enim confessio moribundi censetur renovari, *sicut ipsa contritio,* per suspiria et alia signa quæ possunt et contritionem et confessionem manifestdre sacerdoti præsentl.
2. Sess. XIV, cap. v ; Denz., 901.
3. Can. 6; Denz., 916.

nem vel poenitentiam publicam pro peccatis mere occultis.

Natalis Alexander, Juenin, Morin censent per sex priora sæcula poenitentiam publicam peccatoribus etiam occultis fuisse impositam et postea hunc morem paulatim desiisse. Recentissime autem Vacandard docuit poenitentiam publicam, non tamen confessionem publicam, luisse pro delictis occultis praescriptam.

Quam sententiam impugnaverunt sive theologi sæculo XVIII et nostra ætate[1], sive eruditi in scriptis Patrum versatissimi[2]. Cum ad Historiam Ecclesiasticam res potius spectet, sufficiet hic pauca animadvertere.

1° Theologus tuto præsumere potest Ecclesiam, quæ a Spiritu Sancto dirigitur, non potuisse per plura sæcula præscribere legem quæ non satis consulte imponeretur. Atqui, teste Concilio Tridentino mox citato, non satis consulte præciperetur ut delicta, præsertim secreta, publica essent confessione aperienda. Ergo, *a priori,* licet tuto præsumere nunquam fuisse talem legem ab Ecclesia præscriptam.

2° *A posteriori* discimus, ex Leone Magno, talem usum esse contra apostolicam regulam et idcirco non potuisse fieri unquam legem Ecclesiæ universalis. Dicit enim Pontifex : « Illam etiam *contra apostolicam regulam* præsumptionem, quam nuper agnovimus a quibusdam illicita usurpatione committi, modis omnibus constituo submoveri, ne de singulorum peccatorum genere libello scripta confessio *publice recitetur,* cum reatus conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicari *confessione secreta*[3]. »

3° Immo Patres testantur fuisse pcenitentiam secretam pro peccatis occultis, et tantum impositam fuisse poenitentiam publicam, quando peccatum in aliorum scandalum erat. Sic monet Augustinus : « Ut, si peccatum ejus non solum in gravi ejus malo sed etiam *in tanto scandalo aliorum est* atque hoc expedire utilitati Ecclesiæ videtur antistiti, in notitia multorum vel etiam totius plebis agere

1. Cf. Pignataro, *De disciplina pœnileniiali,* Romæ, 1904 ; i'i.scH, op. cit., n. 227.

2. De hac quæstione consulatur A. d'Alès, *L'Edil de Callisle,* pp. 422 ss.

3. S. Leo, *Epist. CLVXII,* c. n ; *P. L.,* uv, 1210.

pœnitentiam non recuset[1]. » Et pariter Origenes : « Proba *prius* medicum, cui debeas causam languoris exponere... Si intellexerit et præviderit talem esse languorem tuum, qui in conventu totius Ecclesiæ exponi debeat, ex quo fortassis et ceteri ædiiicari poterunt et tu ipse facile sanari, multa hoc deliberatione et satis perito medici illius consilio procurandum est[2]. » Ex quibus testimoniis colligitur non solum tempore Augustini, sed ætate multo anteriori, nempe Origenis, viguisse confessionem et pœnitentiam secretam, et solum judicio sacerdotis, propter majus bonum, impositam fuisse publicam.

4° Constat etiam ex praxi sanctorum in primæva Ecclesia. Laudatur S. Ambrosius eo quod nonnisi Deo loqueretur de peccatis quæ in confessione audierat : « Causas autem criminum quæ illi (aliquis) confitebatur, *nulli nisi Domino soli,* apud quem intercedebat, loquebatur, *bonum relinquens exemplum posteris sacerdotibus, ut intercessores apud Deum magis sint quam accusatores apud homines*[3]. » Hoc autem evincit confessionem secretam fuisse.

5° Quapropter, si quando canones pœnitentiales vel scripta Patrum recolunt confessionem publicam, non semper intendunt confessionem sacramentalem. « In vetere Ecclesia tres modi confessionum distinguendi sunt : confessio stricte sacramentalis, confessio coram tribunali pœnitentiæ externo seu coram judicio ecclesiastico, confessio facta in Ecclesia coram omni populo. Sola prima confessio erat stricto sensu secreta, et sola ultima stricto sensu publica. Secunda vero erat media quædam, quæ fiebat coram episcopo ejusque consiliariis. Ab hoc judicio utique peccatores condemnabantur ad pœnitentiam publicam,, sed ii tantum peccatores qui aut per testes criminum convicti erant aut ipsi libere confessione, non sacramentali. sed quæ pertinebat ad forum extefnum ecclesiasticum[4]. »

XXI. Hinc eruitur fuisse, præter absolutionem publicam, absolutionem secretam.

Absolutio quippe respondet confessioni, nec enim potest

1. S. Augustin., Serm. CCCLI, n. 9 ; P. *L.,* xxxix, 1545.
2. Origenes, *Homil. 11* in Ps. xxxvn, v. 19 ; P. *G.,* xn, 1386.
3. Paulin., *Vila Ambras.,* ɳ. 39 ; P. *L.,* χιν, 40.
4. Pesch, op. cit., p. 120.

imponi onus adeo grave confessionis etiam secretæ nisi in ordine ad absolutionem. Quapropter, si fiebat confessio secreta sacramentalis et pœnitens dignum se ostendebat, dabatur quoque absolutio sacramentalis secreta, dum absolutio publica erat, sicut, ipsa pœnitentia publica, potius canonica. Et, quia sacramentum Pœnitentiæ est jure divino necessarium, non potuit Ecclesia rite djspositis denegare absolutionem, prout animadvertimus supra, n. xvi. Unde concludimus absolutionem secretam, sicut et pœnitentiam privatam, non semel, tantum, nec etiam solum pro moribundis, sed absque limite fuisse vere pœnitentibus concessam (supra, q. i, art. i, n. xi)[1].

1. Cetera quæ confessionem spectant non sunt ordinis proprier dogmatici et possunt videri apud scriptores Theologiæ Moralis. Consuli possint S. Alphonsus, Salmant., Billuart, Lehmkuhl, Prümmer, aliiqué hodierni theologi.

ARTICULUS TERTIUS

DE SATISFACTIONE

AD QQ. X1I-XV S. THOMZE

1. Notio satisfactionis. — Apud Latihos scriptores; Ciceronem, Cæsarem, Tacitum, *satisfactio* et *satisfacere* designant actionem qua quis debitum suum solvit : sive debitum in ordine moris erga patriam, et sic dicitur quis satisfacere reipublicæ ; sive debitum erga creditorem, et sic dicitur quis alicui satisfacere in pecunia. Iterum sumitur vox pro reparatione damni seu compensatione olïensæ, et sic dicitur quis satisfacere de injuriis.

Sensu autem ecclesiastico, adhibetur illa Vox ad exprimendam reparationem pro offensa divina, imo et reparationem olfensæ adæquatam. Jam in tractatu de Incarnatione ostendimus qua ratione sit satisfactio Christi necessaria[1], quomodo satisfactio illa dicatur *vicaria* et sit omnino abundans et superabundans[1].

In præsenti autem significat voluntariam perpessionem pœnæ temporalis ad compensandam injuriam Deo per peccatum illatam. In peccato quippe mortali est duplex reatus, scilicet culpæ et pœnæ æternæ ; pro culpa quidem gravi nulla creatura potest satisfacere, nec potest quis mereri alteri vel sibi remissionem peccati aut pœnæ æternæ[1]. Remissis autem per justificationem culpa etpœna æterna, remanet adhuc pœna quædam temporalis Deo persolvenda ; et perpessio hujus pœnæ est satisfactio quam hic attendimus.

Esse virtutis actum (q. x ii, a. 1) est manifestum, quia solvere Deo debitum, servando proportionem pœnæ cum culpa, est aliquid laudabile, in quo servatur medium. Non potest quidem homo satisfacere secundum æqualitatem quantitatis, quia culpa offendit personam infinitæ digni-

1. *De Verbo Incarnato,* q. i, art. ii, et q. xv, art. i.
2. Cf. *Ibid.,* et Tract, *de Gratia,* ubi de Merito.

tatis, dum honor qui est in reparante est tantum finiti valoris[1]; sed tamen secundum æqualitatem proportionis, quatenus, reddendo quod potest, facit *satis,* et sic pœnitens Deo reddit *ex loto* quod potest, sicut Deus fuit ex toto offensus (q. xin, a. 1). Et, quia satisfactio æqualitatem in ipso faciente exprimit, ideo est *actus justitiæ,* qui est sui ad alterum, proprie loquendo ; justitiæ quidem *vindicaliuæ,* quæ respicit offensam præccdentern, quæque tamen non consideratur in judice puniente alterum, sed in ipso reo pœnitente et puniente seipsurn[2] (q. xn, a. 2).

Quapropter satisfactio est quædam *medicina,* quæ curat peccata præterita et præservat a futuris. Quod autem est præcipuum in satisfactione esi. respectu culpæ præteritæ, et sic proprie definitur satisfactio : *lllalæ Deo injuriæ compensatio secundum æqualitatem* (a. 3). Intelligitur porro æqualitas, non quantitatis, sed *proportionis,* ut modo explicatum est.

Prout autem est pars sacramenti Pœnitentiæ, dicitur satisfactio *sacramentatis,* sicque- debet a ministro imponi et taxari[3], et, quia remissio pœnæ temporalis debet fieri per opera simul bona et pœnosa, recte definitur a theologis satisfactio sacramentalis : *solutio pœnæ temporalis per opera bona et pœnosa, a confessorio imposita et laxata.*

11. Esores de satisfactione. — Omnes qui contendunt pœnam simul cum culpa tolli totam consequenter negant necessitatem satisfactionis. Huc facit propositio *Petri de Osma* damnata a Sixto IV, 9 Augusti 1479 : « Peccata mortatia, quantum ad culpam et *pœnam* alterius sæculi, delentur per solam cordis contritionem, sine ordine ad claves[4]. »

Sed præsertim Novatores, *Lutherani* scilicet et *Calvinislæ,* contendunt nunquam remanere pœnam post remis-

1. Cf. *De Verbo Incarnato,* loc. cit.

2. Recte advertit Porrecta, in q. xn, a. 2 : « Satisfactio pertinet ad justitiam vindicativem, multæ tamen misericordiæ junctam, quia pœnitentia justitiæ vindicativæ species est multis miserationibus mixta. »

3. Quo sensu S. Augustinus, postquam hortatus est peccatorem *ut veniat ad antistites, per quos in Ecclesia claves ministrantur,* concludit : « *A praepositis sacrapientorum accipiat* satisfactionis suie *modum.* » Serm. CCCLI, n. 9 ; *P. L.,* xxix, 1545.

4. Denz., 724.

s.·! peccata, seu post justificationem, qua nobis imputatur ipsa justitia Christi1.

III. doctrina ecclesiæ. — Imprimis Ecclesia excludit fundamentum illius erroris, definiendo non semper totam poenam cum culpa remitti. 2° Docet satisfactionem esse veram partem et quasi materiam sacramenti Pœnitentiæ. 3° Ministrum, nempe sacerdotem, non posse satisfactionem seu pcenitentiam sacramentalem prætermitlere aut pro libitu tantum præscribere, sed debere omnino pro qualitate criminum et pœnitentium facultate salutares et convenientes satisfactiones injungere1. Demum 4°, præter satisfactionem sacramentalem, esse aliam quam possumus suscipere, vel pœnas nobis infligendo vel pœnas a Deo inflictas patienter tolerando3.

Pririium assertum jam sujierius vindicavimus, q. m, art. l,n. vu et ss. De ceteris vero nonnulla sunt subjungenda.

IV. Prima conclusio : Satisfactio ita pars est sacramenti Pœnitentiæ, ut propositum satisfaciendi ad essentiam, ipsa vero satisfactio actu præstita ad integritatem pertineat.

prima pars, nempe satisfactionem esse partem sacramenti, asseritur expresse in **Conciliis.** *Florentinum* dicit : « Quartum sacramentum est Poenitentia, cujus quasi materia sunt actus pœnitentis, qui in tres distinguuntur partes... Quarum tertia est satisfactio pro peccatis4 5 » Concilium *Tridentinum,* enumeratis contritione, confessione et satisfactione, addit : « quæ tres pœnitentiæ partes dicuntur6. » Et speciatim dicit : « Demum quoad satisfactionem, quæ ex omnibus Pœnitentiæ partibus6... » In iisdem documentis, sive Florentini sive Tridentini Concilii, satisfactio, sicut et duo alii actus pœnitentis, dicitur *quasi materiç.* sacramenti. Quam doctrinam superius jam statuimus, q. i, art. π,

1. Potest de his legi B. Bellarminus, lib. IV *De Poenil.,* c. n.
2. Cone. Trid., Sess. XIV, cap. vin ; Denz., 905.
3. *Ibid.,* cap. ιχ ; Denz., 906.
4. Denz., 699.
5. Sess. XIV, cap. ni et can. 4 ; Denz., 896 et 914.
6. *Ibid.,* cap. vin,; Denz., 904.

n. iv et seq.— Eruitur quoque ex verbis institutionis. Nam Christus instituit Pœnitentiæ sacramentum per modum actus judicialis, in quo vindicatur jus divinum ; quæ ultio includit necessario pœnam et satisfactionem ex parte rei.

secunda pars explicata est supra, loc. cit., n. vin. Poenitentia importat essentialiter voluntatem vindicandi jus divinum læsum, secus non esset vera conversio nec vera contritio. Atqui voluntas illa est quædam satisfactio inchoata. Ergo satisfactio, ut est voluntas seu propositum satisfaciendi, ad essentiam sacramenti pertinet.

tertia pars breviter probatur. Id quod supponit sacramentum in suo esse jam completum et sequitur ellectum primum sacramenti, non ad essentiam, sed tantum ad integritatem pertinet. Atqui, dum contritio et confessio non supponunt sacramentum jam constitutum, sed ad illud constituendum concurrunt, satisfactio sacramentum et primum sacramenti effectum supponit, quippe quæ prærequirat gratiam, a qua vim suam desumit. Ergo, dum contritio et confessio sunt partes essentiales, satisfactio est pars integralis tantum, licet intrinseca.

V. Secunda conclusio : Minister Sacramenti debet salutares et convenientes satisfactiones injungere. — Constat ex notione sacramenti, prout est a Christo institutum. Nam ista Christus instituit sacramentum Pœnitentiæ per modum actus judicialis, ut sacerdos sit judex[1], qui per se debeat satisfactionem imponere, habeatque. claves, non tantum ad solvendum, sed etiam ad ligandum, imponendo pro præteritis peccatis *vindiciam el castigationem,* prout loquitur Concilium Tridentinum. Ergo nequit minister munus suum obire, nisi satisfactionem convenientem imponat. Ut autem hæc sit conveniens et servetur modus justitiæ vindicativæ, debet taxari satisfactio seu pœnitentia salutaris pro « qualitate criminum et pœnitentium facultate », juxta verba ejusdem Concilii, gravis nempe

1. Quod optime exponit S. Leo M. : « Mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus *hanc praepositis Ecclesiae Iradidit potestatem,* «ii et confltentibus actionem pœnitentiæ darent et eosdem *salu- satisfactione* purgatos ad communionem sacramentorum per januam reconciliationis admitterent. » *Epist. CV111,* n. 2 ; *P. L.*, ‹jv, 1011.

pœna pro gravi peccato. Quapropter recte dicit S. Gregorius Magnus : « Afflictio pœnitentiæ ad delenda peccata tunc demum idonea est, *cum sacerdotis fuerit judicio imperata, cum ab eo confiteniium actibus discussis pro modo criminis onus* iis decernitur afflictionis[1]. »

Obligatio est gravis ex genere suo. Utrum vero sit a gravi culpa excusandus sacerdos qui nullam satisfactionem pro peccatis venialibus imponeret ? Respondent plures negative ; nam, licet satisfactio pro venialibus sit in se quid leve, respectu tamen sacramenti, quod manet mutilum, est quid grave in ratione irreverentiæ[2]. Alii vero et hodie multi censent non esse irreverentiam gravem, sicut nec graviter deest officio judex qui levem poenam imponere omittit[3].

Licet pœnitentia pro peccato gravi possit imponi per modum præcepti sub gravi obligantis, existimat tamen Lugo ministrum, *quatenus est judex,* posse, ob rationales causas, illam satisfactionem, ex se gravem, imponere tantuin sub levi[4]. Non posse autem ministrum sine ulla obligatione imponere satisfactionem, per modum consilii aut exhortationis, tenent sat communiter theologi, contra Suarez. « Nam, ait S. Alphonsus, legislator potest ferre et non ferre legem ; sed, si ferat, non potest quidem eam ferre sine obligatione, cum lex debeat necessario saltem sub levi obligare[5]. »

VI. .Quid producat ex opere operato satisfactio sacramentalis. — Imprimis producit *remissionem pœnæ temporalis.* Ita communiter theologi. Nam sacramentum, vel pars sacramenti producit ex opere operato id quod proprie significat. Atqui satisfactio est pars sacramenti et significat remissionem alicujus pœnæ temporalis, tum in verbis adhibitis, tum in ipso ritu ; sicut in judicio qui adimplet pœnam a judice præscriptam eo ipso liberatur ab alia pœna pro eodem delicto. Ergo satisfactio ex opere operato pro-

1. S. Gregor. M., *In I Reg.,* lib. III, c. v, n 13 ; *P. L.,* 1xxixj 2Q7. **jI**
2. Ita Billuart, dissert. IX, art. 2, *Colliges,* 3°.
3. Consulantur auctores Theologiæ Moralis.
4. Lugo, disp. XXV, sect. IV, n. 50.
5. S. Alphons., lib. VI, n. 518.

ducit remissionem alicujus pœnæ temporalis. — In quonam autem gradu, non possumus determinare, licet certum sit id fieri juxta modum propriæ dispositionis et servata æquitate inter ipsam pœnitentis satisfactionem et id quod postulat divina justitia.

2° Producit ex opere operato *augmentum gratiæ sanctificantis.* Ita multi Thomistæ, quibus consentit Suarez, contra alios, ut Lego, Martinonum, etc[1]. Est sententia S. Thomæ : « Satisfactio confert gratiam prout est in proposito, et auget eam prout est in exacutione, sicut etiam baptismus in adultis[2]. »— Ratio theologica hæc est : Satisfactio ut in proposito est pars essentialis, ut. in exeeutione est pars integralis. Atqui pars sacramenti participat efficaciam sacramenti : pars quidem essentialis efficaciam conferendi gratiam primam, pars autem integralis efficaciam, non quidem conferendi gratiam primam quæ jam habetur, sed saltem augendi. Ergo satisfactio confert gratiæ augmentum.

VII. De satisfactionibus per pœnas a nobis susceptas vel a Deo inflictas. — Est ultimum doctrinæ punctum quod ex Concilio Tridentino audivimus. Generatim oportet ut satisfactio fiat per opera *pœnalia* (q. xv, 1. a). Quum enim satisfactio sit recompensatio offensæ et hæc recompensatio adæquationem quandam requirat, oportet ut aliquid a pœnitente *subtrahatur,* quod in honorem Dei cedat. Porro hæc substractio est aliquid pœnale : sicut enim homo per peccatum indebite subtraxit honorem divinum, bono sensibili adhærendo, ita, eo ipso quod sibi subtrahit aliquod bonum sensibile, sentit in se aliquam privationem quæ rationem pœnosi habet. Ergo satisfactio per opera pœnosa fieri debet. Quapropter ipse Deus per prophetam Joel monet ut fiat conversio in *jejunio* et *fletu et planctu*[3]. — Posset tamen Deus, si vellet, acceptare in satisfactionem omne opus ex charitate factum, etiam delectabile, vi sui aptum ad

1. Cf. Gonet, disp. XII, n. 32; Suarez, disp. XXXVIII, sect. II, η. 3 ; Lugo, disp. XXIV, sect. I, η. 2 ; Martinon., disp. LI, sect. VIII ; Vasquez, disp. XCIV, a. 2, dub 2.
2. S. Thom., III P., q. xv, a. 2, ad 2.
3. Joel, ii.

oiïensam compensandam[1], sed ex consequenti et ex convenientia requiritur opus pœnosum.

Non tantum pœnæ quas nos suscipimus, sed etiam quas Deus infligit, rationem satisfactionis accipiunt, quatenus fiunt ipsius patientis, qui eas acceptat ad purgationem peccatorum, eis utens patienter (a. 2). Tunc enim liomo qui patitur conformatur Christo patienti, et sic fit particeps ejus satisfactionum. Hinc animadvertit Sylvius verius dici *ipsam eliam exteriorem* poenam esse per se satisfactoriam, si patienter toleretur, ac proinde, si duo æquali voluntate sustineant afflictiones, *ille plus salisjacil, qui plures aut graviores palilur*[2].

VIII. Tertia conclusio : Tria praecipua enumerantur opera satisfactoria, nempe eleemosyna, jejunium et orationes, licet omne opus virtutis possit esse satisfactorium (a. 3).

PROB. 1» pars. — Scriptura frequentius hæc tria indicat ct Concilium Tridentinum illa recolit[3]. — Ratio est omnino congrua. Nam satisfactio debet culpam præteritam compensare et futuram præcavere. Atqui hæc tria utrumque præstant. Ergo. Prob. min. per partes. Compensatio culpæ fit per subtractionem eorum quæ habemus, ad honorem Dei. Atqui nonnisi tria bona habemus : bona quidem *externa,* et de his fit subtractio per *eleemosynam* ; bona autem *corporis,* et de his fit subtractio per *jejunium* ; bona tandem *animæ,* et de his non debet fieri subtractio quoad essentiam vel quoad diminutionem, sed sufficit ut de his fiat totalis submissio Deo, quod præstatur per *orationem.* Ergo per hæc tria compensatur culpa præterita. Ut autem futura præcaveatur, oportet : 1° peccatoruhi excidere causas, quæ sunt tres *concupiscentiae*[4], quibus tria prædicta resistunt : contra concupiscentiam *carnis* ordinatur *jejunium,* contra concupiscentiam *oculorum* ordinatur *eleemosyna,* contra *superbiam vitæ* ordinatur *oratio.* 2° Confirmatur eo quod satisfactio peccatorum suggestio-

1. Cf. quæ diximus *De Verbo Incarnato,* q. i, art. n, n. x.
2. Sylvius, in h. l., vm.
3. Cone. Trid., Sess. XIV, can. 13 : ‹ Ut jejuniis, orationibus, eleemosynis vel aliis etiam pietatis operibus » ; Denz., 923.
4. Joan., ii, 16.

nibus aditum præciudit : omne enim peccatum vel *in Deum* committimus, et contra hoc ordinatur *oralio* ; vel in *proximum,*. et contra hoc ordinatur *eleemosyna* ; vel in *nosmelipsos,* et contra hoc ordinatur *jejunium.*

PROB. IIa PARS. — Omne opus virtutis, si reapse ad Deum finem supernaturalem ordinatur, imponit homini terreno et carnali aliquam difficultatem vel molestiam, quatenus debet aliquam delectationem cohibere et sibi privationem quamdam imponere. Sic cibo delicato ut i vel deambulatione amœna frui, ea ratione ut actus sil. virtuosus et. supernaturalis, important privationem et p(en ali talem quamdam, nempe carentiam majoris et, intensioris delectationis. Actus quippe non est virtuosus, nisi serventur *modus et medium* rationis. Ut autem modus et medium illud retineantur, debet ratio dominari et quamdam contrarietatem inferiori parti imponere. Ergo omnis actus virtuosus sub aliquo respectu est laboriosus et pœnosus et idcirco potest rationem satisfactionis suscipere.

IX. Quarta conclusio : Conditio ad satisfactionem, sicut ad meritum, requisita, est status gratiæ : ita ut opera extra charitatem facta non sint proprie satisfactoria (q. xiv). — Scriptura id manifeste inculcat, nam Paulus enumerat opera ardua et pcenosa, ut distribuere omnes facultates in cibos pauperum, tradere corpus ita ut ardeat, et tamen concludit : Si charitatem non habuero, *nihil mihi prodesD.* — Concilium Tridentinum supponit pcenitentes, ut possint satisfacere, vivere jam in Christo, *in quo satisfacimus*[1]. Atqui vivere et satisfacere in Christo est conjungi Christo per charitatem. Ergo manifeste Concilium requirit statum gratiæ ad satisfactionem proprie dictam. — **Ratio** theologica liquet. Ut quis satisfaciat Deo, debet habebere cum Deo amicitiam, vi cujus opera æqualitatem cum offensa suscipiant, non secundum æquivalentiam, sed secundum Dei acceptationem, et idcirco oportet ut homo sit Deo gratus et acceptus. Atqui nonnisi per gratiam et charitatem fit homo Deo amicus, gratus et acceptus. Ergo debet gaudere gratia et charitate, ut satisîaciat (a. 2).

1. *I Cor.,* xiii, 3.
2. Sess. XIV, cap. vm ; Denz., 904.

Itaque ex eadem ratione habent opera ut'sint meritoria et satisfactoria. Unde, sicut charitas adveniens non potest edicere ut opera extra charitatem facta vivificentur quoad meritum, ita nec præstare potest ut vivificentur quoad satisfactionem (a. 3). Et, quia amicitia et charitas divina excludit affectum ad omnia peccata mortalia, impossibile est ut homo retinens affectum ad unum peccatum, satisfaciat pro alio ; sicut nullatenus satisfaceret homini qui pro alapa ei data se ei prosterneret et aliam similem daret (a. 1).

X. Quinta conclusio : Semel autem in gratia et charitate constitutus, culpa scilicet et pœna æterna remissis, potest homo pro pœna temporali peccato debita satisfacere de condigno, licet non de toto rigore justitiæ. — Doctrina certa.

Constat ex tractatu de *Verbo Incarnato* nullam creaturam satisfacere posse pro culpa gravi, quæ importat infinitam offensam, aut pro pœna æterna quæ respondet olïensæ infinita;, et idcirco requiri valorem infinitum in satisfaciente, et inde probatur necessitas Incarnationis in hypothesi qua voluerit Deus exigere condignam pro peccato satisfactionem[1]. — Remissa autem pœna æterna cum culpa, remanet adhuc pœna temporalis, pro qua Deus acceptat nostras satisfactiones.

Negavit Baius illas satisfactiones esse *dignum* pretium pro peccatis seu expiare de *condigno* pœnam temporalem. Huc faciunt duæ prop. damn, in Baio : « Quando per eleemosynas aliaque pœnitentiæ opera Deo satisfacimus pro pœnis temporalibus, non *dignum pretium pro peccatis nostris* offerimus, sicut quidam errantes autumant (nam alioqui essemus, saltem aliqua ex parte, redemptores) ; sed aliquid facimus, cujus intuitu Christi satisfactio nobis applicatur et communicatur. Satisfactiones laboriosæ justificatorum non valent expiare *de condigno pœnam temporalem* restantem post culpam condonatam[2]. »

Liquet non posse nos de toto rigore justitiæ satisfacere, cum merita et satisfactiones fundentur in gratia creditoris

1. *De Verbo Incarnato* q. i, art. π.
2. Prop. 59 et 77 ; Denz., 1059 et 1077.

seu in bonis quæ jam sunt ipsius Dei ; sed habere tamen valorem de condigno haud ægre ostenditur. — Habetur satisfactio de condigno, quando opus solutum adaequat pretium quod debetur. Atqui opus satisfactorium justi adæquat pretium quod debetur pro pœna temporali ; nam, cum illa pœna sit finita et opus justi, utpote procedens a forma divina, quæ est gratia, et a motore divino, qui est Spiritus Sanctus, suscipiat valorem quemdam divinum, potest haberi æqualitas inter opus solutum et pretium debitum. Ergo opera satisfactoriu justorum possunt esse de condigno. — Confirmatur. Satisfactio proportionatur merito, quippe quæ ab eadem radice, nempe gratia et charitate, procedat. Atqui justus potest mereri pro se de condigno. Ergo et satisfacere de condigno[1].

Objicitur : Si satisfacimus de condigno, sumus aliqua saltem cx parte redemptores. Atqui nullatenus dici potest justus redemptor. Ergo. — *Resp. :* Dist. maj. : Si satisfacimus de condigno quin satisfactiones nostræ fundentur in gratia et satisfactione Christi, sumus redemptores, concedo ; si fundentur in ipsa gratia et satisfactione Christi, sumus redemptores secundarii et sub Christo, concedo, redemptores primarii et ex notro fundo, nego. Contradist. min. : Nullatenus sùmus redemptores primarii et ex nostro fundo, concedo ; redemptores secundarii et sub Christo, nego ; nam, sicut nihil prohibet esse plures mediatores secundarios sub uno Mediatore Christo, ita nihil prohibet nos dici redemptores secundarios sub uno Redemptore Christo. Et nego cons.

Quocirca nostra opera non sunt tantum id intuitu cujus applicatur satisfactio Christi^ sed veræ satisfactiones, quibus inest *intrinsecus valor* de condigno, fundatus tamen in valore ipsius Christi ; sicut etiam merita nostra, licet sint dona Dei, sunt vere condigna præmio, quod idcirco ex justitia confertur. Hæc igitur doctfina est omnino certa ex damnatione oppositi erroris Baianorum.

XI. An et quatenus possit unus homo pro alio satisfacere (q. XIII, 1. 2).

1° Quatenus satisfactio est ad medicinam sequentis

1. Cf. in tractatu *Dc Gralia,* q. De Merito, art. L·

peccati, non potest satisfactio unius aliis prodesse, sicut in corporalibus medicina recepta in corpore unius hominis non curat morbum alterius.

2° Quatenus est poenitentia stricte sacramentalis pertinens ad necessariam sacramenti integritatem, non potest ab alio fieri, sed ab ipso subjecto quod recipit sacramentum ; ex parte autem qua non est sacramentalis, potest ab alio perfici.

3° Quatenus est opus meritorium, potest alteri mereri gratiam *de congruo,* ut explicatur in tractatu *De Gratia,* q. De Merito.

4° Quatenus satisfactio est solutio debiti, licet Deus non teneatur satisfactionem unius pro alio acceptare, de facto tamen acceptat. Id testatur traditio, et Patres rationem desumunt *ex communione sanctorum.* « Non potest, ait Tertullianus, *corpus* de unius *membri* vexatione laetum agere, condoleat universum et ad remedium collaboret... Illi cum super te lacrima? agunt, Christus patitur, Christus Patrem deprecatur[1]. » Quasi diceret : Deum acceptare lacrimas et passiones quas unum membrum Ecclesiæ offert pro alio. Quod plenius adhuc explicat S. Ambrosius : « Velut operibus quibusdam *lotius populi* purgatur et *plebis* lacrimis abluitur, qui orationibus et fletibus *plebis* redimitur a peccato, et in homine mundatur interiore. Donavit enim Christus *Ecclesiæ suæ ut unum per omnes redimeret.*[2] »

Hæc est igitur ratio theologica : Omnes sumus *in Christo corpus unum,* in quo membra debent, non remanere ab invicem sejuncta, absque mutuo influxu, sed mutuo se juvare, ita ut, si patitur unum membrum, compatiantur omnia membra[3] in ordine spirituali. Atqui membra compati sibi invicem in ordine supernaturali est unum pro alio satisfacere ; cum satisfactio dicat opus pœnale seu passionem quam pro peccatis subit. Ergo possumus pro aliis satisfacere, dummodo simus in gratia, ut opera nostra satisfactoria esse possint[4]. — Confirmatur. Pœna habet

1. Tertull., *De Pœnit.,* c. x ; *P. L.,* i, 1245.
2. S. Ambros., *De Pœnit.,* lib. 1, c. xv, n. 80 ; *P. L.,* xvi, 490.
3. *I Cor.,* xn, 12, 25, 26.
4. Hinc docet Concilium Florentinum animabus in purgatorio detentis prodesse fidelium vivorum suffragia et generatim « pietatis

vim maxime satisfaciendi *ratione charitatis* qua homo ipsam sustinet. Atqui major charitas apparet in hoc quod aliquis pro altero satisfacit quam si-ipse pro se tantum satisfaceret. Ergo minor requiritur pœna in eo qui pro alio satisfacit quam in principali requiritur.

XII. Plura notatu dignissima de radicaii differentia inter meritum et satisfactionem. — « Sicut unus non disponitur per actum alterius, ita unus alteri non meretur præmium essentiale, nisi meritum ejus habeat efficaciam infinitam, sicut meritum Christi ; sed pœna temporalis pro peccato debita post culpæ remissionem non taxatur secundum dispositionem ejus cui debetur, quia quandoque ille qui est melior habet majoris pœnæ reatum » (ad 1). Hinc intelligitur cur ion possimus cedere aliis nostra merita quoad præmium essentiale et tamen possimus satisfactiones nostras cedere quoad pœnam temporalem : merita dicunt *dispositiones personales,* satisfactio autem perpessionem pœnæ pro se vel pro alio luendæ.

Aliud quoque discrimen colligitur. « In solutione debiti attenditur *quantitas pœnæ,* sed in merito attenditur *charilatis radix :* et ideo ille qui ex charitate pro alio meretur saltem merito congrui, etiam sibi magis meretur ; non autem qui pro alio satisfacit, etiam pro se satisfacit, *quia illa quantitas pœnæ non sufficit ad ulrumque peccatum :* tamen satisfaciendo pro alio sibi meretur aliquid majus quam sit dimissio pœnæ, scilicet vitam æternam. » (ad 3).

XIII. Brevis conspectus doctrinæ Scripturæ et Traditionis de satisfactione. — Jam in veteri Lege prophetæ monent operibus pœnosis, præsertim jejunio, eleemosynæ, orationi, inesse valorem, quem Deus ita *pro peccatis* acceptat, ut *parcat* populo suo et, Iodo flagellorum, concedat benedictionem[1]. *Ninivitis* parcit Deus, eo quod opera pœnosa fecerunt, non gustando quidquam neque bidendo, sed jejunando et saccis sese operiendb[2], « et vidit Deus opera

officia *quæ a fidelibus* pro aliis fidelibus fieri *consueverunt* secundum Ecclesiæ instituta. » *Decret, pro Græcis,* Denz., 693. — Cf. Cone. Trid., Sess. XXV, *Decret, de purgatorio ;* Denz., 983.

1. Joel, ii, 12, 14, 17 ss.
2. Jon., m, 7-8.

eorum... et misertus est Deus[1] ». Id jam innuit valorem piacularem horum operum.

In Novo Testamento *Joannes Baptista* prædicat turbis : « Facite ergo dignum fructum pœnitentiæ[2]. » Agnoscit igitur in operibus pœnosis vim quamdam satisfactionis, quæ venturam iram avertat. *Apostoli* quoque prædicant vim pœnitentiæ in remissionem peccatorum, ita nempe ut Deus vim illam attendat ad parcendum : « Poenitentiam agite... Poenitentiam itaque age... et roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio[3] » S. *Paulus* tribuit operi pœno?c>, quæ est tristitia secundum Deum, valorem stabilem in salutem : « Quæ enim secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur[4] »

Licet ergo nondum tradatur absoluta et explicita summa doctrinæ in Scripturis, stabiliuntur tamen quædam principia, ex quibus colligitur necessitas pœnitentiæ et valor piacularis operum poenalium. — Satisfactio autem sacramentalis deducitur ex natura sacramenti Pœnitentiæ, ut supra exposuimus, n. v.

Patres doctrinam illam perfectius enuntiant. *Terlullianus* jam asserit Deum in ea mensura parcere, qua homo satisfacit : « In quantum non peperceris tibi, in tantum tibi, crede, Deus parcet[6]. » *S. Cyprianus* satisfactionem præsentis temporis opponit satisfactioni quæ fit in purgatorio : « Aliud est pro peccatis longo dolore cruciatuum emundari et purgari diu igne, aliud peccata omnia passione purgasse[8]. » *S. Ambrosius* agnoscit pœnitentiæ tantam vim, ut Deus videatur mutare sententiam et parcat : « Tanta est pœnitentiæ medicina, ut mutare videatur suam Deus sententiam. In te est igitur, ut evadas[7]. » S. *Augustinus* recolit satisfactionem sejungi non posse a vera poenitentia, quia non vere pœnitet, nisi qui sese punit : « Nihil aliud agitquem veraciter pœnitet, nisi ut id quod mali fecerit

1. *Ibid.,* 10.
2. Matth., m, 8. — Cf. Luc., m, 8.
3. *Aci.,* n, 38, vni, 22.
4. *II Cor.,* vn, 10.
5. Tertull., *De Pœnil.,* c. ix ; *Q. L.,* i, 1244.
6. S. Cyprian., *Episi. LV,* n. 20 ; edit. Hartel, 638.
7. S. Ambros., *De Pœnil.,* lib. II, c. vi, n. 48 ; *P. L.,* xvi, 509

impunitum esse non sinat[1]. » *S. Gregorius M.* dicit afflictionem pœnitentiæ esse sacerdotis judicio imperandam (supra, n. v). — Exponunt etiam Patres qua ratione poscit unus homo pro alio satisfacere (supra, n. xi).

Paulatim perpolitur doctrina absoluta, prout illam exponit Angelicus et vindicat Concilium Tridentinum (cupra, n. m), quamque hic sub respectu dogmatico tradidimus.

Cetera vero apud scriptores de re moruli uut de jure canonico requirantur.

1. S. Augustin., *Epis'. CLVIII* (al. 54). η. 6: P. *L.* xxxni, 656.

QUÆSTIO QUINTA

DE POTESTATE MINISTRORUM HUJUS SACRAMENTI

AD 2Q. VIII, XI, XVII-XIX, XXV SS. S. THOMÆ

Pleraque jam expendimus quæ sacramentum Pœnitentiæ spectant, scilicet existentiam, naturam, effectus, partes.

Supervacaneum foret loqui de subjecto ; nam quæ dicta sunt de necessitate et materia sacramenti ac de necessitate et præcepto confessionis sufficienter evincunt subjectum pœnitentiæ esse hominem qui habet peccata actualia, de quibus pœnitet, ita ut illi omnes qui vel non habent peccata, ut angeli sancti, vel de peccatis poenitere nequeunt, ut dæmoncs vel homines damnati, penitus inconvertibiles, esse nequeant subjecta pœnitentiæ. Subjectum autem sacramenti ex necessitate esse hominem baptizatum qui post Baptismum mortalia perpetravit quæ nondum per claves Ecclesiæ directe remisssa sunt ; subjectum vero ex libertate, hominem baptizatum qui habet venialia tantum aut cujus mortalia sunt directe potestate clavium jam remissal.

Quæ cum plene innotescant, satius erit subjungere nonnulla de potestate ministrorum, quæ exercetur per ipsam absolutionem peccatorum, vel per multiplicem actum clavium, præsertim per ecclesiasticas indulgentias.

1. *Codex,* can. 901 902.

ARTICULUS PRIMUS

DE POTESTATE SACHA DESPECTU ABSOLUTIONIS SEU DE MINISTRO CONFESSIONIS

AD QQ. VIII ET XI S. THOM/E

I. Utrum solus sacerdos sit minister confessionis sacramentalis. — Errores. — Doctrina Ecclesiæ.

Illi haeretici qui discrimen inter sacerdotes et fideles vigere negant, etiam laicis oilicia proprie sacerdotalia quoad omnia sacramenta committunt. Quod jam Tertullianus in quibusdam *Gnoslicorum* sectis reperit et reprobat : « Hodie presbyter qui cras laicus, nam et laicis sacerdotalia munera injunguntl. » Error ille de Gnosticis transivit •ad *Waldenses,* qui potestatem absolvendi cuilibet laico probo tribuebant ; et ad *'Wicleflislas* et *Hussitas,* quos Concilium Constantiense præcipit interrogandos utrum credant « quod christianus ultra contritionem cordis, habita copia sacerdotis idonei, soli sacerdoti de necessitate salutis confiteri teneatur et non laico seu laicis quantumcumque bonis et devotisl » ; ac tandem ad *Luiherurn,* cujus ista propositio fuit a Leone X damnata, d. 15 Junii 1520 : « In sacramento pœnitentiæ ac remissione culpæ non plus facit l 'apa aut episcopus quam infimus sacerdos ; immo, ubi non est sacerdos, æque tantum quilibet christianus, etiamsi mulier aut puer esset8. »

Inter catholicos vero disputatum est de indole potestatis quæ fuisset diaconis olim concessa audiendi confessiones ; in qua parte incaute omnino locutus est Morinus, vir aliunde eruditissimus*.

II. Prima conclusio : Minister sacramenti Pœnitentiæ est solus sacerdos (a. 1). — De fide.

Ex Scriptura, nempe ex verbis institutionis, constat4

1. Tertuix., *De Præscript.,* 41 ; *P. L.,* u, 57.
2. Denz., 670.
3. Denz., 753.
4. Morin., *De Pœnit.,* lib. VIII, c. XXIII.

potestatem judicialem remittendi et retinendi peccata ita concessam fuisse Apostolis, ut transiret ad eorum successores ; quippe quæ ad constitutionem Ecclesiæ pertinea|,, sicut potestas prædicandi et baptizandi, et idcirco debeat cum ipsa Ecclesia perpetuo durare. Jamvero Apostolorum successores sunt episcopi vel sacerdotes. Inde igitur habemus potestatem judicialem absolvendi eisdem tantum competere.

Quapropter Patres generatim recolunt proprios confessionis ministros esse *sacerdotes,* ut constat ex dictis supra, de confessione, n, vu et vm. — Initio quidem sacerdotes intelligebantur episcopi, qui ministerio confessionis fere sufficiebant, eo quod rarior erat confessio, quia tardiori ætate recipiebatur Baptismus et idcirdo rarior erat locus Pœnitentiæ post Baptismum. At, quum paulatim auctus fuisset labor, necesse fuit ut etiam presbyteri ad hoc officium, nutu episcopi, adhiberentur. Nec desunt testimonia quæ id evincant. — *Tertullianus* testatur pcenitentes *presbyteris* advolvi[1]. — *S. Clemens Romanus* scribit Corinthiis : « \vos igitur, qui seditionis fundamenta jecistis, in obedientia subditi estote *presbyteris* et correctionem suscipite in *poenitentiam**. « Quæ verba innuunt non tantum episcopum sed etiam presbyteros secundi ordinis habere jam quoddam munus in administranda Poenitentia. — Quæ dicit *Origenes* de confessario a pœnitentibus eligendo videntur hoc sensu intelligenda : si pcenitens potest eligere ministrum, is non est necessario episcopus, i Tantummodo *circumspice* diligentius cui debeas confiteri peccatum tuum. *Proba prius medicum*[2]. » — Narrat S. *Dionysius Alexandrinus* factum de sene Serapione, qui misit ad presbyterum ut ad se veniret et sibi absolutionem daret, qui tamen non potuit venire. Addit autem S. Dionysius se presbyteris in mandatis dedisse « ut. si peterent et maxime si antea suppliciter postulassent, venia indulgeretur, quo bonæ spei pleni ex hac vita migrarent. » Quod ostendit jam commissum fuisse presbyteris munus absolvendi[4]. — Imo paulatim *instituuntur pres-*

1. *De Pœnil.,* IX, 10 ; *P. L.,* i, 1243.
2. *1 Cor.,* 1 v ii, 1.
3. Or ig e n., *Homil, H,.n.* 6, *in* Ps... χχχvπ, 19 ; *P. G.,* x ii, 1386.
4. Apud Eu s e b., *Hist., Eccles.,* vi, 44 ; *P. G., xx,* 630.

byleri pœnilenliariil, ut refert Sozomenus : Itaque ex presbyteris aliquem, qui vitæ integritate spectatissimus esset et taciturnitate ac prudentia polleret, huic officio præfecerunt, ad quem accedentes ii qui deliquerant actus suos confitebantur[1]. » Testatur quoque Socrates : « Postquam Novatiani se ab Ecclesia sejunxissent, ex illo tempore episcopi pœnitentiarium presbyterum albo ecclesiastico adjecerunt[3]. » — Concludamus cum S. *Hieronymo :* « In Novo Testamento alligat vel solvit episcopus et presbyter..., cum peccatorum audierit, varietates[4]. »

Ex declarationibus Ecclesiæ sufficiat recolere *Concilium Floreniinum ;* « Minister hujus sacramenti est sacerdos habens auctoritatem absolvendi vel ordinariam vel ex commissione superioris[5,6] » ; et *condemned prop. Wicletfi et Lulheri* (supra, n. i) ; ac Concilium *Tridentinum,* quod docet ministrum hujus sacramenti esse sacerdotem cujus absolutio est actus vere judicialis[7] ; et demum *Cod. Juris* Canonici: « Minister hujus sacramenti est solus sacerdos'. »

Congruit omnino ratio theologica, quam tradit S. Thomas. Quum per sacramentum Pœnitentiæ conferatur gratia in corpore Christi mystico et gratia ab ipso Christo derivetur, oportet ut qui confert Pœnitentiæ sacramentum habeat jam potestatem in ipsum Corpus Christi verum. Atqui potestatem in corpus Christi verum habet solus sacerdos. Ergo solus sacerdos potest Pœnitentiæ sacramentum conferre.

III. Utrum in aliquo casu liceat aliis quam sacerdotibus confiteri, diacono vel laico (a. 2).

Refert hic Angelicus consuetudinem medio ævo vigentem, ut, ubi deerat sacerdos, pœnitens confiteretur peccata sua laico, ad majorem humiliationem et contritionem maj usque desiderium confessionis sacramentalis ; et propter

1. Institutio pœnitentiarioruni, juxta quosdam, jam sæculo in viguit Romæ et in aliis Ecclesiis. Cf. Batiffol, *Eludes d'histoire el de l.héologie positive,* I, pp. 343 ,ss.
2. Sozom., *Hist. Eccles.,* lib. VII, c. χνι ; *P. G.,* 1xvii, 1450.
3. Socrat., *Hist. Eccles.,* lib. IV, c. χιχ ; *P. G.,* 1xvii, 614 ss.
4. S. Hieron., *in Mallh.,* xvi, 19 ; *P. L.,* xxvi, 118.
5. *Decrel. pro Armenis* ; Denz., 699.
6. *Sess.* XIV, cap. vi, et can. 9 et 1U ; Denz., 902, 919, et 920.
7. Can. 871.

hos netus Summus Sacerdos Christus supplebat interius, L'iatiam infundendo. Dicitur illa confessio *sacramentalis quodammodo* (ad 1), quatenus est imitatio quædam et vehemens desiderium confessionis sacramentalis, vel etiam quia talis humiliatio erat pars satisfactionis pro peccatis debitæ[1]. At non fuisse proprie sacramentalem asserit Angelicus, dum addit : « Et ideo oportet quod *Herum confiteatur sacerdoti,* cum copiam habere potuerit, et præcipue *quia sacramentum pœnitentiæ perfectum non fuit* » (ad 3).

Antiquissimum porro fuisse illum morem constat, siquidem illum commendat opus *De vera el falsa pœnilenlia* (inter opera S. Augustini ?) : « Tanta itaque vis confessionis est, ut, si deest sacerdos, confiteatur proximo... ; et, si ille cui confitebitur potestatem non habet solvendi, *fit lamen dignus venia sacerdotis desiderio* qui crimen confitetur socio*. »

Si autem laicis facta fuerit confessio extra-sacramentalis, mirum non erit factam fuisse præsertim diaconis et paulatim quosdam diaconos sibi arrogasse jus et potestatem audiendi confessiones.

IV. Quid ergo censendum de confessione diaconis facta. — Citatur famosus S. Cypriani locus, quem Morinus objicit ad probandum concessam fuisse diaconis facultatem absolvendi sacramentaliter[2][3][4] Dicit Cyprianus : « Ut qui libellos a martyribus acceperunt, .et prærogativa eorum apud Deum adjuvari possunt, si incommodo aliquo et infirmitatis periculo occupati fuerint, non exspectata præsentia nostra apud presbyterum quemcumque præsentem, vel, si presbyter repertus non fuerit et'urgere exitus coeperit, *apud diaconum quoque exoniologesim* facere delicti sui possint, ut *manu iis in pœnitentiam imposita* veniant ad Dominum cum *pace,* quam dari martyres litteris ad nos factis desideraverunt*. »

Verum ex contextu et ex adjunctis colligitur sermonem ccse de reconciliatione *publica,* seu de *pace* cum Ecclesia et receptione ad communionem. In hac reconciliatione fie-

1. Cf. B. Albertum M., in *IV Sent.,* dist. XVII, art. 59.
2. *P. L.,* xl, 1122.
3. Morin., op. cit., cap. xxin.
4. S. Cyprian., *Epist. XVIII* ; edit. Hartel, 523.

bpt a pœnitente quædam *confessio ceremonialis* et a ministro quædam *manus impositio ceremonialis,* post quam recipi poterat communio. Beconciliationem dare pertinebat ad episcopum, at in mortis periculo poterat dare presbyter, et, si deerat presbyter, etiam diaconus, quiceterum poterat vi sui ordinis ministrare Viaticum. Nullatenus ergo confitetur Cyprianus diaconis competere potestatem absolvendi sacramentaliter, sed solum in illo urgentissimo casu facultatem reconciliandi et ad communionem admittendi[1].

Quum tamen non raro diaconi limi.es excessissent et abusus temporum decursu invaluissent, plura Concilia particularia districte iis obstiterunt. Sic. statutum Odonis episcopi Parisiensis prohibet « ne diaconi ullo modo audiant conlessiones, nisi in arctissima necessitate[2] : *claves enim non habent nec possunt absolvere*[3][4] » Citari quoque debet Synodus Pictaviensis : « Abusum erroneum, qui in nostra dicecesi ex perniciosa ignorantia inolevit, eradicari volentes, inhibemus ne diaconi confessiones audiant et ne in foro pcenitentiali absolvant, *cum certum et indubitatum sit ipsos absolvere non posse, cum claves non habeant, quæ in sola sacerdolali Ordine conferuntur*.* »

V. De confessione venialium (a. 3). — Quum venialia sint materia libera sacramenti Pœnitentiæ, potest quis ea vel nullatenus confiteri, etiam laico. Quæ confessio, ut liquet, nullatenus est sacramentum, sed vocatur a D. Thoma *sacramenlale* quoddam, sicut tunsio pectoris, aspersio aquæ benedictæ, et, quatenus iit cum aliquo motu contritionis et charitatis, concurrit ad deletionem peccati venialis. Non est amplius in usu, sed aliquid simile retinetur in accusatione quæ fit in capitulo culparum apud religiosos.

Quæstio autem fuit olim agitata, utrum, si quis velit venialia sacramentaliter confiteri sacerdoti, is possit absque jurisdictione absolvere. **

1. Pro eruditione consuli possunt: Paul Laurain, *De l'intervention des laïques , des diacres et des abbesses dans l'administration de la Pénitence.* Paris, 1897 ; Palmieri, *De Pœnil.,* π, 192 ss. ; Teetaert, *O. Cop., La Confession aux laïques...,* 1926.

2. Quia tunc etiam laicis fieri poterat confession non sacrainentalis.

3. *P. L., ccx.il,* 68.

4. Apud Mansi, t. XXIV, 383 ss.

Plures veteres theologi ita censuerunt. « Possunt omnes sacerdotes, ait Scotus, a venialibus absolvere, quia ad iu nulla opus habent jurisdictione : jurisdictio enim nullh est ubi nulla invenitur cogendi vis[1]. » — At hæc sententia communiter rejicitur, nec ullatenus valet ratio Scoti ; jurisdictio enim non ideo requiritur quia materia confessionis est necessaria (secus posset etiam a mortalibus remissis absolvere sacerdos absque jurisdictione), sed ut absolutio cadat in subditum, ac proinde, si quis vult tonfiteri etiam materiam liberam, debet esse subditus absolventis, qui propterea gaudere debet jurisdictione.

Alii theologi responderunt requiri quidem jurisdictionem pro venialibus, sicut etiam pro mortalibus remissis, sed ex consuetudine Ecclesiæ concedi cuilibet sacerdoti[8]. — Licet' fuerit olim hæc opinio probabilis, hodie non amplius est recipienda. Jam enim S. Cong. Concilii, d. 15 Febr. 1079, jussu Innocentii XI, decrevit : « Non permittant, (episcopi) ut venialium confessio fiat simplici sacerdoti non approbato ab Episcopo aut Ordinario[2]. » Contendit Ballerini hoc vetito reddi illicitam, non tamen invalidam, absolutionem a simplici sacerdote datam ; verum decretum illud manifestat consensum Summi Pontificis, si forte antea concessus fuisset, in posterum absolute revocari, et idcirco auferri simplici sacerdoti omnem jurisdictionem. Quæ omnia clarius innotescent ex dicendis nunc de jurisdictione.

VI. Secunda conclusio : De necessitate hujus sacramenti est ut minister habeat, non solum ordiiiem, sicut in aliis sacramentis, sed etiam jurisdictionem (a. 4). — De fide.

Quomodo hæc doctrina *Traditione* veterrima nitatur jam apparet ex dictis de ministro, n. u. Initio quippe minister erat episcopus vera auctoritate et jurisdictione gaudens super plebem ; et, quum paulatim impar fuerit episcopus tanto labori adimplendo, illud munus commisit presbyteris, qui proinde ab episcopo jurisdictionem

1. Scot., *IV Seni.,* diet. XVIII, q. 4, a. 2, sol. 3.
2. Cf. Lugo, dist. XVIII. sect. Ill, η. 41 ss. ; Suarez, disp. XXVI, sect. Ill, η. 2 ss.
3. Denz., 1150.

accipiebant. Id etiam apparet in pœnitentiariis qui ad episcopis instituebantur. Quocirca liquet ex praxi Ecclesiæ nunquam ministros absque juridictione absolutionem impertiri.

Fundamentum porro scripturisticum præbent verba institutionis. Christus enim instituit Poenitentiam per modum judicii in quo sacerdos fert sententiam. Atqui « natura et ratio judicii illud exposcit, ut sententia in subditos dumtaxat feratur », ut monet Concilium Tridentinum[1]. Ergo ex ipsa Christi institutione requiritur ut sacerdos ferat sententiam in subditos. Sed assignantur subditi per collationem jurisdictionis. Ergo ex ipsa Christi institutione requiritur ut sacerdos absolvens jurisdictione polleat.

Multæ prodierunt declarationes Ecclesiæ. 1° Concilium Later. IV praecipit ut omnes utriusque sexus fideles confiteantur *proprio* sacerdoti, et, « si quis alieno sacerdoti voluerit justa de causa sua confireri peccata, licentiam prius postulet et obtineat a *proprio* sacerdote, *cum aliter ille ipsum non possil absolvere vel ligare*[2] ». Non sufficit ergo ad absolvendum potestas ordinis, sed requiritur alia, sine qua non fit absolutio. — 2° Cone. Tridentinum, post verba, citata, concludit : « Persuasum semper in Ecclesia Dei fuit et verissimum esse Synodus hæc confirmat, *nullius momenti* absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut subdelegatam *non habet jurisdictionem*[3]. » — 3° Pius VI in Bulla *Auctorem Fidei* dicit : « Doctrina synodi, sic intellecta tamquam ad validum usum hujus potestatis non sit necessaria ordinaria vel subdelegata illa jurisdictio sine qua Tridentinum declarat nullius momenti esse absolutionem a sacerdote prolatam, — *jalsa,* temeraria, perniciosa, Tridentino contraria et injuriosa, *erronea*[4]. » — 4° *Codex* pronuntiat :

Præter potestatem ordinis, ad validam peccatorum absolutionem requiritur in ministro potestas jurisdictionis, sive ordinaria sive delegata, in pcenitentem[5]. »

1. Sess. XIV, cap. vu ; Denz., 903.
2. Denz., 437.
3. Denz, 903.
4. Prop. 37 ; Denz., 1537.
5. Can. 872.

Ratio theologica fuit jam ex verbis institutionis assignntn'et potest iterum ex Angelico sic compendiari : Absolvere vel ligare importat *imperium* in aliquem. Atqui « imperium non competit alicui in alium, nisi ei qui habet super eum jurisdictionem. » Ergo ad absolvendum vel ligandum debet minister habere jurisdictionem.

Duplex igitur requiritur in ministro potestas, videlicet *ordinis,* quæ in ipso charactere sacerdotali fundatur et vi ordinationis confertur, et *jurisdictionis,* quæ est *auctoritas in alterum tamquam subditum,* diciturque *ordinaria,* si ipso jure est annexa officio, vel *delegata,* si commissa est personæ[1].

VII. Nec ullus datur casus in quo non requiratur jurisdictio ad absolvendum (a. 6). — Quia nulla concipitur absolutio quæ non sit *imperium* in subditum. Hinc etiam in articulo mortis requiritur jurisdictio ; sed tunc, quia necessitatis articulus urget, Ecclesia illam concedit omni sacerdoti. Quocirca recte animadvertit Angelicus, hic art. 6 : « Ilæc absolutio etiam ad jurisdictionem pertinet. »

Etiam quando Papa absolvitur, jurisdictionem habet sacerdos in ipsum, non proprie ut Papam, sed ut peccatorem. Illam autem accipit sacerdos ab ipso Papa. « Licet enim Papa non habeat jurisdictionem hoc sensu in seipsum ut se absolvat, quia reus et judex debent esse personæ distinctæ, attamen ut vicarius Christi censetur superior seipso ut peccatore, et sic potest alteri conferre jurisdictionem exercendam in seipsum in foro conscientiæ[1]. »

VIII. Controversia de distinctione inter potestatem ordinis et potestatem jurisdictionis.

Distingui utramque potestatem jam constat, et ex signo manifesto apparet, quod prima *æqualiler* sit in omnibus sacerdotibus, non autem secunda[3].

Disputatum autem fuit utrum distinctio sit tantum ex parte materiæ an etiam ex parte principii. — Plures theologi, præsertim veteres[4], tenent omnem sacerdotem

1. *Codex,* can. 197.
2. Billuart, dissert. VI, art. 2.
3. Cf. S. Thom., infra, q. xx, a. 1, ad 1.
4. Cf. Durand., *IV Sent.,* dist. XIX, q. n.

vi suæ ordinationis et idcirco jure divino accipere potestatem absolvendi completam ex parte principii ; licet nequeat reduci in actum ex parte materiæ, quia desunt subditi, qui debent ab Ecclesia assignari. At ille loquendi modus non respondet loquendi modo Conciliorum, quæ pronuntiant præter potestatem ordinis requiri potestatem jurisdictionis quæque proinde supponunt, esse duas potestates realiter distinctas et separabiles. — Quapropter retinenda est altera sententia, quæ asserit duas esse potestates, primam quidem physicam, sicut ipsum characterem, alteram vero moralem, respectu *subditorum,* quæ non confertur vi ordinationis. Hinc, quando dicit episcopus : *Accipe Spiritum Sanctum : quorum remiseris peccata, remittuntur eis...,* confert potestatem ordinis physicam respectu peccatorum remittendorum, seu dat potestatem administrandi sacramentum absolutionis, dummodo ordinatus constituatur judex et accipiat subditos per jurisdictionem, juxta Ecclesiæ determinationes.

Cetera quæ jurisdictionem spectant, modum quo acquiritur vel amittitur ejusque limitationem, apud canonistas requirantur.

IX. De obligationibus ministri et praesertim de sigillo confessionis (q. xi).

Quæ dicta sunt in tractatu de Sacramentis in communi, sive quoad intentionem, sive quoad sanctitatem, sunt ministro confessionis applicanda. — Præstat vero quædam *de obligatione sigilli* subjungere, quæ ex natura sacramenti exsurgit. Multiplici quidem ex capite oritur hæc obligatio.

1° Ex *jure naturali,* quo quilibet tenetur servare secretum commissum.

2° Ex *jure divino, seu* ex *necessitate sacramenti,* ut exponit S. Thomas, a. 1. Nunquam enim licet agere contra significationem sacramenti. Atqui confessio significat peccata esse tegenda, sicut ipse Deus tegit. Ergo nunquam licet revelare peccata per confessionem cognita. Quia ergo hæc obligatio ex ipsa natura sacramenti oritur, Christus sacramentum instituendo obligationem eo ipso imposuit. Notatu dignissima sunt verba S. Thomæ : « Et ideo de necessitate sacramenti est quod confessionem celet, et tam-

quam violator sacramenti peccat qui confessionem revelat. » l Inde colligitur nunquam licere, etiam ad salvandam rempublicam, revelare confessionem, quia agitur de praecepto negativo, quod obligat semper et pro semper, seu, aliis verbis, nunquam licet sacramentum violare.

3° Ex */ure ecclesiastico,* seu ex præcepto ecclesiastico, quod sancit jus divinum. — Præceptum autem illud esse antiquissimum constat ex historia ecclesiastica. Sic Sozomenus narrans institutionem pœnitentiariorum refert illos debere *taciturnitate* ac prudentia pollere[1] ; quod verius adhuc est de presbyteris qui confessionem secretam audiebant. — Concilium Later. IV, in capite : *Omnis ulriusque sexus,* obligationem urget, ac demum *Codex* recolit *sacramentale sigillum inviolabile* esse, ita ut confessarius qui sigillum sacramentale directe violare præsumpserit incurrat excommunicationem specialissimo modo Sedi Apostollicæ reservatam[3]. — Materia sigilli optime exponitur a S. l >octore : « Sigillum confessionis directe non se extendit nisi ad illa de quibus est sacramentalis confessio ; sed indirecte id quod non cadit sub sacramentali confessione etiam ad sigillum confessionis pertinet ; sicut illa per quæ posset peccator vel peccatum deprehendi. » (a. 2).

Quæ sufficient pro respectu dogmatico, nam cetera potius respectum moralem aut canonicum habent.[2]

4

1. Sozom., H. E., lib. VIT, c. xvi : P *G.*. τ.χνη V458.
2. Can. 889 ss., 2369.

ARTICULUS SECUNDUS

DE POTESTATE CLAVIUM 'QUATENUS EXERCETUR PER ECCLESIASTICAS INDULGENTIAS

AD *QQ.* XVII SS., XXV SS. S. THOM/U*

I. Notio clavium in Ecclesia. — Clavis, utpote instrumentum quo removetur obstaculum et aperitur ostium, metaphorice dicitur potestas judicialis qua Ecclesia removet obstaculum peccatorum et peccata remittendo aperit regnum coelorum (a. 1). Jamque ostendimus initio hujus tractatus competere Ecclesiæ hanc potestatem *judicialem.* — Distingui possunt duæ claves (a. 3). Una pertinet ad judicium de idoneitate ejus qui absolvendus est, et altera ad ipsam absolutionem. Et hæ duæ claves non distinguuntur in essentia auctoritatis, quia utrumque ex officio eis competit, sed ex comparatione ad actus, quorum unus alium præsupponit.

Potestas autem illa clavium operatur ad remissionem culpæ instrumentaliter (q. xvm), eo modo quo sacramenta conferunt gratiam, prout explicatum est de sacramentis in communi ; et, remissa culpa, ex vi clavium remittitur pœna æterna et aliquid de poena temporali, prout diximus supra de effectu Pœnitentiæ.

Clavis competit sacerdotibus Novæ Legis, quatenus solvunt per absolutionem, vel ligant taxando satisfactiones juxta peccata ; ct Christo convenit, sed altiori modo, ita ut dicatur Christus habere elavem excellentiæ (q. xix).

Exercetur autem potestas clavium *in subditum* (q. xx) ;

1. Præter Commentatores S. Thomæ et manualia Theologiæ vel Juris Canonici, consuli possunt : J. Morin., *Commentarius historicus de disciplina in adminislralione sacramenti pœnitentiæ,* Paris, 1651, l. X; E. Amort, *De origine, progressu, valore ac /ructu indulgentiarum,* Paris, 1738 ; Illm. Paulus duo volumina ‹le indulgentiis edidit in lingua germanica, 1920; P. Galtier, *Indulgences,* in *Diction. Apol. ;* Magnin, *Indulgences,* in *Diction, thiol, cathol.* ; A. d'Alès, *Etudes,* 144 et 145 ; Beringer, *Indul‹icnc.,* etc.

et, præter exercitium sacramentale in tribunali Pœnitentiæ, potest extra sacramentum exerceri, per modum pœnæ in *excommunicatione* et per modum beneficii in ecclesiasticis *indulgentiis.* Potestas excommunicandi imbibitur in ipsa notione Ecclesiæ societatis spiritualis perfectæ, quæ idcirco gaudet potestate judiciaria et coercitiva et valet subditos peccatores et contumaces excludere a participatione sacramentorum et a coetu fidelium (qq. xxi ss.). Quum vero tractatus de censuris sit proprie canonicus[1], satius erit de indulgentiis sub respectu dogmatico breviter disserere.

II. Notio indulgentiae ejusque fundamenta dogmatica (q. xxv). — Indulgentia potest ex *Codice* definiri : *Remissio coram Deo pœnæ temporalis debitæ pro peccalis, ad culpam quod allinet jam deletis, quam ecclesiastica auctoritas e thesauro Ecclesiæ concedit pro uiois per modum absolutionis, pro defundis per modum suffragii*[2].

Supponit ergo illa notio plura dogmata alibi stabilita : 1° deleri posse culpam, quin remittatur tota pœna temporalis ; 2° posse pœnam temporalem remitti etiam coram Deo per applicationem satisfactionum quæ pœnam illam adæquent ; 3° esse reapse in Ecclesia thesaurum satisfactionum quæ poenas omnes temporales pro peccatis debitas adæquent, imo et exsuperent ; 4° esse in Ecclesia potestatem quæ possit illas satisfactiones applicare* vivis quidem, qui subduntur proprie jurisdictioni Ecclesiæ, per modum solutionis, defunctis autem, qui non jam subsunt jurisdictioni Ecclesiæ militantis, per modum suffragii. Ex quibus habetur indulgentiam non esse tantum remissionem pœnæ a sacerdote impositæ vel pœnæ canonicæ, ut plures errones dixerunt, vel declarationem Ecclesiæ, quæ diceret peccatorem sufficienter pro suis peccatis satisfecisse et idcirco ulteriorem pœnam esse ipsi remissam, ut contendit Herscher, sæculo χιχ ; sed per indulgentiam remitti coram Deo pœnam temporalem quam quis in purgatorio secundum judicium Dei meretur.

Ut ergo doctrina theologica de indulgentiis stabiliatur, sufficiet in his quatuor insistere.

1. Cf. *Cod.,* can. 2257 ss.
2. *Id.,* can. 911.

III. Indulgentia non est remissio culpæ mortalis aut venialis. — De PRIMA parte nullum dubium movetur a theologis. Dogma quippe est peccata mortalia ante Baptismum commissa remitti solum per sacramentum regenerationis aut ejus votum, peccata autem Baptismo posteriora remitti solum per sacramentum Pœnitentiæ aut ejus votum. Quocirca nemo potest indulgentiam vocare peccati mortalis remissionem, nisi eo ipso statuat indulgentiam esse sacramentum mortuorum.

secunda pars est hodie certa, licet olim dixerit Paludanus reatum culpæ venialis probabiliter posse per indulgentiam deleri[1]. Constat ex dictis superius peccatum veniale non remitti absque motu pœnitentiæ saltem virtualis, ac proinde causa quæ culpam venialem remittit est ille actus pœnitentiæ, non autem indulgentia. Quocirca, si quando bullæ Pontificum enuntiant concedi indulgentias in remissionem peccatorum, id intelligendum est de pœna pro peccatis debita, vel, si dicitur fidelem qui lucratus fuerit indulgentias fore absolutum a culpa et pœna, sensus est fidelem hujusmodi esse revera a culpa et pœna liberum, quatenus sit jam a culpa per poenitentiam absolutus et nunc a pœna solvenda per indulgentiam liberetur*.

IV. Ita ergo intelligitur indulgentia, ut sit pœnæ temporalis pro peccato debitæ remissio, non solum coram Ecclesia, sed etiam coram Deo, extra sacramentum facta.

Liquet imprimis non esse remissionem pœnæ æternæ. Nam, cum hæc annexa sit culpæ mortali, eodem modo remitti debet ac ipsa culpa. Atqui culpa remitti tantum potest per sacramentum aut ejus votum, ut jam explicatum est. Ergo et pari jure pœna æterna.

At probatum est supra, q. m, art. i, n. vu ss., remissis culpa et pœna æterna, non semper remitti totam pœnam temporalem. Quum vero illa pœna sit finita, potest remitti per satisfactionem finiti valoris, a fortiori per satisfactiones infinitas Christi Redemptoris. Si ergo sit in Ecclesia potestas quæ valeat membris satisfactiones Christi et sanctorum[2]

1. Paludan., in *IV Sent.,* dist. XXI, q. i.
2. Cf. Beringer-Hilgers, *Indulg. I* ; Galtier, *Tract, de Pœnit.,* pp. 452 ss.

applicare, palam erit indulgentiam esse remissionem pœnæ temporalis debitæ pro peccato post Baptismum commisso. — Id quod ultimo addimus patet, tum quia pœna pro peccatis ante Baptismum commissis remittitur per Baptismum, qui est perfecta regeneratio ; tum quia concessio indulgentiarum est exercitium potestatis clavium, quæ in solos baptizatos extenditur.

Dicitur autem *extra sacramentum* facta, ut distinguatur ab illa remissione quæ fit in sacramento. Nam, remissis culpa et pœna æterna per sacramentum, remittitur etiam aliquid de pœna temporali, juxta quantitatem dispositionum pœnitentis ; sed, quia non remittitur tota, indulgentia remittit extra sacramentum pœnam illam quæ adhuc solvenda remanet. — Licet autem remissio non fiat vi sacramenti, fit tamen ex opere operato, quatenus, posito opere seu adimpletis omnibus quæ Ecclesia injungit, ipso factoi juxta mentem concedentis, remittatur pœna.

Quod vero debet in præsenti omnino teneri et vindicari respicit, solutionem pœnæ, quæ remittitur vere et reapse *coram Deo.* Antiquissima est sententia, indulgentiis non remitti nisi pœnam ad quam sacerdos obligavit pœnitentem vel ad quam etiam obligatur ex canonum statutis. S. Thomas illam ut « non veram » confutat, tum argumento scriptunstico tum ratione theologica (q. xxv, a. 1).

Fundamentum scripturisticum præbent verba Christi, promittentis Petro potestatem clavium, vi cujus quod ipse et Ecclesia remittit in terra sit remissum et in coelisl. Atqui concessio indulgentiarum est usus potestatis clavium, qua Ecclesia pœnam remittit in terra. Ergo eadem pœna renjittitur et in cœlis seu coram Deo.

Ratio theologica est duplex. — Prior quidem *ex incommo* dis.* Quia, si indulgentia non remittit pœnam coram Deo, Ecclesia magis damnificat quam adjuvat : absolvendo enim a poenitentiis injunctis vel aliis levioribus pœnis, fideles remitteret ad poenas purgatorii multo graviores, quas potuissent in hac vita per opera satisfactoria solvere. — Altera et præcipua ratio desumitur *ex unitate corporis rnyslici.* Ecclesia est unum corpus mysticum, in quo bona spiritualia, præsertim satisfactiones Christi et sanctorum,

1. Matth., xvi, 19.

ita sunt communia, ut possint omnibus membris prodesse; dum distribuuntur ab eo qui multidudini præest. « Unde sicut aliquis consequeretur remissionem pœnæ si alius pro eo satisfecisset, ita si satisfactio alterius sibi per eum qui potest distribuatur » Quæ ratio iterum in sequentibus evolvetur.

Declarationes Magisterii authentici omne dubium removent. — Inter propositiones Petri de Osma quas *Sixtus IV,* d. 9. Augusti 1479, damnavit ut sanctæ fidei catholicæ contrarias, huc spectat sexta : « Papa non potest indulgere alicui vivo pœnam purgatorii[1]. » Ergo ad fidem catholicam pertinet indulgentias quas concedit Papa prodesse quoad ipsam pœnam purgatorii. — *Leo* A, d. 15 Junii 1520, damnat articulos Lutheri, quoruin decimus nonus sic sonat : « Indulgentiæ his qui veraciter eas consequuntur non valent ad remissionem pœnæ pro peccatis actualibus debitæ apud divinam justitiam*. » Ergo vera est contradictoria, nempe valere indulgentias apud divinam justitiam. — *Pius VI* damnat proposit. 40^m synodi Pistoriensis : « Propositio asserens indulgentiam secundum suam præcisamjiotionem aliud non esse quam remissionem partis ejus pœnitentiæ, quæ per canones statuta erat peccanti ; quasi indulgentia præter nudam remissionem pœnæ canonicæ non etiam valeat ad remissionem pœnæ temporalis pro peccatis actualibus debitæ apud divinam justitiam — falsa, temerariam[2]. » — Demum *Codex* definit indulgentiam « *remissionem* coram Deo *pœnæ temporalis debitæ pro peccatis ad culpam quod attinet jam deletis*... »[3]

Verum est tamen per indulgentiam remitti etiam pœnam ecclesiasticam, quum indulgentia valeat in utroque foro.[4]

V. Quæ sit pœna illa temporalis quæ coram Deo remittitur. — « Pœnae autem temporales quæ coram Deo remittuntur *præcipue sunt pœnæ purgatorii.* Nam pœnæ hujus vitæ, sicut universali lege non statuuntur, ita universali lege non remittuntur. Imo, interdum, tam absoluta Dei

1. Denz., 729.
2. Denz., 759.
3. *Id.,* 1540.
4. Can. 911.

voluntate statuuntur, ut propter nullam causam condo-Il. nlur. Neque indulgentiæ referuntur ad pœnalitates hujus vitæ. A fortiori non versantur circa satisfactiones quæ debentur privatis hominibus vel societati humanæ[1]. »

Quando autem dicitur concedi indulgentiam unius aut plurium dierum aut quadragenarum aut annorum, sensus est remitti tantam pœnam pro peccatis debitam coram Deo et in purgatorio luendam, « quanta remitteretur per pœnitentiam unius vel plurium dierum vel annorum vel quadragenarum, secundum antiquos canones imponi solitam, aul quæ secundum prudens confessarii judicium esset pro peccatis commissis imponenda. Quanta autem remitteretur, solus Deus novit[8]. »

Hodie indulgentia « plenaria» intelligitur quæolim vocabatur « plenissima », quæque est remissio *lotius* pœnæ coram Deo debitæ.

V1. Est In Ecclesia thesaurus constans ex satisfactionibus Christi et sanctorum. —Necessaria omnino est illa conclusio ut stabiliatur doctrina catholica de indulgentiis, nam in definitione indulgentiæ ponitur : *ex thesauro Ecclesiæ*[2].

Jam apud Patres invenitur aliquod fundamentum. Qrigenes recolit Deum invenire « in martyribus *thesauros* suos, qui sunt quasi hostia placationis, quam Deus acceptat pro ceterorum peccatis[4]. » Hic innuitur martyrum satisfactiones ceteris prodesse, at nondum ingeritur conceptus plenus thesauri Ecclesiæ, prout nunc accipitur. S. Chrysostomus, postquam de martyribus JuventioetMaximino locutus est, addit : « Ejusmodi est *Ecclesiæ thesaurus,* novas e' veteres habet margaritas[5]. » Hic quoque indicatur sanctos martyres conferre Ecclesiæ nova bona spiritualia, jamque aliquid adumbratur de præsenti doctrina, sed nondum habetur notio thesauri, prout est cumulus satisfactionum Christi et sanctorum quas Ecclesia suis membris per indulgentias dispensat.

Paulatim vero perpolitur conceptus, qui plene traditur

1. P. Pesch, t. VII, p. 229.
2. Billuart, *De Indulgentiis,* art. 1.
3. *Codex,* can. 911.
4. Origen., *Homil. X in Num.,* n. 2 ; P. G., xn, 638.
5. S. Chrysost., *De Juvent, et Maxim., P. G.,* 1, 571.

turn ab Hugone a S. Charo tum a B. Alberto Magno1. .Thomas, hic, a. 1, conceptum oj time explicat, dum ostendit cumulum illum constare tum satisfactionibus Christi, him satisfactionibus sanctorum, « in quibus *superabundantia* operum satisfactionis invenitur. »

Scholastici communiter hanc doctrinam vindicant ut catholicam, ita ut de fide sit *saltern* esse thesaurum satis- | actionum Christi. Durandus quidem vult ex solis Christi itisfactionibus, non autem ex satisfactionibus sanctorum conflari thesaurum Ecclesiæ'; verum ex posterioribus Ecclesiæ declarationibus constat omnino etiam sanctorum satisfactiones ad thesaurum pertinere. — *Clemens VI* id expresse declarat. Postquam enim exposuit Christum [ht effusionem pretiosissimi sanguinis thesaurum militanti Ecclesiæ acquisivisse, addit : « Ad cujus quidem | hesauri cumulum beatæ Dei Genitricis omniumque· electorum a primo justo usque ad ultimum merita adminiculum præstare noscuntur2 » — *Leo X* damnat art. 17 l.utheri : « Thesauri Ecclesiæ, unde Papa dat indulgentias, non sunt merita Christi et sanctorum45» —*S. Pius V* damnat hanc proposit. Baii : « Per passiones Sanctorum in indulgentiis communicatas non proprie redimuntur nostra delicta6. »—*Pius VI* propos. Pistor.« scholasticos suis subtilitatibus inflatos invexisse thesaurum male intellectum mentorum Christi et Sanctorum », sic intellectam, quasi thesauri Ecclesiæ, unde Papa dat indulgentias, non sint merita (liristi et sanctorum, *falsam* declarat et ut falsam damnat6.

Itaque certum et exploratum est in doctrina catholica, atisfactiones sanctorum ad thesaurum Ecclesiæ pertinere, imo vim quamdam habere ad redimenda nostra delicta quoad pœnam temporalem.

Ratio theologica ex tota oeconomia redemptionis et Ecclesiæ catholicæ innotescit. — Est in Ecclesia cumulus meritorum et *satisfactionum Christi,* si efficacia illorum

1. B. Albertus M., in *i V Sent.,* dist. XX, a. 6 ; ei. i'lm. Paulus,. *Théologie and Glaube,* vi, 478.
2. Durand., *IV Sent.,* dist. XX, q. m.
3. Denz., 552.
4. Denz., 757.
5. *Id.,* 1060.
6. *Id.,* 1541.

iri sacramentis non includitur, sed extra sacramenta applicari potest. Atqui efficacia meritorum et satisfactionum Christi in sacramentis non includitur, sed sua infinitate excedit efficaciam sacramentorum. Ergo datur cumulus seu thesaurus satisfactionum Christi nunquam exhauriendus. — Datur paritur cumulus *satisfactionum, sanctorum,* si quidam sancti habuerunt superabundantiam satisfactionum et si satisfactiones quibus ipsi non indigent possunt aliis prodesse. Atqui utrumque constat. Ergo. Declaratur min. Beata Virgo multum satisfecit ncc unquam illa satisfactione indiguit, cum fuerit innocentissime ; martyres et non pauci sancti plus satisfecerant quam indigebant pro seipsis. Hæc autem bona non fuerunt deperdita, sed in communem Ecclesiæ thesaurum accreverunt. Licet enim unus homo non possit pro aliis mereri de condigno, potest satisfactiones aliis cedere, ut supra ostendimus, de satisfactione, q. iv, art. in, n. xn ; quia unius corporis mystici membra possunt sibi invicem compati.

VII. Cumulus vero non consumitur neque minuitur. — Quia satisfactiones sanctorum efficiunt unum cum satisfactionibus Christi, quod semper accrescit ; et, quando satisfactiones applicantur, *effectus novos quidem habent, sed euindem valorem in seipsis relinent, quem Deus semper considerat.* Nunquam ergo exhauriuntur. — Notatu dignissima sunt verba *Clementis VI* de hoc argumento : « De cujus consumptione seu minutione non est aliquatenus formidandum, tam propter infinita Christi merita, quam pro eo quod, quanto plures ex ejus applicatione trahuntur ad justitiam, tanto magis accrescit ipsorum cumulus meritorum[1]. »

VIII. Est in Ecclesia potestas quae valet satisfactiones illas applicare, vivis quidem per modum absolutionis, defunctis autem per modum suffragii, — Colligitur illa postestas ex ipsa *notione Ecclesiæ* societatis perfectæ, cui Christus talem potestatem solvendi concessit, ut quod ipsa solvit super terrajn sit solutum in coelis seu coram Deo[2]. — Ceterum, ea quæ sunt alicujus multitudinis commu-

1. Denz., 552.
2. Matth., xvi, 19.

nia distribuuntur secundum arbitrium ejus qui multitudini, præest. Atqui sunt bona communia seu est thesaurus in Ecclesia, ut explicatum est. Ergo qui præest Ecclesiæ, nempe Summus Pontifex potestatem habet illa bona seu thesaurum illum distribuendi.

Theologi generatim afferunt textum Pauli, *11 Cor.,* n; 10 ubi Apostolus dicit se Corinthio incestuoso, *in persona Chrisli, dedisse* partem pœnæ temporalis quam reo imposuerat. Ex quo sic arguitur : Paulus remittit pœnam temporalem quam debebat reus coram Eccleria solvere. Atqui non præstitisset verum beneficium, remitt ndo coram Ecclesia, nisi etiam coram Deo remisisset. Ergo censendus est Paulus remisisse pœnam coram Deo seu veram indulgentiam concessisse. — Hinc sequitur eos qui habent potestatem in Ecclesia, ut Apostoli, et nunc Summus Pontifex, posse veras concedere indulgentias. Inde quoque eruitur solum Papam, qui præest toti Ecclesiæ, hac potestate gaudere, episcopus autem tantum dependenter a Papa (De quo, cf. *Cod.).*

Concilium Tridentinum doctrinam sic vindicat [1] « Cum potestas conferendi indulgentias a Christo Ecclesiæ concessa sit atque hujusmodi potestate divinitus sibi tradita antiquissimis etiam temporibus illa usa fuerit, sacrosancta Synodum indulgentiarum usum, Christiano populo maxime salutarem et sacrorum Conciliorum auctoritate probatum, in Ecclesia retinendum esse docet et præcipit eosque *anathemate damnat qui aut inutiles esse asserunt vel eas concedendi in Ecclesia potestalem esse negantl.* » Quocirca de fide est Ecclesiam gaudere illa potestate.

In fideles vivos Papa habet potestatem jurisdictionis et idcirco, exercendo in ipsos actum potestatis *judicialis,* potest illis pœnam remittere *auclorilalive,* et non tantum per modum suffragii, sed per veram absolutionem qua liberantur a. pœna, sive, quia Ecclesia absolvit a pœnis a seipsa injunctis, sive quia de *suo thesauro et per potestatem clavium* tantam facit elargitionem, quanta sit necessaria ad extinctionem totius reatus pœnæ coram Deo debitæ.

In defunctos autem Ecclesia .non habet amplius jurisdictionem et idcirco non potest indulgentias defunctis directe

1. Sess. XXV ; Denz., 989. .Eo .r l

largiri, quasi auctoritative satisfactiones Christi applicando. Ouapropter recte dicitur concedi indulgentia defunctis per modum *suffragii* seu auxilii quod vivi præstant defunctis. Hoc autem est discrimen inter absolutionem et suffragium, quod absolutio habet pro termino directo subjectum cui conceditur, suffragium autem non habet pro termino directo defunctos, sed vivos, qui possunt indulgentiam lucrari, et pro indirecto defunctos, quibus possunt vivi indulgentiam cedere. — Intelligitur autem suffragium, non meritorium nec impetratorium, sed *salisfactorium.* Hinc dicit Billuart : « Applicare indulgentias defunctis est offerre Deo satisfactiones Christi et sanctorum in solutionem seu compensationem poenarum quas debent pati in purgatorio[1]. » — Hac explicatione apparet quid efficiat *Papa respectu defunctorum,* licet indulgentiæ per fideles vivos defunctis applicentur. Possunt quidem fideles vivi orare pro mortuis et proprias satisfactiones ipsis cedere, at non possunt satisfactiones Christi distribuere ; dum vero Papa concedit indulgentias pro defunctis, jam efficit ut fideles vivi possint offerre Deo satisfactiones Christi et sanctorum in solutionem pœnæ quam debent defuncti solvere[2]. — Deus non tenetur illas indulgentias acceptare ex justitia, sed *ex misericordia* acceptat, quia preces Ecclesiæ dignæ sunt quæ non respuantur. Posita autem acceptatione, intervenit *quædam justitia,* « quia satisfactiones de thesauro Ecclesiæ sunt justa compensatio et de condigno poenarum quas defuncti pati debent in purgatorio. Hinc inferes, saltem probabilius, indulgentias applicatas non semper habere certum et infallibilem effectum : cum enim Deus ex mera misericordia etliberalitate acceptet, non constat eum illas semper acceptare, sive in toto sive in parte. Et hic est sensus communis fidelium qui, applicata indulgentia plenaria alicui defuncto in altari privilegiato, nihilominus pro illo offerre alia sacrificia et orare pergunt[3]. »

1. Billuart, *De Indulgent.,* art. 6.

2. De diversis modis quaestionem illam explicandi, cf. P Pesch op. cit., h. 478 ; P. Galtier, n. 599.

3. Billuart, loc. cit.

IX. De conditionibus ad lucrandas indulgentias requisitis. — « Ut quis capax sit sibi lucrandi indulgentias, debet esse baptizatus, non excoinniunicatus, in statu gratiæ saltem in fine operum præscriptoruin, subditus concedentis[1]. » — Quæstio autem versatur, utrum qui lucratur ndulgentias, non pro se, sed pro defunctis, debeat esse in statu gratiæ. Si opus præscriptum importet statum gratiæ, ut confessio et communio, manifestum est tunc requiri gratiæ statum ; si autem opera prœscripta sint alia, disputant theologi. Quidem cum Lugo requirunt statum gratiæ ut opera eleventur; sed multi alii theologi, cum Suarezio, Bellarmino, Billuart, reponunt requiri statum ut conditionem ad recipiendum *in se* efTectum indulgentiæ, non vero ut causam indulgentiæ, neque in concedente indulgentiam neque in lucrante indulgentiam pro defunctis, sed sullicerc ut opera præscripta adimpleantur et ut defuncti quibus applicantur in statu gratiæ seu in amicitia Dei obierint'.

X. Brevis conspectus historicus doctrinae de indulgentiis[3]. — Mos est tres periodos seu epochas distinguere, nempe ab initio ad sæculum vu, a sæculo vu ad xu et a sæculo xu ad nostram ætatem.

In prima periodo manifestatur indulgentia sub illa speciali forma quæ est mitigatio pœnitentiæ publicæ. Dum enim reconciliantur solemniter pœnitentes, non absolvuntur a culpa, quæ jam erat remissa, sed a poena, non solum in foro Ecclesiæ, sed etiam in foro interno, ita ut Deus pcenitentem *restituat in pristinam dignitatem,* prout loquuntur *Constitui. Apost.**. Id porro fiebat auctoritate EccleJæ ac per intercessionem martyrum. Atqui remissio pœnæ etiam coram Deo, per auctoritatem Ecclesiæ ct ob merita martyrum, e.>t vera concessio indulgentiæ, ex *thesauro* Ecclesiæ. Ergo viguit ab initio usus indulgentiarum.

1. *Codex,* can. 925.
2. Cf. Billuart, loc. cit. in fine; Suarez, disp. Lili, sect. IV, ŋ. 6 ; Bellarmin., *De Indulgent.,* lib. I, c. xiv ; Lugo, disp. XXVI I, sect. V, n. 75.

Cf. auctores citat., Paulus, Beringer, Galtier, Magnin, Pi.sen, etc.

4. *Const. Apost.,* lib. II, c. xLi ; *P. G.,* i, "695.

A sæculo VII ad XII; additur alia forma, nempe ut pœnalentia canonica *commutetur* in aliud opus, ut erat *peregrinatio* « Papa, explicat S. Thomas, dat indulgentiam quod qui vadit ad unam Ecclesiam habeat septem annos de indulgentia ; cujusmodi etiam indulgentiæ a beato Gregorio in stationibus Romæ institutæ sunt[1]. » Deinde *expeditiones* in Terram Sanctam vel etiam *peregrinationes* vim habuerunt indulgentiæ plenissimæ. Quod in his specialiter animadvertitur, est *forma* indulgentiæ, ac *commutatio* pœnæ in aliud opus, vel indulgentia *localis* ; sed semper salvatur *substantia,* quod indulgentia sit remissio pœnæ etiam coram Deo, ac de thesauro Ecclesiæ, extra sacramentum facta.

In tertia periodo frequentior fit indulgentiarum usus per opera faciliora. Insignis indulgentia plenaria, cui favores et gratiæ generales adnectuntur, est *Jubilæum*. Bonifacius VIII prima vice jubilæum concessit pro anno 1300 et quolibet sequenti anno sæculari; deinde vero Clemens VI (1343) statuit, ut deinceps jubilæum fieret quolibet anno quinquagesimo, incipiendo a 1350 ; qui mos permansit usque ad Paulum II. Iste porro determinavit ut deinceps, nempe a 1475, quolibet vigesimo quinto anno fieret jubilæum.

Quoad cetera, consulantur opera de Jure Canonico.

XI. Corollarium. De communione Sanctorum. — Ex hucusque expositis colligitur dogma communionis Sanctorum. Per illum fidei articulum credimus membra Ecclesiæ, ob intimam unionem cum Christo, inter se quoque conjungi et in iisdem spiritualibus bonis communicare. Duo itaque importat : arctam necessitudinem cum Christo et inter se, et eorumdem bonorum consortium.

primum quidem evolvitur a S. Paulo ad Ephes., IV, contineturque in locis ubi Christus vocatur vitis vel caput et constat ex dictis de Gratia capitali Christi. — Christus enim vi Incarnationis constitutus est caput hominum ad merendum et satisfaciendum de condigno pro nobis, et ita fit una nobiscum persona mystica, ut actiones ipsius nobis prosint, sicut prodest uni homini

1. S. Thom., *IV Sent.,* dist. XX, q I, a, 3, sol. 2.

actio propria' ; estque etiam caput Angelorum, saltem quoad gloriam accidentalem. Hinc omnes quorum Christus est caput et qui sunt ejus membra, unum cum ipso fiant omnino oportet. — At, si sunt cum Christo unum, inter se quoque unum esse debere necessitudo divina requirit. Ergo omnia Christi membra sunt unum inter se ob arctam unionem cum eodem capite Christo'. Conjunctio porro hominum inter se triplicem requirit unionem, *fidei, cultus* et *regiminis,* ita nempe ut easdem *oerilales* credant, in iisdem conveniant *sacramentis,* iisdemque *pastoribus* obediant et obtemperent.

alterum autem assertum enunciat bona spiritualia membris communia esse. — Quod ut recte intclligal.ur, recolendum erit bona Ecclesiæ spiritualia esse dupiicis generis : alia sunt *interna,* ut fides, spes, charitas, gratia sanctificans et ea quæ statum gratiæ comitantur : alia *interna simul el externa,* quæ nempe, licet exterius pateant, effectus habent internos, ut sacramenta, Missæ sacrificium, suffragia, orationes Ecclesiæ. — Prioris generis bona competunt solis justis et in commodum proprii subjecti cedunt, at possunt toti Ecclesiæ aliquatenus prodesse, quatenus valent justi mereri aliis *dé congruo,* ut explicatum est in tractatu de Gratia, et possunt aliis cedere satisfactiones de condigno, prout supra exposuimus, non quidem pro reatu culpæ mortalis nec pro reatu pœnæ æternæ, sed pro pœna temporali. Recolantur etiam ea quæ diximus supra de *thesauro Ecclesiæ.* — Quoad bona autem alterius generis, liquet illorum esse participes quotquot conjunguntur unitate fidei, cultus et regiminis, non autem infideles, hæreticos, schismaticos vel excommunicatos. Omnibus tamen subvenit aliquo modo communio sanctorum, quatenus precibus et operibus bonis quæ in Ecclesia fiunt movetur misericors Deus ut gratias locupletiores pro conversione largiatur.

Dicitur *sanctorum,* quia omnia Ecclesiæ membra aliquid sancti habent, saltem baptisma ; ad sanctitatem vocantur per sancta media, doctrinam revelatam et gratiam super-

1. Cf. S. Thom., III P. q. VIII et q. LXVIII et quæ de bis disseruimus in tract. *De Verbo Incarnato.*

2. Cf. S. Augustin. Tract. XXVI *in Joan.,* et Serm. CCLXXII : *P. L.,* XXXV, 1163 et XXXVIII,' 1247 ss.

naturalem ; in quibusdam bonis participant, ut exposuimus, el. quia multiplex viget in Ecclesia sanctitas, videlicet r.anctitas *communis* per observationem praeceptorum, sanctitas *perfecta* per observationem consiliorum evangelicorum, ac sanctitas *heroica,* quæ interdum etiam per miracula se prodit.

Nec loco aut tempore communio illa restringitur, sed habetur etiam cum beatis in ccelo regnantibus, quos nos colimus et qui pro nobis intercedunt, et cum animabus in purgatorio patientibus, quas possumus nostris suffragiis juvare quæque, modo quo sibi possibile sit, nos Deo commendant Hinc communio Sanctorum *sensu pleno accepta* innuit Ecclesiam *militantem* Ecclesiamque *purgantem* et Ecclesiam *triumphantem,* sub uno capite, eodem charitatis vinculo conjungi.

Licet conceptus fuerit paulatim perpolitus, substantia docti ina; traditur ab initio. Nam ca quæ asserit Evangelium Joannis de ChrLto vite et de Christianis palmitibusl, deque intima cum Christo et inter nos unione, quæ cum egregia SS. Trinithl is imitate confertur . *sint unum sicut et nos unum sumus*,* et ea quæ exponit Paulus de corpore mystico, *Ephes.*,rv, et de membris quæ mutuo sibi adhærent et sibi compatiuntur, omnino enuntiant et conjunctionem Christianorum inter ^c sub uno capite et verum in iisdem spiritualibus bonis consortium.

Traditio priorum sæculorum jam accurate meminit fideles in bonis operibus communicare seseque mutuo juvare. S. *Ignatius Martyr* siquidem pro grege hostiam se offert, Tcrtullianusque ait omnia membra in Ecclesia ad remedium collaborare[2]— Imo *ante sæculum* iv asseritur necessitudo et cum Ecclesia triumphante et cum Ecclesia purgante. Cum triumphante quidem : nam *Martyrium S. Polycarpi* recolit jam celebrari natalem diem martyrii et honorari martyres[3] : jainque vivos sese orationibus martyrum commendare produnt inscriptiones *Catacum-*

1. Joan., xv. — £
2. Joan., xvii, 21, 22.
3. S. Ignat., / *Cor.,* xxxvm, 1 ; Tertull., *De Pœnil.,* c. x; *P, L.,* i, 1245.
4. *P. G.,* v, 1041.

harum[1]. At etiam cum purgante, siquidem *Tertullianus* asserit vivos pro defunctis orare et refrigerium ipsis postulare : « Pro anima ejus orat et refrigerium interim adpostulat ei[2] » Iterum Catacumbarum inscriptiones refrigerium defunctis exoptant. — Sæculo autem iv perfectior traditur conceptus ac demum S. *Augustinus,* qui doctrinam de vera Christi Ecclesia contra Donatistas strenue vindicavit[3], absolutam quoque exhibet notionem communionis sanctorum. Duo elementa quæ jam explicavimus assignat. Primo quidem, arctam unionem membrorum inter se, sub Christo capite et cum eodem Motore divino, scilicet Spiritu Sancto : « Totus Christus et caput et corpus est... ; societas unitatis Ecclesiæ Dei tamquam proprium opus est Spiritus Sancti, Patre et Filio cooperantibus[4]. » Secundo, consortium in iisdem bonis, nam communem habent vitam : « Ollicia diversa sunt, vita communis[5][6] » — *Scholastici* demum synthesim complent.

Ceterum doctrina illa colligitur ex singulis tractatibus : de Deo principio et fine rerum, et idcirco causa efficiente et finali hujus communionis ; de Christo Redemptore, causa meritoria et satisfactoria *de condigno* ; de Angelis, qui sunt nostri custodes et concives ; de gratia et charitate, quæ est causa formalis ; de sacramentis, quæ sunt causa instrumentalis ; de Novissimis, ubi edocemur Ecclesiam militantem ferre auxilium Ecclesiæ purganti et ad Ecclesiam triumphantem semper tendere[5].

Quapropter optandum et orandum ut omnes eidem Capiti semper eodem charitatis vinculo conjungamur.

1. De Rossi, *Roma Sotlerranea,* u, 17 ss.
2. Tertull., *de Monogamia,* c. x ; *P. L.,* n, 942.
3. Cf. *De Unitate Ecclesiæ, el de Baptismo contra Donatistas ; P. L.,* XLIII.
4. Serm. CXXVII, n. 1 ; P. *L.,* xxxvm, 754 ; et Serm. LXXI, n. 20 ; *P. L.,* xxxvm, 463.
5. Serm. CLXXX, i, 6 ; P. *L.,* xxxvm, 1283.
6. Cf. Tanquerey, in fine ultimi vol. ; P. Bernard, et R. Bour, in *Diction, théol. calhol.,* art. *Communion des Sainis* ; P. Gounin, *I.a Communion des Saints,* Paris, 1922.

TRACTATUS DE EXTREMA UNCTIONE

AD QQ. XXTX-XXX'O = 1TPpt THOM/E

S. Doctor tractatum absolvit disserendo do sacramenti essentia, q. xxix ; effectu, q. xxx ; ministro, q. xxxi ; subjecto, q. xxxn, et iteratione, q. xxxhi. Qum divisio, obvia et adæquata, complectitur omnia quoi hoc sacramentum'spectant sub respectu dogmatico*.

ARTICULUS PRIMUS

DE SACRAMENTI EXTREMÆ UNCTIONIS EX1STENTIA ET INSTITUTIONE

AD. art. 1-3 g. xxix s. thomæ

I. Errores. — Inter hæreticos qui Extremum Unctionem impugnaverunt recensentur *Albigenses* et postea *Wicleffislæ ;* nam, etsi forte veritatem sacramenti non iniiciarentur, ipsum tamen sacramentum recipere neglexerunt aut contempserunt. At Novatores veritatem sacramenti expresse denegarunt unctioni infirmorum. *Lulherus* concedit quidem esse sacramentale quoddam, sicut est salis et aquæ consecratio et aspersio, at nullatenus esse sacramentum, et in hoc loco deliratum esse a catholicis, contendit[1]. Gravius adhuc loquitur *Calvinus,* hoc sacramentum vocans histrionicam hypocrisim[3]. *Hodierni Protestantes* generatim hoc sacramentum rejiciunt, et, licet plures *rilualislæ* illud retinere conentur, alii, ut F. W. Spuller, nonnisi vim cujusdam sacramentalis illi ritui adseribunt. Tandem *rnodernislæ* dicunt : « Jacobus in sua epistola non intendit promulgare aliquod sacramentum Christi,

1. Sub respectu morali consuli potest P. Pr Ommer ,0. P., vol. Ill ; mb respectu canonico, P. Blat., O. P.
2. Luther., *De captivi!. Baby!.,* n. 24.
3. Calvin., *Instil.,* lib. IV, c. ix, n. 18.

sed commendare pium aliquem morem, et, si in hoc more forte cernit medium aliquod gratiæ, id non accipit eo rigore quo acceperunt theologi, qui notionem et numerum sacramentorum statuerunt[1]. »

II. Prima conclusio : Ex Scriptura, nempe ex Epistola S. Jacobi, CERTO PROBATUR unctionem infirmorum esse verum ac proprie dictum NovaeLegis SACRAM ENTUM(a. 1). — Ostendit S. Doctor Extremam Unctionem non esse sacramentale tantum, sed verum sacramentum, quia ex verbis Jacobi *paid* ipsam pertingere ad ipsum effectum intentum in administratione sacramentorum, qui est *curafio morbi peccali.* Quocirca vis illius textus apparet Aquinati indubia et manifesta.

Et revera probatio cogit, si singula verba expendantur : « *Infirmatur quis in oobis ? Inducat presbyteros Ecclesiæ, el orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini ; el oratio fidei salvabil infirmum el alleuiabil eum Dominus ; el, si in peccatis sil, remittentur ei*[2]. » — Ut valeat probatio, sufficit ostendere signum illud sensibile, scilicet unctionem infirmorum oleo cum oratione fidei a presbyteris factam, esse gratiæ productivum et pennanenter institutum in Ecclesia ; id quippe necessario importat institutionem a Christo.

Confici potest hoc argumentum : Christianus graviter ægrotans, per unctionem olei cum oratione fidei a presbyteris Ecclesiæ factam, recipit salutem, et alleviationein seu erectionem a Domino, atque remissionem peccatorum, si in peccatis sit. Atqui hæc omnia evincunt verum Ecclesiæ sacramentum gratiæ productivum. Ergo.

Declaratur major. — 1° Agitur de Christiano, nam apostolus Jacobus loquitur de his qui sunt christianæ communitatis membra quique subduntur presbyteris Ecclesiæ. — 2° De christiano graviter ægrqtantb, ut important verbum *aaOeveZ.* , quod de gravi infirmitate accipitur, et vocabulum *à κόρνων,* quod significat hominem graviter laborantem. Nec sermo est de infirmitate spirituali, seu de peccato ; nam2

1. Prop. 48; Denz., 2048. Pro confutatione errorum, consuli possunt : Ruch, in *Diction, théol. calhol.,* V, 1897, 1927 P. Kern, *De Sacramento Exlremæ Unctionis,* Ratisb., 1907.

2. Jac., v, 14-15.

Apostolus duo hæc apprime distinguit, infirmari et esse io peccato : infirmitas supponitur, et, *si* forte adsit peccatum, id etiam remittetur. — 3° Advocantur presbyteri Ecclesiæ, nempe qui dispensant sacra m Ecclesia, ut orent super infirmum et ungant oleo in notnine Dei. —4° Effectus qui statim resultant tres assignantur : *salus* infirmi ; *alleritilio,* quæ præstatur a Domino ; *remissio* peccatorum, si forte infirmus in peccatis sit.

Prob. min., scilicet in his reperiri omnia elementa sacramenti proprie dicti. — 1° Est *ritus sensibilis* cum *maleria,* unctione olei, et *forma,* oratione fidei. — 2° Ritus *supernaluralis,* nam fit in nomine Domini. — 3° Est *gratiæ productions,* nam effectus assignati, *salus* infirmi et *alleoialio* seu ' rectio vel confortatio quam præstat Dominus, non respiciunt corpus tantum, sed et animam, et idcirco supponunt gratiam, qua Deus « ægroti animam alleviat et confirmat, magnam in eo divinæ misericordiæ fiduciam excitando, qua infirmus sublevatus et morbi incommoda ac labores levius fert, et tentationibus dæmonis... facilius resistit[1] ». At præsertim ultimus effectus, *remissio peccati,* est ipsa infusio gratiæ. — 4° *Ex opere operato,* nam illi effectus ita adserifiuntur ritui ungendi infirmum modo prædicto, ut adsit connexio vera inter unctionem et salutem infirmi et remissionem peccati : « *Ungentes eum... et* oratio fidei *salvabit* infirmum, *et alleviabil* eum Dominus, *et,* si peccatis sit, *remittentur* ei. » — 5° *Institutio Christi* implicite asseritur, nam Apostolus exhibet illum ritum ut supcrnaturalem, non a se conditum, sed qui fieri debeat « in nomine Domini » el idcirco propter institutionem Domini. — 6° Ritum illum esse *permanenter* institutum apparet ex toto contextu, nam verba important ritum qui communiter frequentari debeat inter Christianos ac semper, quamdiu nempe erunt presbyteri Ecclesiæ.

III. Sacramentum illud INSINUATUR apud Marcum (vi, Γ.', 13).— Dicitur de duodecim Apostolis : « Et exeuntes pra dicabant ut poenitentiam agerent ; et dæmonia multa ejiciebant et *ungebant oleo multos ægros el sanabant.* »

1. Cone. TricL, Sess. XIV, *Doctrina de Sacramento Exlremæ Unctionis,* cap. n ; Denz., 909.

Nonnulli exegetæ et theologi, imo et Maldonatus, existimant unctionem illam fuisse sacramentum, quippe quæ fieret nomine ac potestate Christi et ad animarum sanctificationem.

Verum communior sententia, cui adhæret, Benedictus XIV[1], reponit non fuisse sacramentum sed adumbrationem vel figuram sacramenti. 1° Imprimis, nihil ostendit Apostolos nondum sacerdotes administrasse jam sacramentum. 2° Unctio cujus meminit Marcus fiebat, non solum circa baptizatos, sed generatim circa ægros. Quis autem concedet omnes illos ægros jam verum sacramentum recepisse ? 3° Hæc unctio effectum proprium habebat sanationem corporum, licet ad sanctificationem animarum ordinaretur, sacramentum autem unctionis non habet ut effectum absolutum sanationem corporis, sed hypothetice tantum, si expediat ad salutem.

Quapropter illa unctio non erat sacramentum, sed quædam gratia sanitatum, quæ ex se apta erat ad præfigurandum et insinuandum sacramentum postea institutum a Christo*. Quapropter Concilium Tridentinum optime distinguit, recolendo illud sacramentum *insinuatum* quidem apud Marcum, per Jacobum autem apostolum ac Domini fratrem fidelibus *commendatum* ac *promulgatum,* proprie autem *a Christo institutum*[2].

IV. Secunda conclusio : Traditio catholica id etiam ostendit. — Triplici via nobis innotescit Traditio, scilicet argumento præscriptionis, praxi liturgica, scriptis Patrum.

1° Argumentum præscriptionis in hoc reponitur, quod illud sacramentum invenitur etiam apud Orientales ab Ecclesia separatos nec potest assignari tempus quo fuerit introductum aut auctor institutionis, sed recurrendum est demum ad traditionem Apostolorum et institutionem Christi. Græci schismatici profitentur sacrum oleum inter sacramenta esse recensendum, ut refert Jeremias patri-

1. Bened. XIV, *De Synod, diceces.,* lib. VIII, c. i, n. 2.

2. Hinc recte dicit Catechismus Concilii Tridentini : « Idem Salvator hujus unctionis *specimen* quoddam dedisse visus est, quum discipulos suos binos et binos ante faciem suam misit. » De extr. unct, sacram., n. 16.

3. Cap. i, et can. 1 ; Denz., 908 et 926.

chal ; Nesloriani quoque etaliæ sectæ orientales illud agnoscunt, et, licet apud quosdam schismasticos in desuetudinem abierit, libri tamen rituales antiquam fidem invicte testantur2. Imo jam sæculo vi synodus Nestorianorum dicit : « Corporaliter ægroCus curari debet oleo orationis, quod presbyteri benedicunt/'. » Quæ omnia demonstrant ritum illum non esse humanitus inventum, sed divinitus institutum.

2° Quum liturgia sit externa fidei manifestatio, sicut lex supplicandi est lex credendi, potest ex usu liturgico certo colligi existentia sacramenti. Porro liturgiæ omnes, ritualia, euchologia, etiam apud Orientales separatos, vim sacramenti agnoscunt in unctione infirmorum, quæ et mentem innovat et debita expiat et peccatis veniam confert4, *Sacramentarium* Gregorii Magni ritum Extremæ Unctionis fuse tradit5, necnon libri liturgici apud Celticas gentes usitati6. Recenter autem inventum est *Euchologion S. Serapionis,* quod est sæculi iv vel m, et in quo ellectus unctionis ita describitur, ut sit *in gratiam bonam el remissionem peccatorum, in remedium vitæ el salutis, 'in sanilalem el inlegrilatem animæ el corporis et spiritus, in valetudinem perfcclam'*. Exhibetur porro hæc formula ut jam usu sacrata, quod arguit antiquiorem traditionem.

3° Testimonia explicita scriptorum ecclesiasticorum habentur a sæculo vin ad sæculum iv. — Sæculo vin citatur Venerabilis Beda : « Et nunc Ecclesiæ consuetudo tenet ut infirmi oleo consecrato ungantur a presbyteris et oratione comitante sanentur; » Vim autem sacramenti tribuit ritui, nam per ipsum peccata remittuntur8. — Sæculo vi, Cassiodorus : « Oratione fideli et olei sancti per unctionem concessa *salvet eum..., peccata quoque dimittenda* promittens9... » — Sæculo v, S. Innocentius I : « Quod non est

1. Cf. Schelstrate, *Acta Orient. Ecctes.,* 1, 202.
2. Cf. Denzinger, *hit. Orient.,* II, 483 ss.
3. Héféi.é-Leclercq, *Cone.,* t. III, p. 1204.,
4. Cf. Jacquemier, *L'Exlrème-Onction chez les Grecs.*
5. *P. L.,* lxxviii, 233.
6. Cf. Warren, *Celtic Liturgy,* 108 ss.
7. Funk, *Didascalia el Const. Aposl.,* t. 11, 102 ss.
8. *P. L.,* xciu, 39.
9. *P. L.,* lxx, 1380.

dubium <le fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis perungi possunt. » Hic porro chrisma non intelligitur de confirmatione, sed accipitur de sacra unctione; nam, dum confirmatio episcopis reservatur, hæc unctio presbyteris conceditur : « quod presbyteris licere non est dubium. » Esse autem sacramentum asserit Papa, dum ait non esse concedendum quibus cetera sacramenta negantur : « Nam quibus *reliqua sacramenta* negantur, quomodo *unum genus* putatur posse concedi[1] ?» — Imo multi periti putant Origenem loqui de Extrema Unctione, quando testatur sacerdotes remittere peccata, cum vocati ad infirmos illos ungunt orando[2]. Illa enim peccatorum remissio intelligi nequit de Poenitentia, in qua non fit unctio ; ergo intelligi debet de unctionis sacramento, quod sit gratiæ collativum[3].

His ergo testimoniis in memoriam revocatis, liquet Traditionem nunquam fuisse interruptam, atque idcirco potuisse Concilium Tridentinum definire : « Si quis dixerit Extremam Unctionem non esse vere et proprie sacramentum a Christo Domino Nostro institutum et a B. Jacobo Apostolo promulgatum, sed ritum tantum acceptum a Patribus, aut figmentujn humanum : A. S.[4]. »

V. Quandonam Christus instituerit hoc sacramentum (a. 3). — S. Doctor, recitata duplici opinione, concludit Christum, licet per Apostolos promulgaverit Extremam Unctionem et Confirmationem, *instituisse tamen immediate* omnia sacramenta. *Prima ratio* est quia sacramenta pertinent ad fundamentum novae legis. Atqui ad legislatorem pertinet instituere fundamentum. Ergo ad legislatorem pertinet instituere sacramenta. *Altera* ratio est, quia is solus potest sacramenta instituere, qui potest eis efficaciam tribuere, cum sacramenta ex institutione efficaciam habeant. Atqui solus Christus potest sacramentis divinam illam efiicaciam tribuere. Ergo ipse omnia sacramenta

1. Innoc. I, *Epist. ad Decentium,* n. 8 ; P.L., xx, 559 ; Denz., 99.
2. Origen., Ilomil. II in *Levit.,* 4 ; *P. G.,* xn, 419.
3. Cf. P. Kern, *De Sacram. Exirem. Unet.,* pp. 53 ss. ; Pesch, t. VII, pp. 256-258.
4. Sess. XIV, De Exirem. Unet., can. 1 ; Denz., 926.

instituit, licet per Apostolos quædam promulgaverit. Recolantur ea quæ docuimus supra de sacramentorum auctore, ubi quæstionem versavimus. — De tempore autem institutionis, hæc animadverti possunt : Specimen quidem hujus unctionis dedit Christus, quando discipulos binos et binos ante faciem suam misit ; sacramentum autem *proprie instituit post resurrectionem,* instituta jam Poenitentia, cujus est complementum1.

VI. Ratio theologica institutionis (arg. *Xed contra,* a. 1). — Ideo instituta unt sacramenta, ut subveniant dejectibus hominum secundum quemlibet statum. Sed exeuntibus ex hoc mundo non subvenit aliud quam Extrema Unctio. Ergo oportet ut Extrema Unctio sit sacramentum, et revera dicitur *sacramentum exeuntium.*

VIII. Tertia conclusio : Extrema Unctio est sacramentum unum, sicut quoddam perfectum quod ex pluribus partibus constituitur (a. 2). — Quodlibet sacramentum dicitur unum, in quantum multa quæ surit in uno sacramento ordinantur ad unum significandum et causandum. Atqui ita est in Extrema Unctione : sicut enim in Eucharistia duplex species ordinatur ad unam refectionem, ita in Extrema Unctione multiplices unctiones ordinantur ad unam curationem, quæ requirit appositionem medicina; ad diversas vulnerum radices. Ergo Extrema Unctio est sacramentum unum. Singulæ itaque unctiones sunt materiæ partiales, quæ unam materiam integram constituunt, et pariter singulæ formæ partiales unam integram formam efficiunt ; et ita ex materia totali ct forma totali conflatur unum integrum ac perfectum sacramentum. — Nec unitati obstat pluralitas ministrorum, si contingat sacramentum a pluribus conferri, quia instrumentante»· r,antum operantur, sicut pluralitas martellorum non tollit unitatem operationis fabri (ad 3).

1. « Verisimilius dicitur eam constituisse post resurrectionem, dum, loquens de regno Dei cum Apostolis, instituit sacramentum pœnitentiæ, cujus extrema unctio est complementum. » Bil l u a r t , art. 1.

ARTICULUS SECUNDUS

DE MATEKIΛ ET FORMA HUJUS SACRAMENTI

AD ART. 4-9 Q. XXIX S. THOMΛ2

I. Prima conclusio : Materia remota sacramenti Extremae Unctionis est oleum olivarum (a. 4). — Ita Concilium Florentinum : « Quintum sacramentum est Extrema Unctio ; cujus materia est *oleum olivæ.* » Addit Concilium Tridentinum materiam esse *oleum* ab episcopo benedictum (cap. i) ; et tandem Codex : « *adhibito oleo olivarum rile benedicto* » (can. 937). — Scriptura id omnino indicat. Nam unctio quæ insinuat hoc sacramentum (Mare, vi, 12, 13) fiebat oleo : « ungebant *oleo* multos ægros ». Et Jacobus expresse asserit : « *ungentes oleo* ». Jam vero ubique oleum proprie dictum est oleum olivæ. — Hinc omnia ritualia antiquissima, quæ sacramenti existentiam testantur, *oleum olivarum* vel nominant vel supponunt. — Congruit ratio, quam suggerit Angelicus. Spiritualis sanatio quæ in fine adhibetur debet esse perfecta, cum sit ultima, et lenis, ut spes, quæ exeuntibus est maxime necessaria, non frangatur, seu foveatur. Atqui verum oleum utrumque effectum significat, cum sit penetrativum usque ad intima et etiam dillusivum. Ergo congruenter ut materia adhibetur[1]. « Et, quia oleum principaliter nominatur olivæ liquor, cum alii liquores solum ex similitudine ad ipsum olei nomen accipiant, ideo olcurn olivæ etiam debet esse quod assumitur in materiam hujus sacramenti. »

1. Quod *Calechtsmus Cone. Trid.* optime evolvit : « Aptissime hæc materia illud significat quod vi sacramenti interius in anima efficitur. Bam, iit oleum ad mitigandos corporis dolores magnopere proficit, ita sacramenti virtus animæ tristitiam ac dolorem minuit. Oleum præterea sanitatem restituit, hilaritatem affert et lumini tamquam pabulum præbet ; tum vero ad recreandas defatigati corporis vires maxime accommodatum est. Quæ. omnia quid in ægroto divina virtute per hujus sacramenti administrationem efficiatur declarant. › P. II, c. vi, n. 10.

II. Secunda conclusio : Oleum det??t esse benedictum (a. 5). — Triplex hac de re instituitur quæstio : 1° an oleum debeat esse benedictum ; 2° an debeat esse benedictum seu consecratum ab episcopo ; 3° an debeat esse specialiter benedictum ut oleum infirmorum.

Quoad primum, valet responsio præsentis articuli. Concilia. ritualia, Codex requirunt benedictionem modo ita absoluto, ut hæc intelligatur de necessitate sacramenti.

Ceterum ratio quam exponit Angelicus ostendit requiri benedictionem, non tantum ex præcepto, sed ad validitatem. Dum in sacramentis quorum materia usus est Christus requiritur benedictio tantum ex præceptô, quia suo tactu dedit eis eflicaciam, sicut tactu sure carnis vim regenerativam contulit aquis, in aliis sacramentis, quorum materia ipse non est usus, requiritur benedictio ad ipsam validitatem sacramenti. Atqui *Christus non est usus hoc sacramento* nec aliqua corporali unctione. Ergo in hoc sacramento, sicut in Confirmatione, seu generatim in omnibus unctionibus, requiritur ad validitatem benedictio seu sanctificatio materiæ. — *Duplex alia ratio* congruentiæ assignatur : propter plenitudinem gratiæ, quæ confertur, non solum ut tollat, culpam, sed etiam reliquias culpæ et infirmitatem corporis, et cum sanatio corporalis non causetur ex materiæ naturali proprietate, oportet ut hæc efficacia ei per sanctificationem seu benedictionem detur.

III. Tertia conclusio : Oleum debet esse benedictum ab episcopo (a. 6). — Concilium Tridentinum absolute dicit : « Intellexit enim Ecclesia materiam esse oleum *ab episcopo* benedictum. » — Duplex hac de re prodiit decretum S. Officii, nempe sub Paulo V, 13 Jan. 1611, et sub Gregorio XVI, 14 rept. 1842. 1. Propositionem « quod nempe sacramentum extremæ unctionis oleo episcopali benedictione non consecrato ministrari valide possit » S. Off., 13 Jan. 1611, declaravit esse temerariam et errori proximam. 2. Similiter ad dubium : an in casu necessitatis parochus ad validitatem sacramenti extremæ unctionis uti possit oleo a se benedicto, S. Off. 14 Sept. 1842 respondit : negative ad formam decreti feriæ V coram SS. diei 13 Jan. 1611, quam resolutionem Gregorius XVI eadem

die approbavit[1]. Quum illæ responsiones sint absolutæ: et etiam necessitatis casum attendant, certitudinem ingerunt requiri semper *ad validitatem* oleum ab episcopo benedictum. — Rationem autem cur benedictio episcopalis per se requiratur assignat Angelicus, quia, in omnibus sacramentis quæ indigent materia sanctificata, prima sanctificatio fit per episcopum et usus quandoque per sacerdotem, ut ostendatur sacerdotalis potestas ab episcopali derivata.

Attamen certum est hodie, licet olim plures cum Suarezio negaverint, *posse delegari a Summo Pontifice simplicem sacerdotem* ad oleum infirmorum benedicendum. Constat ex declaratione Clementis VIII, vi cujus possunt presbyteri Orientales, potestate ab episcopo delegata et tacita saltem Romani Pontificis commissione, oleum infirmorum benedicere*. Id confirmavit Benedictus XIV, const. *Etsi Pastoralis,* 26 Maii 1742, ac demum Codex : « Oleum olivarum, in sacramento extremæ unctionis adhibendum, debet esse ad hoc benedictum ab Episcopo, vel a *presbytero qui facultatem illud benedicendi a Sede Apostolica obtinuerit*[2]. »

IV. Quarta conclusio : Oleum debet esse benedictum in ordine ad Extremam Unctionem, ita ut probabiliter invalidum sit sacramentum in oleo catechumenorum vel sancto chrismate collatum. — Disputatum quidem fuit a theologis, sed Codex, dicendo : « Oleum... debet esse *ad hoc* benedictum », innuit benedictionem *ad hoc* requiri eodem jure ac benedictionem *ab episcopo,* nempe ad validitatem. — Ratio est obvia : quum enim hoc sacramentum non sit quævis unctio, sed unctio extrema, seu infirmorum, oportet ut oleum non sit oleum catechumenorum vel chrisma, quorum aliud est munus, sed oleum quod proprie fit infirmorum per rpecialem benedictionem.

Verum, quia *in necessitate* licet uti materia dubia, permittunt theologi ut in tali necessitate administretur[3]

1. Denz., 1628, 1629.
2. *Bull. Rom.* x, 212.
3. Can. 945.

Extrema Unctio cum chrismate vel oleo catechumenorum, sub conditione[1].

De materia autem proxima, nempe de unctionibus, sermo liet infra, ubi de subjecto.

V. An sit forma in hoc sacramento (a. 7). — Nonnulli olim contenderunt nullam esse Extremæ Unctionis formam, praeter benedictionem qua oleum sanctificatur ab episcopo. Quam sententiam expresse confutat S. Thomas, a. 5 et a. 7.

Cum Extrema Unctio consistat in unctione, sicut Baptismus in ablutione, oportet ut unctio et ejus significatio determinetur per formam verborum, sicut ablutio per verba determinatur. Unde huic sacramento convenit quod de omnibus sacramentis valet, ut constent « *verbts lamquam forma* »[1]. — Insuper' S. Jacobus Lotam vim hujus sacramenti videtur constituere in *oratione*. Sed oratio importat formam verborum. Ergo Extrema Unctio absque forma non consistit. Hinc est quod omnia ritualia formam Extremæ Unctionis referunt et idcirco monet Codex hoc sacramentum conferri debere... « *per verba in ritualibus libris ab Ecclesia probatis præsçripla* »[3].

VI. De indole hujus formæ (aa. 8 et 9). — Forrna *in Ecclesia Latina* a multis jam sæculis usitata est quam tradit Concilium Florentinum : « Per istam'sanctam unctionem et suam piissimam misericordiam, indulgeat Libi Dominus quidquid per visum deliquisti. Et similiter in aliis membris. » Declaravit autem S. Officium d. 25 Aprilis 1906 mentionem cujuslibet sensus non requiri ad validitatem, sed ex præcepto gravi extra nece.· sitatis casum faciendam esse. — *Apud Græcos* hæc servatur : « Pater sancte, animarum et'Corporum medice..., sana servum tuum N. a detinente illum corporis infirmitate et vivifica illum per Christi tui gratiam...[4]. »

Disputatur porro utrum verba formæ debeant esse *deprecaliva* an possint esse *indicalida*. Necessitatem formæ

1. Cf. Billuart, art. 2; S. Alphons., lib. VI, n. 709-
2. Cone. Florent., *Decret, pro Armenis* ; Denz., 695.
3. Can. 937.
4. Cf. Goar, *Euchol.,* p. 417.

(icprecativæ asserunt S. Thomas, S. Bonaventura, genera* tiinque Thomistæ et Scctfstæ t negant vero inulti alii, ut Bichardus, Durandus., Paludanus, Becanus, Tannerj Estius, Tournély, Nonnus, Launoy; Menardus; Martène; Juenin, etc. Lis non potest absolute dirimi. — Attamen *rationes S. Thomæ* valde congruunt. 1° S. Jacobus totam vim hujus sacramenti videtur in oratione fidei reponere. Sed oratio ex se importat formam deprecativam. Ergo. 2° Suscipiens sacramentum, cum sit propriis viribus destitutus, indiget sublevari orationibus, quæ deprecativæ necessario esse debent. 3° Quum hoc sacramentum detur exeuntibus, effectus est per modum indulgentiæ ideoque forma deprecativa postulandus. *4°* Ordinatur etiam ad sanitatemwcorporalem, quæ non debet absolute, sed deprecatorio modo peti. — Ad ea vero quæ ab eruditis objiciuntur, respondebat jam Angelicus formulas absolutas quæ in pluribus veteribus liturgiis adhibentur : *unyo„.,* non esse formam essentialem sacramenti, sed dispositionem ad formam, inveniri autem formam deprecativam in orationibus quæ totum ritum comitantur.

Quidquid sit de validitate, concedendum omnino est *prædiclani orationem in Ecclesia Latina esse formam competentem* hujus sacramenti (a. 9). Nam indicat et *ipsum sacramentum* i per istam sanctam unctionem ; et *causam* quæ in hoc sacramento operatur, scilicet divinam misericordiam, cujus mentio speciatim lâc fieri debet, cum hoc sacramentum detur in statu miseria·, scilicet infirmitatis ac demum *effectum* sacramenti, nempe remissionem peccatorum, de quo est nunc uberius disserendum.

ARTICULUS TERTIUS

DE EFFECTU SACRAMENTI EXTREMÆ UNCTIONIS

AD *Q.* XXX S. THOM/E

I. **Quid CERTUM, quid CONTROVERSUM.** S. .McobuS imprimis effectum assignat :« Oratio fidei salvabit infirmum », ita scilicet ut salus, seu sanatio quædam, sit effectus communis seu genericus, et adhibeatur hoc sacramentum secundum modum cujusdam medicationis, sicut Baptismus per modum ablutionis (a. 1). Deinde effectum magis determinat : « Et alleviabit eum Dominus », quæ alleviatio est quædam erectio, seu confortatio, quæ idcirco gratiam quamdam corroborantem subaudit. Ac tandem effectum conditionatum : « Si in peccatis sit, remittentur ei. » Ex quibus colligitur *effectum genericum* esse collationem gratiæ sanctificantis, *effectum autem specialem* esse gratiam ut alleviantem et confortantem, seu reliquias peccati auferentem, necnon sanationem corporis, in quantum expedit ac remissionem peccatorum. In his debent omnes THEOLOGI CONVENIRE.

Disputatio autem fuit *de effectu primario.* Scotistæ volunt esse remissionem peccatorum venialium ; Bellarminus, Tournély et alii plures, remissionem peccatorum, tam venialium quam mortalium omnium, quæ per accidens non fuerunt antea remissa, sive quia fuerunt inadvertenter omissa in confessione, sive quia fuerunt commissa post confessionem et viaticum ; S. *Thomas* vero *ejusque discipuli* et communius, imo sat communiter hodie *theologi,* tenent effectum primarium esse gratiam alleviantem et confortantem peccatique reliquias auferentem.

II. Prima conclusio : Est **OMNINO RETINENDA** sententia communis (a. 1). — Conferri gratiam sanctificantem manifestum est ex notione sacramenti et ex iis quæ indicat S. Jacobus, nempe *salvare* infirmum, etc. Sed effectum

specialem primarium esse gratiam ut alleviantem seu confortantem, eriiitur ex verbis Jacobi : quod enim ab illo attenditur absolute et simpliciter est illa *erectio* seu confortatio, dum remissionem peccatorum indicat tantum ex consequenti et hypothetice.

Pariter id quod Concilium Florentinum ante omnia considerat in hoc sacramento est « mentis sanatiol ». Atqui sanatio spiritualis non est proprie remissio peccati, secus esset resurrectio, sed ordinatur contra defectus quibus homo spiritualiter infirmatur, ac proinde importat gratiam roborantem et confortantem. Ergo effectus immediatus et primarius in hoc sacramento est gratia roborans et confortans. — Concilium Tridentinum effectum egregie describit : « Res enim (et effectus) hæc gratia e:-t Spiritus Sancti, cujus unctio delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit, et ægroti animam alleviat et confirmat, magnam in eo divinæ misericordi», fiduciam excitando, qua infirmus sublevatus e* morbi incommoda ac labores levius fert et tentationibus dæmonis calcaneo insidiantis facilius rcJstit...1 » In canone autem 2 definit sacram infirmorum unctionem conierre gratiam, remittere peccata, allcviare infirmos3. Asserit quidem Concilium remitti peccata, ut effectum conditionatum, sed id quod principaliu" attendit et describit est *abstersio reliquiarum* peccati et *ailesialio* animæ. Reliquiæ porro peccati non sunt macula noc reatus pœnæ æternæ, quæ per Pœnitentiam tolluntur, sed languor seu debilitas spiritualis quæ ex peccato in anima relinquitur

Ratio theologica liquet. Effectus primarius non potent esse remissio peccati mortalis, quia contra hoc jam ordinatur sacramentum Pœnitentiæ, nec remissio peccati venialis, quia nullum sacramentum Novæ Legis, est principaliter institutum contra peccata venialia, licet per ea peccata venialia remittantur4. Sed effectu0 primarius hujus aeramenti dignoscitur ex fine propter quem principaliter fuit institutum. Atqui fuit principaliter institutum tanquam medicatio spiritualis, quæ supponit vitam in medi-

1. Denz., 700.
2. *Id.,* 909.
3. *Id.,* 927.
4. S. Thom., q. vu, *de Malo,* a. 11, ad 14.

cato, ct defectus ac debilitatem tollit, corroborando et confortando. Eraj hæc gratia confortans est primarius effectus.

HI. De indole hujus gratiæ confortantis. — Tria importat, ut colligitur ex verbis Concilii Tridentini recitatis : 1° *respectu Dei,* spem ægroti erigit, magnam in eo divinæ misericordiæ fiduciam excitando ; 2° *respectu morbi,* dat spirituales vires, ut infirmus morbi incommoda ac labores levius ferat ; 3° *respectu dæmonis,* confert ægroto robur quo tentationibus inimici facilius resistat.

IV. Secunda conclusio : Remissio peccati est effectus secundarius, quem hoc sacramentum producit, non tantum per accidens, sed et ratione suæ institutionis.

Omnia quidem sacramenta vivorum possunt per accidens remittere peccatum, sed Extrema Unctio speciali modo remittit, quasi per se et ratione suæ institutionis. Id colligitur ex verbis S. Jacobi *: « et, si in peccatis sit, remittentur ei* » ; et Cone. Trident. :« *delicta, si quæ sini adhuc expianda,* ac peccati reliquias abstergit » ; et ex notione ipsius sacramenti : Nam sacramentum quod est *totius chrisliianæ vitæ consuminalivurn* debet per se removere obicem qui hunc finem impedit. Atqui Extrema Unctio est «sacramentum consuinmativum », teste Concilio Tridcntinol Ergo per se removet obicem peccati, si illum in subjecto inveniat ; ac proinde Extrema Unctio, licet sil sacramentum vivorum, utpote medicatio, quæ vitam supponit, dici potest etiam *secundario* sacramentum mortuorum, quatenus ex sua institutione remittit culpam, si illam inveniat, dummodo adsit in subjecto vera attritio.VI.

V. Qua ratione hoc sacramentum remittat pœnam temporalem, — Respondet S. Doctor : « Reatum pœnæ temporalis diminuit, sed ex consequenti, in quantum debilitatem tollit, quia eamdem pœnam levius portat fortis quam debilis. Unde non oportet quod propter hoc minuatur satisfactionis mensura. » (ad 2).

VI. Quonam momento producatur effectus Extremæ

1. Denz., 907.

Unctionis (ad 3). — Fuerunt *plures sententiæ* : dixerunt quidam statim per primam unctionem infundi gratiam et per alias augeri, si ægrotus melius disponatur ; alii autem tenuerunt per primam unctionem dari aliquem gradum et per sequentes unctiones novos addi gradus : tertia *sententia, quæ esi S. Thomæ* et communis evasit, reponit totum effectum dari, quando essentialiter perficitur sacramentum : « Quando sunt inultæ actiones ordinatæ ad unum effectum, ultima est formalis respectu omnium praecedentium et agit in virtute earum ; et ideo in ultima unctione gratia infunditur, quæ effectum sacramento praebet. »

VII. Tertia conclusio : Effectus hujus sacramenti est etiam sanatio corporis, ubi saluti animæ expedierit (a. 2.

Verba S. Jacobi : *oralio fidei salvabil infirmum cl alleoiabil eum Dominus* » sunt universalia, quæ de salute et animæ et corporis intelligi valeant. — Concilia expresse asserunt : « Effectus, ait Florentinum, est mentis sanatio, et. *in quantum autem expedii, ipsius etiam corporis.* » » Infirmus, addit Tridentinum, sanitatem corporis interdum, *ubi saluti animæ expedierit,* consequitur. » (c. ii) — Theologi omnes CONCORDANT. x

Ratio autem *cur ille effectus non semper sequatu:* est manifesta. Sapiens nunquam inducit secundarium effectum, nisi prout expedierit ad principalem. Ergo ex hoc sacramento non semper sequitur corporalis sanatio, sed quando expedit ad. spiritualem sanationem Sicut autem homo potest impedire primarium effectum, ponendo gratia; obicem, ita potest, ex prava indispositione, impedire restitutionem sanitatis.

VIII. **Qua virtute, si saluti animæ expedit, inducatur** corporis sanatio — Non inducitur virtute naturali, quia effectus naturales causas superat, sed virtute *supernalurah.* quam Deus indidit sacramento, quæque naturales vires adjuvat et elevat, ita ut effectus infallibiliter inducatur, quando expedit ad spiritualem sanationem. —Notanda sunt sunt verba S. Thomæ : « *El lune* semper *eam inducit,* dummodo non cit impedimentum ex parte recipientis. » Id autem innuit posse semper restitui sanitatem corporis, quoties sacramentum recipitur valide et fructuose, etiamsi conditio ægroti esset *naturaliter* desperata, dummodo id requirat salus animæ.

IX. Monitum pro praxi. — Licet igitur possit *semper* produci effectus, facilius tamen obtinetur, si sacramentum *leinpore opportuno* ministratur. « Theologi recte monent multos *fortasse* ægrotos ideo hoc effectu privari, quod Extrema Unctio differatur usque ad talem condicionem, in qua sine aperto miraculo sanatio fieri non possit. Ergo monendi sunt fideles, ut potius curent administrandum hoc sacramentum, quam primum periculum mortis incipit, quia tunc multo major spes est recuperanda! vi sacramenti sanitatis[0]. »

X. Cur hoc sacramentum non imprimat characterem nec quasi-characterem (a. 3).

Illa tantum characterem imprimunt sacramenta, quæ ad cultum divinum deputant, nempe ad aliquid sacrum agendum vel recipiendum. Atqui Extrema Unctio non deputat hominem ad sacra, sed est tantum *remedium* pro anima vel etiam corpore, prout explicatum est. Ergo nullum imprimit characterem. — Non imprimi quasi-characterem ostendimus supra, de Sacram, in communi,, q. iv. art. iv, n. v et vi.

XI. Quid sit res et sacramentum in Extrema Unctione (ad 3). — Sacramentum tantum est exterior unctio cum verbis, seu signum sensibile, constans ex materia et forma ; res tantum est gratia confortans, quæ per sacramentum confertur ; res autem et sacramentum est spiritualis unctio,, nempe devotio, alleviatio, confortatio, quæ per ritum significatur et ulteriorem effectum significat.

XII. Demum finis Extremas Unctionis est disponere animam ad immediatum introitum gloriæ. — Ita S. Thomas, quem theologi multi sequuntur : « Hoc sacramentum immediate hominem ad gloriam disponit[1]. » « Extrema unctio removet peccatorum reliquias et hominem paratum reddit ad finalem gloriam[3]. » Id etiam eruitur ex Concilio Tridentino, quod vocat hoc sacramentum *totius uitæ christianiaconsuinmalivum*.

1. Pnscn, n. 544.
2. *IV Sent.*, dist. XXVI, q. i, a. 1, sol. 1, ad 2.
3. III P., q. lxv, a. 1.

ARTICULUS QUARTUS

DE MINISTRO EXTREMÆ UNCTIONIS

AD 2· XXXI S. THOMUE

I. **Errores.** — *Plures hærelici* contenderunt, unctionem infirmorunr'fieri posse a laicis cum oleo benedicto ab episcopo, imo hunc , usum olim invaluisse, sicut narratur monachos Ægyptios sibi ministrasse oleum et san« tam Genovefam infirmos unxisse. *Launoy* dicit saltem diaconos hoc sacramentum interdum ministrasse.

Doctrina autem catholica nullum dubium patitur nec ullam exceptionem admittit. Unde sit

II. Conclusio : Nec laicus nec diaconus, sed solum sacerdotes ab episcopo ordinati possunt vere ac valide hoc sacramentum conferre (aa. 1 et 2).

Est expressa auctoritas S. Jacobi : « Inducat *presbyteros* Ecclesiæ... et orent super eum... » Ex toto contextu liquet presbyteros Ecclesiæ esse illos qui ministrant sacra in Ecclesia, qui orant et sacrum ritum faciuht in nomine Domini, qui gratiam alleviantem et confortantem infundunt ac peccata remittunt, seu qui actiones *hierarchicas* exercent in Ecclesia. Sed ministri hujusmodi sunt soli sacerdotes, nullatenus laici, qui recipiunt tantum actionem hierarchicam, nullatenus exercent. Ergo. Ceterum, presbyteri Ecclesiæ in lingua Novi Testamenti semper intelliguntur illi qui ordinatione" seu manuum impositione sunt sacerdotes constituti.

Patres, qui sacramenti hujus divinam institutionem profitentur, simul testantur ministros esse sacerdotes. Sic Isaac Antiochenus, sæculo iv, monet fideles ne ægrotos

1. Ita S. Paulus in diversis locis : *1 Tim.,* v, 17 ss. ; *11 Tim.,* i, 6 ; *TU.,* i, 5 ss.

deferant ad suspectos monachos, sed ad sacerdotem qui regitjjlebem[1].

Concilia disertissime id proclamant. « Alinister hujus sacramenti, ait Florentinum, *est sacerdos*[2]. » Tridentinum in cap. in exponit « proprios hujus sacramenti ministros esse Ecclesiæ 'presbyteros, quo nomine eo loco non ætate seniores aut primores in populo intelligendi veniunt, sed aut episcopi aut sacerdotes ab ipsis rite ordinati pêr *impositionem manuum presbyterii (/ Tim.,* iv, 14)[3]. » Et in can. 4 definit : « Si quis dixerit presbyteros Ecclesiæ, quos beatus Jacobus adducendos esse ad infirmum inungendum horiatur, non esse sacerdotes ab episcopo ordinatos, sed ætate seniores in quavis communitate, ob idque *proprium* extremæ unctionis *ministrum non esse* solum sacerdotem, A. S.[4]. » Quum ergo Concilia nullum alium agnoscant Extremæ Unctionis *proprium ministrum* nisi *solum sacerdotem* quamlibet *hypothesim* in contrarium» manifeste excludunt[5].

Quapropter usus quem olim viguisse objiciunt erat tantum *quoddam sacramentale,* ut optime explicat S. Doctor, hic a. 1, ad 2 : « Illæ unctiones non erant sacramentales, sed ex quadam devotione recipientium talem unctionem et ex meritis ungentium vel oleum mittentium consequebatur effectus sanitatis corporalis per gratiam sanitatum, non autem per gratiam sacramentalem. »

[II. Cur autem illud sacramentum non reservetur episcopo (a. 3). — Ratio est manifesta. Illa tantum sacramenta dispensanda solis episcopis reservantur, quæ suscipientem in aliquo statu perfectionis super alios ponunt, ut Confirmatio et Ordo. Atqui Extrema Unctio id minime præstat, cum omnibus detur. Ergo per simplices sacerdotes potest ministrari.

IV. Licet sacerdos possit communionem sibi porrigere, non potest tamen, etiam in casu necessitatis, sibimetipsi

J. Edit. Bickell, i, 187 ss.
2. Denz., 700.
3. *Id.,* 910.
4. *Id.,* 927.
5. Codex catholicam doctrinam sic compendiat : « IIoc sacramentum valide administrat omnis et *solus* sacerdos. » Can. 938.

Extromnm Unctionem conferre. — Ita respondit *S. Cong. I'ropag. EIdel 23* Mart. 1844 ; « Inspectis ipsis divini eloquii verbis, vel facile patet sacramentum Extromæ Unctionis etiam in casu necessitatis, absente nimirum alio presbytero, non posse missionarium ægrotantem sibimetipsi ministrare. »

V, Hoc sacramentum potest ab uno vel a pluribus sacerdotibus valide ministrari.

Unum sacerdotem sufficere testantur diversa ritualia et expressa declaratio Alexandri III : « Sacerdos, uno præsente clero, et *etiam solus,* potest infirmum ungerel. » Nec obstant verba S. Jacobi : Inducat *presbyteros Ecclesiae.* Nam, sicut præceptum : ostendite vos sacerdotibus, intelligitur : *alicui* ex sacerdotibus ; ita præfata verba signifi-. eant : inducat *aliquem* ex presbyteris Ecclesiæ.

Ministrari autem a pluribus sacerdotibus est consuetudo Græcorum' et plurium aliorum Orientalium[2]4 imo fuit olim in Ecclesia Occidentali, quæ hodie id prohibet sub gravi, excepto casu quo praevideretur infirmus moriturus priusquam unus sacerdos posset omnes unctiones perficere.

Ut autem valeat hoc modo collatum sacramentum, oportet ut unus sacerdos ungat unum sensum et formam respondentem simul proferat, et alter sacerdos ungat alium sensum cum forma partiali respondente ; cum enim pluribus materiis et formis partialibus constet, potest a pluribus valide confici[5]6 sicut in Eucharistiæ sacramento posset unus consecrare panem et alius, priore deficiente, consecrare vinum. Si vero unus materiam applicet et alter formam proferat, invalidum erit sacramentum; juxta communem sententiam, cum ab eodem ministro debeat et adhiberi materia et per formam determinari·.

1. *Decrel.,* lib. V. tit. XL, c. xiv.

2. Gf. Goab, *Euchol. Græc. :* Aleatius, De *Cons. Eccles. Orient, et Occid.,* c. xvi.

3. Gf Denzingbr, *Rit. Orient,* i, 188.

4. Martènb, lib. I, c. vu, a. 3, n. 3.

5. Supra, q. xxix, a. 2, ad 3, exposuit S. Doctor pluralitatem ministrorum non officere unitati sacramenti, quia instrumentaliter cooperantur eidem agenti principali.

6. Ita communiter theologi : Suarez, disp. XLIII, sect. II, η. 3; Gonet, disp III, η. 17; Billuart, art. 5; S. Alphons., lib. VI, η. 724.

— Demum, si plurcs sacerdotes integram materiam et formam applicant, omnes idem sacramentum conficiunt, dummodo simul agant; quia, si unus post alium agit, eiïectus non suspenditur, sed prior qui absolvit ritum, solus conficit sacramentum.

VI. Determinationes practicæ novi Codicis. —<tCan. 938... Minister ordinarius est parochus loci in quo degit infirmus; in casu autem necessitatis, vel de licentia saltem rationabiliter præsumpta ejusdem parochi vel Ordinarii loci, alius quilibet sacerdos hoc sacramentum ministrare potest. — Can. 939. Minister ordinarius ex justitia tenetur hoc,sacramentum per se ipse vel per alium administrare, et in casu, necessitatis ex caritate quilibet sacerdos. »

ARTTCULUS OTTTNTUS

DE SUBJECTO EXTREME UDICTIONIS

AD *Q.* XXXII S. THOM®

I. Subjectum hujus sacramenti est baptizatus infirmus existons in statu exeuntium seu periculoso laborans morbo (aa. 1 et 2).

Ex ipsis S. Jacobi verbis constat. Loquitur ccetui Christiano qt idcirco supponit tantum Christianos posse sacro oleo inungi. Ceterum liquet nonnisi baptizatum esse subjectum sacramentorum. Agitur de infirmo qui periculoso morbo laborat, ut important et verbum *àadeveîv* et vocabulum ὁ *κάμνων* et totus contextus.

Catholica Traditio ita semper intellexit. Unde Concilium Florentinum statuit : « Hoc sacramentum nisi infirmo de cujus morte timetur dari non debet. » Et Concilium Tridentinum : « Declaratur etiam esse hanc unctionem infirmis adhibendam, illis vero præsertim qui tam periculose decumbunt, ut in exitu vitæ constituti videantur, unde et sacramentum exeuntium nuncupatur » (cap. m). Vox *præserlitn* hic adhibita innuit Extremam Unctionem conferendam esse omnibus periculose ægrotantibus, sed iis præsertim qui tam periculose ægrotant, ut in *exilu* constituti videantur. Ex quo sequitur subjectum hujus sacramenti esse tum infirmum qui est in *articulo* mortis, tum qui est in *periculo* mortis.

Ratio theologica est quia, cum sanis per alia sacramenta sufficienter provideatur, Extrema Unctio iis tantum competit in quibus curatio spiritualis per curationem corporalem significari potest (a. 1) ; et, cum disponat immediate ad gloriam, convenit proprie exeuntibus et iter ad gloriam agentibus (a. 2). Atqui curatio illa significari nequit in sanis. Nec etiam dici possunt agentes immediate iter ad gloriam illi qui morbo periculoso non laborant. Ergo Extrema Unctio exhiberi debet tantum iis

infirmis quorum ægritudo nata est inducere mortem, seu quum de periculo mortis timetur.

II. **Practicœ determinationes.** — Quum sit sacramentum infirmorum, oportet ut *periculum morlis proveniat a morbo,* non autem ab extrinseco tantum. Sic damnati ad mortem,milites in prælio sed nondum vulnerati, vectores in mari urgente tempestate, sunt m periculo mortis, at non sunt infirmi, et idcirco nec sunt hujus sacramenti capaces. Mulier in communi casu partus nequit diJ graviter infirma ; at, si dolores sunt extraordinarii, jam inducitur periculum internum et sic parturiens potest inungi. Similiter inungi possunt operationem subituri, si jam morbo laborant gravi qui operationem ipsam exigat. Item senes provecti, quorum ætas decrepita· est jam morbus gravis et incurabilis.

Sufficit autem ut *periculum sil sal proximum* ut. inducere queat mortem, licet non subito. Hinc casus : « Aliquando missionariis christianos sibi commissos visitantibus occurrit ægrotus hectica febre vel simili morbo laborans, qui juxta experientiam vivet adhuc plures menses, sed intra annum morietur. Quæritur an in tali casu missionariu^ ipsi administraré possit viaticum et extremam unctionem, co <]uod, quando verior aderit cac.u" ea recipiendi, non poterit præsens haberi missionarius, ob magnam distantiam et alias circumstantias id impedientes ? Resp. Affirmative, d. 20 Febr. 1801 *. »

III. Alia conditio requisita ex parte subjecti est ut habuerit aliquando usum rationis et capax fuerit actualis peccati (aa. 3 et 4).

pr io r is pa r t is ratio est quia in hoc sacramento requiritur motus liberi arbitrii, et, sicut reliquiæ peccati sunt ex peccato proprio, ita curatio fieri debet per propriam cooperationem. Hinc qui fuerunt semper rationis ucu destituti, ut perpetuo amentes vel infantes, non possunt hoc sacramentum recipere. — Quam doctrinam confirmat Codex ! « Extrema unctio præberi non potest nisi fideli qui post *adeptum usum rationis* ob infirmitatem vel senium in

1. *Collect.,* π, n. 651 (1176).

periculo mortis versetur... Quando dubitatur num infirmus usum rationis attigerit, num in periculo mortis reipsa versetur, vel num mortuus sit. hoc sacramentum ministretur sub conditione. » Can 940, 941. — Cf. can. 943.

QUOAD ALTERAM PARTEM, CONCEDUNT OMNES non posse valide recipi nisi ab illis baptizatis qui potuerunt peccare. Hinc concluditur B. V. Mariam, utpotc impeccabilem, non fuisse hujus sacramenti capacem. — Doctrina eJ. *sanclr Thomæ,* hic a. 4, ad 1 et ad 2, hoc sacramentum dari principaliter contra peccata actualia vel contra peccati rahquias quæ sunt ex peccato actuali cau^atæ vel confortatæ, ac proinde non esse conferendum iis qui nunquam peccaverunt actualiter ; et id probat Angelicus ex verbis formæ, quæ peccatum actuale expresse ijadicanl ʃ *quidquid deliquisti* per visum, etc. — *Suarez varo et alii* volunt sacramentum hoc ordinari contra infirmitatem ex peccato originali relictam, et posse conferri etiam ii? qui nullum actuale peccatum habent. At debent illi theologi vciba formæ glossari et ad suum placitum detorquere, quasi diceretur : *si quid deliquisti,* vel : conferat tibi Deus gratiam ex se remittentem omnem culpam, si *adsit,* et confortantem contra reliquias ejus, *si necesse 'it*l. Quæ verborum explicatio non est obvia, sed contorta. — Ad praxim quod attinet, nulla e&t inter theologos discrepantia ; omnes enim concedunt posse adultum infirmum statim post Baptismum inungi, ut declaravit S *Coruj Prop. Fid.* 26 sept. 1821. Supponi semper potest hujusmodi infirmum potuissemox post Baptismum peccare saltem venialiter.

IV. Quænam sint partes inungendae (aa. 5-7). — S. Doctor, insistendo in notione hujus sacramenti, quod per modum curationis exhibetur, rectissime statuit non totum corpus esse inungendum, sed illas partes tantum in quibus est radix spiritualis infirmitatis, quæ radix est in quinque sensibus, atque idcirco unctionem quæ fit *m quinque sénsibus* esse quasi de necessitate sacramenti. Id autem importat quinque unctiones pertinere saltem *ad integritatem* sacramenti.

Utrum vero *ad essentiam* pertineant, communiter

1. Suarez, disp. XLII, sect. II, η. 10.

negant hodierni theologi. — S. Jacobus dicit tantum « ungentes ol'.p », nihil de partibus determinans. — Nec Ecclesia determinavit, nam varia fuit Ecclesiarum praxis : Græci ungunt frontem, mentum, genua et manus ; sacramentarium Gregorianum refert usum ungendi vel in quinque sensibus, vel in collo et gutture et inter scapulas et in pectore, seu in loco ubi plus sentitur dolor[1]. Quæ varietas arguit numerum unctionum ad essentiam non pertinere. — S. Officium, d. 25 Aprilis 1906, decrevit : « *In casu ccræ necessitatis sufficere formam : Per istam sanciam unctionem indulgeal tibi Dominus quidquid deliquisti. Arnen*.»* Si autem sufficit una forma, sufficit quoque una unctio. — Codex idem sancivit : « Jn casu autem necessitatis sufficit unica unctio in uno sensu seu rectius in fronte cum præscripta forma breviore, salva obligatione singulas unctiones supplendi, cessante periculo. » (Can. 947). Remanet quidem obligatio repetendi, cum pertineant ad *integritatem* ; at, si unica sufficit, constat *essentiam* in unica unctione salvari.

V. Cetera notatu dignissima. — *Codex* jam diremit plures quæstiones olim disputatas *de obligatione* et *de iteratione* hujus .sacramenti. ◊ In eadem infirmitate hoc sacramentum iterari non potest, nisi infirmus post susceptam unctionem convaluerit ct in aliud vitæ discrimen inciderit. Can. 940, § 2. — Quamvis hoc sacramentum per se non sit de necessitate medii ad salutem, nemini tamen licet illud négligera ; et omni studio et diligentia curandum ut infirmi, dum sui plene compotes sunt, illud recipiant. » Can. 944.

Recolatur porro *conditionem per se requisitam* esse statum gratiæ, cum Extrema Unctio sit sacramentum vivorum ; ih casu autem quo infirmus deprehenditur in peccato mortali nec potest confiteri requiritur ad fructuosam 'eceptionem attritio vera cum voto sacramenti Pœnitentiæ.

VI. Quæstio de morte apparente. — fortunam obtinuit plurium ueritorum. imo et theologorum, opinio,[2]

1. *P. L.,* uxxviii. 235.
2. Denz. 1996

mortem reapse contingere post mortem apparentem, ita ut homo adhuc supervivat, etiam postquam ultimum suspirium emiserit. Ratio est, aiunt, quia anima non exit de corpore, quamdiu tot. vivunt in illo cellulæ ; quædam autem veram vitam, etiam post mortem apparentem, expromere pergunt.

Quam sententiam confutat cl. P. Lépicier, utpote contrariam sensui hominum communi, necnon Scripturæ et Ecclesiæ ; nam ubique asseritur homo reapse obiisse, quando spiritum emisit vêl exspiravit.

Nec sufficit opponere quasdam cellulas adhuc vitæ munia retinere ; sed probandum esset illas vivere per animam humanam, quod quidem nulla facta censere sinunt. At, data non concessa hypothesi, minime tamen valeret Extrema Unctio. Etenim materia sacramentorum, ut valida sit, debet esse talis in communi hominum æstimatione ; sicut in Eucharistia massa non cocta, licet chimice non differat a pane, est. invalida materia, quippe quæ non censeatur panis in communi æstimatione.

Quocirca, in casu de quo hic agitur, ut valida sit Extrema Unctio, oportet ut homo dici possit *vivus* et ut significari possit sanatio corporalis[1], eo quod hoc sacramentum ad sanationem tum corporis tum animæ ordinatur. Atqui, quando homo exspiravit, non potest dici vivus juxta usitatum loquendi modum, nec amplius significari potest sanatio corporalis ; licet anima supponatur remanere adhu in quadam corporis cellula, non tamen homo remànet in conditione vitæ humanæ, sed ita *extra nostrum mundum* ponitur, ut tempus obitus computetur a momento quo exspiraverit homo. Ergo, data etiam illa hypothesi et etiamsi persisteret anima in aliqua organismi parte, non tamen valeret sacramentum. Aliis verbis, non haberetur subjectum Extremæ Unctionis capax, quod debet esse homo in conditione vitæ humanæ existens, nondum extra nostrum mundum positus. A fortiori, deessct subjectum Pcenitentiæ aptum, quod

1. « Sacramenta significando' efficiunt. Sed baptismus, per ablutionem corporalem, ait Angelicus, quam exterius facit, significat et efficit spiritualem. Ergo et extrema unctio, per sanationem corporalem quam exterius efficit, significat et causât spiritualem. » Suppi., q. 30, a. 2, sed contra, 2.

debet humanos actus aliqua saltem ratione dicere ; hi autem humani actus ne concipi quidem possunt in homine qui dicitur exspirasse.

Quapropter clarus Auctor concludendum censet : « Quæ cum ita sint, non satis probata videtur hujusmodi sententia, ut abfque dubietate in sua gcneralitate possit doceri; quin imo pastores recolere oportet munus esse suum, si quando hominem recens, ut apparet, e vivis ereptum, existimaverint absolutione vel extrema unctione adhuc communiri posse, gravem sibi incumbere obligationem adstantes commonendi, id se conditional^ fecisse, si ille vivat ; eosdem vero adstantes curare debere, et pro se et pro sibi conjunctis aut proximis, ut moribundi sacramenta, dum adhuc vita frui videntur, percipiant ; secus enim se exponunt periculo sine sacramentis e vita exeundi[1]. »

Non tainen oppositam sententiam, quam hodie 'multi defendunt, ut Ferreres, Geniesse, *L'Ami du Clergé* (24 février 1927), intendimus reprobare.

VII. Pietatis corollarium. — Catechismus Concilii Tridentini, exposita hujus sacramenti oeconomia, concludit : a Si hæc ipsa rerum capita a pastoribus latius e£ ea qua decet diligentia explanata erunt, dubitandum non est quin fideles ex hac doctrina maximum pietatis fructum percipiant*[2]. »

1. Illm. Lêpicier, *De Sacramentis in communi,* p. 268.
2. Catech. Cone. Trid., *De Exirem. Unet.,* n. 30.

TRACTATUS DE ORDINE

AD QQ. XXXIV ET SS. SUPPL. S. THOMΛΣ

Relictis quæ moralem theologiam et jus canonicum spectant, sufficiet, pro respectu dogmatico, versare ea quæ respiciunt hujus sacramenti existentiam et institutionem, materiam et formam, ellectus, distinctionem, subjectum et ministrum.

ARTICULUS PRIMUS

DE SACRAMENTI ORDINIS EX1STENT1A ET INSTITUTIONE

AD ART. 1-3 Q. XXXIV S. THOMÆ

I. Ordinis notio (a. 2, ad 4). — Multipliciter sumi potest ordo. Primo significat mutuam habitudinem seu relationem prioris et posterioris, superioris et inferioris, et hac ratione £st tam in inferiori quam in superiori, quia inferiores habent ordinem, sicut et superiores. Secundo, accipitur pro ipso gradu qui ordinem primo modo acceptum facit, id est pro gradu seu statu in quo relatio prioris et posterioris fundatur, et sic habetur ordo nobilium, ordo religiosorum, ordo clericorum, etc. Sensu autem speciali, ordo dicitur series personarum aliquo modo sacrarum quæ sub uno regimine munus habent sacra curandi, et hæc est hiérarchie ecclesiastica.

Demum, translato nomine effectus ad causam, ordo dicitur ipse ritus seu actio qua conferuntur isti gradus ordinis clericalis, sicque proprie dicitur ordinatio. Definitur a Magistro Sent, et a S. Thoma (a. 2) : *Signaculum quoddam Ecclesiae, quo spiritualis poleslas tradilur ordinale.* Signaculum, id est signum sensibile, quo traditur potestas respectu sacrorum, et præsertim, quando ordo est perfectus, potestas consecrandi et offerendi et ministrandi corpus et

H.in iiiiieni Christi, nccnon peccata remittendi, vel saltem ex officio deserviendi sacerdotiol.

II. Ratio generalis cur debeat esse quidam ordo in Ecclesia (a 1). — Esse in Ecclesia quemdam ordinem superiorum et infericrum liquet ex ipsa notione et pulchritudine Ecclesiæ. Requirit enim hæc pulchritudo ut rep»'æsentetur Deus in suis operibue rotundum quod aliis influit, hac nempe lege naturali, ut ultima per media reducantur et perficiantur, et media per prima. Atqui in his consistit ordo. Ergo *pulchritudo Ecclesiæ* requirit in ipsa ordinem. Hunc egregie concludit S. Thomas : « Et ideo, ut ista pulchritudo Ecclesiæ non deesset, posuit ordinem in ea, ut quidam aliis sacramenta traderent, suo modo Deo in hoc assimdati, quasi Deo coopérantes » sicut et in corpore naturali quædam membra aliis influunt. »

III. Ordo in Ecclesia importat sacerdotium. — Ordo quem postulat pulchritudo Ecclesiæ importat ut sacra et, divina inferoribua tradantur per superiores. Porro inter illa sacra eit præsutim *sacrificium,* sine quo religio perfecta non consistit. Ergo Ordo est propter sacrificium. Jamvero sacrificium absque *sacerdotio* non concipitur, sed a sacerdotio pendet et efficitur, sicut etiam sacerdotium ad sacrificium necessario refertur. Hinc effatum Concilii Tridentini : « *Sacrificium el sacerdotium ila 'Dei ordinatione conjuncta sunt, ul ulrumque in omni lege exstiterit*2. » Quapropter Christus simul, dum sacrificium visibile Novi Testamenti instituebat, etiam visibile et externum sacerdotium condidit.

IV. Sacerdotium autem confertur per verum sacramentum (a. 3). — Sacerdotium enim est spiritualis potestas quæ ordinatur ad dispensationem divinorum sacramentorum et qua homo fit dispensator sacramentorum. Sed id quod ordinatur ad dispensationem sacramentorum et quo fit homo sacramentorum dispensator debet magis esse sacramentum, juxta axiona : *propter quod unumquod-*

1. Cf. Cone. Tridt, Sess. XXIII, cap. i et n ; Denz., 957-958.
2. Sess. XXIII, cap. i ; Denz., 957.

gue laie, el illud magis. Ergo sacerdotium debet magis seu præcipuc esse sacramentum. Quæ doctrina est nunc exponenda.

V. Errores. — Fuerunt ab initio quidam hæretici qui discrimen inter laicos et sacerdotes negarent, ut de nonnullis *Gnoslicorum* sectis refert Tertullianus : « Hodie presbyter qui cras laicus, nam et laicis sacerdotalia munera injunguntl. » Ex quo sequebatur Ordinem non esse sacramentum. — Qui error ad *Waldenscs* aliquatenus transiit et a *Novaloribus* præsertim propugnatur. Scribebat Lutherus : « Hoc sacramentum Ecclesia Christi ignorat inventumque est ab Ecclesia Papæ*. » — *Hodierni protestantes* generatim hoc sacramentum rejiciunt, præsertim presbyteriani et baptistæ, qui renuunt supernaturalcm characterem in ministris agnoscere. — *Anglicani,* licet admittant ordinationem quæ nonnisi ab episcopis valide confertur, non tamen concedunt esse ritum gratiæ collativum. — Demum *modernists* dicunt : « Seniores, qui in Christianorum coetibus invigilandi munere fungebantur, instituti sunt ab Apostolis presbyteri aut episcopi ad providendum necessariæ crescentium communitatum ordinationi, non proprie ad perpetuandam missionem et potestatem apostolicam2. »

VI. fides **CATHOLICA sic proponitur : Ordo seu sacra ordinatio est verum SACRAMENTUM a Christo Domino institutum. 1° Probatio scripturistica. — Imprimis Sacræ** Scripturæ tribuunt ritui sensibili quem Ordinem vocamus omnia quæ sacramento proprie dicto conveniunt, nempe ut sit a Christo institutus et collativus spiritualis potestatis ac ipsius gratiæ.

Geminam potestatem quæ est in Ordine, scilicet consecrandi Eucharistiam et remittendi peccata, esse ex Christi institutione testantur Evangelia. — Christus enim, Eucharistiam instituendo, dedit Apostolis eorumque successoribus potestatem consecrandi : *Hoc facile*

1. Tertull. *De Præscripl.,* xu ; *P. L.,* n. 57.
2. Luther., *De captio Babyl.,* § de Ordine.
3. Prop 50 ; Denz.. 2050.

in meant commemorationem[1]. Quæ potestas est supernaliiralis et permanens. Unde tunc constituit Christus sacerdotes Novi Testamenti et simul sacrificium visibile atque visibile et externum facerdotiuin instituit, ut optime exponit Concilium Tridentinum[2]. — Alteram autem potestatem, nempe remittendi peccata, contulit post resurrectionem, quando dixit : Accipite Spiritum Sanctum : quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, etc[3][4].

Ritum autem hujusmodi esse gratiæ collativum est perspicuum, ut loquitur Concilium Tridentinum : « Cum... *perspicuum* sit per sacram ordinationem... *gratiam conferri**. » Dicit enim Paulus : « Admoneo te ut resuscites gratiam Dei quæ est in te *per impositionem manuum mearum*[6]. » Igitur *vi* ritus qui est impositio manuum ac proinde ex opere operato confertur gratia. Porro hujusmodi gratiam non esse mere gratis datam, ut objiciunt adversarii, sed gratiam gratum facientem, apparet ex his quæ immediate addit Apostolus : « Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed *virtutis* et *dilectionis* et sobrietatis. » — Ex quo argui potest : Gratia quam confert ritus ordinationis seu manuum impositio sccum habet spiritum virtutis et dilectionis, etc. Atqui spiritus virtutis et dilectionis non est absque charitate et gratia sanctificante. Ergo ex Paulo constat gratiam sanctificantem per impositionem manuum confvrri.

VII. 2° Testimonia catholicae traditionis. — *Patres Aposlolici* jam testantur esse in Ecclesia hierarchiam jure divino constitutam. Sic *Clemens Romanus* Corinthios hortatur ut episcopo et presbyteris debitam obedientiain præstent, quia ipsi sunt constituti ab Apostolis et Apostoli a Christo et Deo[8]. Hinc sequitur potestatem episcopi et presbyterorum a Deo per Apostolos oriri seu esse juris divini. — Quod manifestius déclarât S. *Ignalius Martyr* loquens de

1. Luc., xxii, 19.
2. Cone. Trid., Sess. XXII, cap. i, et Sess. XXIII, cap. i; Denz., 938 el 957.
3. Cf. quæ disseruimus superius *de Pœnit.*, q. i.
4. Sess. XXIII, cap. in ; Denz., 959.
5. 1l Tim., i, 6.
6. / *Cor.,* xl, xi.li, xliv.

« *episcopo,* præsidente loco Dei, et *presbyteris* loco senatus apostolici, et *diaconis...* concreditum habentibus ministerium Jesu Christi[1]. — Ex his intelligitur cur potuerit Concilium Tridentinum pefinire « in Ecclesia catholica e.;se *hierarchiain dioina ordinalione institutam, quæ constat ex episcopis, presbyteris st ministris-.* » Agitur de Ordine. — Non dicunt expresse prima testimonia Ordinem esse sacramentum, sed omnia hujus dogmatis elementa continent ; nam asserunt hierarchiain esse juris divini et ex iis viris constare qui receperunt Ordinem quorumque officium respicit Eucharistiæ celebrationem et peccatorum remissionem. Inde sequitur potestatem quam confert Ordo respectu Eucharistiæ et remissionis peccatorum esse divinam, et idcirco ritum quo confertui esse divinum ac proinde vim habere sacramenti, cum jam dixerit Paulus per impositionem manuum conferri gratiam. Jam ex primæva Traditione comperimus Ordine conferri potestatem divinam et ipsam gratiam.

Quæ duo elementa maxime efferunt Patres posteriores. SicS. *Gregorius Nyssenus* agnoscit in sacerdote vim seu *potestatem* quæ ipsum a ceteris discernit et invisibilem *gratiam* quæ animam transformat. « Eadem verbi vis etiam sacerdotem augustum et honorandum facit, novitate benedictionis a *communitate vulgi segregatum...* Quod ad speciem externam attinet, ille sit qui erat invisibili *vi et gratia* invisibilem animam *in melius transformatam gerit*[2]. » — *S. Chrysoslomus* : « Sacerdotium in terra peragitur, sed cœlestium ordinum classem obtinet... ; quanto honore Spiritus Sancti *gratia* sacerdotes ornaverit[4][5]» — S *Cyrillus Alexandrinus* exponit per ordinationem fieri .anctificationem et communicari Spiritum Sanctum : « Perfecit per veram *sanctificationem* suæ naturæ participes communicatione Spiritus efficiens*. » — Celeberrima sunt verba *Augustini* comparantis Baptismum et Ordinem : « Utrumque sacramentum est et quadam consecratione datur ;

1. *Magn.,* vi, 1.
2. Sess. XXIII can. 5 ; Denz., 966.
3. S. Gregor. Nyssen., *Oral, in bapt Christ., P. G., xlvi,* 582.
4. S. Chrysost., *De Sacerd.,* lib. III, n. 4 ; *P. G.,* L, 432.
5. S. Cyrili.. Alex., *In Joan.,* xx, 22, 23; *P. G.,* lxxiv, 711.

illud, cum baptizatur, istud, cum ordinatur, ideoque in catholica Ecclesia utrumque non licet iterare[1]. » Simul itaque asseritur et Ordinem esse sacramentum et ipso imprimi characterem.

Tandem constat ex *lilurgiis,* euchologiis Ecclesiæ tum Occidentalis tum Orientalis[2], quæ jam a sæculo iv diserte enuntiant sacra ordinatione conferri gratiam simul cum potestate consecrandi Eucharistiam et remittendi peccata.

VIII. 3° Documenta ecclesiastica. — Præcipua sunt : *Cone. Florentinum :* « Sextum sacramentum est Ordinis, cujus materia est illud per cujus traditionem confertur ordo.[3] » — *Cone. Tridenlinum* (Sess. XXIII, can. 3) : « Si quis dixerit ordinem sive sacram ordinationem non esse vere et proprie, sacramentum a Christo Domino institutum..., A. S.[4] » — Decretum *Lamentabili* damnat doctrinam inodernisticam superius expositam, n. v.

IX. Quando et quomodo fuerit a Christo institutum Ordinis sacramentum. — Rationem theologicam institutionis jam evolvimus η. ιϊ-ιν. *De tempore* autem non potest difficultas moveri quoad sacerdotium : potestas enim essentialis et principalis fuit collata in ultima cœna, quando Christus cimul instituit Eucharistiam et ministros Eucharistiæ ordinavit ; potestas autem altera, nempe remittendi peccata, collata fuit post resurrectionem, ut exposuimus de Poenitentia.

Contulit porro Christus Apostolis sacerdotium *in lota plenitudine,* prout etiam episcopatum complectitur ; reliqui autem gradus, quia in sacerdotio continentur, censentur instituti sicut in toto partes, quæ postea potuerunt dividi.

X. **Hinc completa definitio.** — Ordo est sacramentum quo constituuntur in Ecclesia episcopi, presbyteri et ministri, cum sua unusquisque potestate et gratia ad propria munia rite obeunda.

1. *P. L.,'* xi.m, 70.
2. Cf. Denzinger, *Hit. Orient.,* i, 129.
3. Denz., 701.
4. *hi.,* 963.

ARTICULUS SECUNDUS

DE MATERIA ET FORMA SACRAMENTI ORDINIS

AD ART. 4 ET 5 Q. XXXIV S. THOM/E

I. Quædam CERTA in quibus omnes convenire debent — Concedere omnes debent huic sacramento competere materiam, diversimode tamen ab aliis sacramentis (a. 5). Ea quæ docent Concilia, nempe omnia Novæ Legis sacramenta constare ex rebus tamquam materia, verbis tamquam forma, non possunt non convenire Ordini, qui est maxime sacramentum. At, dum in aliis sacramentis id quod confertur derivatur tantum a Deo, non a ministro, in hoc sacramento id quod traditur, scilicet spiritualis potestas, derivatur etiam ab eo qui sacramentum ministrat, sicut potestas imperfecta a perfecta. Et ideo requiritur ut materia adhibita demonstret potestatem quæ traditur a ministro. In hoc itaque convenire debent omnes theologi : oportet ut materia Ordinis sit *signum aptum* ad demonstrandam potestatem quæ a ministro confertur, et idcirco forma erunt verba qinbus exprimitur traductio illius potestatis per imperativum modum.

Controversia autem esse potest solum in determinando *quodnam* sit ex institutione Christi signum reapse aptum ad illam potestatem significandam, utrum *porrectio materiæ.* ut asserit Angelicus, hic ad 3, ct infra, q. xxxvn, art. 5, an vero *impositio manuum* episcopi. Quomodo igitur possit controversia dirimi, jam expendamus.

II. Sex præcipuæ sententiæ referuntur. — Em. Card, van Rossum multa eruditione et accuratissima expositione expendit sex præcipuas sententias circa essentialem ritum ordinationis sacerdotalis1. Quæ ex ipso Em. Card, sic possunt proponi.

1. *De essentia sacramenti Ordinis disquisitio historico-theologica.* Herder, 1914.

Prima sententia dicit unicum essentialem sacerdotalis ordinationis ritum esse instrumentorum traditionem Materiam proinde sacramenti consistere affirmat in porrectione patenæ cum pane et calicis cum vmo ; formam vero in verbis Pontificis · *Accipe polcdalem offerre sacrificium Deo Missasque celebrare tam pro oivis quam pro defundis. In nomine Domini.* Hæc est communi sima a sæculo xm ad sæculum xv, et multos asseclas habet usque ad sæculum xviii ; deseritur autem sæculo xix.

Secunda sententia docet sacram ordinationem duos habere ritus essentiales, porrectionem instrumentorum, qua confertur potestas in corpus Christi verum, et ultimam impositionem manuum cum forma · *Accipe Spirilum Sanciam, quorum remiseris peccala,* etc..., qua confertur potestas in corpus, Christi mysticum. Hæc opinio, quam tenuerunt Scotiis et deinceps non pauci theologi, est a fine sæculi Xviii fere totaliter derelicta.

Tertia sententia asserit ad sacram ordinationem duo necessario et essentialiter requiri, scilicet primam impositionem manuum cum oratione seu invocatione Spiritus Sancti, et traditionem instrumentorum cum formula : *Accipe potestatem offerendi,* etc. Huic adhæserunt plures theologi sæculis xviii et xix, ac pro nostra ætate citantur a card, van Rossum tres præcipui defensores Tanquerey, Billot, Noldin.

Quarta sententia ponit tum primam impositionem, tum traditionem instrumentorum, tum etiam ultimam impositionem cum verbis : *Accipe Spirilum Sanctum,* etc Hanc propugnarunt Lugo, Gotti, et nostra ætate Egger et Dalponte.

Quinta sententia docet totam essentiam sacramenti Ordinis reponi tum in ritu impositionis manuum tum in ritu traditionis instrumentorum, ita ut valida sit ordinatio cum sola traditione vel cum sola impositione. Hæc quemdam defensores habuit sæculo xvn, ut Diana, et sæculo xviii, ut Joannem Clericatum et Hieronymum a S. Augustino, Ord SS. Trin.

Sexta sententia tenet totam essentiam sacramenti Ordinis consistere in prima manuum impositione et in oratione quæ cum ea a Pontifice funditur ; cetera omnia, calicis et patenæ cum pane et vino porrectionem, sicut

etiam ultimam manuum impositionem, esse cæremonias mere accidentales. Hæc sententia, quæ paucos defensores medio ævo habuit, facta est sæculo xix fere universalis. P. Pesch, post Em. van Rossum, illam *moraliter certam* vocat[1], sed immerito prorsus, ut nunc ostendetur.

III. Recentissimæ disquisitiones historico-theologicæ vindicant sententiam S. Thomæ et doctrinam Concilii Florentini de porrectione ut unica materia essentiali.

Assertum card, van Rossum, nempe decretum Eugcnii IV de materia Ordinis' *erroneum* esse, suscitavit disquisitiones circa hujus decreti vim et indolem[3]. Sic P. de Guibert, S. J., ostendit decretum esse verum Concilii actum ac proprie dogmaticum[4]; et P. Galtier, S. J., erudita et solida dissertatione evincit doctrinam Concilii esse reapse doctrinam Ecclesiæ et idcirco primam sententiam esse unicam veram[5].

Wum recentiores certam vocant sententiam de sola manuum impositione, P. Galtier reponit illam contra se habere *universam fere aciem scholasticorum* et niti falso præsupposito, « le présupposé *reconnu faux* du caractère purement disciplinaire ou consultatif du décret de Florence[6]. » Dum Card, van Rossum dicit : si scholastici antiqua documenta, usum quoque Ecclesiæ Orientalis scrutati essent melius, dubium non est quin ad longe diversas conclusiones venissent (p. 39) ; reponit P. Galtier : si recentiores attendissent decretum Eugenii IV esse actum

1. Pesch, t. VII ; Propos. 48.
2. Denz., 701.
3. Nullus ante Em. Card, van Rossum citatur theologus qui ausus fuerit erroneum declarare hoc decretum, sed potius conabantur theologi in favorem propriæ sententiæ illud trahere : « La plupart évitent d'avouer leur opposition à ce document : ils biaisent, cherchent à diminuer la valeur du texte qu'on leur oppose et à montrer en même temps que ce texte ne leur est pas absolument contraire : c'est un cas intéréssant-de *psychologie théologique.* » P. de Guibert, S. J., op. mox citand., p. 214, not. 1.
4. P. de Guibert, S. J., *Bulletin de littérature ecclésiastique,* 1919, pp. 81-95, 150-162, 195-215.
5. P. GaLTiER, S. J., *Diction, théol. cathol., art. Imposition des mains,* col. 1408-1424.
6. Op. cit., col. 1415.

Concilii of. actum vere dogmaticum, non déclarassent mannum impositionem remanere adhuc sacramenti Ordinis materiam propriam[1].

IV. Ut ergo vindicetur sententia S. Thomæ et Concilii Florentini, quatuor sunt stabilienda.

Imprimis ostendendum est decretum Eugenii IV esse *proprium Concilii aclum :* secundo esse *dogmaticum,* quo traditur veritas sacramentorum modo immutabili ; tertio *posse Ecclesiam aliquid mulare* circa materiam specificam quorumdam sacramentorum ; quarto Ecclesiam voluisse imponere et *reapse imposuisse inslrumenlorum porrectionem* ut unicam materiam essentialem sacramenti Ordinis.

Hæc sunt quator fundamenta. Ideo quippe adversarii rejiciunt primam sententiam, quia contendunt Instructionem ad Armenos esse tantum decretum Eugenii IV vel mere disciplinare, ac proinde errori obnoxium[2]; si contra evincitur esse actum Concilii et proprie dogmaticum, quis audebit documentum adeo solemne in materia fidei pronuntiare erroneum ? Pariter, si constat Ecclesiam posse immutare et de facto immutasse pro Latinis materiam, nihil proliciunt adversarii ostendendo in primæva Ecclesia vel apud Orientales unicam materiam esse manuum impositionem. Id non ignorabant theologi, Pontifices, sacra liturgia, Concilia, quæ tamen dixerunt per instrumentorum porrectionem conferri Ordinem seu imprimi characterem[3].

V. Ostenditur decreto Eugenii IV duplicem competere characterem, nimirum esse actum Concilii œcumenici et

1. « Aujourd'hui du moins que ce double caractère (conciliaire et dogmatique) du décret apparaît incontestable, nous croyons qu'ils renonceraient eux aussi à y contredire et. à considérer l'imposition des mains comme appartenant encore à la matière propre du sacrement de l'Ordre. » P. Galtier, op. cit.

2. Cf. card, van Rossum, op. cit., pp. 196, 197.

3. « L'antiquité et la persitance du rite ne sauraient, en effet, rien changer aux constatations déjà faites : qu'il n'ait cessé depuis les apôtres de faire partie des cérémonies de l'ordination, théologiens, liturgistes, papes et conciles ne l'ignoraient pas... ; mais le fait qu'ils ont néanmoins reconnu la matière propre du sacrement dans la seule tradition des instruments n'est au contraire que plus significatif. » Galtier, *ibid.,* col. 1417.

esse proprie dogmaticum. — Jam animadvertebat card Billot : « Nonnisi ex præjudicatæ causæ necessitate potuerunt quidam adduci ad rejiciendam normam decreti pro Armenis[1]. » Constat ex tota Concilii historia decretum illud non esse actum mere pontificium, sed actum Concilii œcumenici, in sessione solemni, Papa præside, promulgatum. Hinc est quod Concilium Tridentinum nunquam de illius vi et auctoritate dubitaverit[2]. Vocatur *synodale* decretum.

Dogmaticum esse decretum, non mere disciplinare, vel simplicem historicam doctrinarum recensionem, apparet ex ipsis verbis : « Ecclesiasticorum sacramentorum *veritatem* pro ipsorum Armenorum tam *præsenlium quam lulurorum* faciliore *doctrina* sub hac brevissima redigimus formula[3][4] » Et, licet retineat doctrinam S. Thomæ, Concilium in pluribus textum modificat, nonnulla omittendo vel contrahendo, quod ostendit ea quæ Armenis proponuntur esse.ipsam doctrinam quam *suam* facit Concilium. Exhibetur ergo in hoc decreto *veritas* sacramentorum, non pro aliquo tempore, sed pro *præsenii et futuro.* Quapropter rejicere hanc decreti partem ut erroneam esse' Concilio œcumenico errorem adseribere in materia fidei.

Reponit hæc sententia : Pars illa decreti valorem documenti ab *ordinaria Magisterii auctoritate conditi* non excedit[5]. — At non clare apparet quomodo decretum in Concilio œcumenico promulgatum solemniter dicatur documentum Magisterii mere ordinarii. Ceterum, etiamsi

1. Card. Billot, *De Sacramentis,* thés. XXX.

2. « A Trente, les présidents du Concile ne permettent pas qu'on en conteste le caractère conciliaire, et, dans les discussions qui ont lieu alors sur les sacrements, il a été l'autorité à laquelle en s'est le plus souvent référé, comme à une autorité ayant force de chose jugée. » J. de uuibert, op. cit., pp. 86-88.

3. Denz., 695.

4. « Rejeter comme fausse et erronée la doctrine du Concile de Florence, c'est admettre qu'un concile œcuménique dans un décret doctrinal, approuvé et promulgué comme tel par le pape, a « déclaré » être la « vérité sacramentelle » ce qui, en fait, est une erreur en matière de foi. Pour rendre acceptable pareille hypothèse c'est vraiment trop peu qu'une opinion théologique, fût-elle la plus hautement recommandée. » Galtier, op. cit., col. 1415.

5. Op. cit., p. 169.

Magisterio ordinario adscriberetur, non idcirco liceret erroneum declarare documentum quo Ecclesia Latina intendebat Ecclesiam Orientalem ex professo instruere de sacramentorum *verilale.* Tunc Latina Orientalem decepisset ! Estne igitur probanda methodus quæ ad hanc conclusionem ducit ? Putat illa opinio ideo erroneam esse hanc decreti partem, quia non concedit Ecclesiam posse aliquid circa materiam Ordinis determinare. Nos, e regione arguimus : quia tenendum est hoc decretum esse verum et *veritatem sacramentorum* docere, putandum est Ecclesiam posse aliquid circa materiæ specificæ determinationem, ut iterum nunc exponimus.

VI. Potest Ecclesia materiam specificam quorumdam sacramentorum determinare, quin substantiam immutet. — Jam principium statuimus supra de Sacramentis in communi, q. i, art. iv, η. XI. Quum impositio manuum et porrectio instrumentorum substantialiter conveniant, ut *duo modi apti* ad potestatem Ordinis significandam, vel ut duæ versiones ejusdem sententiæ, potuit Ecclesia, quin substantiam sacramenti immutaret, determinare utra esset adhibenda. In principio quidem adhibuit impositionem manuum, utpote faciliorem, sed postea, ad potestatem clarius exprimendam, addidit instrumentorum porrectionem. Duæ versiones non mutant substantialiter sententiam. Insuper, in omni ritu habetur *porrectio ad visum.*

Potuisset porro præscribere ut valeret sola impositio manuum in tota Ecclesia, sicut fuit in principio, vel sola porrectio instrumentorum, vel ut requireretur simul et impositio et porrectio, vel etiam ut in Ecclesia Orientali sufficeret sola impositio et in Ecclesia Latina valeret sola porrectio. Quid ergo reapse voluerit ex factis colligendum est ; quapropter dicimus :

VII. Ecclesia voluit tali potestate uti et reapse determinavit ut impositio manuum, quæ fuit olim et remanet adhuc apud Orientales sola materia essentialis, non pertineret amplius ad essentiam sacræ ordinationis, et instrumentorum porrectio, quæ non fuit semper adhibita, foret in Ecclesia Latina sola materia essentialis.

Ecclesiæ voluntatem testantur consensus theologorum, Summus Pontifex Innocentius IV. Concilium Florentinum, lex orandi seu Pontificale Romanum.

1° Consensus theologorum. S. Thomas exponit sententiam suo tempore communem : « Et, quia principalis actus sacerdotis est consecrare corpus et sanguinem Christi, ideo ia *ipsa datione calicis, sub forma verborum determinata, character sacerdotalis imprimitur*[1], t Itaque .juxta Angelicum, sola porrectio calicis est de assentia, cum per ipsam solam imprimatur character. Quæ sententia ita communis permansit, ut pro se habeat *universam fere aciem scholasticorum**, nec nonnisi *ex falso præsupposilo* fuit sæculo xix derelicta, ut exposuimus, n. m, iv et v.

2° Innocentius IV testatur : « De ritu apostolico invenitur in epistola ad Timotheum quod manus imponebant ordinandis et orationes fundebant super eos ; aliam autem formam non invenimus ab eis servatam ; sed subsequentibus temporibus formas quæ servantur Ecclesia ordinavit, et sunt tantæ necessitatis dictæ formæ, quod si, eis non servatis, aliquis luerit ordinatus, supplendum est quod omissum est, et, si formæ servantur, character infigitur animæ[2]. » Inde infertur voluisse Ecclesiam imponere ritum qui non fuit ab Apostolis servatus et qui nunc ad validitatem ita requiritur, ut sine eo non infigatur animæ character.

3o Concilium Florentinum manifeste loquitur de materia essentiali : « Sextum sacramentum est Ordinis, cujus materia est *illud per cujus traditionem confertur ordo**. » Atqui non confertur nisi per traditionem materiæ *essentialis.* Ergo materia essentialis est traditio seu porrectio instrumentorum. Quocirca recte scribit card, van Rossum : « Qui absque præconcepta opinione Decretum seu Instruc-[3]

1. *Supplem.,* q. xxxvn, a. &.

2. Bened. XIV, *De Synodo diæces.,* c. vin, 10, 11. — « Les listes dressées par le cardinal van Rossum lui-même établissent que ceux qu excluent le caractère sacramentel de .a tradition des instruments pour >e réserver à la seule imposition des mains sont en nombre infime comparativement à ceux qui le reconnaissent, i P. Galtier, op. cit., col. 1415.

3. *Decret.,* lib. XVI. *Presbyter.*

4. Denz., 701.

tionem pro Armenis legit non potest non fateri Pontificem docere materiam sacramenti Ordinis esse instrumentorum traditionem, formam vero verba : *Accipc petestalem,* etc., ac proinde secundum Papæ Eugenii mentem atque verba veram ac *integram essentiam* sacræ Ordinationis in sola *traditione* in frumentorum et in conjunctis verbis imperativis citam es^el. » Si ergo Concilium tenet unicam matenam esse traditionem, eo ipso censet fuisse Ecclesiæ voluntatem imponendi hanc materiam.

4° Sacra liturgi? idem testatur, nam *Pontificale Romanum expresse dicil : « Moneat ordinandos quod instrumenta,* IN QUORUM TRADITIONE CHARACTER IMPRIMITUR, *tangant.* » At, si character confertur per traditionem, hæc est essentialis materia

Quum igitur non sit concedendum errasse Concilium vel sacram liturgiam, concludendum erit Ecclesiam voluisse sua potestate uti et determinasse ut apud Latinos porrectio instrumentorum foret materia essentialis sacramenti Ordinis ; sicut etiam voluit ut in Confirmatione unctio, quæ ab initio non fuit adhibita, foret tandem unicus ritus essentialis*.

VIII. Regulæ pro praxi. — Licet in tot sententias diversas abierint theologi, omnes concedunt in prax *tutius esse adhibendum.* Quapropter, si omissa fuisset prima manuum impositio, repetenda foret ordinatio, et pariter tota repetenda ordinatio, saltem sub conditione, juxta omnes, si omissa luisset instrumentorum porrectio.

Quia vero in ista porrectione demonstrari debet id in quod traditur potestas, debet supra patenam adesse panis et in calice vinum ; ac proinde, si totaliter deesset vinum in calice, vel si loco vini adesset aqua, aut vinum ita aquæ admixtum ut fieret materia invalida aut saltem dubia Eucharistiæ, esset saltem sub conditione repetenda ordinatio.

Ultima autem impositio manuum, quæ postea fuit addita : *Accipe Spirilum Sanctum* ; quorum remiseris peccata, remittuntur..., requiritur sojum ad integritatem et[2]

1. Op. cit., p. 157.
2. Cf. supra, *De Confirmatione,* art. π, n. iv.

idcirco solum supplenda. — Nec frustra dicit episcopus : *accipe;* quia, licet ordinatus ..it jam essentialiter sacerdos, non .superfluit forma declarativa potestatis acceptæ, quo melius ir.note"cat integritas sacerdotii.

IX. Concludendum tandem multa utendum esse discretione et modestia in hac quæstione adeo controversa. Neminem sane intendimus damnare, nullam sententiam quad ex cathedra proferre ; at nobis utique licet vindicare S. Thomæ doctrinam, quæ in hoc puncto est doctrina Concilii Florentini in decreto quod vocatur *synodale* ab ip'o Concilio et quod intendit *ueritalein* pro præsenti et futuro tradere... Hanc igitur doctrinam Concilii tenemus esse doctrinam Ecclesiæ, quamdiu Ecclesia hoc decretum non abrogaverit, nec correxerit *Pontificale Bnmanum,* ubi asseritur : « (instrumentorum) tiaditione character imprimitur. »

ARTICULUS TERTIUS

DE EFFECTIBUS SACRAMENTI ORDINIS

A.D Q. XXXV S. THOM/I-

1. Effectus sacramenti Ordinis est gratia gratum faciens secunda, simulque gratia sacramentalis, ut ordinatus sacramenta digne dispenset (a. 1).

probatur iâ pars. — Textus supra relati ad stabiliendam veritatem Sacramenti eodem jure evincunt hoc sacramento conferri gratiam sanctificantem. Paulus asserit gratiam esse in ordinato ex opere operato, seu vi ac positione ritus : «Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est *in te* per *impositionem manuum mearum*[1]. » Et addit illam gratiam esse sanctificantem, quia per eam dat nobis Deus spiritum *oirtulis et dilectionis.* — Hinc est quod Liturgia sacra, nempe Pontificale Romanum, loquatur de *spiritu sanctitatis ei totius forma juslitiæ* ut effectu proprio sacramenti. — Pariter Concilium Tridentinum definit per sacram ordinationem *dari Spiritum Sanctum*[2], quod quidem donum non est nisi per gratiam sanctificantem. — Ceterum definitiones Conciliorum quæ dicunt per sacramenta Novæ Legis conferri gratiam ex opere operato non ponentibus obicem. Ordini quoque sunt applicandæ.

Gratia porro hujusmodi est gratia secunda, cum Ordo sit *sacramentum vivorum,* quod vitam spiritualem in anima supponit et auget : licet per accidens possit gratiam primam conferre, prout explicavimus' supra[3]. — In casu autem quo luerit obex in subjecto, poterit sacramentum, obice remoto, reviviscere, mediante charactere, qui remanet physice in anima et potest physice ad infusionem gratiæ operari.[3]

1. *11 Tim., i,* 6.
2. Sess. XXIII, can. 4 : Denz., 964.
3. *De Sacrament, in communi,* q. ni, art. IIT;

probatur ii» pars. — Cuicumque datur aliqua potentia, divinitus dantur etiam ea per quæ executio illius potentiæ possit congrue fieri. Sed id quo digne et congrue fit executio potentiæ divinæ per Ordinem collatæ est gratia sacramentalis ; sicut enim gratia gratum faciens est necessaria ut homo digne sacramenta recipiat, ita gratia gratum faciens sacramentalis est necessaria ut homo digne sacramenta dispenset. Ergo per sacramentum Ordinis confertur gratia sacramentalis ad sacramenta digne ministrandal.

II. **Eminens dici debet gratia quæ per sacramentum** Ordinis confertur. — Sacramenta eo majorem conferunt gratiam, quo ipsa sunt perfectiora et quo altius est munus ad quod disponunt. Atqui Ordo est, post Eucharistiam, perfectissimus inter sacramental3 et disponit ad munus præstantissimum, dare sacra, ipsam Eucharistiam conficere et ministrare, instrumentaliter cooperari actionibus præstantissimis, ut est transsubstantiatio et justificatio, quæ mirabiliores sunt creatione vel resurrectione mortui. Ergo.

III. Alter Ordinis effectus est character, qui non tantum in Ordine sacerdotali imprimitur sed in omnibus Ordinibus qui rationem sacramenti habent (a. 2).

De fide est saltem in ordine sacerdotali characterem imprimi. Nam Florentinum et Tridentinuin testantur per *sacramentum* Ordinis imprimi characterem8. De fide est porro per sacramentuha Ordinis intelligi saltem Ordinem sacerdotalem. Ergo de fide est *saltem in Ordine sacerdolali* characterem imprimi.

Quidam olim negaverunt pro diaconatu, quorum sententiam refellit S. Thomas : diaconatus imprimit characterem, eo quod diaconus habet spiritualem potestatem in dispensatione sacramentorum, quam alii non habent. Quum hodie certum sit vel fidei proximum diaconatum esse sacra-

1. Cf. *ibid.,* n. n.
2. Cf. *De Sacramentis in communi,* q. vi, art. n, n. m.
3. Florent., *decret, pro Armenis ;* Denz., 695. Trident., Sess. VII, can. 9, et Sess. XXIII, cap. iv et can. 4 ; Denz., 852, 960 et 964.

mentum Ordinis, certum quoque est *imprimi diaconis aliquem characterem.*

Deceteris vero Ordinibus, controversia erat jam tempore S. Thomæ. Qui negant illis competere rationem sacramenti nullum agnoscunt m ipsis characterem ; si vero conceditur ipsos esse sacramenta partialia, ut dicetur infra de distinctione Ordinum, confitendum erit ipsis imprimi characteres partiales, qui complentur per characterem sacerdotalem. Quæ sententia erat communior tempore Angelici, et S. Doctor ex eo doctrinam confirmat « quod perpetuo manent et nunquam iterantur. »

IV. Character Ordinis præsupponit necessario characterem baptismalem : characterem vero Confirmationis præsupponit de congruitate, non de necessitate (aa. 3 et 4).

probatur i» pars. — Ratio generalis est quia Baptismuo est *janua sacramentorum,* ac proinde nullus recipitur effectus sacramenti proprius nisi recepto Baptismo ; vel, aliis verbis, nihil potest aliquis recipere, nisi potentiam receptivam habeat. Atqui character baptismalis tradit illam receptivam potentiam respectu aliorum sacramentorum. Ergo non potest aliquis recipere alia sacramenta vel sacramentorum characterem, nisi jam baptismalem characterem habeat.

Animadvertendum est (ex resp. ad 2) gratjam sanctificantem. quæ. licet sit effectus sacramenti, produci tamen potest extra sacramentum, posse a Christo summo sacerdote suppleri ; sed characterem, cum sit effectus proprius sacramenti, non suppleri a Christo : « *Character nunquam imprimitur nisi pet· sacramentuml.* » — Probe etiam attendendum e.t id quod addit Angelicus : « Non permitteret (Christus)hoc ita latere, quod Ecclesiæ posset periculum imminere. » Non negat absolute S. Doctor in aliquo casu singulari latere posse, sed intendit Christum, qui *curam de sua Ecclesia* semper gerit, ita ipsius incolumitati providere, ut non permittat eam perseverare sacramentorum invaliditatem, quæ periculum induceret in Ecclesia, ut si reapse interrumperetur valida episcoporum et sacerdotum successio.

1. S. Thom., III P., q. lxiv, a. 8, ad 2.

probatur ip pars. — Jam **Concilia** et præsertim Tridentinum præscripserunt ut minores ordines vel sacram tonsuram non reciperent, nisi qui jam sacramentum Confirmationis suscepissent'. Quod iterum sancivit Codex[2]. — Ratio congruentiae est quia in ordinando requiritur *omnis perfectio* per quam reddatur idoneus ad executionem ordinis, et unum de istis requisitis est ut sit confirmatus. Id tamen non est de necessitate sacramenti, cum per characterem baptismalem conferatur potentia receptiva cujusvis sacramenti et cujusvis characteris.

V. Quomodo character unius Ordinis præsupponat characterem alterius Ordinis (a. 5).

Si agitur de licei tate, sapienter Ecclesia determinavit non debere ad majores Ordines se ingerere qui prius minoribus officiis se non humiliavit. Hinc Pius VI in bulla *Auctorem fidei* damnavit Pistorienses, qui contendebant non. valere præscriptiones Ecclesiæ prohibentes ordinationes per saltum[3]. Inter ea quæ præscribit Codex ut quis licite ordinari possit, recensentur : Ordinum inferiorum susceptio, interstitiorum observatio[4].

Quoad validitatem vero, possent ordinari m presbyteros qui prius ordines minores non suscepissent, quia inferiores ordines continentur in presbyteratu, sicut potestas inferior comprehenditur in superiori virtute et sicut sensus in intellectu. Pariter certum est characrem diaconatus non prærequiri ad validitatem characteris presbyteratus, sed posse fieri presbyterum qui nondum erat diaconus. At doctrina communis est characterem presbyteratus præsupponi characteri episcopali, ita ut invalide consecretur episcopus ille qui nondum est presbyter, ut mox dicetur de subjecto Ordinis.

VI. Quomodo diversi characteres se habeant inter se. — Vasquez respondet eodem permanente charactere conferri. aliam potestatem distinctam a præcedente, ita ut

1 .Sess. XXIII, *De He/orm.*
2. Can. 974.
3. Prop. 51 ; Denz., 1551.
4. Can. 974

idem character qui in presbytero sufficit ad consecrandum et absolvendum sufficiat postea in episcopo ad ordinandum[1]. Sed hæc sententia communiter rejicitur ; nam potestas vera, physica, distincta, nonnisi in vero, physico ac distincto charactere fundari potest. — Alii vero dicunt extendi characterem presbyteratus in episcopatu et ampliari, non autem imprimi novum ac proprie distinctum[2]. — Multi demum cum Bellarmino tenent in qualibet ordinatione imprimi novum ac distinctum characterem, eo quod tradatur nova ac distincta potestas[3].

Dicendum videtur singulis Ordinibus qui sunt sacramenta distincta imprimi distinctum characterem. Character quippe sequitur sacramentum Ordinis, ac proinde, ubicumque sacramentum Ordinis est distinctum, ut saltem de diaconatu et presbyteratu concedi debet, novus ac distinctus est character.

VU. Ex prædictis colligitur eminens dignitas sacerdotum. — Quum character sit potestas ministerialis, qua participamus sacerdotium Christi[4], dici potest accidentalis quædam et analoga participatio unionis hypostaticæ, ita nempe ut per characterem efficiamur instrumenta Humanitatis Christi (licet separata), sicut ipsa Humanitas est instrumentum conjunctum divini Verbi Hinc pulchra verba S. Thomæ ; s *Per characlerem ipsi Christe configuramur*[3]. »

Quæ configuratio tanta est, ut sacerdos dici queat *alter Christus ;* et ita Christo conjungitur, ut sit in verbis sacerdotis *vis* quædam *effectiva conversionis* seu transsubstantiationis[0] et cooperetur sacerdos illi conversioni, quæ est aliquatenus ipsa creatione difficilior', et justificationi impii;

1. Vasquez. disp. CCXL, c. v, n. 54.
2. Cf. Palud., *IV Seni.,* dist XXIV. q. vrr, a. 4;
3. Bellarmin., *De Ordin.,* c v.
4. Cf *De Sacramentis* in *communi,* q. iv, art.iu
5. S. Thom., *Supplem.* III P., q. xl, a. 5, ad 2.
6. III P., q. Lxxvni, a. 4.
7. *Ibid.,* q. lxxv, a. 8, ad 3.

quæ est aliqua ratione majus opus quam resurrectio aut creatio1.

Igitur, quia sacqrdos est Christo intime conjunctus per characterem et operationem ministerialem, debet quoque per internam sanctitatem ipsi uniri ; et idcirco concludit S. Thomas : « *Ad quod requiritur major sanctitas interior quain requirat etiam religionis status'-.* »2

1. Is IIae, q. exui, a. 9.
2. 11" IIac, q. clxxxiv, a. 8.

ARTICULUS QUARTUS

DE SUBJECTO SACRAMEM ! ORDINIS

AD Q. XXXVI S. THOMffi

I. De requisitis ad licitam Ordinis receptionem[1]. — Exponit Angelicus requiri do necessitate praecepti *sanctitatem vitæ* ad receptionem Ordinis, tum quia Cvt sacramentum vivo.um, tum quia per ipsum homo fit dux aliorum in rebus divinis, non debet autem fieri dux in rebus divinis nisi qui est jam deiformis per vitæ sanctitatem (a. 1). Et pariter, ut officium Ordinis exequatur, illam habere debet *scientiam sufficientem,* ut dirigatur in actu ordinis illius (a. 2). Gradus tamen ordinis non consistit in hoc quod homines habeant gratiam, sed in hoc quod participant aliquod gratiæ sacramentum (a. 3).

Qui autem promovet indignos crimen mortale commitit, *quasi summo Domino infidelis,* et præcipue cum hoc in detrimentum Ecclesiæ vergat et honoris divini, qui per bonos ministros promovetur (a 4). Quicumque autem jam ordinatus cum peccato mortali aliquod sacrum pertractat tamquam *minister solemniialis**. indigne illud facit et idcirco mortaliter peccat (a 5).

Jamvero de valida receptione inquirendum ^3t.

II Prima conclusio ; DOCTRINA CATHOLICA est ad validam cujusvis Ordinis receptionem requiri sexum virilem et characterem baptismalem.

i" pars constat, et Scriptura et Traditione et declarationibus Ecclesiæ — Paulus enim pronuntiat mulieribus non permitti quæ propria sunt Ordini Nam ordinatur quis ut præsit et doceat Atqui nec præesse nec docere permittitur mulieribus : u Non enim, ait Paulus, permittitur eis loqui, sed subditas esse... Docere autem

1. Quoad singula consulatur *Codex,* de Ordine.
2 Cf. *De Sacramentis in communi,* q. v, art. n, n. v.

mulieri non permitto1. » Ergo. Non autem proprio nomine hæc prohibet Apoctolus, sed *jus divinum* asserit et vindicat. — Ab initio Ecclesia idem asseruit. Tertullianus reprehendit haereticos vehementer, eo quod hæreticæ mulieres docerent et exorcismos agerent2; et S. Epiphanius vivide exposuit ncc in Veteri nec in Novo Testamento mulieribus commissum fuisse sacerdotium : « Nunquam, ex quo mundus conditus est, sacerdotio est functa mulier, ac ne Eva quidem ipsa... » Addit : nec B. Virgini, nec postea. « Episcoporum ac presbyterorum successiones sunt in domo Dei constitutas. Nec inter illos tamen ulla mulier cooptata legitur3,4 » — **Praescriptiones** Ecclesiæ compendial *Codex :* « Sacram ordinationem *valide* recipit *solus vir baplizatus*.* » — **Rationem theologicam** exponit S, Thomas (hic q. xxxix, a. 1) : « Cum igitur in sexu femineo non possit significari aliqua, eminentia gradus, quia mulier statum subjectionis habet, ideo non potest Ordinis sacramentum suscipere. »

Mulieribus diaconissis in primitiva Ecclesia conferebatur, non quidem participatio sacerdotii nec ministerium verbi, ut expresse declarant Constitutiones Apostolicæ, sed tantum pium officium, ut nempe mulieribus assisterent dum baptizarentur, mulieribus infirmis attenderent, et portam ecclesiæ per quam intrabant mulieres custodirent5. — *Abbalissis* etiam confertur benedictio, quæ minime est sacramentum, sed quoddam sacramentale, effectus spirituales habens ex institutione Ecclesiæ.

n» pars constat ex articulo præcedenti, ubi diximus ad validam aliorum sacramentorum susceptionem requiri Baptismum, nec sufficere baptismum flaminis, sed *necessarium esse characterem baplismalem,* qui nonnisi per sacramentum imprimitur.

III. Secunda conclusio : Subjectum Ordinis presbyteralis capax est etiam non diaconus ; subjectum autem Ordinis episcopalis capax est solus presbyter.

1. *I Cor.* xiv, 35 ; *I Tini.,* n, 12.
2. T".Rrui.L., *De Pnesrripl.,* xli ; *P. L.,* n, 56.
3. S. Epγρπαν., *Hæres..* ι.χχιχ, 2 ; *P. G.,* xliu, 742.
4. Can: »68.
5. Cf. *Conslil. Apost.,* lib. Ill, c. ix ; *P. G.,* i, 770, 787.

ARTICULUS QUINTUS

DE DISTINCTIONE ORDINUM

AD 22· XXXVII ET XL S. THOM/B

I. Cur debeant esse plures Ordines in Ecclesia (a. 1). — Triplex pulcherrima ratio indicatur a S. Doctore. Prima quidem *propier Dei sapienliarn,* quæ in distinctione relucet tam in supernaturalibus quam in naturalibus. Secunda ad *subveniendum humanæ infirmitati,* ut per plures exerceantur sacra ministeria, quæ non possent per unum exerceri sine gravamine. Tertia, ut *via proficiendi hominibus amplior* detur, ut plures in Ecclesia sint Dei cooperatores, « quo nihil est divinius ».

II. Cur debeant esse septem Ordines (a. 2). — Quidam enumerant novem Ordines, computando tonsuram et episcopatum. Sed constat tonsuram non esse ordinem et episcopatum ac presbyteratum in ordine sacerdotali convenire.

Ratio distinctionis desumitur ex *relatione ad Eucharistiam,* et ita congruenter assignantur septem : sacerdos Eucharistiam consecrat ; diaconus sacerdoti cooperatur, Eucharistiam, non consecrando, sed dispensando ; subdiaconus materiam præparat in vasis sacris ; acolythus vero in vasis non sacris ; exorcista mundat fideles habentes impedimentum ex dæmonis potestate ; lector subjectum præparat instruendo seu rudimenta fidei docendo ; ostiarius ab Ecclesia indignos arcet, solis dignis aperiendo.

Recolit Concilium Tridentinum *ab ipso Ecclesiæ initio* septem Ordinum nomina atque uniuscujusque eorum propria ministeria in usu fuisse1. *Ostiarii a* Papa Cornelio (t252) nominantur, iliorumque munus, sicut et aliorum Ordinum, describunt Constitutiones Apostolicæ*. *Lectores*

1. Sess. XXIII, cap. n ; Denz., 958.
8. Lib. 11, c. Lvii ; *P. G., i, 723.*

in can. 7 Hippolyti exhibentur ut præctantï munere fungentes, qui debent esse virtutibus diaconorum ornati. Cone. Laodicense, can. 26, loquitur de *exorcistis,* qui debeant esse ab Episcopis ordinati. *Acolythi* nominantur in Libro Pontificali, decreto Caii Papae. Omnes *septem Ordines* recensentur in canonibus qui olim concilio Carthaginensi IV adseribebantur, quique saltem antfi finem sæculi vi fuerunt receptil. *Subdiaconi* s.eculo m munus suum exercent, licet Ordo non luerit major ante sæculum xu.

III. De distinctione Ordinum per sacros et non sacros (a. 3.) — Omnes Ordines dici possunt sacri *secundum se,* quia sacro ritu conferuntur et sacram potctatein dant ordinato, imo quia quilibet Ordo, juxta S. Thomam, est «aeramentum quoddam.

At, si attendatur *materia circa quam exercent actum,* tre: tantum dicuntur sacri : *sacerdotium* circa corpus et sanguinem, illa consecrando ; *diaconatus* circa corpus et sanguinem consecratum, illa dispensando ; *subdiaconalus* circa vasa sacra, illa deferendo. — Hinc tres illi Ordines dicuntur *majores* et quia majora illa munia habent, et quia majorem obligationem imponunt, nempe continentiam « Et ideo eij etiam continentia indicitur, ut sancti et mundi sint qui sancta tractant » Subdiaconatus in Ecclesia Græca inter Ordines minores adhuc remanet ; in Ecclesia autem Latina a saeculo xu tantum inter Ordines majores recensetur, sed putat Baronius jam anno 589 illi annexum fuisse cœlibatum'.

IV. Utrum omnes illi Ordines sint sacramenta.

Quæstio institui potest tum de episcopatu et presbyratu, tum de diaconatu, tum de subdiaconatu et de singulis Ordinibus minoribus.

V. Prima conclusio : de fide **est prebyteratum esse sacramentum.** — Extra controversiam semper fuit apud catholicos. Ab initio Ecclesiæ 'agnoscuntur presbyteri *divi-*[2]

1. Denz., 150 ss.
2. Baronius, ad annum 589, n. 48.

na ordinatione constituti ; nam testatur S. Tgnatins *presbyteros esse loco senatus aposlolici* et nomine Dei præesse Ecclesiis ; sicut etiam vult S. Clemens Romanus fideles esse subditos *presbyteris,* quia sunt constituti ab Apostolis et per Apostolos a Christo et Deo[1].

Ea quæ diximus supra de existentia sacramenti Pœnitentiæ et de ejus ministro idem evincunt simulquc presbyteratum esse" sacramentum a diaconatu distinctum eoque superius[2]. Demum ea quibus probavimus existentiam sacramenti Ordinis, ea quæ definit Concilium **Tridentinum** de sacramento Ordinis, de hierarchia divina ordinatione constituta, ostendunt saltem presbyteratum esse sacramentum. Recolantur dicta superius.

VI. Secunda conclusio : DUBIUM NON EST episcopatum, prout dicit plenitudinem sacerdotii, esse sacramentum : sed CONTROVERSIA est an sit ordo distinctus et sacramentum distinctum ; licet omnes catholici profiteantur episcopos JURE DIVINO presbyteris superiores (q. XL(aa. 4 et 5).

prob. I» pars. — Episcopus est sacerdos *perfectus* et episcopatus plenitudo ac complementum sacerdotii, et sub hoc respectu valent ea quæ dicit Paulus de ordinatione episcopali Timothei : « *Gratiam* quæ data est tibi cum *impositione manuum p'resbylerii... ; gratiam* quæ est in te *per impositionem manuum mearum*[3]. » Inde quoque probatur Ordinem esse sacramentum, quia nequit Ordo per episcopatum in ratione sacramenti compleri, nisi sit in se sacramentum.

exponitur Ii» pars. — Utrum vero sit sacramentum distinctum : affirmant, plerique recentiores ; negant vero multi scholastici cum S. Thoma, S. Bonaventura, Scoto, etc., quorum hæc est ratio : Ut habeatur sacramentum distinctum et character distinctus, debet conferri nova potestas respectu Eucharistiæ. Atqui episcopatus novam non addit potestatem respectu Eucharistia· ; nihil ezfim sub hoc respectu facit episcopus quod non

1. **Cf. S.** Clem., *1 Cor.,* xl, xlh, xlvi ; **S.** Ignat., *Magn.,* **vi.**
2. Vide supra de existentia et de ministro sacramenti Pœnitentiæ.
3. *1 Tim.,* iv, 14, et ***II Tim.,*** i, 6.

præstet presDyter. Ergo. Concedum uamea per episcopatum *extendi* et *ampliari* characterem sacerdotalem, quia episcopus habet potestatem ir actionibus hierarchicis *respectu corporis mystici supra sacerdotem.*

Controversiam nondum dirimere voluit Ecclesia ; sed, ut ait Benedictus XIV, « nemo prohibeat, disceptare nurn episcopatus sit ordo a presbyteratu distinctus, an character in episcopali consecratione impressu;- difïeral vel potius sit ampliatio quædam characteris in collationi presbyteralis ordinis impressi1. »

Ceterum, differentia inter utramque sententiam non videtur tanti momenti, sed potius ad modum loquendi reducitur. Nam omnes theologi in his tribue essentialibus convenire debent 1° per episcopalem ordinationem conferri gratiam sanstilicantem cum non frustra dica., ordinator : Accipe Spiritum Sanctum : 2° in hac ordinatione characterem imprimi, hac saltem ratione, ut per *modum realem ei physicum* extendatur et amplietur ; 3° vi ordinationis episcopos esse jure divino presbyteris superiores.

prob. m» pars. — Hoc ultimum negaverunt plures *hæretici,* ut Aerius, sæculo iv, postea Waldenses, Wicleffus et Calvinus. Sed traditio catholica semper constans permansit. S. *Ignatius Martyr* sæpius monet presbyteros ut episcopo tamquam Christo obediant; quod supponit episcopum ex Christi institutione esse ipsis superiorem. *S. Epiphanias,* refellens hæreticos, discrimen hoc assignat inter episcopos et presbyteros, quod episcopus generat magistros et patres, presbyteri autem tantum filios. « Episcoporum ordo ad gignendos *patres* præcipue pertinet ; alter, cum patres non possit, *filios* Ecclesiæ regenerationis lotione producit, non tamen patres aut magistros2. »

Concilium Tridentinum definit : «rii quis dixerit episcopos non esse presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi et ordinandi, vel eam quam habent illis esse cum presbyteris communem..., A. S.3. s Licet non dicat Concilium *divino iure,* res tamen non est dubia ; nam pote-

t. Bened. XIV, Episl. › *In postremo* », 20 octob. 1766, n. 17.
2. S. Epiphan., *Hæres.,* ıχxv, 4 ; *P. G.* xui, 507.
3. Sess. XXIII, can. 7 Denz., 967.

stas quam habent confertur ipsis per ordinationem, ordinatio vero est a Christi institutione. Et in canone immediate praecedenti definitur : « Si quis dixerit in Ecclesia catholica non esse hierarchiam divina ordinatione institutam, quæ constat ex epicopis, presbyteris et ministris, A. S. » Quum autem Concilium de sacramento Ordinis in hac sessione XXIII occupetur, intendit hierarchiam Ordinis esse juris divini, et, quum lüerarchia ex superioribus et inferioribus constet, oportet ut *vi ordinis ei jure divino* episcopi presbyteris et presbyteri ministris sint superiores.

S. Thomas (a. 4), tradita distinctione inter actum *principalem,* qui est consecrare corpus Christi, et actum *secundarium,* qui est præparare populum Dei ad susceptionem hujus sacramenti, concludit esse potestatem episcopalem *supra sacerdotalem* quantum ad actum secundarium sacerdotis, non autem quantum ad primum.

VII. Tertia conclusio : CERTUM est diaconatum esse sacramentum. — Ex Actibus Apostolorum scimus Apostolos elegisse septem viros ut ministrarent mensis, *ScaKovetv τραιτ^ζαι ,* iisque imposuisse manus[1]. Licet locus iste, seorsim et secundum se inspectus, non probet diaconatum esse sacramentum — quia lii viri non dicuntur diaconi, sed qualitates habent quæ competere possunt etiam presbyteris, et idcirco quidam scriptores putarunt illos septem viros fuisse presbyteros, — si tamen lumine Traditionis explicatur, ad præsentem scopum refert. Nam illi constituuntur per orationem et impositionem manuum. Atqui impositio manus in Scripturis significat gratiæ collationem et, apud Paulum, ordinationis sacramentum. Ergo colligi aliquatenus potest illos viros recepisse ordinationis sacramentum, inferius tamen presbyteratu, si recolitur Paulum loqui de diaconis ut de ordine quodam ministrorum qui locum tenent post sacerdotes[2].

Traditionem manifestant jam Patres Apostolici. Nam S. Ignatius Martyr docet diaconos, licet occasione murmuris Græcorum et ad ministrandum mensis fuerint instituti, habere altius munus in Ecclesia : « Non enim cibornm et

1. *Aci.,* vi, 1 sqq.
2. *I Tim.,* lii. 8.

potuum ministri sunt, sed Ecclesiæ Dei ministri[1]. » Additque illos ezse institutionis divinæ, siquidem ex mandato Dei gerunt vices Christi ; nam dicit ipsos esse honorandos ut *Christum et ut mandatum Dei.* Ab initio diaconi munus habent sacramentale, nempe respectu Eucharistiæ, quam ministrant : « Qui apud nos dicuntur *diaconi,* ait S. Justinus, panem et vinum et aquam, in quibus gratiæ actæ sunt, *unicuique præsenlium participanda distribuunt el ad absentes perferunt*[2]. » — Deinde, omnes liturgiæ testantur diaconos per manuum impositionem ct idcirco per sacram ordinationem constitui...

Ex Concilio Tridentino colligitur *institutio divina* diaconorum, quia pertinent ad hierarchiam divina ordinatione constitutam, et *ratio sacramenti* in eorum ordinatione, nam definit non frustra dicere episcopum : *Accipe Spiritum Sanctum...* Ergo, quia hoc dicitur in ordinatione diaconorum, tenendum est hac ordinatione conferri Spiritum Sanctum cum gratia sanctificante et charactere. Quapropter sententia Durandi vel Cajetani, quj dubitaverunt diaconatum esse sacramentum, non posset post Concilium Tridentinum absque temeritatis nota sustineri.

VIII. Quarta conclusio : Subdiaconatus et singuli Ordines minores sunt sacramenta vera, partialia tamen, quæ ad unum integrum sacramentum referuntur. — Ilie similis controversia, sicut de materia Ordinis..

Veteres scholastici sat communiter defendunt illos Ordines esse sacramenta, præsertim B. Albertus M., S. Thomas, S. Bonaventura. Mens S. Thomæ est certissima, nam ipse dicit expresse : « quilibet ordo est sacer, *cum sit sacramentum quoddam*[3] » ; et : « oportet quod *in omnibus character imprimatur :* cujus etiam signum est quod perpetuo manent et nunquam iterantur[4]. »

Paulatim theologi, a sæculo xvni et nostra ætate, ab illa sententia recesserunt ex eodem præsupposito minime

1. S. Ignat., *Trall.,* n, 3.
2. S. Justin., *I Apol.,* 65 ; *P. G.,* vi, 427.
3. Hic in *Supplem.,* q. xxxvn, a. 3.
4. *Q.* xxxv, a. 2.

probato, scilicet impositionem manuum esse unicam sacramenti Ordinis materiam.

Hodie vero illi qui vindicant doctrinam Concilii Florentini de materia Ordinis defendunt quoque omnes Ordines inferiores esse sacramenta, licet partialia, quorum materia est traditio instrumentorum, forma autem verba quæ traditionem determinant. Probatur itaque auctoritate Concilii Florentini · « Sextum sacramentum est Ordinis, cujus materia est "illud per cujus traditionem confertur ordo : sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino et patenæ cum pane porrectionem. Diaconatus vero per libri evangeliorum dationem. *Subdiaconalus vero per calicis vacui cum patena vacua superposita traditionem ; el similiter de aliis per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem*[1]. » Itaque subdiaconatui et minoribus ordinibus assignatur materia, sicut diaconatui et presbyteratui ; et idcirco ratio ordinis et ratio sacramenti ipsis, sicut diaconatui et presbyteratui, competit.

Nec dissentit Concilium Tridentinum. In canone 2 asserit esse in Ecclesia Ordines majores et minores, et statim in canone 3 definit contra protestantes Ordinem esse sacramentum, non *figmentum quoddam humanum excogitatum a viris rerum ecclesiasticarum imperitis ;* id autem protestantes dicebant, non de impositione manuum, cujus mentio in Scripturis habetur, sed de porrectione instrumentorum, quæ fit in subdiaconatu et inferioribus ordinibus. Itaque ratio sacramenti competit eisdem quibus competit ratio Ordinis. — Ceterum mens Concilii colligitur ex mente theologorum qui aderant. Porro ex quindecim theologis unus tantum in disputationibus obstitit, et in congregatione generali omnes videntur admisisse singulos Ordines esse sacramenta[2].

1. Denz., 701.

2. « Cette juxtaposition des deux canons, dont l'un affirme l'existence des divers ordres et dont l'autre affirme que l'Ordre en général est vraiment un sacrement, suggère déjà qu'il s'agit dans les deux cas des mêmes ordres ; mais surtout les erreurs protestantes que condamne le canon 3, en les opposant à la 'doctrine qu'il définit, prouvent que l'ordination visée est aussi celle ih·» ordres inférieurs au diaconat : ce sont eux surtout, ce sont suri oui les traditions des divers instruments que les protestants traitent de *figmentum quoddam humanum excogitatum a viris remtn*

Pontificale Romanum dicit de omnibus Ordinibus absque distinctione *imprimi characterem* in porrectione instrumentorum : « Moneat episcopus ordinandos, quod *instrumenta, in quorum traditione character imprimitur, tangant* ».

IX. Nec valent objectiones fieri solitee.

Objicitur 1° : Non fit in ipsis impositio manuum. Ergo non competit ipsis ratio sacramenti. — *itesp.* : Negatur omnino sequela, ut constat ex dictis arL. 11 dc materia Ordinis.

Objic. 2° : Deest institutio a Christo facta. Ergo deest ratio sacramenti. — *Itesp.* : Dist. antecedens . deest in stitutio a Christo facta in specie et seorsim pro singulis, concedo ; facta in institutione totius, nego, et nego conseq. — Quum Ecclesia possit aliquid determinare de materia specifica, sufficit ut illi ordines contineantur in toto et cum ipso toto fuerint instituti ; sicut diaconatus non videtur institutus a Christo separatim, sed in ipsa institutione sacerdotii. Quemadmodum qui dat viginti libellas in uno nummo aureo censetur dator singularum libellarum quæ postea dividuntur ; ita Christus censetur auctor singulorum ordinum instituendo totum, nempe sacerdotium, licet postea Ecclesia, pro temporum opportunitate, in plures ordines diviserit ; sicut Apostoli jam in illo toto diviserant diaconatum, presbyteratum, episcopatum. — Singuli porro ordines sunt sacramenta partialia,

ecclesiasticarum imperitis ; pareil mépris et pareilles qualifications ne sauraient s'entendre aussi bien des diacres institués par les apôtres ou de l imposition des mains mentionnée tant de fois dans l'Écriture. Si donc, comme il est évident, c'est bien des mêmes ordres que le Concile condamne ces interprétations outrageantes et définit le caractère vraiment sacramentel, il suit nécessairement de là que sa définition vise aussi directement, sinon surtout, les ordres inférieurs au diaconat... Parmi les quinze théologiens appelés à donner leur avis sur le premier projet de rédaction de ces canons, un seul, le Portugais Jacques de Palva, contesta que le sous-diaconat et les ordres mineurs fussent des sacrements. Theiner, *Acta Concilii Tridentini,* t. II, p. 136. On lui oppose, par exemple le dominicain Benoît de Mantoue, entre autres arguments, l'autorité du Concile de Florence. *Ibtd.,* p. 138. Dans les congrégations générales qui vinrent ensuite, ce point-là ne paraît plus avoir fait l'objet d'aucune réserve. » P. Galtier, art. *Imposition des mains,* in *Diction, théol. calhol.,* col. 1419.

quæ ad unum integrum sacramentum ordinantur. « Divisio ordinis, ait Angelicus, non est totius universalis, sed totius potestativi : cujus hæc est natura quod totum secundum completam rationem est in uno, in aliis autem est aliqua participatio ipsius. Et ita est hic : tota enim plenitudo sacramenti hujus est in uno ordine, scilicet sacerdotio, sed in aliis est quædam participatio ordinis[1]. »

Objic. 3° *Codex* (can. 107) dicit non omnes clericos esse divinæ institutionis et (can. 108) in sacra hierarchia aliquos gradus ex *Ecclesiæ institutione* accessisse. — *Resp. :* Nihil prorsus inde colligi potest contra nostram doctrinam. Quinam enim dicuntur clerici ? Qui divinis ministeriis *per primam saltem tonsuram* mancipati sunt (can 108). Manifestum est porro clericos qui tonsuram tantum habent minime esse institutionis divinæ. Pariter, liquet, præter pontificatum supremum ct episcopatum, in sacra hierarchia accessisse alios gradus *ratione jurisdictionis,* ut patriarchas, primates, metropolitan. At nihil dicitur quod præsentem quæstionem de ordinibus minoribus spectet.

Quapropter concludimus cum Eminentissimo Billot : « Non multum aberrabit quisquis dixerit magis consentaneam Conciliorum determinationibus doctrinam quæ tenet alios quoque gradus diaconatu inferiores partem potestativam esse hujus sacramenti, atque ideo *singulas ordinationes characterem imprimere et conferre gratiam*[2]. »

1. S. Thom., hic., q. xxxvn, a. 1, ad 2.
2. Card. Billot, *De Sacramentis,* Thés. XXIX, p. 264.

ARTICULUS SEXTUS

DE MINISTRO ÙUJUS 5/1C7CI.V/ Λ 77

-» AD Q. XXXVIII S. THOM I

I. Prima conclusio : Minister ordinarius et ex officio est episcopus consecratus. — llæc propositio ita est recepta in doctrina catholica, ut dici queat de fide.

Scriptura recolit ordinationes fieri ab Apostolis, qui erant episcopali charactere insigniti, vel ab episcopiù rite institutis, ut erant Timotheus et Titus[1].

Traditio Patrum est omnino constans. Sic *S. Athanasius* invalidas pronuntiat ordinationes factas « a Colutho, qui falso episcopi nomine gloriabatur... Ac consequenter, quotquot a Colutho fuerant ordinati, ii sunt ad priorem reversi conditionem, ita ut ipse quoque Ischyras inter laicos visus fuerit[2]. » *S. Epiphanius* hoc statuit inter episcopum et presbyterum discrimen ,quod episcoporum ordo ad gignendos patres præcipue pertinet, presbyterorum autem ordo filios Ecclesiæ regenerationis lotione producit, non tamen patres aut magistros[3][4] Idem quoque discrimen agnoscit S. *Hieronymus* : « Quid enim facit, *excepta ordinatione;* episcopus, quod presbyter non faciat* ? » *Constitutiones Aposiolicæ* testantur « nec presbyterum nec diaconum posse ordinare[5][6]»

Concilia id communiter tradunt, præsertim *Florentinum* : e Ordinarius minister hujus sacramenti est episcopus[0 ›]} et *Tridentinum* : « Si quis dixerit episcopos non esse presbyteris superiores vel non habere potestatem confirmandi et ordinandi, vel eam quam habent illis esse cum presby-

1. *Act.,* vi, 6 ; xiv, 22 ; *I Tim.,* v, 22 ; *II Tim,* 1, 6 ; *Tit., ı,* 5.
2. S. Athanas., *Cont. Arian.,* 12; *P. G.,* xxv, 270.
3. S. Epiphan., *Hæres.,* rxxv, 4 ; *P. G.,* x1 ii, 507.
4. S. Hieron., *Epist.* CXLVI, 1 ; *P. L.,* ⅩⅩπ, 1193.
5. *Const. Aposl.,* lib. III, c. xx ; *P. G.,* 1, 803.
6. Denz., 701.

teris communem, A. S.[1] » — Tandem Codex dicit : « Sacræ ordinationis minister ordinarius est episcopus consecratus[2] »

Ratio .congruenti® est quia ad episcopum pertinet in omnibus divinis ministeriis alios collocare. Atqui [id |quod ministros in divinis ministeriis proprie collocat est ordinatio. Ergo ad episcopum pertinet ordinare.

II. De ordinatione episcopali. — Est jus antiquissimum ut episcopus a duobus vel tribus ordinetur. Ita *Constitutiones Aposlolicæ* (loc. jam cit.) : « Episcopum præcipimus ordinari a tribus episcopis aut ut minimum a duobus. » Quod etiam confirmat *Concilium Nicaenum* (c. iv).

Disputarunt olim theologi[3]4utrum tres requirantur ad valorem consecrationis an tantum ad liceitatem, et utrum tres sint consecratores an unus tantum. Partem affirmantem tenent præsertim Morinus, Gonet, Tournély ; sed hodie certum est unum sufficere episcopum, requiri tamen ad liceitatem indultum pontificium. Hanc sententiam, quam jam docebat Benedictus XIV*, sancivit Codex « : Episcopus *consecrator* debet alios duos epicopos adhibere, qui sibi in consecratione *assistant,* nisi hac super re a Sede Apostolica dispensatum fuerit[5]6 » Ubi tria simul asseruntur 1° tres episcopos esse adhibendos ; 2° hoc tamen præceptum esse juris tantum ecclesiastici, a quo potest Sedes Apostolica dispensare ; 3° unum episcopum esse proprie *consecratorem,* ceteros autem duos *assistentes* dumtaxat.

Nec desunt in veteri traditione exempla pontificiæ dispensationis. Citatur, inter alia, *indultum a S. Gregorio Magno concessum* S. Augustino Anglorum apostolo : « Et quidem in Anglorum Ecclesia, in qua solus tu episcopus inveniris, ordinare episcopum non aliter nisi sine episcopis potes[8]. »

Quum enim in uno episcopo sit *tota sacerdotii plenitudo,*

1. Sess. XXIII, can. 7 ; Denz., 967.
2. Can. 951.
3. Morin., P. III, exerc. IV, c. n ; Gonet, disp. IV, a. 3.
4. Bened. XIV, *De Synod, diceces.,* lib. XIII, c. xm.
5 Csn 9d4
6. S. Gregor. M., *Epist. LXIV* ; P. *L.,* 1191.

unus potest illam plenitudinem communicare, ac proinde alii remanent assistentes.

III. Secunda conclusio : Potest simplex presbyter ex delegatione quosdam Ordines conferre. — Citatur epistola Gelasii Papœ ad episcopos Lucania; : « Nec sibi meminerit ulla ratione concedi sine Summo Pontifie.» *subdiaconum atil acolythum* jus habere faciendil. » Asseritur et necessitas simul et factum delegationis pontificios.

Codex sic jus compendiat : « Minister extraordinarius est qui, licet charactere epicopali careat, a jure vel a Sede Apostolica per peculiare indultum potestatem acceperit *aliquos ordines* conferendi[2]. »

S. Thomas hoc statuit principium : « Papa, qui habet plenitudinem potestatis pontificalis, potest committere non episcopo ea quæ ad episcopalem dignitatem pertinent, dummodo illa non habeant immediatam relationem ad verum corpus Christi. Et ideo ex ejus commissione aliquis sacerdos simplex potest conferre minores ordines, et confirmare, non autem aliquis non sacerdos. » (a. I,ad3). Quod autem de minoribus Ordinibus dicitur applicaii potest subdiaconatui, qui non fuit semper Ordo major nec etiam hodie major est in Ecclesia Græca.

IV. Utrum possit hæc delegatio concedi respectu diaconatus et presbyteratus. — *S. Thomas respondet negative :* « Nec iterum sacerdos majores ordines (conferre potest), qui habent immediatam relationem ad corpus Christi, supra quod consecrandum Papa non habet majorem potestatem quam simplex sacerdos. » (Ibid).

Quidam lamen respondent Papam id posse, quia, licet diaconatus immediate respiciat verum corpus Christi, potestas ordinandi diaconos versatur circa corpus mysticum. Sicut ergo Papa concedit ut presbyter confirmet, ita concedere potest ut presbyter ordinet, efficiendo ut in actum transeat capacitas radicalis seu virtualis quam presbyter in sua ordinatione recipit, quæ tqmen nequit in actum reduci nisi summus sacerdos, Papa, delegationem

1. Edit. Thiel, i, 365.
2. Can. 951.

concedat,. Sic illi theologi explicant privilegium quod perhibetur[1] concessum ab Innocentio VIII abbatibus Gisterciensibus ordinandi proprios subditos in diaconos. Ita recentissime P. Pie de Langogne et P. Fofi, Abbas Gen. Canonic. Later[2][3][4]

Imo *cilalur Bulla Bonifacii IX,* an. 1400, quæ Abbati Sanctæ Osithæ in Anglia ejusque successoribus concedit ut « omnibus et singulis canonicis præsentibus et futuris professis ejusdem Monasterii omnes minores nec non subdiaconatus, diaconatus et presbyteratus ordines statutis a jure temporibus conferre libere et licite valeant8. » At reclamante Episcopo Londoniensi, eo quod in gravem suæ jurisdictionis et Ecclesiæ læsionem hæc concessio vergeret, Papa, d. 6 Februarii 1403, respondit : « Litteras et indulla hujusmodi auctoritate apostolica ex certa scientia tenore præsentium revocamus, cassamus et irritamus *ac nullius esse valoris uel momenli**. »

Potest utique explicari de privilegio exemptionis, ita ut illi ordinarentur in proprio monasterio, per Ordinatorem vero charactere episcopali insignitum. — Si autem intelligitur de potestate concessa presbytero ordinandi diaconum vel sacerdotem, jam dicimus, cum P. Pesch : « Genuinitate concessionis supposita, estne quæstio dogmatica, de qua hic agitur, soluta ? Non videtur : nam unum factum pontificium non facit legem neque dogma. Potuit Pontifex opinionem sequi quæ a multis doctoribus defendebatur, non eo ipso definiens opinionem. Cum enim in tota historia ecclesiastica nullum aliud simile exemplum

1. De hoc privilegio scribit card. Gasparri : « Dum multi de bullæ genuinitate dubitant, mihi facta inspectione in archivo Vaticano relatum est bullam quidem ibidem reperiri, *sed mentionem de diaconatu in eadem deesse.* » *De Sacra Ordin.,* n, n. 798. — P. Pie de Langogne exhibet hujus bullæ exemplum (copia) ex *Bibliotheca Vittorio Emmanuele,* Romæ. At, si in Archivo Vaticano deest mentio de diaconatu, quomodo potest *authenticum* dici exemplum (seu *copia) ?*

2. Cf. P. de Langogne, *Eludes Franciscaines,* 1901, p. 129 ; P. Fofi, *La Scuola Cattolica,* mars 1924.

3. *Archiv. Vatic.* Reg. Lat. 81, fol. 264. — *Scuola Caltolica,* loc. cit., p. 179.

4. *Archiv. Vatie.* Reg. Lat., 108, fol. 132. — *Scuola Caltolica.* p. 181.

occurrat, videtur Ecclesia sentire se non posse talem facultatem concedere . nam, si qua in re Pontifices censebant se habere potestatem concedendi similia privilegia, sæpissime ea usi sunt et utuntur. Cur igitur in una hac re Pontifices potestate sua nunquam usi sunt, præter unum casuml ? » Quod adhuc magis urget pro presbyteratu. Nam paucissimi citari poesunt auctores (et mens eorum sal. dubia remanet) qui censuerint posse ordinationem sacerdotalem simplici presbytero committi. *Constitutiones Aposlolicu·* et Patres cum S. Epiphanie constanter dicunt solum *episcopum. generare* posse sacerdotes (n. i), et lux prascrl.ini tenent ut irrefragabile fundamentum Orientales" Si autem objicitur chorepiscopos aliquando ordinasse sacerdotes, respondetur : plures chorepiscopos fuisse episcopali charactere insignitos testatur Concilium Antiochenum[2]. Nec Concilia nec *Codex* supponere sinunt presbyterum posse *omnes* Ordines conferre, quum dicant *aliquos* tantum.

Tenendum quidem est Romanum Pontificem non errare, quum intendit quæstiones èontroversas dirimere aut *verilalem* catholicam proponere, et idcirco non concedimus erroneum esse Eugenii IV decretum, in quo *ecclesiasticorum sacramentorum veritatem proponit ;* et pariter, quando Romani Pontifices *consueverunt* dispensare, de potestate Pontificis, postquam dispensavit, dubitare, instar sacrilegii esset, ut fert commune effatum ; at, quando *semel lanium* dispensavit et mox concessionem retractavit et *nullius esse valoris vel momenti* voluit, jam est ratio supponendi Pontificem *ex inadverlenlia* egisse. Eo ipso quippe quod indultum suum irritum declaraverit, iiSÿjcium est Papam non intendisse illa concessione dirimere quæstionem adeo gravem sub respectu theologico et dogmatico, sed potius ultra limites bona fide progressum esse et mox se correxisse[4]S. Et in hoc iterum apparet assistentia Summi Sacerdotis Christi, qui non permittit Ecclesiæ imminere periculum®,

1. P. Pesch, t. VII, n. G68.
2. Cf. Denzinger, *Rit. Orient.,* i, 141.
3. *Can.* 10, Héfélé, i, 516.
4. Non videtur ille Abbas ullain fecisse ordinationem presbyteralem, eo quod statim reclamaverit episcopus Londoniensis et ad S. Sedem appellaverit.
5. Cf. S. Thom., *Supplem., q. xxxv,* a. 3, ad 2. — Non citatur

sed res ita disponit ut ea quæ possunt esse periculi occasio mox corrigantur vel revocentur. Hæc explicatio satisfacit.

Sed melior solutio est quæ documentum interpretatur de privilegio *totalis exemptionis,* ita nempe ut omnes ordinationes fieri possent in proprio monasterio, independenter ab episcopo Londoniensi, sed *positis ponendis,* a ministro vero et competente, seu epicopo. Hinc intelligitur cur episcopus Londoniensis reclamaverit : non eo quod fierent ordinationes a ministro incompétente seu carente episcopali charactere, sed eo quod litteræ et indulta hujusmodi *in gravem ipsius episcopi et* jurisdictionis suæ ordinariæ *ac Ecclesiæ Londoniensis læsionem* vergerent. — Solutionem hujusmodi, quam ego ipse jam proposueram in periodico *Divus Thomas,* Jan. 1925, amplectuntur : *Esludios Ecclesiasticos,* apr. 1925 ; *L'Ami du Clergé,* 29 Jul. 1926 ; Hervé, *Manuale,* iv, 468. Huic ergo simpliciter adhæremus; et quia verba documenti rite explicat et quia totam difficultatem dogmaticam removet.

Tenendum est igitur *episcopum esse unicum ordinationis presbyleralis ministrum,* nec unquam concessam fuisse dispensationem, nec ullam datam simplici presbytero delegationem qua valeret ordinem presbyteratus conferre nec unquam in hoc puncto excessisse vel defecisse Romanos Pontifices.

V. Pietatis conclusio. — Quæ spectant hæreticos jam solvimus in Tract, de Sacram, in communi, q. v, art. u | cetera autem sunt potius juris canonici.

Quapropter Tractatum de Ordine absolvimus his verbis Catechismi Romani (n. 57) : « Constat vero, quamvis Ordinis sacramentum, ut antea dictum est, maxime ad Ecclesiæ utilitatem et pulchritudinem spectet, tamen in ejus quoque anima qui sacris initiatur, sanctificationis gratiam efficere, qua idoneus habilisque ad recte munus

theologus qui *expresse* et *absolute* docuerit posse presbyteratum a simplici presbytero ex dispensatione conferri. Dicit quidein Aureolus, *IV Sent.,* dist. XXV, a. 1 : « Minister sacramenti ordinis est episcopus, licet ex dispensatione possit eese sacerdoe. · At non dicit : sacerdos potest esse minister *omnium* ordinum. — Vasqubz, *Disp. CCXLIII,* c. iv, in illam opinionem propendit, quin absolute illam asserat.

suum fungendum sacramentaque administranda reddatur ; quemadmodum etiam Baptismi gratia quilibet ad alia sacramenta percipienda aptus efficitur »

Nec silentio praetereunda sunt quæ canebat S. Ephracm Syrus : « Sacerdos major est angelo, quia corpu.. frangit ac distribuit. Sacerdos, vocat ex alto Spiritum, qbi illabitur descenditque super sacrificium[1] Hinc de tota EccLsia canere licet : « O sponsæ Kegis majestas, quuntæ sunt tuæ pulchritudines in cœlo et in terra al »[2]

1. S. Ephraem, *Hymn, de Sacerdotio,* apud Rawmani, *I fasti della Chiesa Patriarcale Antiochena,* Roma, 1920.
2. *Idem,* Serai. m *Hebd. Sanci.,* edit. Lamy, t, 358.

TRACTATUS DE MATRIMONIO

AD 2Q. XLI ET SS. SUPPL. S. THOM®

Sub multiplici respectu attendi potest matrimonium i vel quatenus est officium natura· jamque a philosophis in ethica consideratur ; vel quatenus est res sacra, quæ jure canonico regitur; vel quatenus nd moralem chiistianam refertur ; vel clempm sub respectu stride dogmatico, et sic in præsenti tractatu disserendum erit de existentia et institutione sacramenti, de ejus essent.ia, proprietatibus, subjecto et ministro, ac de potestate Ecclesiæ in matrimonium.

ARTICULUS PRIMUS

DE SACRAMENTI MATRIMONII EXISTENTIA ET INSTITUTIONE

AD Q. XLII S. THOMÆ

I Notio et definitio Matrimonii[1].

Si attenditur secundum ipsam *essentiam,* quæ est maris ■et feminæ conjunctio, dicitur *conjugium* ; si attenditur secundum *causam,* quæ est desponsatio aeu solemnitas contractus, qua matrimonium perficitur, dicitur *connubium* vel *nupliæ,* a more velandi mulieres, quasi pudoris gratia puellæ se obnuberent, quo etiam declarari videbatur viris obedientes subjectasque esse oportere*, demum, si attenditur secundum *effectum,* qui est proles, dicitur *matrimonium,* quasi non ob aliud debeat femina nubere, nisi ut *mater* fiat[2].

Iterum considerari potest *active,* pro ipso contractu quo vir et mulier se sibi mutuo tradunt in ordine ad generandam prolem ; vel *passive* pro ipsa conjunctione q æ

1. Cf. infra, q. xliv,
2. *Catechism. Cone. Trid.,* De Matrim., n. 2.
3. Cf. S. Augustin., *Cont. Faustum,* lib. XIX, c. xxvi.

ex ^contractu resultat, jamque communiter a theologis, post Magistrum Sententiarum[1], definitur : *Matrimonium est viri et iirulieris conjunctio maritalis inter personas legitimas individuam vilæ consuetudinem retinens. — Conjunctio* est notio generica. *Viri et mulieris,* ut indicetur subjectum matrimonii et innuatur illam conjunctionem ex libero utriusque consensu oriri. *Maritalis,* ut distinguatur a ceteris conjunctionibus quibus viri et mulieres obligantur, ut est conjunctio filialis, fraterna, amicitiae, commercii, negotiationis, etc., et ut innotescat in illa societate virum fieri maritum et mulierum uxorem, ambo autem unum principium generationis. *Inter personas legitimas,* quia qui impedimento irritanti juris naturalis vel juris positivi sunt irretiti, ii matrimonium inire non possunt, neque, si ineunt, ratum est. *Individuam vilæ consuetudinem retinens* : assignatur proprietas essentialis in matrimonio, ut nempe sit inter conjuges communio vitæ perpetuae, indissolubilis, quæ nonnisi per mortem unius conjugis solvi possit. — Si autem his verbis addatur : *gratiam significans et conferens conjugibus,* habetur definitio sacramenti et jam innuitur contractum matrimonialem non posse in Christianis a ratione sacramenti separari, sed potius ipsum contractum esse a Christo elevatum ad dignitatem sacramenti.

II. Quinam rationem sacramenti Matrimonio denegarintr — *Gnoslici* et *Manichæi,* qui nuptias ut malas reprobabant, nullam rationem sacramenti in Matrimonio agnoscebant. Idem tenuerunt *Petrus de Bruis, Arnaldus de Brixia* ac generatim *Waldenses* et *Albigenses.* Novatores nuptias bonas et virginitati præferendas conclamant, at nullatenus concedunt Matrimonium esse sacramentum. Scribit enim *Lutherus* : « Matrimonium non solum sine ulla Scriptura pro sacramento censetur, verum iisdem traditionibus quibus-sacramentum jactatur, merum ludibrium lactum est[2]. » Et similiter *Calvinus* : « Matrimonium, quod ut a Deo institutum fatentur omnes, ita pro sacramento datum nemo usque ad Gregorii tempora viderat. Et cui-

1. Petr. Lombard., *IV Sent.,* dist. XXVII. — Gf. *Calechism. Rom.,* loc. cit, n. 3.
2. Luther., *De capiiv. Babyl.,* de Matrim.

nam unquam sobrio in mentem venisset[1] ? » Si quidam ex *illorum discipulis,* ut Meianchton, permittunt matrimonium dici sacramentum, reponunt id esse per æquivocationem, quatenus est mandatum Dei habens promissionem gratiæ, minime autem signum collativum gratiæ sanctificantis.

Plures scholastici medio ævo non sal, accurate de Matrimonio locuti sunt. Magister Sententiarum, licet ponat Matrimonium inter sacramenta Nova· laris, non tamen illi tribuit vim causandi gratiam, sed potius rationem remedii, et idcirco S. Thomas, in hac q , art. 3, probat hoc sacramento gratiam conferri. Durandus existimat Matrimonium esse quidem sacramentuni, sed non determinat utrum vera an falsa sit sententia canonistarum qui dicebant per Matrimonium non conferri gratianl. Quæ sententia;, post Conciliem Florentinum et Concilium Tridentinum, a scholis catholicis penitus exsulaverunt[2].

III. Conclusio, DE FÏDE : Matrimonium Novæ Legis est verum et proprie dictum sacramentum. — 1° Probatio ex Scriptura. — Paulus Apostolus id *innuit,* ut loquitur Concilium T.identinum[3]4: « Viri, diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam et seipsum tradidit pro ea », mox subjungens : « *Sacramentum (μυστήριον) lior, magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia**. » — Quamquam non sumitur hic sensu theologico « sacramentum », ex verbis tamen Apostoli et ex toto Contextu clare colligitur catholica doctrina Sacramentum quippe proprie dictum est signum rei sacra; sanctificantis homines seu collativum gratiæ sanctificantis. Atqui ex textu Apostoli eruitur Matrimonium esce signum rei sacræ sanctificantis homines seu gratiæ sanctificantis collativum. Ergo ex textu Pauli colligitur Matrimonium esse proprie dictum sacramentum. —Explicatur min. Matrimonium exhibetur ut signum rei sacræ, nempe unionis Christi cum Ecclesia. Illa porro unio fit secundum gratiam, ut nempe Ecclesia sit *sancta et immaculata* (v. 27). Ergo, ut Matrimonium

1. Calvin., *Instil.,* lib. VI, c. xix, b. 34.
2. Quid de illis sit sentiendum exponit P. Pesch, n. 708-712.
3. Sess. XXIV ; Denz., 969.
4. *Ephes,,* v, 25. 32.

rite significet unionem, debet significare sanctitatem in viro et muliere, imo conferre gratiam sanctificantem, ut viri reapse diligant uxores, sicut Christus dilexit Ecclesiam.

Quæ interpretatio textus ita in Traditione est fundata, ut Leo XIII illam sanciverit : « Huc accedit, quod ob hanc causam matrimonium est sacramentum, *quia est sacrum signum el efficiens' gratiam, el imaginem referens mysticarum nuptiarum Christi cum Ecclesia. Istarum autem /orma* ac figura illo ipso exprimitur summæ conjunctionis vinculo quo vir et mulier inter se colligantur, quodque aliud nihil est nisi [ipsum matrimonium. Itaque apparet omne inter Christianos justum conjugium in se et per se esse sacramentum[1]. »

IV. 2° Traditio Patristica. — Quamvis non semper disertis verbis Patres dicant Matrimonium esse sacramentum, quoad rem tamen id enuntiant. Potest enim ex Pat ribus sic argui : Matrimorfium est ritus sacer seu supernaturalis vel divinus, cujus celebrationi annectitur gratia. At,qui ritum hujusmodi liquet esse proprie dictum sacramentum. Ergo ex Patribus demonstratur Matrimonium esse sacramentum. — Probatur major. Esse ritum divinum testantur Patres, quia vi illius ritus nuptiæ sunt *secundum Dominum,* ut dicit S. Ignatius ; *raise habentur* m coelo, ut explicat Tertullianus ; ita fiunt sanctæ, ut illarum transgressio sit *instar sacrilegii,* ut asserit Siricius Papa. « Decet, ait S. Ignatius, ut sponsi et sponsæ de sententia episcopi conjugium faciant, quo nuptiæ sint secundum Dominum et non secundum carnem[2]. » « Unde sufficiamus, dicit Tertullianus, ad enarrandam felicitatem ejus matrimonii quod Ecclesia conciliat et confirmat oblatio et obsignat benedictio, angeli renuntiant, Pater rato habet[3] ?» « Illa benedictio, ait Siricius Papa, quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles cujusdam sacrilegii instar est si ulla transgressione violetur[4]. » — Celebra-

1. Leo XIII, Encycl. *Arcanum divinæ sapientiæ,* 10 Febr. 1880; Denz., 1854.
2. So Ignat., *Ad Polycarp.,* v, 2.
3. Tertull., *Ad uxorem,* l. II, c. ix ; *P. L.,* i, 1302.
4. Siric. P., *Episl. 1 Ad Himer. Tarrac.,* c. iv ; *P. L.,* xin, 1136.

tioni Matrimonii annecti gratiam docent quoque Patres. « Quoniam conjunctionis auctor est Deus, dicit Origenes; *proplerea iis inesl gratia, qui a Deo conjuncti sunt*[1] *i* « Statuimus, ait Innocentius I, fide catholica suffragante, *illud esse conjugium quod est primitus gratia fundatum*[2]. »

V. 3° Declarationes Ecclesiæ. — *Concilium Later. II,* an. 1139, dicit : « Eos qui legitimarum damnant fcedera nuptiarum tamquam haereticos ab Ecclesia Dei pellimus et damnamus[3]. » —*Innocentius 111,* in professione fidei Waldcnsibus præscripta, enumerat conjugia inter sacramenta[4]. — Item Cone. Lugdunense II in *professione fidet -Michaelis Palæologi*[5][6] et expresso *Cone. I<'lorenlinumt* Concilium autem *Tridentinum,* in sess. VII, can. 1, definit esse septem sacramenta, inter quæ recenset Matrimonium, et in sess. XXIV specialem habet canonem de Matrimonio : « Si quia dixerit Matrimonium non esse vere et proprie unum ex septem Legis Evangelicæ sacramentis, a Christo Domino institutum, sed ab hominibus in Ecclesia inventum, neque gratiam conferre, A. S[7]. » — *Leo XIII,* in documento n. in citato, pronuntiat « *omne inter chrislianos justum conjugium in se et per se esse sacramentum.* » — Demum decretum *Lamentabili* damnat hanc propositionem : « Matrimonium non potuit evadere sacramentum novæ legis nisi serius in Ecclesia[8]. »

VI. 4° Ratio theologica (a. 1). — Sacramentum importat aliquod remedium sanctitatis homini contra peccatum exhibitum per sensibilia signa. Atqui Matrimonium est hujusmodi. Ergo est sacramentum. — Major tradit notionem sacramenti. Sæpius enim ostensum est sacramenta ordinari in remedium peccati et in nostram eruditionem et ad utrumque munus requiri ut sint sensibilia signa. — Minor ex notione Matrimonii suadetur; nam,cum maxima peccato-

1. Origen., *In Matlh.,* t. XIV, n. 16; *P, G.,* xxiq, 1230.
2. S. Innoc., 1., *Epist. XXXVl ; P. L.,* xx, 602.
3. Denz., 367.
4. *Ibid.,* 424.
5. *Ibid.,* 465.
6. *Ibid.,* 702.
7. *Ibid.,* 844, 971.
8. Prop. 51 ; Denz., 2051.

rum occasio sit, concupiscentia, quæ conjunctionem viri et mulieris respicit, optimum remedium homini contra peccatum exhibetur, dum Matrimonium elevatur ad dignitatem sacramenti sanantis et sanctificantis conjuges.

Confirmatur. Ad rationem sacramenti tria concurrunt : sacramentum tantum, res tantum, res et sacramentum[1]. Porro illa tria concurrunt in Matrimonio. Ergo Matrimonium veram sacramenti rationem obtinet. — Declaratur min. Sacramentum tantum sunt actus exterius apparentes, nempe mutua traditio et acceptatio, quæ habent rationerh materiæ et formæ et gratiam significant et- conferunt. Res tantum est ipsa gratia ut effectus sacramenti. Res et sacramentum est obligatio quæ innascitur viri ad mulierem ex talibus actibus (ad 5) : hæc enim obligatio seu *vinculum* et significatur et efficitur a sacramento, et iterum significat gratiam qua possit adimpleri.

VII. Quando institutum fuerit Matrimonii sacramentum (a. 2). — Optime statuit S. Thomas Matrimonium, ut est officium naturæ et ordinatur ad procreationem prolis, institutum fuisse in paradiso ante peccatum, quia etiam non existente peccato neccessaria erat procreatio prolis. Sed non habuit rationem sacramenti, quidquid in contrarium sentiant Petrus Soto, Catharinus, Maldonatus ; napi sacramentorum institutio non congruebat illi œconomiæ[2]. In lege autem Moysi accurata fit determinatio personarum ; sed non debuit institui ut sacramentum, nisi postquam peracta fuit Incarnatio, nempe connubium Verbi cum natura humana.

De tempore autem quo illud instituit Christus, varie sentiunt theologi. Alii dicunt in Cana Galilææ, quando sua præsentia nuptias sanctificavit ; alii, quando, abrogata lege repudii, Matrimonium ad primævam indissolubilitatem reduxit ; alii demum existimant institutum fuisse hoc sacramentum post resurrectionem. Aliquid veri in singulis sententiis exhibetur, ita quidem ut veritas completa •ex tribus simul comparetur.

VIII. Dici igitur potest Christum in nuptiis Cana spe-

1. Cf. supra, De Sacram, in communi, q. in, art. n, n. xx-xxi.
2. Cf. supra, De Sacram, in communi, q. n, art. n.

ciali modo Matrimonium consecrasse et sanctificasse ; essentiales vero ejus proprietates sanxisse, cum dixit :«quod Deus conjunxit, homo non separet » ; sacramenti autem proprie dicti rationem ei contulisse post resurrectionem, institutis ceteris sacramentis.

i» pars a Patribus clare asseritur, « Venit, ait S,Cyrillus Hierosolymitanus, non tam epulaturus, quam ut miraculum faceret, ac propterea generationis humana; principium *sanctificaret,* quod ad carnem attinet[1]. » « Ad hoc. ergo Dominus invitatus venit ad nuptias, dicit Augustinus, ut *conjugalis castitas firmaretur* ‹7 *ostenderetur sacramentum nuptiarum*[2]. » Nec minori vi loquitur S. Maximus Taurinensis : « Venit ergo ad nuptias Dei b'ilius, ut, quns dudum potestate constituit, tunc praisentia; sua; *benedictione sanctificet*[3]. » Verum nihil in verbis vel modo agendi Christi deprehenditur quod evincat vel innuat Christum jam instituisse sacramentum Matrimonii, quum nondum instituisset aliud sacramentum nec constitutionem perfecisset sute Ecclesiæ, quacum Matrimonium specialem habet relationem. Quapropter non dicunt Patres Christum jam instituisse, sed tantum significasse vel *ostendisse,* ut ait Augustinus, *sacramentum nuptiarum.*

II» pars constat ex verbis Evangelii[4], ubi Dominus sancit quod Deus præceperat ab initio, nempe et *unitatem* matrimonii, quia « jam non sunt duo, sed una caro », et *indissolubililalem* : « quod Deus conjunxit, homo non separet. » Hic etiam nihil probat Christum instituisse, aliquod sacramentum Noa.-r Legis, quum intenderet legem repudii abrogare et Matrimonium revocare ad *primam* indissolubilitatem, quam ipsi ab initio indiderat Deus.

Inde ergo suadetur m» pars. Quum nulla in sacris Litteris alia indicetur circumstantia in qua Matrimonium ad dignitatem sacramenti proprie dicti evexerit, putandus est Dominus id præstitisse post resurrectionem, quum frequenter de *regno Dei* cum Apostolis loqueretur. Tunc enim, jam condita Ecclesia ceterisque institutis sacramen-

1. S. Cyrill. Alexandr., *In Joan., II,* c. n ; *P. G.,* lxxiii, 223..
2. S. Augustin., *In Joan.,* Tract. IX, η. 2 ; *P. L.,* xxxv, 1459.
3. S. Maxim., *Hornil. XXIII,* n. 7 ; P. *L.,* lvii, 274.
4. Matth., xtx, 3-9.

tis, congruentissime institui potuit sacramentum Matrimonii, quo jam perfecte significaretur unio Christi cum Ecclesia sponsa.

IX. De gratia quam confert Matrimonium (a. 3). — Jam diximus (n. n) plures medio ævo existimasse sacramento Matrimonii non conferri gratiam, vel tantum gratiam quæ retrahita malo. Utrumque autem confutat S. Thomas, ostendendo conferri gratiam quæ simul retrahit a malo et ad bonum inclinat, sicut idem est calor qui aufert frigus et qui calefacit. Hoc *probabilius* dicit S. Doctor, quia oppositum tenebant quidam insignis nominis scriptores, sed ipse alibi absolute et sine restrictione concludit : « *Credendum esi quod nubentibus per hoc sacramentum gralia confertur*[1]. »

Postea Protestantes, præsertim Melanchton, expresse negaverunt Matrimonio conferri gratiam. Concilium Tridentinum (sess. XXIV) eodem canone[2] definit simul et Matrimonium esse sacramentum et gratiam conferre, eodem jure ac cetera sacramenta. Quapropter tenendum est Matrimonio conferri gratiam sanctificantem, seu gratiam virtutum et doitorum, et gratiam *sacramenlalem* seu gratiam *adjuvantem,* ut explicat hic S Doctor, ad illa operanda quæ in Matrimonio requiruntur. — Ubicumque enim datur divinitus aliqua facultas, dantur etiam auxilia quibus homo convenienter uti possit illa facultate. Atqui in Matrimonio datur homini ex divina institutione facultas utendi uxore ‘sua ad procreationem prolis. Ergo datur ipsi gratia sine qua id convenienter facere non posset. Valet autem illa gratia « ad sanctificationem conjugum, ad fovendum et perficiendum inter eos amorem mutuum, ut se caste diligant, se intra limites matrimonii contineant et infirmitates invicem supportent, atque ad educationem Christianam prolium[3]. »

1. *IV Coni. Geni.,* c. lxxviii.
2. Can. 1 ; Denz., 971.
3. Billuart, dissert. 1, art. 3, in fine.

ARTICULUS SECUNDUS

DE ESSENTIA SACRAMENTI MATRIMONII

AD *QQ.* XLIV-XLVIII S. THOMffi

I. Distinctio praemittenda. — Potest, considerari Matrimonium in *fieri* et causaliter, prout est operatio tunisiens ex qua resultat vinculum inter conjugo,; ; <l, m /</</() „SN(q prout est res permanens.

Si hoc altero modo accipitur, consistit, essentialiter in vinculo formali quod inter conjuges ex mutuo consensu resultat. Cum enim sit quid permanens, non potest consistere in operatione transeunti, ut est expressio consensus ; nec in usu matrimonii, quia usus seu actus supponit essentiam ; nec in jure mutuo ad usum, quia jus consequitur essentiam jam constitutam. Ergo essentialiter consistit in vinculo ipso permanenti, prout explicatum est. Sub hoc respectu est res et sacramentum (art. præced., n. vi), et est sensibile, non quidem secundum se, sed in causa, quatenus verba quæ vinculum efficiunt sunt sensibilia (q. xliv, a. 1, ad 2). — Sub priori autem respectu, e:t sacramentum tantum, sicque est operatio transien., id est mutuus consensus, seu contractus, sicut in Baptismo sacramentum tantum est actio transiens, nempe ablutio.

In præsenti autem inspicimus Matrimonium sub ratione sacramenti, jamque inquirimus an possit ab illa ratione sacramenti contractus separari.

II. Sententiæ. — Generatim *regalislse,* cum Marco Antonio de Dominis et Launoy, contendunt sacramentum non consistere essentialiter in ipso contractu, sed potius contractui adjungi et accedere. — *Plures theologi* insignes, ut Mplchior Canus, cui plus minusve adhærent Sylvius, Estius, Tournély, putant contractum se habere ad sacramentum sicut materia ad formam, in præsenti autem formam esse benedictionem sacerdotalem, ita videlicet

ut, si desit illa benedictio, valeat Matrimonium in ratione contractus, non vero in ratione sacramenti[1]. — Demum *Vasquez,* quem sequuntur *Wurceburgenses,* putat contractum, licet sit reapse sacramentum, posse ex intentione contrahentium separari, ita ut contractus naturalis existât sine sacramento[2].

III. Conclusio : In Matrimonio christiano contractus a sacramento non est dissociabilis, atque ideo non potest contractus verus et legitimus consistere, quin sit eo ipso sacramentum. — Ita Leo XIII in encyclica *Arcanum divinæ Sapienliæ,* 10 febr. 1880[3]. Hæc fuit doctrina semper recepta in Ecclesia.

Jam Innocentius III recolebat solo consensu seu contractu perfici Matrimonium : « Cum... sufficiat ad Matrimonium *solus consensus* illorum de quorum quarumque conjunctionibus agitur[4]. » — *S. Thomas* (hic q. xliv) et Concilium Florentinum *(Pro Armenis)* dicunt : « Causa *efficiens* Matrimonii regulariter est mutuus consensus per verba de præsenti expressus[5]. » Itaque contractus est causa efficiens, quæ producit gratiam in Matrimonio, sicut ablutio est causa quæ producit gratiam in Baptismo. — Concilium Tridentinum habet : «Cum igitur Matrimonium in Lege Evangelica veteribus *connubiis* per Christum *gratia/* præstet, merito inter Novæ Legis sacramenta annumerandum[6]. » Itaque ratio sacramenti in eo deprehenditur quod Christus naturali contractui, qui vetera connubia constituebat, addidit vim conferendi *gratiam.*

Res tamen usque ad priorem sæculi xix partem non fuit a Magisterio Ecclesiæ determinata ; sed jam a Pio IX prodeunt declarationes quæ doctrinam sanciunt : « *A conjugali foedere sacramentum separari nunquam posse*[7]. » Hinc propositio in *Syllabo* damnata : « Vi contractus mere civilis potest inter christianos constare veri nominis

1. Cf. Melch., Ca N., *De Locis lheol.,* lib. VIII, c. v.
2. Cf. Vasquez, Tract. CXXXVIIII, c. v, 63, 64.
3. Denz., 1854.
4. *Id.,* 404.
5. Denz., 702.
6. Dess. XXIV ; Denz., 970.
7. *Allocut.* d. 27 sept. 1852 ; Denz.. 1640.

matrimonium ; falsumque est aut contractum matrimonii inter Christianos semper esse sacramentum aut nullum esse contractum, si sacramentum excludatur[1]. » — Leo XIII, licet non definiat cx cathedra, veram tamen proponit Ecclesiæ doctrinam, dum asserit contractum a sacramento non esse dissociabilem. — Demum Codex totam doctrinam sic compendiat : « Christus Domimis ad sacramenti dignitatem evexit ipsum contractum matrimonialem inter baprizatos. Quare inter baptizato* nequit matrimonialis contractus validus consistere, quin : it <o ipso ĸ.·ı··ı amentum[2]. »

Ratio theologica in |>ra'fatis documentis a:.•.■n.iiatm. De fide est (art. i) Matrimonium esse Hdcraiiient.iiiii a · Im to institutum, ac proinde oportet ut id quod cilicii. Mal rimo nium sit ipsum sacramentum. Sed id quod cllk.it Matrimonium, seu matrimonium in fieri, est mutuus consensus, seu contractus. Ergo necesse est ut contractus sit ipsum sacramentum. — Quam argumentationem sic proponit Leo XIII : « Nam Christus Dominus dignitate sacramenti auxit matrimonium ; matrimonium autem est ipse contractus, si modo sit factus jure... Itaque apparet omne inter Christianos justum conjugium in se et per ^e esse sacramentum ; nihilque magis abhorrere a veritate, quam esse sacramentum decus quoddam adjunctum, aut proprietatem illapsam extrinsecus, quæ a contractu disjungi ac disparari hominum arbitratu queat[3] »

IV. Hinc concluditur Matrimonium, quoties est validum in ratione contractus inter absentes baptizatos, qui contrahunt per procuratorem, esse quoque validum in ratione sacramenti.

Conclusio, quæ erat olim communior, contra Cajetanum. Canum, Sylvium, etc , est hodie certa, ex allatis documentis. Constat enim inseparabilem esse contractum a sacramento, et valere rationem sacramenti in baptizatis; quoties valet ratio contractus. Atqui, etiam juxta adversarios, valet matrimonium ut contractus inter baptizatos qui con-

1. Prop. 73 ; Denz., 1773.
2. Can. 1012.
3. Denz., 1854.

trahunt per procuratorem. Ergo valet quoque ut sacramentum.

Objic. : Sacramenta non recipiuntur per procuratorem, sed præsentiam subjecti requirunt. — *Resp.* : Dist. : Sacramenta quæ non habent rationem contractus non recipiuntur per procuratorem, concedo ; sacramentum quod habet rationem contractus, nego ; quia, sicut contractus fieri potest per procuratorem, ita et sacramentum.

Requiritur quidem præsentia quædam, sed sufficit ea quæ fit per procuratorem. Ad rem Codex : « Ad matrimonium valide contrahendum necesse est ut contrahentes sint *præsenles sive per se ipsi sive per procuratorem*[1]. » — De modo porro quo sacramentum in hoc casu confert gratiam, disseruimus alibi[2]. De conditionibus autem in hoc casu servandis, videatur *Codex,* can. cit. et seqq.

V. Quid dicendum de matrimonio infidelium, quando convertuntur, aut de matrimonio inter fidelem et infidelem ex dispensatione inito.

Quoad primum *triplex est sententia.* — Prima sententia dicit matrimonium fieri sacramentum eo ipso quod baptizantur conjuges, quia tunc consensus fit inoraliter novus et sic consequitur proprietates Matrimonii christiani. Ita præsertim Sanchez, Tanner, Pesch[3]. —Secunda sententia vult matrimonium fieri sacranientum, quando post Baptismum renovatur consensus. Ita Capreolus[4]. At reponunt alii non esse locum renovationi consensus, siquidem semper prior persistit. — Tertia sententia negat. Ita multi Thomistæ, Vasquez et alii. Sic illam proponit Billuart : « Quia sacramentum Matrimonii consistit in fieri contractus, sicut omnia alia sacramenta, excepta Eucharistia, consistunt in fieri et in actione transeunto : sic Baptismus consistit in actuali applicatione aquæ ad corpus, et sic de ceteris. Atqui in casu non potest fieri novus contractus matrimonii, quia res semel donata et tradita, cum non sit amplius sub dominio donatoris,

1. Can. 1088.
2. De Sacramentis in communi, q. in, art. n, n. xm.
3. Cf. Pesch, n. 727.
4. *IV Sent.,* dist. XXVI, q. i, a. 3, ad 5.

non potest amplius valide donari ; sicut qui vendidit et tradidit equum, nihil efficeret, si vellet iterum illum vendere[1]. » — Concedere tamen debent omnes theologi conjuges, postquam baptizati sunt, recipere jus ad auxilia supernaturalia eorum officiis adimplendis apta et proportionata ; quæ quidem auxilia analogiam saltem habent cum gratia sacramentali.

Quoad alterum, *duplex est nenlcnllo.* Alii, ut Soto*, Rosset, Pesch affirmant C"3C Hiuinnunl.iim, quin I-cub Ecclesia non haberet in illud potentatum. Alii vero negant; quia contractus matrimonialin «J uimn numero, non potest esse in uno el. non in altero, sed «·▮,!.. .... in ambobus vel in nullo est : hinc *iicipul sacramentum Matrimonii claudicare".* Ikl tamen non impedit quominus Ecclesia in illud habeat potestatem, quia fidelis contrahens pertinet ad Ecclesiam et matrimonium hoc modo contractum, licet non sit sacramentum, est tamen res aliquo modo sacra, quæ ad Ecclesiam spectat.

VI. De conditionibus consensus (q. XLv).

Quum contractus debeant verbis exprimi quæ voluntatem contrahentium significent, oportet ut consensus matrimonium faciens *verbis exprimatur* (a. 2). — Quia autem, cum aliquis consensum suum per verba de futuro exprimit, non significat se facere matrimonium, sed promittit se facturum, ideo talis expressio non facit matrimonium, sed sponsionem ejus, quæ *sponsalia* nominatur (a. 3). Perficitur ergo essentialiter matrimonium per consensum *de præsenti.* Sicut porro se habet ablutio exterior ad Baptismum, ita se habet expressio verborum ad hoc sacramentum. Unde, sicut, si aliquis ablutionem exteriorem reciperet, non intendens recipere sacramentum, sed ludum et dolum facere, non esset baptizatus, ita expressio verborum sine *interiori consensu* matrimonium non facit (a. 4).

VII. De objecto consensus (q. xlviii). — Consensus dat *jus* in carnalem copulam, et idcirco consentire in matri-

1·. Billuart, dissert. I, art. 5.

2. Cf. Soto, *IV Seni.,* dist. XXVI, q. n, a. 3 ; Rosset, *De Matrimonio,* I, n. 347 ss. ; Pesch, n. 728.

3. Billuart, loc. cit.

monium est consentire in carnalem copulam implicite, non tamen explicite. Non enim debet intelligi nisi sicut implicite continetur effectus in sua causa, quia potestas carnalis copulæ in quam consentitur e:t causa carnalL copulæ, sicut potestas utendi re sua est causa u„us (a 1). Quapropter, si excluditur ip_um jus, non valet matrimonium I Licque votum solemne religionis, quo jus illud penitus adimitur; consistere nequit cum matrimonio, ut recolit Codex, can. 1073.

At, si remanet jus et excluditur tantum usus, valet matrimonium , quia, sicut salvatur essentia causæ absque effectu et sicut calvatur potestas utendi re sua quin habeatur usus, ita salvatur essentia matrimonh, dum traditur potestas seu jus in copulam, licet nunquam debeat contingere copula. Hinc verum fuit *inler B Virginem* et *B. Joseph* Matrimonium, cum perfecta utriusque virginitate. Cum enim sciret B. Virgo ex divina revelatione nunquam secuturum esse usum, potuit sine læaione voti tradere potestatem sui corporis Joseph et acceptare potestatem corporis illius siCque facere verum Matrimonium[1].

VIII. Ex dictis colligitur quid sit materia et forma hujus sacramenti.

Certum est hodie r e j i c i e n d a m esse sententiam quam olim plures cum Melchiore Cano tenuerant, scilicet materiam esse verba consensus, formam autem benedictionem sacerdotalem ; nam sive Concilium Tridcntinum rive *Codex* docent posse valide Matrimonium celebrari absque sacerdotis benedictione aut præsentia[2].

Quum jam constet Matrimonii sacramentum esse ipsum contractum matrimonialem, quem efficit consensus, manifestum est ipsum consensum verbis expressum esse integrum et adæquatum signum sacramentale quod ex institutione Christi significat et confert gratiam, et in quo distinguendum est elementum *sensibile determinabile,* habens ratio-

1. Cf. S. Thom., *IV Sent.,* dist. IV, q. n, a. 2, et III P., q. xxix, a. 2, et Commentatores S. Thomæ. De recenti quadam theoria erronea quæ tenet repugnare Matrimonium conjunctum cum virginitate, cf. Pesch, n. 731-753.

2. Cone. Trid., Sees. XXIV, cap. i. *De Reform, malrim. ; Codex,* can. 1098.

nem *materiæ,* et elementum *sensibile determinans,* habens rationem *formæ*. Elementum porro sensibile non est consensus internus, qui ex se latet. Quapropter excludenda est opinio Navarri dicentis consensum internum esse materiam, verba autem quibus exprimitur esse formam.

Remanet itaque communis hodie sententia, mutuam corporum traditionem esse materium, quin indiget determinari, et mutuam acceptationem ‹hh‹ lormum, quia contractum omnino determinat et periloit*.

1. Cf. Bened. XTV Brevi *Paucis abhinc annis,* 19 mart.. 1758.

ARTICULUS TERTIUS

DE PROPRIETATIBUS MATRIMONII ESSENTIALIBUS, SCILICET UNITATE ET IND1SS0LUBILITATE

AD ρρ. LXIII ET LXV-LXVII s. THOMÆ

I. De Matrimonii UNITATE sunt conclusiones quatuor. — Prima conclusio : Matrimonium christianum excludit absolute pluralitatem uxorum, de fide.

Verba Christi et documenta Traditionis tanta evidentia pollent, ut etiam plerique protestantes polygamiam simultaneam rejiciant. Dubitavit tamen Lutherus, dicens habere plures uxores neque praeceptum neque prohibitum esse, ita ut non rit improbandus qui velit patrum exempla sequi[1].

Duplex est locus in quo Christus unitatem matrimonii proclamat. Prior quidem, quando dicit : « Non legistis quia qui fecit hominem ab initio, masculum et feminam fecit eos et dixit : Propter hoc dimittet homo patrem et matrem et adhærebit uxori suæ et erunt duo in carne una ?... Quod ergo Deus conjunxit·, homo non separet[2]. » Ubi tria sunt notanda] 1° Christum revocare matrimonium ad primitivam institutionem, quæ est *a Deo creante* hominem ; 2° ex natura rei unitatem illam requiri, ut nempe *duo* tantum sint in carne *una* ; 3° non posse deinceps ab homine solvi unitatem, quæ est a Deo imposita. — Alter locus, quando dicit Christus : « Dico vobis quia quicumque dimiserit uxorem suam et aliam duxerit, moechatur[3], » Porro, si liceret plures habere uxores, non moecharetur qui, dimissa prima, aliam duceret. — Confirmatur ex Apostolo qui, doctrinam Christi inculcando, non aliud matrimonium agnoscit nisi unius viri cum una muliere, ita ut mulier sit *adultera,* si fuerit cum alio viro[4].

1. Cf. Bellarmin., *De Matrimonio,* c. x.
2. Matth., xix, 4 ss.
3. Matth., xix, 9.
4. Cf. *Rom.,* vii, 2, 3 ; *1 Cor.,* vii, 10, 11 ; *Ephes.,* v, 31.

Traditionem testantur ab initio scriptores ecclesiastici *Minucius Felix* : « Cupiditatem procreandi aut unam scimus aut nullam[1] » *Clemens Alexandrinus* : « Dominus, dum vetera renovat, non amplius concedit polygamiam*. »[2] *S. Ambrosius* : « Aliam quaerere, cum habeas tuam, crimen est adulterii[3]. »[4]

Inter praecipuas Ecclesiae declarationes cilantur verba *Nicolai I* : ʊ Duas tempore uno habere uxoreiinoc ipHii origo humanæ conditionis admittit, nec lex chrinl,imiorum ulla permittit*. »[5] Ubi Papa duo asserit ,et unitatem ciiiw r\ juri naturæ, et a lege Christi confirmari. Et verba *Innocentii III* : « Evidenter apparet pluralitatem in utroque nexu, cum non ad imparia judicentur, circa matrimonium reprobandam[6]. »[6] — *Profess, fidei Michaelis Palicologl* in Cone Lugd. II : « Nec unus vir plures uxores simul, nec una mulier permittitur habere plures viros®. »[7] — *Concilium Trident.* : « Si quis dixerit licere Christianis plulres simul habere uxores et hoc nulla lege divina esse prohibitum, A. S.[7]. »[8] — Tandem *Codex* : ɑ Essentiales matrimonii proprietate& sunt *unilas* ac *indicsolubilitas,* quæ in matrimonio Christiano peculiarem obtinent firmitatem ratione sacramenti§. »

Ratio theologica est argumentum S. Thomæ, quod sic proponi potest :

II. Secunda conclusio : Polygamia simultanea ita est contra legem naturæ, ut obstet, non quidem fini primario Matrimonii, sed finibus secundariis (a. 1).

Primarius finis est *procreatio atque educatio prolis (Codex,* loc. cit.), et hoc est primum bonum quod in Matrimonio intenditur ; fines secundarii sunt duo alia bona Matrimonii, nempe *fides seu fidelitas,* per quam homo accedit ad suam et non ad aliam et qua constituitur pax in familia ; atque *sacramentum,* quod significat conjunctionem

1. Minuc. Felix, *Octavius,* c. xxxi ; *P. L.,* in, 337.
2. Clem. Alexandr., *Strom.,* lib. III1, c. xn ; *P. G.,* vm, 1183.
3. S. Ambros., *De Abraham,* lib. I, c. vu ; *P. L.,* xiv, 442.
4. Nicol. I, *Consult. Bulg.,* c. u ; *P. L.,* cxix, 999.
5. Denz., 408.
6. *ibid.,* 465.
7. Sess. XXIV, can. 2; Denz., 972.
8. Can. 1013, § 2.

Christi cûm Ecclesia1. — Porro pluralitas uxorum non impedit *primum bonum,* cum unus vir sufficiat pluribus uxoribus fecundandis ct educandis filiij ex illis nati ; sed *alterum* bonum, licet non totaliter tollat, multum tamen impedit, cum non possit unus vir sufficere ad satisfaciendum pluribus uxoribus ad votum, ct etiam quia communicatio plurium in uno officio causât litem, sicut figuli corrixantur ad invicem, et similiter plures uxores unius viri ; *lertium* autem bonum totaliter tollit, eo quod, sicut Christus est unus, ita et Ecclesia una. Ergo pluralitas uxorum ita est contra legem naturæ, ut obstet, non quidem fini primario, sed finibus secundariis.

III. Tertia conclusio : Potuit a solo Deo concedi dispensatio ut unus vir haberet plures uxores, eo tempore quo id necessarium erat ad humani generis multiplicationem (a. 2).

Ratio quam offert S. Doctor est perspicua. « Semper enim principalior finis magis observandus est quam secundarius. Unde, cum bonum prolis sit principalis matrimonii finis, ubi prolis multiplicatio necessaria erat, debuit negligi ad tempus impedimentum quod posset in secundariis finibus evenire, ad quod removendum præceptum prohibens pluralitatem uxorum ordinatur, a Convenientia seu *congruentia dispensationis* sic assignatur.

Facium autem dispensationis divinæ ex hoc deprehenditur quod viri sancti a Deo electi et dilecti, ut Abraham et Jacob, plures habuerunt uxores nec ullatenus in Scriptura reprehenduntur.

Tempus porro dispensationis videtur fuisse post diluvium, quia tunc urgebat ratio multiplicandi genus humanum.

Modus demum dispensationis videtur fuisse per inspirationem internam factam viris sanctis, sicut etiam lex de unitate uxoris est divinitus impressa cordibus.

Duratio autem dispensationis protracta fuit usque au Legem Evangelicam, quando Christus, condendo Ecclesiam perfectam, cujus unio cum seipso significatur per conjunc-

1. Cf. q. xlix.

tionem unius viri cum una mulieiMatrimonium ad pristinam unitatem revocavit, ut vidimus n. i.

IV. Differentia maxima attendenda. — Dum *polyf/ynia,* pluralitas uxorum in viro, non obstat fini primario, qui est procreatio et educatio prolis, ct idcirco potuit ex dispensatione divina ad tempus permitti, *polyandria,* nempe pluralitas virorum in muliere, repugnat omnino ill. primario fini. Accessus quippe plurium virorum ad canidem mulierem vel conceptionem proli s impedii. v< l conceptam prolem periculo exponit. Hinc mmqmim potuit permitti polyandria.

V. Quarta conclusio : Sooundm ct ulteriores nuptiro, seu bigamia vel polygamia successiva, sunt licitœ et verum sacramentum (q. 1 x iii). — Secundas nuptias reprobarunt *Novaliani* et *Monlanistæ,* quibus adhæsit ipse *Tertullianus,* contendens valere pro cunctis baptizatis quæ pro sacerdotibus statuta sunt cum omnes dicantur sacerdetea, ct idcirco tam in fidelibus quam in sacerdotibus illicitam esse bigamiam. In *Ecclesia Orientali* tertiæ et praeserbim quartæ nuptiæ non admittebantur, imo Nicolaus I patriarcha Constantinopolitanus invaldas esse voluit quartas nuptias ; sed prohibitio paulatim deriit, nec ullibi hodie vigere videtur. — Ecclesia autem Latina permrnt semper secundas et posteriores nuptias absque limite, quippe quæ nunquam fuerint jure divino prohibitae.

prob. i» pars. — Scriptura permittit secundas nuptias, sine limite, ita ut fieri possint, quoties unus conjugum obierit. « Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejue vivit ; quodsi dormierit vir ejus liberata est : cui vult nubat, tantum in Dominol. » « Igitur, vivente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est a lege viri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio virol. » Nullus itaque ab Apostolo assignatur limes. Imo, juxta ipsum, secundæ nuptiæ possunt esse bonum *melius,* quod sit junioribus viduis suadendum ; « Volo ergo juniores nubere, filios2

1. *I Cor.,* vu, 39.
2. *nom.,* vu, 2, 3.

procreare, matresfamilias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia1... »

Traditio catholica invicte asseritur testimoniis quæ viduis nuptias absque limite permittunt. Jam id testatur *Hermas* : « Dic, si vir vel mulier alicujus decesserit et nupserit aliquis eorum, numquid peccat... ? qui nubit non peccat'. » S. *Ambrosius* nullum agnoscit limitem, licet non laudet eas quæ sæpius repetuntur : « Non prohibemus secundas nuptias, sed non probamus sæpe repetitas2 4 » *S. Hieronymi* celeberrimum est effatum : « Erubescat calumniator meus dicens me prima damnare matrimonia, quando legit : *non damno digamos et Irigamos el, si dici potest, octogamos**. »

Præcipuæ declarationes Ecclesiæ sunt : Canon *Concilii Nicæni I,* in quo præscribitur ut Cathari, qui ad Ecclesiam admittuntur, *cum digamis* communicent5 6 — *Professio fidei Michaelis Palæologi* in II Cone. Ludg. : « Soluto legitimo matrimonio per mortem conjugum alterius, secundas et tertias deinde nuptias successive licitas esse dicit, si impedimentum canonicum aliud ex causa aliqua non obsistat8. » — *Cone. Florentinum* : « Declaramus non solum secundas, sed tertias et quartas et ulteriores, si aliquod impedimentum non obstat, licite contrahi posse'. » — Demum *Codex* ; « Licet casta viduitas honorabilior sit, secundæ tamen et ulteriores nuptiæ validæ et lici ■tæ sunt8 »

prob, il» pars. — Hujusmodi nuptias esse verum sacramentum constat ex praxi Ecclesiæ, quæ illis assistit et benedicit — Insuper Ecclesia declarat verum Matrimonium inter baptizatos esse sacramentum. Atqui profitetur secundas et ulteriores nuptias esse verum Matrimonium. Ergo et veruin sacramentum. — Ceterum, ut

1. *I Tim.,* v, 14-15.
2. Hermas, *Pastor,* Mand. IV, n. 4.
3. S. Ambros , *De Viduis,* c. xi ; *P. L.,* xvi, 254.
4. S. Hieron., *Epist. XLVIII ad Pammach.,* n. 9 ; *P. L.,* xxti, 499.
5. Denz., 55.
6. *Id.,* 465.
7. Decret, pro Jacobitis ; Hardouin, ix, 1028.
8. Can. 1142.

animadvertit S. Thomas, in secundis nuptiis inveniuntur omnia quæ sunt de essentia sacramenti : debita materia, quam facit personarum légitimités, et debita forma, scilicet expressio consensus interioris pei verba de præsenti. Ergo nihil obstat rationi sacramenti.

VI. Do INDISSOLUBILITATE Matrimonii pluros versantur qunostionoB. —- Imprimis quwritur utrum Matrimonium diri.U inum ait indissOlubilo ; insuper utrum sit indicsolubile ration-- cni ramenti an etiam de lege natural ; an saltem ex dispensatione dirimi possit Matrimonium consummatum ; an Matrimonium ratum habensque veram sacramenti rationem sed nondum carnali ler consummatum possit dirimi et solvi.

VII. Prima conclusio : Matrimonium Christianum est secundum se indissolubile. — DE fide.

Corutat cx verbis Christi superius explicatis, n. i, quibus Matrimonium ad primam institutionem revocavit, quæ importat simul et *unilalem* et *iridissolubililalem,* et principium statuit : « *Quod Deus conjunxil, homo non separell.* » — Et ex verbis Pauli jus divinum recolentis : « Iis qui matrimonio juncti sunt, præcipio, non ego, sed Dominus : uxorem a viro non discedere. Quod si discesserit, manere innuptam aut viro reconciliari. Et vir uxorem non dimittat[2] ». Quam legem sic alibi explicat : « Nam quæ sub viro est mulier, vivente viro, alligata est legi... Igitur, vivente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro[3]. » Est ergo lex divina pro utroque conjuge ut simul remaneant, ita quidem ut committat adulterium pars quæ fuerit cum novo conjuge, cum prior vivit.

Concilium Tridentinum repetit indissolubilitatem Matrimonii tum ex primitiva institutione tum ex præcepto Christi hanc institutionem confirmantis : « Matrimonii perpetuum indicsolubilemque nexum primus humani generis parens divini Spiritus instinctu pronuntiavit... Christus Dominiis ejusdem nexus firmitatem his verbis confir-

1. Matth., xix, **6.**
2. *I Cor.,* **vn, 10.**
3. *Rom.,* **vn, 2, 3.**

inavit : *Quod ergo Deus conjunxi! homo, non separetl.* » — Codex asserit indicsolubilitatem er.e proprietatem matrimonii *essentialeml* et omni Mat.imcnio vaT.dc, etiam non consummato, induci impedimentum ligamini»·. quod quidem est manifestum indissolubilitatio tos!imon'um j InvJide Matrimonium attentat qui vinculo tenetur prions Matrimonii, quanquam non consummat», salvo privilegio fidei[3]. »

Ratio theologica est quia sacramentum Matrimonii est sicut conjunctio Christi et Ecclesiæ. Sed hæc conjunctio est indissolubilis. Ergo sacramentum Matrimonii est secundum se indissolubile.

VIII. Secunda conclusio : Etiam jure naturæ indissolubile est Matrimonium (q. lxvii, a. l).

Concilium Tridentinum, ut vidimu n. præced., ascerit nexum esse indissolubilem ex primitiva institutione. Sed hæc est expressio juris naturæ. Ergo. — Catochismus Concilii Tridentini asserit id esse et cx natura et maxime ex ratione sacramenti. « Quamvic enim Matrimonio, quatenus *es! naturæ o/ficium, conveniat ut dissolvi non possit, tamen id maxime fit, quatenus ssl sacramentum*.* » — Constat etiam ex damnatione huju" prop, in Syllabo · « Jure naturæ Matrimonii vinculum non est indissolubile[5] »

Valet omnino ratio S. Thomæ : De jure naturæ dici debet quod ordinatur ad educationem prolis, cum proles sit primum Matrimonii bonum. Atqui ad educationem prolis ordinatur indissolubilitas Matrimonii. Ergo illa indissolubilitas est de jure naturæ. — Probatur min. Quum proles sit *commune* bonum viri et uxoris, ejus educatio requirit tamdiu societatem utriusque, quamdiu remanet bonum utriusque Sed remanet bonum utriusque in perpetuum. Ergo ejus educatio requirit ut societas utriusque remaneat in perpetuum, seu sit indissolubilis vere ac proprie.

Objiciunt tamen plures legem naturalem quandoque præbere rationes quasdam pro dissolutione Matrimonii.

1. Sess. XXIV, cap. unie. ; Denz., 969.
2. Can. 1013, § 2.
3. Can. 1069.
4. *Catechism. Cone. Trid.,* P. II, c. vm, n. 11.
5. Prop. 67 ; Denz., 1767.

praesertim quum pars est sterilis vel perpetuo morbo laborat, etc. Ergo lex naturalis non statuit absolute indissolubilitatem. — Respondet S. Thomas has rationes esse *per accidens el in aliquo subjeclo,* dum indissolubilitas attendit id quod est *per se el in omnibus.* « Et ideo in legibus matrimonii magis attenditur quid *omnibus* expediat quam quid *uni* competere possit. Quamvis ergo Matrimonii insepai abditas impediat bonum prolis *in aliquo homine,* tamen est conveniens ad bonum prolis simpliciter. » (ad 4).

IX. Tertia conclusio : Nulla logo vel auctoritate mere humana dirimi potest Matrimonium legitimum. — Col-ligitur evidenter **ex præcedenlibus.** Ille.enim solus potest in lege natural dispensare qui est naturæ et legis naturalis auctor et conditor, scilicet Deus. —Quocirca Pius IX hanc propositionem in *Syllabo* damnavit : « In variis casibus divortium proprie dictum auctoritate civili sanciri potest[1]. » Hinc sequitur leges civiles quæ diT:or-\ium sanciunt repugnare legi naturæ et esse invalidas et immorales.

X. Quarta conclusio : Attamen solutio Matrimonii non videtur esse contra primam intentionem naturæ nec contra prima præcepta, et idcirco potest ex divina dispensatione permitti (a. 2).

Principalis intentio naturæ fertur in bonum prolis, quod est principalis linis in Matrimonio, ita ul inter prima præcepta reponatur id sine quo nullatenus haberi potest illud bonum. Atqui inseparabilitas Matrimonii non est id sine quo nullatenus haberi potest bonum prolis, quæ absolute potest educari, etiamsi parentes disjungantur. Ergo non est de prima intentione naturæ nec inter prima præcepta reponitur. Hæc est explicatio S. Thomae ; « Inseparabilitas enim Matrimonii non ordinatur ad prolis bonum, quod est principalis Matrimonii finis, nisi quantum ad hoc quod per parentes filiis provideri debet in «totam vitam per debitam præparationem eorum quæ sunt necessaria in vita. Hujusmodi autem præparatio non est de prima intentione naturæ, secundum quam omnia sunt

1. **Prop. 67:** Denz., **1767.**

communia. » — Quapropter potuit Deus, ob speciales rationes, dispensare, sua providentia cavendo ne bonum commune inde caperet detrimentum[1].

XI. Quinta conclusio : In Veteri Testamento Deus videtur concessisse dispensationem, permittendo libellum repudii (a. 3). — Tempore S. Thornæ communior erat sententia negans, quæ fuit etiam postea a pluribus theologis, ut Soto. Estio, Sylvio, propugnata ; at paulatim prævaluit sententia'affirmans, quæ hodie SATCOMMUNiTERdefenditur.

Nititur ipsis verbis Christi : « Moyses *permisit* dimittere uxores[2]3 » Si autem non fuisset vera peimissio, debuisset clare indicari aut per legem aut per prophetas.

Objiciuntur quidem alia verba Christi : « *Ad duritiam cordis oestri* permisit vobis ». — Sed respondet S. Thomas : « Quamvis duritia cordis non excusaret a peccato, tamen permissio ex duritie facta excusabat. Quædam enim prohibentui sanis, quæ non prohibentur infirmis corporaliter ; nec tamen infirmi peccant permissione sibi facta utentes. » (ad 4).

XII. Sexta conclusio : Dispensatio ita fuit revocata in Nova Lege, ut ne ob adulterium quidem solvi possit Matrimonium. — Est de fide contra *Protestantes,* qui contendunt adulterium conjugis causam esse qua possit Matrimonium dissolvi. *Quidam Græci* et *alii Orientales^ ex* falsa interpretatione verborum Christi similia docent. Concilium Tridentinum definit expresse non posse propter adulterium alterius conjugum Matrimonii vinculum dissolvi[4].

Verba Christi revocantis dispensationem sunt omnino cogentia. Apud Marcum et apud Lucam nulla exceptio prævidetur. Objicientibus præceptum Moysis, respondet Christus ab initio non sic fuisse, et concludit : « Quicumque dimiserit uxorem suam et aliam duxerit, adulterium committit super eam. Et, si uxor dimiserit virum suum et alii nupserit, moechatur[5]. » « Omnis qui dimittit uxorem

1. Cf. S. Thom., I» IIIe, q. c.
2. Matth., xix, 8.
3. Cf. Denzinger, *Hit. Orient.,* i, 165.
4. Sess. XXIV, can. 7 ; Denz., 977.
5. Marc., x, 11-12.

euam et alteram ducit, moechatur, et qui dimissam a viro ducit, mœchatur*. » — Pariter Apostolus pronuntiat absolute mulierem alligatam esse legi viri, quamdiu iste vivit, ct adulteram licri, ei fuerit cum alio viro'. At, si excluderetur casus adulterii, non amplius vera essent illa asserta. Ergo ne adulterii quidem exceptio est admittenda.

Apud Matthæum quoque3 Christus reducit Matrimonium ad primitivam institutionem : « *{hiod ergo Deus conjunxit, horno non separet* » Rospondetque libellum repudii datum fuisse ad duritiam cordis, a< demum dispensationem omnem revocat · « l >ico autem vobis quia quicumque dimiserit uxorem suam, *nisi oh fornicationem,* et aliam duxerit, mœchatur, et qui dimissam duxerit mœchatur. »

Duo hic asserit Dominus : 1° vinculum Matrimonii nunquam dissolvi ; 2° remanente vinculo, uxorem posse quoad torunvet cohabitationein dimitti ob fornicationem seu adulterium. — Hunc esse verum sensum, nempe dimitti posse uxorem tantum quoad torum et mensam sine vinculi solutione, manifeste colligitur : tum ex verbis immediate sequentibus : « et aliam duxerit, mœchatur, et qui dimissam duxerit mœchatur », quasi diceret : Etsi liceat in hoc casu uxorem dimittere, ita nihilominus remanet vinculum, ut tum vir dimittens tum mulier dimissa adulterium committant, si novas ineunt nuptias ; tum ex admiratione discipulorum, qui exclamant non prodesse matrimonium, si ita est, nempe si nunquam licet uxorem dimittere : « Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. » Nec interpretationem Apostolorum corrigit Christus, sed ea utitur occasione ut virginitatem commendet.

Concinunt Patres. Sic Patres *Aposlolici* textum interpretantur : « Sin vero uxore dimissa aliam duxerit, et ipse adulterium committit4. » Et Patres *Apologetæ* cum S. Justino : « Qui ducit repudiatam ab altero viro, mœchatur5. » Deinde communiter Patres. Objicientibus Moysen, respondet S. *Ambrosius* : « Qui hoc dicit, Judaeus est. Qui

1. Luc., xvi, 18.
2. *l Cor.,* vu, 10, et *Rom.,* vn, 2, 3.
3. Matth., xix, 3-12.
4. Hermas, *Mand.,* iv, 6.
5. S. Justin.. *Apol.* I, 15 ; *P. G.,* vi, 350.

hoc dicit, christianua non est[1]. » S. *Hieronymus* locum Matthaei ita explicat : « Sic priorem dimittere jubetur uxorem, ut secundam, prima vivente, non habeat'[2]. »

Inter Ecclesiæ declarationes, oportet citare 1° *Cone Florentinum* (pro ArmcnL) : « Quamvis autem ex causa fornicationis liceat tori separationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas eat, cum matrimonii vinculum legitime contracti perpetuum sit[2]. » — 2° Definitionem *Cone. Tridentini* : « Si quis dixerit Ecclesiam errare, cum docuit et docet, juxta evangelicam et apoctolicam doctrinam, propter adulterium alterius conjugum matrimonii vinculum non posue dissolvi, et utrumque, vc-l etiam innocentem, qui caucam adulterio non dedit, non posse, altero conjuge vivente, aliud matrimonium contrahere, mœchariquc eum qui, dimissa adultera, aliam duxerit; et eam quæ, dimisso adultero, alii nupserit. A. S.[4]. » Igitur, si de fide est Ecclesiam in hac interpretatione non errare, de fide est hanc esse veram interpretationem. — 3° Professionem fidei a *Henediclo XIV* Orientalibus præscriptam : « Item sacramenti matrimonii vinculum indissolubile esse et, quamvis propter adulterium, hæresim aut. alias causas possit inter conjuges tori et cohabiiationis .separatio fieri, non tamen illis aliud matrimonium contrahere fas esse[5]. » — 4° Demum *Codex* hanc doctrinam sancivit[6].

XIII. Septima conclusio : Legitimum inter non baptizatos matrimonium, licet consummatum, solvitur in favorem fidei ex privilegio Pauline (Cod., can. I120)[7]. — Paulus in celeberrino.capite vu, *I Cor*, 10 ss., promulgat jus divinum in favorem fidei. Quapropter S. Officium declaravit, 11 Julii 1886, hoc privilegium esse *juris diuini* nempe *a Christo Domino in favorem fidei, concessum ei per Apos~lolum Paulum promulgaium.* Quum enim jam constet esse jure naturæ indissolubile, nequit dispensatio concedi

1. S. Ambros., *In Luc.* v, vm, n. 2 ss. ; *P. L.*, xv, i 765.
2. S. Hieron , in h. 1. S. Mattii. ; P. *L.t* xxix, 556.
3. Denz., 702.
4. Denz., 977.
5. Denz., 1470.
6. Can. 1118, 1129.
7. Cf etiam Denz., 405-408.

nisi *a Deo,* cui jus naturæ subjacet, et *propter superius bonum,* quod est bonum fidei.

Antequam conjux conversus et baptizatus novum Matrimonium valide contrahat, debet partem non baptizatam interpellare : 1° an velit et ipsa converti et Baptismum suscipere ; 2° an saltem velit secuin cohabitare pacifice sirtc contumelia Creatoris. Hæc *interpellationes* fieri semper debent, nisi Sedes Apostolica aliud declaraverit. Vin*culum prioris conjugii,* in infidelitate contracti, tunc tantum solvitur, çum pars fidelis reapse novas nuptias valide iniverit. (Codex, can. 1120-1127). — dictera ‹piæ hoc privilegium spectant requirantur *apud canonislas.*

Existimant autem multi theologi valere privilegium pro iis etiam qui in secta hæretica baptizantur, dummodo validus sit Baptismus. Ratio est quia Ecclesia adnectit privilegium Baptismo *vero,* qui quidem etiam apud hæreticos haberi potest et est semper res Ecclesiæ[1].

Quia autem Summus Pontifex potest dispensare ab interpellatione facienda, inferunt plures theologi posse Papam sua potestate solvere Matrimonium quod fidelis in infidelitate contraxerat, sed quod post baptizatum unum vel utrumque conjugem non est consummatum. « Nam, ait Lehmkuhl, causa cur divinitus solutio matrimonii talis permissa sit est *fidei* favor. At hæc causa generalis est, specialem autem et immediatam causam cum suis conditionibus et adjunctis statuere puto esse Ecclesiæ seu Romani Pontificis[2]. »

Matrimonium in infidelitate consummatum sed post Baptismum conjugum non consummatum professione religiosa solemni solvi posse autumant nonnulli theologi, præsertim Sanchez et Pesch[3]. Ratio est, aiunt, quia, si professio solemnis solvit matrimonium ratum Christianorum, quod est firmius, solvere quoque debet matrimonium illud quod minus firmum censendum est. Animadvertunt tamen, se præbente illo casu, recurrendum esse ad S. Sedem,

1. Negat quidem Rosset, *De Matrim.,* i, n. 606 ss. ; affirmant vero Palmieri, Thess. XXVII ; Lehmkuhl, n. 925 ; Pesch, n. 799.

2. Lehmkulh, n. 929. Gi. card. Gasparri, n. 1109; Pesch, n. 795, 796.

3. N. 800.

quæ aut universalem sive legem sive legis interpretationem faciat, aut in singulis casibus vinculum solvat[1].

XIV. Octava conclusio : Professio religiosa solemnis alterutrius conjugis dirimit seu solvit vinculum Matrimonii rati non consummati. — De fide, ex Concilio Trideniino : « Si quis dixerit Matrimonium ratum non consummatum per solemnem religionis professionem alterius conjugum non dirimi, A. S.a. » — Codex id confirmat (can. 1119). — Jam id docuerant Summi Pontifices. Innocentius III : « Licere alteri conjugum, reliquo etiam inconsulto, etiam ad religionem transire, *ila quod reliquus ex lune légitimé poterit alteri copulari*[2]. » Et Alexander III : « Post consensum legitimum de præsenti, licitum est alteri, altero etiam repugnante, eligere monasterium, sicut sancti quidam de nuptiis vocati fuerunt, dummodo carnalis commixtio non intervenerit inter eo.; ; et alteri remanenti, si commonitus continentiam servare noluerit, licitum est ad secunda vota transire. Quia, cum non fuissent una caro simul elTccti, satis potest unus ad Deum transire et alter in sæculo remanere[4][5]. »

Itaque argumentum desumitur ex sanctorum exemplo, qui ex instinctu divino ea egerunt quæ erant a Deo permissa. Patres efferunt exemplum Theclæ « Thecla doceat immolari, quæ, copulam fugiens nuptialem et sponsi furore damnata, naturam etiam bestiarum virginitatis veneratione mutavit[6]. » Hæc facta non cogunt, quia non semper constat utrum fuerit priuj verum matrimonium an tantum sponsalia, et postea vera professio religio·* sa ; attamen fundamentum præbent interpretationi Doctorum, nempe religionem esse *quamdam mortem spiritualem,* qua aliquis sæculo moriens vivit Deo, et idcirco posse solvere vinculum quod est ante carnalem copulam,' sicut mors carnalis solvit vinculum quod est post carnalem copulam®.

1. Lehmkuhl, n. 932.
2. Sess. XXIV, can. 6 ; Denz., 976.
3. Denz., 409.
4. Denz., 396.
5. S. Ambros., *De Virg.,* lib. II, c. m, n. 19 ; *P. L.,* xvr, 211.
6. S. Thom., supra, q. lxi.

Disputatum fuit *utrum jure divino an ecclesiastico* solemnis professio dirimat matrimonium ratum non consummatum. Sufficiat reponere jus divinum hoc saltem modo intervenire, quod Christus voluerit esse in Ecclesia statum perfectionis, quo vota religionis importarentur, tantique fecerit statum illum perfectionis, ut reliquerit in Ecclesia jus dirimendi Matrimonium ratum tantum propter professionem solemnem ; ita ut, posita professione, solveretur eo ipso Matrimonium non consummatum. Quia igitur intervenit jus divinum, res potuit definiri.

Solvitur itaque, non per ingressum religionis, nec per vota temporaria aut perpetua Jmplicia, sed per professionem solemnem, qua: sola *immutabilitatem vilte* efficit. Quapropter pars in sæculo remanens, ut possit ad novas nuptias convolare, exspectare debet, donec conjux vota solemnia nuncupaverit

XV. Nona conclusio : Matrimonium ratum non consummatum dissolvi potest per dispensationem a Sede Apostolica ex justa causa concessam, utraque parte rogante, vel alterutra, etsi altera sit invita *(Cod.,* can. 1119). — A sæculo xvi usque ad sseculum xvm viguit controversia, partemque negantem tenuerunt Soto, Sylvius, Tapperus, Tournély, etc. At sæculo xix communis evasit sententia affirmans, quæ certa jam erat, antequam in Codice sanciretur ; hodie vero nullum permittitur dubium.

Argumentum desumitur ex praxi constanti Romanorum Pontificum. Unum quidem vel alterum factum pontificium non facit articulum fidei, sed, quando per multa sæcula Summi Pontifices alicui praxi constanter adhæserunt, supponendum est id non esse erratum. Ratio est quia Summus Sacerdos Christus Ecclesiæ suæ efficaciter assistit, ne puritas fidei et morum corrumpatur, præsertim in hac re sacramentaria in qua error induceret corruptelam, permittendo adulterium, si Papa non solveret reapse vinculum. Atqui per multa sæcula et constanti praxi Romani Pontifices usi sunt potestate solvendi Matrimonium ratum non consummatum. Ergo hanc revera potestatem habent. — Minor constat ex praxi Curiæ Romans, quæ jam viguit temporibus Eugenii IV et Martini V,

ul refert S. Antoninus[1]. Imo antea videntur esse casus. Citant multi auctores testimonium Alexandri IIP, qui solvit casum de muliere quæ nupserat viro cuidam et, matrimonio nondum consummato, alteri adhæserat et cum eo copulam habuerat. Secundum matrimonium erat manifeste invalidum, cum prioris conjugii vinculum a nulla auctoritate fuisset solutum. Decernit Papa mulierem debere ad priorem virum redire, sed addit : « Quamvis a quibusdam prædecessoribus nostris sit aliter judicatum. » Non vult Alexander III uti sua potestate et prius vinculum solvere, sed, quia testatur aliter judicatum fuisse a pluribus summis Pontificibus, innuit matrimonium ratum fuisse aliquando a Papa solutum.

Nec in hoc ulla deprehenditur repugnantia. Cum enim conjuges nondum effecti sint una caro, Matrimonium, licet sit secundum se firmum et perpetuum, non tamen illam obtinuit indissolubilitatem quæ ex consummatione carnali provenit ; ac proinde, sicut per professionem religiosam solemnem Ecclesia dirimit vinculum, ita potest, propter alias rationes graves, utendo potestate sibi divinitus concessa, vinculum Matrimonii rati non consummati solvere.[2]

1. S. Antonin., *Sum Theol.,* P. ITT, tît. T, c. xxv.
2. *Decret.,* lib. VI, tit. IV, c. in.

ARTICULUS QUARTUS

DE SUBJECTO ET M1NISTHO MATBIM0N1I

I. Subjectum a pt u m et subjectum c a pa x . Subjectum *apium* sacramenti Matrimonii est baptizatus, ita ui, nullum oit matrimonium contractum a persona non baptizata cum persona baptizato in Ecclesia catholica vel ad eandem ex htoresi aut schimate convena'.

Subjectum *capax* et t persona quæ habet cullicientem usum rationL, cullicicntcquo notitia et libertate pollet, ut possit absque errore et coactione vel metu contrahere, quæque potene est ad copulam matrimonialem, et nullo impedimento naturali, divino positivo aut ecclesiastico prohibetur.

II. Quænam sint hujusmodi impedimenta. — Impedimentum generatim dicitur quod obetat ne matrimonium licite aut etiam valide contrahatur. Illa itaque impedimenta quæ liceitati tantum obstant dicuntur *impedientia seu prchlbenlia ;* quæ autem etiam validitati, sunt *dirimentia seu irritantia.*

Impedimenta prohibentia sunt : 1° *Ecclesia vetitum,* nempe pfohibitio a Papa vel episcopo facta contrahendi tale matrimonium ob specialem et gravem causam : 2° *votum* non qujdem solemne ued simplex virginitatis, vel castitatis perfectæ, vc> non nubendi, vel suscipiendi sacros ordines vel ingrediendi religionem ; 3° *mixla religio,* ita ut prohibeatur matrimonium inter partem catholicam et partem hærcticarn aut schismaticam : 4° *cognatio legalis,* in iis regionibus ubi lege civili legalis cognatio ex adoptione orta nuptias reddit illicitas.

Impedimenta autem dirimentia sunt vel *juris naturalis.* ut error ,impotentia, consanguinitas in primo gradu lineæ rectæ ; vel *juris naturalis ei juris divini positivi simul,*

I. *Codex,* can. 1070, § 1.

ut ligamen, sicut constat ex dictis modo de unitate et indissolubilitate matrimonii, et consanguinitas in primo gradu lineæ collateralis, ita ut sit contra jus divinum positivum et etiam contra secundaria legis naturæ præcepta matrimonium inter fratrem et sororem ; vel tantum *juris ecclesiastici,* ut votum, ordo, cognatio spiritualis, etc.

Codex distinguit impedimenta gradus minoris et gradus majoris. *Impedimenta gradus minoris* sunt : 1° consanguinitas in tertio gradu lineæ collateralis ; 2° affinitas in secundo gradu lineæ collateralis ; 3° publica honestas in secundo gradu ; 4° cognatio spiritualis ; 5° crimen ex adulterio cum promissione vel attentatione matrimonii etiam per civilem* tantum actum. Impedimenta *majoris gradus* alia sunt omnia[1].

III. Homo est subjectum Matrimonii liberum, ita ut nemini per se imponatur Matrimonium.

Non imponitur ratione boni privati, quia impedit in homine bonum majus, scilicet bonum virginitatis. Nam ma'rimojaium ordinatur ad bonum corporis et pertinet ad vitam activam, dum virginitas ordinatur ad bonum animæ et ad vitam contemplativam. Atqui bonum animæ præfertur bono corporis et vita contemplativa vitæ activæ. Ergo indubitanter virginitas præferenda est continents conjugali[2]3 Hinc definitio Concilii Tridentini : « Si quis dixerit statum conjugalem anteponendum esse statui virginitatis vel coelibatus, et non esse melius ac beatius manere in virginitate ant cœlibatu quam jungi matrimonio, A. S.". » Quum ergo fruatur homo libertate eligendi id quod melius et beatius est, nempe virginitatem, nemini per se imponitur Matrimonii præceptum.

Nec ratione boni communis, quia non tenentur singuli bonum commune procurare per generationem « Præceptum igitur legis naturæ homini datum (Je comestione necesse est quod ab unoquoque impleatur : aliter enim individuum conservari non posset. Sed præceptum datum de generatione respicit totam multitudinem hominum, cui

1. Can. 1042.
2. S. Thom., IIs II*®, q. clii, a. 4.
3. Sess. XXIV, can. 10; Denz., 981.

necessarium est, non solum quod multiplicetur corporaliter, sed etiam quod spiritualiter proficiat. Et ideo sufficienter providetur humana! multitudini, si quidam carnali generationi operam dent ; quidam vero ab hac abstinentes contemplationi divinorum vacent ad totius humani generis pulchritudinem et salutem. Sicut etiam in exercitu quidam castra custodiunt, quidam signa deferunt, quidam gladiis decertant. ; qm>· tamen omnia debita sunt multitudini ; sed per unum impleri non possunt[1]. »

Si ergo alicui homini imponi debet Matrimonium, id erit *per accidens* ratione specialis adjuncti.

IV. CONTROVERSIA de ministro sacramenti Matrimonii. Nonnisi a temporibus Mclchioris Cani fortunam habuit opinio quæ vult ministrum in Matrimonio esse sacerdotem. Contendit porro *Melchior Canus* hujus sacramenti materiam esse consensum contrahentium, formam autem verba : « Ego vos conjungo », ministrum vero sacramenti sacerdotem qui verba- illa pronuntiat[2]. Ipsi adhæserunt plus minusve Estius, Sylvius, Juenin, Tournély.

At jam cert/· est *senlenlia communis,* quæ sic proponitur :

V. Ministri sacramenti Matrimonii sunt ipsi contrahentes. Ratio est perspicua. Minister Matrimonii est qui facit Matrimonium seu qui ponit causam efficientem Matrimonii. Atqui, juxta *Codicem* (can. 1081), Matrimonium facit partium consensus, et, juxta *Concilium Florentinum.,* « causa efficiens Matrimonii regulariter est mutuus consensus per verba de præsenti expressus ». Ergo ministri Matrimonii sunt contrahentes qui præstant consensum.

Confirmatur. Si sacerdos esset minister Matrimonii, nunquam valeret matrimonium nisi adesset sacerdos. Atqui valet, in certis adjunctis, Matrimonium absque sacerdotis benedictione et præsentia, ut constat ex *Concilio Tridenlino* et *Codice*[3]. Ergo.

Nec reponere amplius possunt adversarii Matrimo-

1. Cf. S. Thom., *ibid.,* a. 2, ad 1.
2. Melchior Cano, *De Locis Theologicis,* lib. VIII, c. v, sol. 3.
3. Cone. Trid., Sess. XXIV, cap. i, *De Reformat. ; Cod.,* can. 1098.

nium in illis adjunctis valere ut contractum, non autem ut sacramentum ; nam Ecclesia jam determinavit inter baptizatos non posse matrimonialem contractum validum consistere, quin eo ipso sit sacramentum. (Supra, art. II, n. m).

VI. Hinc sequitur sacramentum Matrimonii non habere ministros consecratos. — Contrahefttes quippe sibi invicem conferunt gratiam, quatenus mutuo dant et eptant consensum, non autem quatenus specialem suscipiunt consecrationem. Quocirca, si contrahunt in statu peccati mortalis, peccant ut recipientes indigne sacramentum vivorum, non tamen novum sacrilegium committunt ut ministri

Inferunt quoque theologi sacerdotem, si quando ex dispensatione contraheret Matrimonium, non sibi ministrare hoc sacramentum quatenus est sacerdos, sed quatenus est christianus capax contrahendi seu habilis ad contrahendum.

VII. Sacerdos tamen regulariter adhiberi debet, ut testis Ecclesiæ et minister solemnitatis. — Quum enim Matiimonium sit *res externa,* quæ publicos effectus habet in societate ecclesiastica, debet esse quidam testis qui nomine societatis ecclesiasticæ ex officio assistat ; et pariter, quum sit Matrimonium *res sacra el religiosa,* debet cum quibusdam ceremoniis, quæ huic sacramento congruant, celebrari. Atqui testis ab Ecclesia ex officio deputatus est sacerdos, et. pariter sacerdos est minister ceremoniarum quæ sacramentorum celebrationem comitantur. Ergo sacerdos est testis ex ollicio, et minister, non quidem ipsius sacramenti Matrimonii sed externæ solemnitatis quæ debet sacramentum regulariter comitari. Quapropter Ecclesia semper fuit sollicita de servanda *forma celebralionis Mulriinonii*[1].

1. Cf. *Corf.* can. 1Π01 ss.

ARTICULUS QUINTUS

DE POTESTATE ECCLESIÆ IN MATRIMONIUM

I. Principium S. Thomæ in hnc materia recolendum *(Supplent.,* q. xli, Prol.). - Matrimonium potest *nitilliplicilerconsiderari :* 1° ut est in olllciuni rialurse, sicque requisita vel impedimenta lege untune statuuntur ; 2° ut est sacramentum, sicque requisita vel impedimenta statuuntur a Deo, qui sacramentum instituit, vel ab Ecclesia, cui sacramentorum «rconomia et cura commissa est ; 3° ut est in officium communitatis humanæ, sicque potest lex civilis quædam circa Matrimonium determinare quoad effectus civiles, ut sunt jus dotis, jus hæreditatis, etc.

II. Triplex quæstio discutienda. — Quæritur imprimis *an Ecclesia liabeal* revera potestatem constituendi pro suis subditis impedimenta dirimentia ; secundo, an potestas constituendi impedimenta pro baptizatis sit *solius Ecclesiæ :* tertio, an saltem *pro non baptizatis possil auctoritas civilis* impedimenta dirimentia constituere.

III. Prima conclusio : Ecclesia veram habet potestatem a suo Conditore acceptam constituendi pro suis subditis impedimenta etiam dirimentia. — Est de fide contra hæreticos et rationalistas. Jam *Waldenses* potestatem Ecclesiæ quoad Matrimonii impedimenta impetebant ; *Lutherani* et *Caloinistæ,* qui nonnisi rationem contractus, nullatenus autem sacramenti, in Matrimonio attendunt, admittunt tantum impedimenta in *Levilico* statuta, quæ ponuntur esse juris naturalis idoque indispensabilia. *Marcus Antonius de Dominis,* exarchiepiscopo Spalatensi apostata, negat Matrimonii vinculum potestati ecclesiasticæ subesse[1]. *Launey,* doctor Parisiensis, contendit causas matrimoniales et potestatem instituendi impedimenta ad principes

1. In suo libro : *De Hepublica ecclesiastica,* lib. V, c. xi.

proprio jure pertinere, ad Ecclesiam vero nonnisi ex principum concessione vel indulgentia[1].

Hos errores renovant *Pistorienses,* et generatim *hodierni legislatores,* qui de matrimonio et de divortio ferunt leges, nullo habito Ecclesia respectu.

Potestas autem constituendi impedimenta dirimentia includitur in ipsa notione Ecclesiæ, prout fuit a Christo instituta. Nam societas supernaturalis perfecta debet ea potestate gaudere quæ impedit gravissima inconvenientia in animarum salutem et in publicam tranquillitatem et pacem. Atqui potestas constituendi impedimenta ordinatur ad removenda illa inconvenientia quæ ex inconsiderata vel præpropera vel faciliori matrimoniorum celebratione provenirent. Ergo dubitandum non est Ecclesiam hac potestate pollere.

Hinc Ecclesia semper et ab initio hac potestate usa est. Jam Patres loquuntur de impedimento voti ab Ecclesia statuto, quod nuptias reddit sacrilegas : « Etiamsi voluerit nubere, ait S. Ambrosius, communi lege connubii, adulterium perpetrat*. »

Quapropter Concilium Tridentinum definit : «Si quis dixerit Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta Matrimonium dirimentia, vel in iis constituendis errasse, A. S[2] » Absonum est Ecclesiam hic intelligi principes sæculares, ut contendit Launoy, quasi Concilium definiret principes sæculares esse infallibiles seu non errasse ! — Pius VI damnat prop. 59 Synodi Pistoriensis[4,5] et Pius IX in *Syllabo* proscribit propositiones quæ dicunt Ecclesiam non habere potestatem impedimenta matrimonium dirimentia inducendi, et eas quæ contendunt Tridentihos canones de hac re non esse dogmaticos[6].

Diximus : *pro suis subditis,* non autem pro his qui sunt simpliciter extra Ecclesiam. Porro omnes baptizati etiam in secta hæretica, vi Baptismatis fiunt subditi Ecclesiæ, quia jam habent rem sacram, seu verum sacramentum, quod nonnisi suæ Ecclesiæ commisit Christus. Hinc potest Ecclesia suis legibus quoad Matrimonium

1. In suo libro : *De Regia in Matrimonium Potestate.*
2. S. Ambros., *Ad uirg. laps., c. v ; P. L.,* xvi, 373.
3. Can. 4 ; Denz., 974.
4. Denzinger, 1559.
5. Denzinger, 1768 ss.

ligare hæreticos et schismaticos, licet sæpe *id non intendat,* præsertiin quoad catholicam Matrimonii formam[1].

Objicitur : Ecclesia non potc.t mutare sacramenti materiam. Atqui, si posset btatuere impedimenta dirimentia, mutaret materiam sacramenti. Ergo. — *Resp.* s Non potect mutare *formatiler,* illiciendo ut mutua corporum traditio non sit materia sacramenti Matrimonii, concedo ; non potest *materialiter* mutare, apponendo conditiones quæ impediant mutuam corporum traditionem, nego. Contradict, min. et neg. conci. — Sicut qui mutat vinum in acetum impedit ne adsit materia consecrationis apta, ita Ecclesia, impedimenta apponendo, ellicit ne peraonæ sint ad contrahendum habiles vel ne se sibi mutuo tradant

IV. Secunda conclusio : Illa potestas inducendi impedimenta dirimentia pro baptizatis ad solam Ecclesiam pertinet. — Plures oliin theologi, ut Petrus de Soto, Catharinus, Sanchez, etc., existimarunt principes sæculares per so posse pro subditis Christianis constituere impedimenta dirimentia, licet Ecclesia de facto hoc jus sibi reservaverit. Sed hodie conclusio est theologice certa.

Definit Concilium Tridentinum : « Si quis dixerit causas matrimoniales non spectare ad judices ecclesiasticos, A. S[2]. » Propositio autem ita est ex sese universalis, ut significet *omnes* causas matrimoniales ad *solos* judices ecclesiasticos pertinere. Quæ interpretatio ex ipso Concilio eruitur ; nam ait matrimonia clandestina, licet fuerint a regibus declarata invalida, non tamen fuisse semper invalida, sed solum quando Ecclesia ita voluerit[3][4] Plures Pontifices, ut Benedictus XIV, Pius VI, Pius IX, Leo XIII, hanc etiam interpretationem dederunt, ita ut Codex absolute pronuntiet : « Eidem supremæ auctoritati (ecclesiasticæ) *prioalioe* jus est alia impedimenta matrimonium impedientia vel dirimentia pro baptizatis constituendi per modum legis sive universalis sive particularis[3]. »

Ratio theologica sat liquet : Ideo Ecclesia hanc sibi

1. Cf. *Cod. Jur. can.,* can. 1099, § 2.
2. Can. 12 ; Denz., 982.
3. Sess. XXIV, cap. i, *De Reform, matrim.*
4. Can. 1038, § 2. — Cf. can. 1040.

potestatem attribuit, quia Matrimonium est sacramentum. Atqui sacramentorum cura soli Ecclesiæ competit. Ergo hæc potestas constituendi impedimenta est solius Ecclesiæ.

V. De tertia autem quaestione controversia inter catholicos libere agitatur.

Posse principes sæculares statuere impedimenta dirimentia pro subditis non catholicis, docuerunt auctores non pauci, præsertim Schmalzgrueberl. Nam, aiunt, ubi matrimonium non est sacramentum, habet tantum rationem contraotus. Atqui principes sæculares possunt leges etiam irritantes de contractibus ferre. Ergo possunt impedi-' menta etiam irritantia ferre circa matrimonium. — Multi vero, præsertim hodie, negant. Nam nuptiale vinculum fuit semper *res sacra,* ut exponit Leo XIII in encyclica *Arcanum,* et idcirco ad potestatem sæcularem non spectat leges ferre circa ipsum vinculum, sed tantum circa effectus mere civiles et externos. Et, quia, hodie saltem, Deus non vult auctoritatem civilem quæ circa res sacras non sit Ecclesiae suæ subjecta, nequit agnoscere auctoritatem mere civilem quæ de re tam sacra, ut est matrimonium, leges irritantes possit valide ferre.

Expositis utriusque sententiæ momentis, concludit P. Pesch : « Sententia quæ affirmat illam potestatem principis civilis pro se habere videtur majorem auctoritatem externam; Sententia vero negans melioribus rationibus internis niti videtur[2]. »

VI. Generalis conclusio pro pietate. — Quanquam Matrimonium est magnum sacramentum, majus quid est unio Christi cum Ecclesia vel unio Dei cum anima fideli... Recogitent igitur omnes, sive in statu conjugali sive in statu virginitatis vel coelibatus vitam piam agant, cuncta terrena raptim transire gaudia, atque idcirco totis viribus tendendum esse ad illam supremam ac permanentem unionem quæ erit indeficiens felicitas, dum sine fine concinent beati omnes : *Adhærere Deo bonum esi !...*

1. Cf. Card. Gasparri, *De Malrim.,* i, p. 169.
2. Pesch, op. cit., n. 895.

TRACTATUS DE NOVISSIMIS

Er Supplemento, qq. lxix-xcix (ci)

Nonissima dicuntur sive en quæ singulis hominibus e. vita migrantibus ultimo eveniunt, sive effectus qui in fine mundi ultimi erunt.

Doctor Angelicus in *Supplemento* omnia novissima ad *resurrectionem* reducit. Fini i quippe lotius ordinis supernaturalis est *olla æterna,* quæ est *vita gloriæ ;* unde ad gloriam ordinatur gratia, sicut semen ad fructum, sicut inchoatio ad complementum ; et pariter sacramenta, quæ sunt gratiæ causa, respiciunt adeptionem gloriæ, qua habita, desinere debent. Ouocjrca tractatum de Sacramentis logice subsequitur tractatus de gloria tandem a nobis possidenda. Verum gloria, ut sit exclusio cujusvis pœnæ, debet etiam corpus attingere ; quæ liberatio totalis importat resurrectionem. Hinc scite dicit Angelicus : « Postquam dictum est de *sacramentis,* quibus homo liberatur *a morte culpæ,* consequenter dicendum est de *resurrectione,* per quam homo liberatur *a morts pœnæl* »

Totus igitur Tractatus de Novissimis respicit resurrectionem, quatenus ea omnia de quibus disserit resurrectionem spectant, vel ut *praecedentia,* vel ut *concomitantia,* vel ut *sequentia* — Præcedentia autem sunt mors ct judicium particulare, quo singulis animabus assignantur sors, et receptacula, coelum vel infernus. Hæc sunt ergo quatuor hominum novissima de quibus est imprimis disserendum : *mors, judicium, ccelum, infernus.* — Deinde sermo fiet de *ipsa resurrectione* et de concomitantibus. — Demum agetur de *judicio generali* et de his quæ sunt illi connexa, ut *pœnæ peccatorum* et *felicitas sanctorum.*

1. Q. Lxix Prol.

QUÆSTIO PRIMA

DE NOVISSIMIS QUÆ SINGULORUM HOMINUM CONSUMMATIONEM INCIPIUNT

Duo sunt quibus necessario inchoatur singulorum hominum consummatio, scilicet *mors,* qua clauditur status viæ, et *judicium particulare,* quo sors unicuique definitive stabilitur. His ergo incipiendus est tractatus de Novissimis.

ARTICULUS PRIMUS

DE MORTE

I. De morte tria sunt tenenda : 1° mortem esse *poenam,* stipendium seu sequelam peccati ; 2° mortem cs'sc *universalem* ; 3° morte imponi *terminum statui uiæl.*

II. Duplex refellendus est error ; 1° *ralionalistarum,* qui, negatis peccato originali et elevatione hominis, nullam agnoscunt in morte sequelam peccati; 2° *proleslanlium et baianorum,* qui contendunt immortalitatem primi hominis fuisse naturæ debitam.

primus error Scriptura expresse refellitur. Testatur enim Scriptura Deum *iemssehominem inexterminabilem*[1]. Unde, licet mors sequatur naturaliter ex conditione mate-, riæ, vi tamen suoernaturalis beneficii excludebatur. Deus minatur mortem homini tanquain transgressionis pennam : « *In quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris*[3]. » EI post lapsum profertur sententia in pœnam : « Pulvis es et jn pulverem reverteris[4][5] » Id etiam asserit Apostolus : « Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit et *per peccatum mors*[6]... *Stipen-*

1. Ita communiter theologi, v. g., Hurter, n. 799.
2. *Sap.,* n, 23.
3. *Genes.,* n, 17.
4. *Genes.,* in, 19.
5. *Rom.,* v, 12.

dia peccati mors}. » — Concilium Tridentinum definit « primum hominem /\dani„. incurrisse per'offensans prævaricatioais.iranmet indignationem_ Dfij atque ideo mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus1..., et per inobedientiae peccatum *mortem* et poenas corporis in omne genus humanum transfudisse3,4.

aliunde docet Ecclesia immortalitatem in primo hoinine fuisse prorsus gratuitam ; hinc damnavit prop. Baii : «*Naturali lege* constitutum Imi. homini ut, si in oEo,-dientia perseveraret, ad cam vitam pci transiret, *in qua mori non possel**. »

Eius VJ,.in bulla *Anciorem ft Ici* alserit simul et mori,em in præsenti statu infligi vehit justam poenam peccati, et immortalitatem fuisse gratuitum beneficium, non naturalem conditionem5.

III. Status separationis. — J?er mortem corpus in sua elementa dissolvitur ; anima autem incorruptibilis permanet. Immortalitas porro animæ, tum ab intrinseco tum ab extrinseco, est veritas evidens, quam ràtio demonstrare potest6. Status autem separationis non est proprie violentus, sed anima illum naturaliter surtinet ; at dici potest *prælernaiuralis,* quia non oritur per se et connaturaliter^ / ex ipsa anima vel ex modo quo anima conditur a Deo, sed^'^/.^"— advenit ex actione corruptiva corporis7. — Animæ sepa-,^^ *j^læ^quadruplcx* competit *modus inlidligendÇ](^per* spe-1*^^, p cies in vita. acquisitas et incorruptibilité!· conservatas 1 2° per species, a Deo inlii as , d" per essentiam ipsius animæ; 4° per locutionem intellectualem8.

IV. Mors est universalis. — Id imprimis demonstrat ratio philosophica. Cum enim in omnibus individuis humanis sit eadem species corporis, contrariis constans elementis, philosophice est certum compaginem coi puris

1. *Rom.,* vi, 23.
2. Sess. V, can. 1 ; Denz , 788.
3. *Ibid.,* can. 2 ; Denz., 789.
4. Prop 6 ; Denz., 1006.
5. Denz., 1517.
6. Cf. Nostr. *Curs. Philos. Thom.,* t. Ill, pp. 100-113.
7. *Ibid.,* p. 149.
8. *Ibid,* t. IV, pp. 138-149.

in nullo homine possg naturaliter perpetuo conrisfere. Testatur etiam Scriptura ; « In omnes homine;· mors pertransiit, in quo *omnes* peccaverunt[1]. Sicut in Adam *omnes* moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur[2]. Statutum est hominibus semel mori[3] »

quæstio est tamen utrum lex illa quæ omnibus *statuitur exceptiones* patiatur. Traditio estantiquissima Henoch et Eliam adhuc vivere, eaque S. Scripturæ innititur ; nam Henoch dïciiür *translatas* a Deo *ne uiderel mortem** ; Elias autem per turbinem in cœlum ascendit et veniet iterum ante diem Domini ad convertendos Judæos[5][6]. Hinc profitetur sacra liturgia Deum liberasse Henoch et Eliam de communi morte mundi®. — Licet plures tenuerint illos nunquam esse morituros, sententia tamen opposita invaluit ; imo multi docent illos fore ab Antichristo occidendos et postea resurrecturos. Ita veteres interpretantur textum Apocalypsis de *duobus testibus* a bestia occidendis[7] ; quem tamen locum alii accipiunt etiam de prædicatoribus qui tempore Antichristi jura Dei vindicabunt.

difficultas major est de textu Apostoli *I Cor.,* xv, 51. In Vulgata editione habetur : « *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur* » ; in multis autem et optimis codicibus græcîs : « *Non omnes dormiemus, sed omnes immutabimur* ▮. S., Thomas controversiam refert et concludit : « Tamen *securior* est hæc et *communior* opinio, quod omnes morientur c" a morte resurgent[8]. » Nostris diebus, multi exegetæ existimant textum Pauli non posse obvio sensu explicari nisi m sententia quæ tenet homines superstites in adventu Christi non esse morituros[9]. Alii reponunt illa verba intelligi de somno mortis prolongato ; pro his enim qui in fine mundi reperientur, mors non erit proprie somnus, qui indicat pausam prolongatam, sed potius transitus celerrimus de statu mortali in statum

1. *Horn..,* v, 12.
2. *1 Cor.,* xv, 22.
3. *Hebr.,* ix, 27.
4. *Gen.,* v, 24 ; *Hebr.,* xi, 5.
5. *IV Reg.,* n, 11 ; Malach., iv, 5, 6.
6. Rituale Rom., *De commend, anim.*
7. *Apoc.,* xi, 7 ss.
8. *Supplem.,* q. lxxviii, a. 1.
9. Cf. Corluy, in *I Cor.,* p. 509 ; Prat, *La Théologie de S. Paul,* I, pp. 109-112.

immortalem. Nihil absolute certi statui potest. Sententiæ tamen veterum, quæ asserit omnes morituros esse nemine excepto, adhæret *Calcchismus* Concilii Tridentini[1]. Eodem sensu scribit card. Billot : « Nec videtur admittenda opinio dicentium futuros aliquos qui immortalitate supervestiantur quin prius cedant legi ab initio latæ contra posteritatem Adæ : pulvis es et in pulverem reverteris[2]. » P. Lépicier putat etiam *probabiliorem* sententiam qua- tenet illos omnes etiam in fine mundi esse morituros[3]. — Utraque sententia teneri potest.

V. Mors imponit terminum statui viro. — Doctrina omnino certa, tum ex Scriptura tum ex Traditione. « Venit *nox,* quando nemo potest operari[4]. » *Nox mani/este* indicat *mortem,* ut communiter interpretantur SS. Patres, v. g. Origencs, S. Chrysostomus, S. Augustinus[5].

Ecclesia, docendo *slalim post mortem* fieri judicium,· eo ipso asserit statum viæ in morte claudi. Insuper *damnat expresse propositionem Lulheri* contendentis animas in purgatorio non esse extra statum merendi[6].

Ratio ultima est ordinatio divinæ providentiæ. Posset absolute concipi aliquis progressus accidentalis post hanc vitam : licet quippe beati sint confirmati in bono, possunt inter hoc vel illud eligere, et similiter, quamvis damnati semper adhærearit malo, non coguntur eundem actum malum semper eligere. Congruit tamen ut meritum cum præsenti vita claudatur, quia est acquisitio perfectionis nostræ et debet acquiri perfectio per animam et corpus ; hæc est enim ratio unionis animæ cum corpore, ut mediante corpore nostra perfectio comparetur. Unde sapientissime decrevit Deus ut horno propriis actibus salutem operaretur et idcirco præsentem vitam reliquit ut probationis tempus. Sed, quia probatio non debet indefinite durare, decrevit ut statim post mortem fieret retributio. Quod ex dicendis plenius liquebit.

1. Pars I, art. II, n. 6.
2. Card. Billot, *De Novissimis,* thés. XII.
3. *De Novissimis,* pp. 19 ss.
4. Joan., ix, 4.
5. Origen , Homil. III in Ps. XXXVI ; *P. G.,* XII, 1346 ; S. Chrysost., Homil. LVI, in *Joan.* ; *P. G.,* LIX, 309 ; S. Augustin., *Tract. XLIV in Joan.,* 5-6 ; P. *L.,* XXXV, 1715-1716.
6. Prop. 38, damn, a Leone X, 15 junii 1520 ; Denz., 778.

ARTICULUS SECUNDUS

DE JUDICIO PARTICULARI

I. Errores. — *Millenarii* seu *Chiliastæ* finxerunt animas in incerto et quasi sopitas remanere usque ad tempus judicii generalis. Quem errorem suscitarunt novatores, docendo esse omnia suspensa usque in diem Christi in fine mundi , hinc, juxta *Lulherum,* animæ in purgatorio non sunt securæ de sua salute, saltem omnes Quæ propositio fuit damnata a Leone X, 15 junii 1520[1]. *Bosminl* similia imaginatus est : « In statu naturali, anima defuncti existit perinde ac non existeret : cum non possit ullam super seipsam reflexionem exercere, aut ullam habere sui conscientiam, ipsius conditio similis dici potest statui tenebrarum perpetuarum et somni sempiterni[2]. »

Nostra ælale, mulli protestantes docent non fieri judicium in fine præsentis vitæ, sed locum esse prædicationi Evangelii post mortem ; unde juxta illos fit inter primum et ultimum adventum Christi evangelizatio salutis in altera vita, pro illis saltem qui Evangelium in terris non audierunt[3].

Arguunt ex textu *Matlh.,* xn, 32, et volunt peccata quæ non sunt contra Spiritum Sanctum remitti posse in futuro sæculo. — At ex verbis Domini inferri tantum potest esse pro illis peccatis expiationem seu purgatorium post hanc vitam, non autem relinqui tempus pœnitentiæ seu conversioni post mortem.

Arguunt insuper ex epist. Petri (1 *Pel.,* m, 19, et iv, 6) : « In quo et his qui in carcere erant spiritibus veniens prædicavit... Propter hoc enim et mortuis evangelizatum

1. Prop. 38; Denz., 778.
2. Prop. 23 damn, a S. Officio, 14 dec. 1887 ;.Denz., 1913.
3. Ita præsertim A. Grétillat, *Exposé de théol. syslém.,* t. IV, p. 549, Paris, 1890. — Cf. pro refutatione Capéran, *Le problème du salut des infidèles, Essai historique,* pp. 478 ss., 493 ss. ; *Essai théologique,* I P.

est. » — Verum hic non innuitur Christum opus conversionis animaruiQ in inferia patrasse, sed solum nuntium bonum animabus quæ in limbij erant attulisse, scilicet nuntiasse Incarnationis et Redemptionis opus a sfe peractum.

II. DOCTRINA FIDEI : Aniina per mortem a corpore soluta mox subit judicium, jucttssimnque Dei contontia sors pro meritis immutabiliter determinatur. — 1° Probatio ex Scriptura.

Jam persuasio erat in Veteri Testamento fieri quamdam *retributionem* in die obitus, *denudari* opera hominis : « Facile est coram Deo in dic obitus retribuere unicuique secundum vias suas... Et in fine hominis denudatio operum illius[1]. » Qui duplex conceptus, sive *retributionis* sive *denudationis,* virtualitcr exhibet conceptum alicujus judicii quo post mortem sors hominis determinatur. Unde Judas Machabæus, fidem totius populi Israel profitons, voluit offerri sacrificium pro defunctis, quorum sortem credebat esse jam Dei judicio determinatam[2].

Expressius in Evangelio. In parabola divitis epulonis, dicitur Lazarus mox post mortem portatus in sinum Abrahæ ; et *dives sepullus* in inferno, ita ut nullum intercedat tempus medium mortem inter et sanctionem[3]. Quæ quidem sanctio exhibetur ut definitiva, vi sententiæ irreformabilis, cum nequeat fieri transitus de statu pœnæ ad statum solatii ; « Et in his omnibus inter nos et vos chaos magnum *firmatum est* ; ut hi qui volunt hinc transire ad vos *non possint,* neque inde huc transmeare. » Moriens Christus promittit latroni pœnitenti immediata paradisi gaudia : « *Hodie mecurn* eris in paradiso[4] i ; quæ verba supponunt sanctionem statim fieri post mortem.

S. Paulus appetit « *dissolvi el esse cum Christo : mullo magis melius ; permanere autem in carne necessarium* propter vos[5]. » Si autem est melius non remanere in carne, ergo statim post dissolutionem habetur retributio.

1. *Eccli.,* xi, 28, 29.
2. *II Machab.,* xn, 42-46.
3. Luc., xvi, 19-31.
4. Luc., XXIII, 43.
5. *Philipp.,* i, 23-24. — Cf. *II Cor.,* v. 110.

III. 2° Traditio patristica. — Licet nonnulli primis eæculis hæsitaverint de sorte animarum definitiva, utrum mox post mortem an solum in judicio universali, semper tamen creditum fuit martyres statirn justo Dei judicio praemiari, *in meliore loco manere,* ut dicit S. Justinus[1], coelumque sanguine martyrii aperiri, juxta illud Tertulliani : « Tota paradisi clavis tuus sanguis est[2]. » De his iterum infra.

A saeculo iv expressiora sunt testimonia. S. Hilarius profitetur a die mortis incipere sanctionem, et id probat ex Evangelio, ubi describitur Lazari et divitis incepisse aeternam sortem ab exitu corporis : « Nihil illis *dilationis* aut *moræ* est ; judicii enim dies vel beatitudinis retributio est aeterna vel pœnæ[3]. » Item S. Hieronymus : « Quod enim in die judicii futurum est, *hoc in singulis die morlis* impletur[4]. » Similiter S. Augustinus : « Judicari animas, *cum de corporibus exierint,* antequam veniant ad illud judicium quo eas oportet jam redditis corporibus judicari[5][6]» S. Gregorius M., explicans verba Christi : « *Cum venerit dominus et pulsaverit januam* », recolit animam, cum exit de corpore, videre Deum judicem seu subire Dei judicium[8].

IV. 3° Declarationes Ecclesiae. — *Benedicius XII,* die 29 jan. 1336, definit animas mox post mortem vel purgari, vel videre divinam essentiam visione intuitiva, vel ad inferna descendere ut poenis infernalibus crucientur[7]. Pariter *Concilium Florentinum,* animas post mortem purgari, vel in coelum recipi, vel mox in infernum descendere[8]. Quæ omnia supponunt manifeste judicium particulare. Doctrina catholica est adeo certa ut fuerit per modum canonis proposita in *schemate Consi. Concilii Vaticani* ; et, licet canon ille valorem juridicum non habeat, est tamen

1. S. Justin., *Dialog, cum Tryph.,* 5 ; *P. G.,* vi, 488.
2. Tertull., *De Anima,* 55 ; *P. L.,* n, 744.
3. Cf. S. Hilar., *Tract, super Psalm.,* n, 48, 49 ; *P. L.,* ix, •290 ss.
4. S. Hieron., *In Joel.,* π, 1 ; *P. L.,* xxv, 965.
5. S. Augustin.. *De Anima et ejus origine,* lib. II, n. 8 ; P. *L.,* xliv ; 498-499.
6. S. Gregor. M., *Homil. XIII* in *Evang.,* n. 3 ; P. *L.,* lxxvi, 1124.
7. Denz., 530, 531.
8. *Decret, pro Græcis ;* Denz., 693.

indubium communis fidei testimonium : « PoSt mortem, quæ est viæ nostræ terminus, *mox* ad Dei tribunal sistimur, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum sive malum (// *Cor.,* v, 10), neque ullus post hanc mortalem vitam relinquitur locus pœnitentiæ ad justificationem[1]. » — Unde penitus erronea dicenda est sententia sive W. Farrar, qui putat his qui in hoc mundo ancipites hæreiit inter charitatcm et malain cupiditatem dari opportuitatem eligendi in altera vita ; sive Schell, qui contendit damnatis interdum oiïerri salutem nec denegari nisi obstinate respuentibus. Hæc omnia præfatis declarationibus Ecclesiæ repugnant.

V. 4° Ratio theologica. — Imprimis, oportet ut justi non remaneant ancipites de sua sorte, secus non essent in meliori conditione quam iniqui, nec id permittere valet divina justitia. — Aliunde oportet ut sanctio definitiva statim fiat simul ut anima est capax præmii aut pœnæ. Atqui statim post mortem anima est capax præmii aut pœnæ, cum sit jam extra statum viæ. Ergo statim debet fieri judicium. — Demum, sicut homo, quatenus est pars totius generis humani, subjicitur judicio universali, ita, quatenus est quædam singularis persona, subjici debet judicio particulari[2].

VI. De judicii indole. — Tria in judicio humano concurrunt : causa· discussio, sententia· prolatio, ejus executio. In judicio porro divino, non Iit discussio nisi metaphorice : non indiget quippe Deus examinatione facti aut depositione testium, cum omnia simplici intuitu conspiciat, et eadem securitate præstut ut omnia facta aniinæ mira claritate cernantur. In liturgia fit mentio *libri scripli* qui profertur. Hæc accipienda sunt metaphorice de conscientia judicandi : tunc enim liber profertur, cum anima statum suum videt ac legit, Deo in memoriam ejus quæcumque ipsa gessit revocante per vim quandam divinam. Illa autem

1. T. Granderatii, *Acia et Decrela Cone. Vaticani,* p. 564, coi. 2 ŕ Friburg. Drisg, 1892.

2. Cf. S. Thom., *Supplem.,* q. lxxxviii, a. l ad l ; IV *Cont. Gentes,* c. xci. — Legatur etiam *Calechismus Concilii Tridenlini,* P. I, art. 7, n. 3.

illuminatio duo importat · infusionem rpecierum et lumen divinum quo species illustrantur Infusio specierum est necessaria, ut anima uno ac simplici intuitu cognoscat omnia de quibus judicatur ; lumen etiam divinum requiritur, ut, sive species in vita acquisitæ et quæ in anima permanent, sive species quæ tunc infunduntur, plene innotescant. Unde Angelicus docet « quod anima post mortem intelligit per species in ipsa sua separatione a corpore divinitus infusas[1]. » Ilie autem modus intelligendi per species infusas, sicut angeli intelligunt, non est proprie mira culosus, sed debetur, quia tunc anima fit forma separata et incipit habere esse ad modum substantiæ angelicæ[2][3].

Prolatio autem sententiæ fit eodem modo, scilicet per intellectualem locutionem, seu illuminationem, qua videt anima se judicari et cognoscit judicii exitum. Fit in uno instanti, imo in instanti mortis, ita ut, cum dicitur : mortuus est, dici jam possit judicatus est ; quia illuminatio divina tempus non requirit, sed omnia statim menti exhibet

VII. Lata sententia statim execution! mandatur.

Ex parte Dei liquet : nam justitiæ divinæ conjungitur potentia infinita, qua jussa statim impleri valeant. Ex parte animæ etiam est manifestum, nam meritum vel demeritum in anima est sicut lenitas vel gravitas in corporibus : « Unde, sicut corpus per gravitatem vel levita tem statim fertur in locum suum, nisi probiheatur, ita animæ, soluto vinculo carnis, per quod in statu viæ detinebantur, statim præmium consequuntur vel pœnam, nisi aliquid impediat[5]. »

Hinc d e f in it Ecclesia, documentis n. iv citatis sive Benedicti XII sive Concilii Florentini, animas post mortem vel purgari vel in ccelum *mox* recipi vel *mox* in infernum descendere, .

Porro, si anima statim præmium vel pœnam consequi debet, etiam ipsi deputari debet *locus* secundum congruentiam præmii vel pœnæ. Unde anima soluta a corpore statim,

1. S. Th o m., *De Veril.,* q. xix, a. 1.
2. Cf. *Curs. Philos. Thomist.,* t. IV, pp. 140 es.
3. *Supplem.,* q. x l ix , a. 2.

quasi proprio pondere, in infernum immergitur, vel ad ■coelos evolat, nisi impediatur aliquo reatu quo oporteat evolationem differri, ut prius anima purgetur.

VIII. De loco judicii particularis. — Opinati sunt nonnulli animas in cœlum deduci, tP artant ante tribunal Christi hominis. At hæc sunt rejicienda. Admitti nequit animam peccatricem, quæ peccati pondere impeditur, in coelum recipi. Aliunde non concipitur Christum hominem ad singulos morientes descendere. Unde recepta sententia est fieri judicium *in ipso loco morlis,* cum intellectualis visio et locutio ibi fieri possit in instanti. Quocirca anima, dum judicatur, non videt l)cum intuitive, r,ecus in illo saltem instanti beatificaretur ; nec videt Christi Humanitatem, tanquam physice præsentem, quæ coelum non relinquit; / sed lumine illo infuso agnoscit Deum ut judicem, et pariter cognoscit Christum ul judicem, qui propter ipsius salutem incarnatus et passus estl.

1

1. Cf. Theolog., praesertim Card. Gotti, O. P., in tractatu *De Novissimis,* et P. Patuzzi, O. P., *De futuro impiorum statu,* Veronæ, 1748; P. Lépicier, q. π, a. 1.

QUÆSTIO SECUNDA

DE LOCO ANIMARUM POST MORTEM

AD *Q.* LXIX S. THOM/E

Inquirendum est utrum animæ sint in loco speciali post mortem (a. 1), et qua ratione (a. 3), et quot vel quæ sint hujusmodi receptacula (aa. 4-6) Tradit hic Fides quædam principia seu solutionis elementa, quibus Theologia tuto niti potest ad verum doctrinæ corpus exstruendum.

ARTICULUS PRIMUS

UTRUM ASSIGNENTUR RECEPTACULA AN l MARUS POS7 MORTEM

AD ART. 1 S. THOM.®

I. Independentia animæ spiritualis a loco.

Imprimis retinendum est animam intellectivam posse extra omnem locum existere. Ratio est quia substantia spiritualis, cum sit forma subsistens independens a corpore in essendo, potest sine loco, qui est ordinis corporei, existere. Potuisset Deus angelos ante mundum corporeum condere (licet de facto *simul* ab initio temporis utramque de nihilo condiderit creaturam ,spiritualem et corporalem, angelicam videlicet et mundanam[1]) ; posset pariter in fine mundi Deus creaturas corporeas annihilare, licet de facto nihil omnino in nihilum redigatur[2] ; et in illa duplici hypothesi esset spiritualis substantia extra omnem locum, qui nullus foret.

Hinc confutatur eorum sententia qui, imaginationem non

1. Cor.c. Later. IV, cap. *Firmiter;* Denz., 428.
2. S. Thom., I P., q. civ, a. 4.

transcendentes, dixerunt illud quod non est in loco non esse[1].

II. Eadem certitudine tenen **DUM est animam humanam postmortem nulli corpori, ut ut subtilissimo, conjungi.—** Veteres generatim fingebant animas separatas involucro quodam tenuissimo contineri ; hinc esse *manes,* non vero spiritus. Qui error a *Platonicis* diversimode proponitur, « Quidam Platonici dixerunt quod anima intellectiva habet corpus incorruptibile sibi naturaliter unitum, a quo nunquam separatur, et eo mediante unitur corpori hominis corruptibili. Quidam vero dixerunt quod unitur corpori mediante spiritu corporeo. Alii vero dixerunl quod unitur corpori mediante luce, quam dicunt esse corpus et de natura quintæ essentia)[1]. » Sub nova forma erronem illum suscitant recentiores *spirilislæ* qui somniant animam intellectivam, seu spiritum, in vagina quadam seu involucro subtilissimo, vulgo *perispril,* includi, ilioque mediante corpori communicari.

Quæ omnia doctrinæ catholicæ adversantur. Ex una quippe parte docet Ecclesia animam esse *intellectivam seu spiritualem*[3] ; ex alia parte dicit esse veram per se atque *immedialam corporis formam*[4]. At, si anima est omnis materiæ, etiam tenuissimæ, penitus expers, si corpori conjungitur *immediate* per suam substantiam, absque ullo intermedio, impossibile est receptaculum illud quod perisprit vocant[5]. Quocirca, separata a corpore, anima intellectiva nullum habet involucrum cui conjungatur sive ut forma sive ut motor. « Animabus post mortem non assignantur aliqua corpora, quorum sint formai vel determinati motores.[6] »

III. Attamen de facto, attenta divina ordinatione, ani-

1. Cf. S. Thom., QQ. Dise., *De Potent.,* q. m, a. 19. Vide etiam quæ animadvertimus *de Angelis,* t. I, q. in, art. i.
2. S. Thom., I P., q. i.xxvi, a. 7.
3. Cone. œc. VIII animam vocat *intellectualem,* Denz., 338; Cone. Viennense dicit animam *intellectivam,* Denz., 480 ; item Cone. Later. V, Denz., 738 ; et Cone. Later. IV expresse dixerat hominem esse creaturam ex *spiritu* et *corpore* constitutam, Denz. 428.,
4. Epist. Pn IX ad Card, de Geissel, 15 junii 1857 : Denz., 1655.
5. *Curs. Philos. Thomist.,* vol. III, pp. 142, 144.
6. S. Thom., *Supptem.,* in hoc art.

mabus separatis determinantur quædam corporalia loca per congruentiam quamdam secundum gradum dignitatis earum.

S. Scriptura innuit cœlum et inferos esse, non solum statum, sed et *locum,* ubi recipiuntur animæ. — S. Paulus testatur animam Christi, seu Christum secundum animam, descendisse *in inferiores parles lerræ*[1]. Et pariter S. Petrus : « In quo et his qui in *carcere* erant spiritibus *veniens* prædicavit[2] » ; quæ verba locum quemdam materialem inculcant. Simili jure, ea quæ dicit Scriptura de *ascensu* Christi in *coelum* : « *Ascendi! super omnes coelos,* ut impleret omnia[3] », de loco corporeo intelligi debent. Quia ergo animæ beatæ sunt simul cum Chricto, jam sunt in loco quodam glorioso. Hinc in ultimo judicio fiet occursus obviam Christo *in aera* : « Simul rapiemur cum illis *in nubibus obviam* Christo in *aera,* et sic semper cum Domino erimus[4]. » Hæc videntur indicare locum *ullra-lerreslrem,* in quo sancti regnabunt et ubi jam adsunt animæ beatæ. — Pariter, si animæ damnatæ sunt in *it/ne reali,* ut infra probatur, sunt cuidam loco seu receptaculo alligatæ.

Concilia, etsi rem non definiant, innuunt tamen assignari animabus receptacula, dum dicunt animas sanctas *mox iti coelum recipi*[5]*&* et animas iniquorum *mox in infernum descendere*[6]. Ex quo eruitur sive coelo sive inferno intelligi etiam locum.

IV. Quapropter doctrina quam hic tradit S. Thomas de receptaculis animarum post mortem est COMMUNISSIMA in Ecclesia. — Hinc animadvertit card. Billot : « Cœlum et purgatorium et infernus dicunt locos quosdam corporeos animabus post mortem assignatos, prout fert constans tum Patrum tum theologorum æstimatio, a qua procul dubio non sine magna temeritate quispiam recederet'. »

1. *Ephes.,* iv, 9.
2. 1 Pet., hi, 19.
3. *Ephes.,* iv, 10. Juxta S. Thomam, corpora sanctorum et præsertim corpus Christi erunt super omnes coelos et super omnia corpora. Cf. III P., q. lvii, a. 4 ; *Supplem.,* q. xci.
4. *I Thessal.,* iv., 17.
5. Profess, fidei Michaelis Palaeol. in Cone. Ludg. II, 1274; Denz., 464 ; Cone. Florent., Decret. Unionis ; Denz., 693.
6. *Ibid.*
7. Card. Billot, *De Novissimis,* p. 53.

ARTICULUS SECUNDUS

QUA RATIONE ANIMÆ SEPARATÆ SINT IN SUIS RECEPTACULIS SEU LOCIS ET QUÆ SINT HÆC RECEPTACULA

AD ART. 3-6 ç. LXIX S. THOMÆ

I. Principia quædam recoluntur. — Substantia separata non est in loco neque sicut forma est in subjecto quod actuat neque sicut contentum in continente, prout jam vidimus de angelis. « Substantia angeli, ait S Thomas, non est subdi'a loco ut contenta, sed est superior eo ut continens[1] » Ut tamen spiritualis substantia sit in loco, debet illum contingere, non contractu quidem quantitative, sed virtuali, applicando virtutem seu operationem suam[2]. — Quocirca anima separata est in loco conveniente, quatenus ibi libere operatur, et in loco violento, quatenus ibi contra voluntatem patitur. Secundum quamdam proportionalitatem assignantur animabus loca corporalia quae conditioni earum respondeant, prout magis vel minus accedunt ad Deum, cui locus superior, coelum, per congruentiam deputatur (l's. en et Isai., i.xvi)[3].

II. Utrum animæ separatæ e suis receptaculis egredi valeant (a. 3). — Ex Angelico itu respondendum est, aptis adhibitis distinctionibus.

1° Non possunt simpliciter egredi, ut jam locus earum non sit paradisus vel infernus. Ratio est quia per judicium particulare assignatur singulis sors definitiva et consequenter locus definitivus, nisi agatur de purgatorio, qui non est nisi temporaneus ad animam plene purgandam.

2° Secundum naturalem cursum, animæ separatæ, propriis receptaculis deputatæ, a conversatione viventium

1. I P., q. l h i, a. 2.
2. Cf. VoL I, *Dc Ang.,* q. in, art. i, n. n-iv.
3. S. Thomas, hic, o. 1.

penitus separantur. Ratio cur anima cum isto mundo sensibili conversetur est acquisitio perfectionis seu cognitionis per sensibilia. Sed hæc ratio non jam valet pro anima separata. Ergo non amplius debet cum viventibus conversari.

3° Secundum ordinem divinæ providentiæ, aliquando animæ separatæ, e suis receptaculis egressæ, conspectibus hominum præsentantur. Tot citantur animarum apparitiones, sive in scriptis Patrum, v. g. Augustini, loco hic citato, sive in vitis sanctorum, ut imprudentiæ et temeritatis esset illas indiscriminatim rejicere aut spernere aut in dubium revocare. Ratio autem cur divina providentia apparitiones permittat est tum eruditio viventium, ut inde pœnas futuras metuant et convertantur ; tum utilitas animarum, ut per suffragia vivorum subleventur.

III. Quomodo fiant apparitiones animarum.

Naturalis ordo est ut fiant ministerio angelorum. Angeli sunt natura sua inter utrumque mundum nuntii et possunt movere corpora, eo quod non sunt ulli substantialiter alligati ; ac subinde possunt ac valent absque miraculo in corpore assumpto se manifestare[1]. Anima autem humana id non potest naturaliter. Quatenus enim est forma substantialis corporis, nequit alia corpora nisi mediante suo proprio corpore movere ; et, quia est jam a suo corpore separata, non valet amplius corpora movere naturaliter et in illis apparere et sese manifestare[2].

Attamen ex virtute, gloriæ et *supernaturaliier* confertur animabus quod angelis naturaliter competit ; nam in gloria animæ fiunt angelis æquales. Hinc admittit S. Thomas non esse inconveniens « ut ex virtute gloriæ aliqua potentia animabus sanctorum detur, per quam possint mirabiliter apparère viventibus, cum voluerint ; quod alii non possunt, nisi interdum permissi. » (Hic, a. 3).

1. Cf. Vol. I, *De Ang.,* q. n, art. π.

2. Cf. S. Thom., I P., q. cxvn, a. 4. Hæc ratio S. Thomæ est omnino efficax, quidquid reponat Dominicus Palmieri, in suo *Tracl. De Novissimis,* p. 7, quem optime confutat P. Lèpicier, op. cit., pp. 52-53. Quum de animæ essentia sit esse formam *hujus* corporis, est in hoc mundo ratione *hujus* corporis et alia corpora movet solum ratione hujus corporis, ac proinde separata ab hoc corpore nequit alia corpora movere.

IV. Duplex igitur est modus quo fieri possunt animarum apparitiones. — Aut *ministerio angelorum,* qui nomine alicujus animæ apparent vel loquuntur ; aut per ipsam animam ex *virtute divina* sese viventibus ostendentem.

Statui nequit regula absoluta qua discernamus utrum' anima ipsa an angelus in persona anima·, appareat ; sed, nisi aliud ex circumstantiis suadeatur, tenendum est fieri apparitionem modo connatural), scilicet per angelum.

Communiter censent theologi apparuisse animam ipsam Samuelis, qui dicitur prophetasse post mortem' ; et pariter venisse animam Moysis in dic Transligmationi « Quod non est sic intelligendum, quasi anima Moysi suum corpus resumpserit; sed quod anima ejus apparuit per aliquod corpus assumptum, sicut angeli apparent. Elias· autem apparuit in proprio corpore, non quidem de coelo empyreo allato, sed de aliquo eminenti loco, quo fuerat in curru igneo raptus[3]. »

V. De diversis receptaculis. — *Limbus patrum* (a. 4) intelligitur locus in quo animæ justorum ante adventum Christi habebant quietem per immunitatem pœnæ, et idcirco dictus est « sinus Abrahæ », utpotc locus requiei ; sed nondum habebant quietem desiderii per consec utionem finis[4]. Quum autem fuerint a Christo visione beata donata:, non est amplius de illo receptaculo quairendurn. *Purgatorium* evacuabitur post judicium. Hemanebunt semper infernus ac limbus parvulorum et cœlurn. De *cælo* et *inferno* ut locis corporeis valent ea quæ jam animadvertimus a. i. et quæ inferius dicentur. — De *limbo parvulorum* probabiliter credi potest conjungi limbo patrum : « Quantum ad situm, probabiliter creditur utrorumque locus idem fuisse, nisi quod limbus patrum erat in superiori loco quam limbus puerorum. » (a. 6).

VI. Opinio rejicienda. — De statu autem parvulorum in limbo fiet sermo infra,.sed interim animadvertatur •admitti non posse recentissimam opinionem, quæ vult

1. *1 Reg.,* XXVIII ; *Eccli.,* XLVI, 23.
2. Matth., XVII ; Marc., IX ; Luc., IX.
3. S. Thom., III P., q. XLV, a. 3, ad 2.
4. Cf. P. Lépicier, *De Novissimis,* pp. 75 ss.

facultates puerorum in limbo existentium subjacere evolutioni ipsosque posse desiderium concipere cum hominibus viventibus communicandi1. Nam modus unicus quo anima humana evolutionem seu perfectionem suarum facultatum consequitur habetur mediante corpore, in statu unionis, cum ejus essentia sit esse formam corporis ; separata autem a corpore, perfectionem accipit per infusionem specierum a Deo. Ceteris quidem animabus, in purgatorio vel in ccelo existentibus, fieri possunt interdum revelationes, quæ referuntur semper, directe vel indirecte, ad felicitatem supernaturalem ; at pueris qui sunt ab illa felicitate segregati non fiunt revelationes, nec alias eorum animæ recipiunt species præter illas quæ fuerunt in instanti separationis infusæ. Quapropter concedi nullatenus potest animas puerorum aut perfici aut conversari posse cum viventibus.

1. Ita P. Thurston, S. J., *The Month,* Febr. 1917, pp. 138 ss. ; cujus opinionem refert et confutat P. LéPiciek, *De Novissimis,* i |>. 53, 54.

QUÆSTIO TERTIA

DE QUALITATE ANIMÆ EXEUNTIS A CORPORE ET DE PŒNA EI INFLICTA AB IGNE CORPOREO

AD p. LXX 6 TIIOM i:

Principiis psychologicis de anima separata in memoriam revocatis (aa. 1 el, 2), expend· ndu est quæstio quæ theologiam et dogma spectat quam maxime, utrum et quomodo possit anima spirituali pati ab igne corporeo (a. 3). Asserenda est imprimis doctrina catholica ac deinde exponentur diversæ catholicorum solutiones.

ARTICULUS PRIMUS

DOCTRINA CATHOLICA DE PŒNA IGNIS

AD ART. 3 S. TIIOM/E

I. De potentiis quæ remanent in anima separata (a. 1).

1° Potentiæ quæ in anima immediate recipiuntur, ut intellectus el voluntas, remanent simpliciter in statu separationis, sicut earum subjectum, quod est incorruptibile

2° Potentiæ quæ in composito humano resident, ut potentiæ vegetativæ et censitivæ, non remanent actu, quia per separationem solvitur compositum, scilicet organismus animatus , remanent tamen *virlualiler,* nam radix omnium facultatam est animæ essentia, quæ immutabilis est1. Unde, si fiat iterata unio, valebit iterum anima communicare composito esse illud quod prius largiebatur, scilicet esse potentiarum organicarum.

1. Cf. *Curs. Philos. Thomisl.,* vol. III, pp. 223 ss. ; vol. IV, pp. 138 ss.

II. Actus sensitivarum potentiarum non possunt remanere nisi in radice remota (a. 2).

Radix quidem proxima sunt ipsæ potentiæ organicæ, quæ non remanent actu, ut vidimus ; radix autem remota est ipsa essentia, in qua illæ potentiæ virtualiter persistunt. Subjectum vero hujusmodi actuum est organismus animatus, qui morte dissolvitur. Ergo non amplius remanent actus nisi in radice remota, et hinc excluduntur spiritistarum figmenta.

III. Sententiæ de realitate ignis infernalis[1].

Theoria de igne metaphorico ab *Origenistis* jam propugnatur. Tribuitur *quibusdam Patribus,* v. g., S. Gregorio Nysseno, S Joanni Damasceno, apud Græcos, Lactantio, S. Ambrosio, apud Latinos, de quorum mente mox dicemus ; illi præsertim adhæret Theophylactus, et, ut videtur, Scotus Erigena. — *Calvinus* et cum eo *protestantes liberales* nonnisi metaphoricum sensum retinent. *Ambrosius Calharinus* reponit quoque ignem esse metaphoricum, quia in eodem textu Christus loquitur de igne et verme : cum autem vermis sit figurate accipiendus, idem censendum est de igne. At, quam debilis sit argumentatio, illico apparet : vermis enim ex se metaphoram dicit nec, nisi a paucis, sumitur materialiter, dum ignis tum ex se tum ex contextu sensum litteralem ingerit : vult ibi Christus perpetuitatem utriusque pœnæ asserere, non vero metaphoram inculcare, — Nostra ætate realitatem ignis infernalis negarunt *Mivarl,* cujus opus fuit a S. Officio proscriptum die 19 julii 1898, et *Schell,* in opere damnato a S. Cong. Indicis 15 dec 1898.

Quidquid sit de nonnullis scriptoribus ecclesiasticis ante sæculum xn, de quorum mente dubium suboriri posset, *saltem a* xii *sæculo* communis *dicenda est in scholis sententia* quæ tenet *ignem inferni esse realem* ; in qua conveniunt et Thomistæ et Scotistæ et Nominales. Hinc scribit Petavius : « Corporeum et materia constantem esse inferorum ignem theologi hodie omnes, imo et Christiani

1. Cf. A. Michel, art. *Feu,* in *Diction, théol. cathol.,* et generating theologos recentiores in tractatu *De Novissimis,* v. g., P. Lépicier, pp. 179 ss.

consentiunt[1]. » Et Vasquez : «Ignem inferni esse corporeum ; quæ sententia est communis omnium scholasticorum[2]. » Wurceburgenses : « Clara et certa Ecclesiæ sententia, quamvis ea non sit expresse definita[3]. » Perrone : « Hæc doctrina certa est ita ut in dubium absque temeritate vocari nequeat[4]. » *Ita etiam* communiter *recenliores theologi.*

IV. 1° Testimonia S. Scripturi».— Ex veteri Testamento citari debet Isaias. Jam in capite x.xxui alludit ad ignem devorantem et ardores sempiternos, qui, si pleno sensu accipiuntur, important pœnam lutur.r vitia : « Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante ? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis[5] ? » Sed praesertim in cap. lxvi futurum malorum judicium describit et pomus prænuntiat, qua:, non in præsenti vita, sed in futura solum possunt plene haberi : « Vermis eorum non morietur et *ignis* eorum non extinguetur[6]. » Quæ verba repetit Ecclesiasticus : « Vindicta carnis impii *ignis* et *vermis*[7]. » Indicantur simul et realitas pœnæ et ejus æternitas. — Sensus elucescit ex interpretatione Christi: « *In ignem inextinguibilem,* ubi vermis eorum non moritur et ignis non extinguitur. » Qui textus *ter* repetitur, cum mentione gehennæ[8]. Unde duo distinguit Christus : ct remorsum conscientiæ, qui metaphorice dicitur vermis, et pœnam ignis, qui realis esse describitur ex allusione ad locum corporeum, nempe vallem Gehinnom. Dum metaphora vermis illibo intelligitur, vocabulum ignis in aliis Scripturae locis, non metaphorice, scilicet pro afflictione spiritus, sed sensu litterali accipitur.

Beatitas ignis in verbis Christi ex quadruplici loco erui potest. Primo, comparat damnatos victimis sacrificiorum et indicat ignem ecse simul realem, qui torqueat, et conservativum, qui victimam quasi incorruptam reddat, sicut

1. Petav., *De Angelis,* lib. III, c. v.
2. Vasquez, In I P., disp. CCXLIII, c. i.
3. *De Angelis,* cap. in, a. 1.
4. Perrone, *De Deo Creatore,* η. 730.
5. Isai., χχχιιι, 14.
6. lxvi, 24.
7. *Eccli.,* vu, 19.
8. Marc., ix, 42, 45, 47.

sal : « Omnis enim *igne salietur*[1]. » — Secundo, describit infernum ut *caminum* ignis. « Sicut ergo colliguntur zizania et igni comburuntur, sic erit in consummatione sæculi. Mittet Filius hominis angelos suos et colligent de regno ejus omnia scandala et eos qui faciunt iniquitatem. Et mitten', eos in *caminum ignis.* Ibi erit fletus et stridor dentium[2]. » *Mitti* porro in *caminum* importat sensum realem ; et, quia in primo membro ignis est realis, in ultimo membro esse nequit metaphoricus. — Tertio, parabola divitis epulonis, licet plura metaphorice exprimat, proprie tamen inculcat doctrinam de igne reali : « *Crucior* in hac *flamma*[3]. » — Quarto, forma solemnis ultimi judicii, in quo supremus Judex proprie et non metaphorice loquitur : « Discedite a me, maledicti, in *ignem æternum,* qui paratus est diabolo et angelis ejus[4]. » Hic omnia sensum litteralem evincunt. Fit *discessus* realis, in *locum* realem. Demum, quia ignis *paratus* est diabolo, non est aliquid intrinsecum peccatori, ut remorsus, afflictio spiritus, sed aliquid extrinsecum ct objectivum.

Apostoli doctrinam Domini promulgant verbis et similitudinibus quæ realitatem ignis eflicacitcr demonstrant: « In *flamma ignis* dantis vindictam iis qui non noverunt Deum et qui non obediunt evangelic Domini nostri Jesu Christi[5]... Terribilis autem quædam expectatio judicii et *ignis* æmulatio, quæ *consumptura* est adversarios[6]. » Exhibetur ignis tanquam agens reale et extrinsecum, quod agit in peccatores ut instrumentum divinæ justitiæ. S. Joannes in Apocalypsi realitatem ignis et illius vim mirabilem extollit his formulis : « *Fumus* tormentorum eorum ascendat in sæcula sæculorum[7]. Stagnum *ignis ardentis* sulphure[8]. » S. Petrus et S. Judas, quo melius vim illius ignis exprimant, illum comparant *igni reali* et eflica-

1. Marc., ix, 48 ; *Levit.,* n, 13. Gi. commentatores in Mare.
2. Matth., xiii, 40-42.
3. Luc., xvi, 24.
4. Matth., xxv, 41.
5. *II Thessal.,* i, 8.
6. *Hebr.,* x, 27.
7. *Apoc.,* xiv, 11.
8. *Ibid.,* xix, 20.

cissimo qui civitates Sodomorum et Gomorrhæorum in cinerem redegit[1].

V. 2° Traditio patristica. — *Ignatius Antiochenus* ignem inextinguibilem recolit[2] ; et efficaciter realitatem illius ignis exprimit Ecclesia Smyrnerisis in *Marlgrio S. Polgcarpi.* dum asserit sustinuisse martyres ignem l.orquontiuin, ut acerbiorem ignem inferni vitnrenlA *Minucius Felix* loquitur de igne reali qui Lumen corpus conservat, de incendio, in quo tamen corpus quasi nutritu· : « Illic sapiens *ignis* membra *urii* el, relicit, carpit el. nutrii..., poenale illud *incendium* non damnis ardentium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutritur[4]. » *Terlullianus* pariter ignem realem confitetur, qui « non absumit quod exurit, sed, dum erogat, reparat[5]. » *Didascalici duodecim Apostolorum,* quæ ad finem sæculi in ascendit, confitetur ignem acerbum, durum, amarum, inextinguibilem[6].

Sæculo iv innumera sunt testimonia, quorum summa in hoc effato S. *Augustini* continetur : « Gur non dicamus, quamvis *miris,* tamen *veris* modis, etiam spiritus incorporeos posse poena *corporalis ignis* affligi, si spiritus hominum, etiam ipsi profecto incorporei, et nunc potuerunt includi corporalibus membris, et tunc poterunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari' ? » Unde jnanifeste affirmat S. Doctor dolorem in anima produci ab agente objectivo et extrinseco, scilicet *corporali* igne, licet modus quo ignis in animam agit sit mirus et inexplicatus. S. *Gregorius M.* concludit : « *Corporeum esse non ambigo*[6]. »

VI. Difficultates de mente plurium Patrum exponuntur. — Nondum determinata terminologia, nec plene perspecta notione substantiæ *spirilualis,* nec tradita illa

p *II Pet.,* ii, 6 ; Jud., vii.
2. *Ephes.,* xvi, 12.
3. *Martyrium S. Polycarpi,* n, 3 ; Funck, 316.
4. Minucius Felix, *Octavius,* xxxv ; *P. L., m,* 363.
5. Cf. Tertull., *Apol.,* xlv-xlix ; *P. L.,* i, 363, 581 ss.
6. Cf. m, xix, xxvi. — Cf. edit. Nau, Paris, 1912, pp. 26, 58, 153, 212.
7. S. Augustin., *De Civit., Dei,* lib. XXI, c. x ; *P. L.,* xli, 724.
8. S. Gregor. M., *IV Dialog.,* c. xxix ; *P. L.,* lxxvii, 368.

theoria de *causalilale instrumentait* vi cujus potest agens corporeum in substantiam spiritualem virtute divinitus accepta operari, mirum esse non debet plures scriptores hæsisse ancipites de natura ignis infernalis.

In Ecclesia Latina, difficultas movetur de mente Lactantii, S. Ambrosii, S. Hieronymi. At Lactantius intendit solum ignem *cujus natura diversa esi ab hoc nostro* ; nam addit verba quæ realitatem et corporeitatein aperte exprimunt : « *Est purus ac liquidus et in aquæ modum fluidus*[1]. » — S. Ambrosius non videtur doctrinam completam semper tradidisse. Aliquando ignem metaphoricum commemorat : « Ergo neque est ignis aliquis perpetuus flammarum corporalium, neque vermis est corporalis... Ignis est quem generat mæstitia delictorum[2]. » Aliquando vero recolit lacum ignis et ipsum ignem exhibet ut agens extrinsecum quod dolorem *in sensibus producit*[3]. — S. Hieronymus in pluribus locis, v. g. comment in Isaiam et epist. ad Avitum[4][5] refert opinionem Origenistarum, quin approbet vel reprobet ; sed aliunde vocat *decipulas fraudulentas el inania verba* sententias eorum qui metaphorice tantum ignem accipiunt[6].

Ex Ecclesia Græca citantur plures. De Origene et Theophylacto non est ambigendum, qui in plures alios errores dilapsi sunt. — Quæ objiciuntur ex Gregorio Nysseno nullatenus convincunt ; nam vult ille solum ignem inferni differre a nostro igne novaque includere elementa quæ sint nostro igni extranea". — Opponitur etiam S Joannes Damascenus asserens esse ignem, *non qui instar nostri materia constet, sed qualem Deus novill.* Respondet ipse Angelicus : « Damascenus *non negat simpliciter illum ignem materialem esse,* sed quod non est materialis talis qualis apud nos[8]. »

1. Lactant., *Institui.,* lib. VII, c. xxi; *P. L.,* 802.
2. S. Ambros., *In Luc.,* lib. VII, 205 ; *P. L.,* xv, 1754.
3. *De fide,* lib. I, 119, *De Nabuthe,* 52; In Ps. xxxvi, n. 26; *P. L.,* xiv, 584, 747, 980.
4. *P. L.,* xxiv, 676 ; xxn, 1065.
5. *In Epist. ad Ephes.,* lib. III, c. v, 6 ; P. *L.,* xxvi, 522.
6. S. Gregor. Nyssen., *Orat, catechei.,* c. xi; *P.L.,* xlv, 105.
7. S. Joan. Damasc., lib. IV, *De Fid. Orlhod.,* c. xxvn ; P. *G,* xoiv, 878.
8. S. Thom., *Supplem.,* q. xcvn, a. 5, ad 1. —De his omnibus, cf. A. Michel, art. cit.

Vil. 3° Fidoo Ecclosiœ. — Nulla est definitio Ecclesiæ de natura ignis, ecd doctrina theologorum de *igne, non melaphorico, sed reali,* ita est recepta in Ecclesia, ut contrarium sentire sit intoleranda temeritas. Citari solet *responsio S. Pcenilenliarim* sacerdoti cuidam Mantuano, quærcnti quomodo agendum sil, cum pœnitentibus qui censeant ignem inferni non essu realem, sed mctaphoricum. Responsum fuit dio 30 aprilis 1890 : « Hujusmodi pœnitentes diligenter esse instruendos et pertinaces non esse absolvendos. » Animadvertamus tamen responsionem fuisse *privalain,* non autem nomine ipsius Sacri Tribunalis subscriptam, esse *disciplinarem* et pro *casu singulari.* At, licet afferri nequeat tanquam documentum Magisterii supremi, est nihilominus *leslimoniurn sensus catholici* in Ecclesia.

Quid vero sit nomine *ignis realis* intelligendum, non plene constat. Existimat S. Thomas ignem inferni esse ejusdem speciei cum igne nostro[1] ; item non pauci theologi, sicut Suarez[2]. Sed multi recentiores, inter quos Hurter, A. Michel, concedunt ignem inferni a nostro igne differre natura et indole[3,4] Dummodo catholicus profiteatur ignem esse *realem,* non metaphoricum, ipsi liberum erit recentiorum sententiæ adhærere. Quia tamen causalitas ignis non est naturaliter explicanda, sed ab omnipotentia divina derivatur, quæ non requirit ut virtus instrumenti sit accommodata effectui producendo, non potest argui ex scientiis physicis ut inde probetur sententiam S. 'l'homæ esse jam derelinquendam[1]. Possumus ipsi adhuc adhærere.

VIII. CERTUM est omnes qui in peccato mortali et non cum solo originali decedunt subjici pœnæ ignis.

De fide quidem est dispares esse inferni poenas, sicut et disparia sunt peccata : « Secundum diversitatem culpæ diversam sortiuntur et pœnam[5]. » Recolendum est pariter vocari non posse fabulam pelagianam doctrinam de limbo

1. S. Tiiom., *Supplem.,* q. xevii, a. 6.
2. Suarez, *De Angelis,* lib. VIII, c. xn, n. 19.
3. Hurter, t III, Tract. X, n. 799 ; A. Michel, art. cit,, col. 2220 ss.
5. Quapropter sententiae S. Thomæ simpliciter adhæret M. Lépicier, op. cit., p. 176.
4. 6. Thom., *Supplem.,* q. lxix, a. 5.

puerorum, in quo animæ decedentium cum sola originali culpa pœna damni citra pœnam ignis puniantur[1] Sed omnes qui cum peccato mortali actuali decedunt ignem patiuntur. Sancb Doctores nullarh praevident exceptionem. Ecclesia nullam distinctionem innuit, nisi pro illis qui cum solo originali decedunt.

Ratio etiam evincit nullam esse admittendam exceptionem. Omne peccatum grave importat-aversionem a Deo et conversionem ad bonum commutabile ; eo ipso quippe quod aliquis mortaliter delinquit, etiam semel in vita, bonum contemptibile Deo anteponit et finem suum in creatura constituit. Oportet ergo *ut px his in quibus sibi finem constituit afflictionem accipiat el nocumentum'* Omni ergo peccato mortali debetur pœna sensus, et, quia pœna sensus ubique exhibetur ignis realis, non licet opinari aliquem damnatum esse a pœna ignis immunem, nisi sermo sit de infantibus vel de illis adultis qui, sufficientem rationis usum nunquam adepti, in solo peccato originali decedunt.

Objicitur : Alienum est a divina bonitate ut pœnæ ignis perpetui subjiciat debiles vel ignorantes homines, qui sæpius ex fragilitate vel absque plena advertentia labuntur. — *Besp. :* Contingere nonnunquam potest ut desit advertentia perfecta aut plenus consensus deficiat, quo fit ut homo qui in istis improvisis adjunctis delinquit a mortali excusetur. At, si supponimus peccatum esse grave in agentis æstimatione, jam ille creaturam Deo præfert. Deumque ita parvi facit, ut ipsum infra vilem delectationem propriumque commodum reponat : in ipeo igitur facto bonum commutabile usque ad *contemptum Dei*[2] amat et hinc meretur ut a creatura *afflictionem accipiat,* quod fit per pœnam ignis.

1. Pius VI, Bull. *Auctorem fidei,* prop. 26 ; Denz., 1526.
2. S. Thom., *III Coni. Gent.,* cap. clxv.
3. S. Augustin., *De Civit. Dei,* lib. XIV, c. xxvm ; *P. L.,* xli, 436.

ARTICULUS SECUNDUS

ÇtM *RATIONE POSSIT ANIMA SPIRITUALIS AU IGNE CORPOREO PATI*

I. Theoriæ rejiciendæ. - S. Thomas, hic a. 3, diversas veterum solutiones exponit et confutat.

Fuit theoria quæ statueret « hoc ipsum quod est ignem yidere sit animam ab igne pati ». — Verum hic modus plane deficit. Quum enim visio sit perfectio videntis, non potest aliquid cognitum esse alllictivuin, nisi ut nocivum apprehendatur. Nec iterum sufficit apprehendere ut nocivum, sed oportet ut illud animam vel dæmonein reapse affligat ; secus esset afflictio secundum apprehensionem tantum et non secundum rei veritatem. Aliunde admitti nequit animam vel dæmonem, qui subtilitate ingenii pollent nec decipi possunt, apprehendere ut nocivum id quod reapse non sibi nocet. Ergo tenendum est animam *realiler* pati ab igne, quatenus ignis sit *realiler ipsi nocivus.*

Quidam imaginantur pœnam realem ignis provenire ex ipso *novo statu psychologico* in quo reponitur anima separata, quæ pateretur quatenus non posset intelligere modo suo connaturali, cum adminiculo potentiarum sensitivarum et per conversionem ad phantasmata[1]. — Hæc theoria est prorsus rejicienda. Imprimis, evacuat realitem ignis corporei et ponit ignem mere psychologicum. Præterea, pervertit notionem status separationis : iste porro non est violentus, nec etiam modus novus intelligendi post mortem dici potest violentus, sed est connaturalis, qui delectationem potius habet. Demum, quia modus ille est communis omnibus animabus separatis, etiam beatis, sequeretur ex iila theoria animas etiam in cœlo ab igne pati*.[2]

1. Cf. F. Dubois, *Revue du Clergé français,* t. XXXII, p. 282.
2. Cf. opusc. nostr. : *Réponses théologiques,* p. 226.

II. Admittenda est quædam causalitas instrumentalis ignis in animam. — Quum jam constet animam pati *realiler* ab igne, oportet ut ignis realiter agat in animam ac proinde animæ realiter conjungatur, non quidem per modum formæ vel causæ materialis, ced per modum causæ efficientis. At non principalis, ut patet, nam ignis corporeus nequii virtute propria in substanHam spiritualem agere. Ergo per modum causæ instrumentalis.

Jam vero in causalitate instrumental! duo sunt assignanda : 1° oportet ut instrumentum habeat viitutem et actionem propriam, pfæviam, aliquo modo dispositivam · 2° ut ab agente principali virtutem superadditam recipiat quæ in ipso erit per modum transeuntis[1]. Instrumenta etiam divina debent aliquam virtutem propriam exserere el aliquid agere, secus se haberent ut subjectum mere passivum et frustra prorsus adhiberentur ; at minime requiritur ut virtus et actio illa sit accommodata effectui superiori ad quem assumuntur, cum agens infinitæ virtutis illis, non trinquant indigens, sed libera electione utatur.

Verum potest ignis aliquid vi sua propria præstare. « Ignis cx *natura sua* habet quod spiritus incorporeus ei conjungi possit ut loco locatum. » Hæc est igitur actio propria prævia. Licet autem non sit effectui accommodata, est tamen aliquid reale quo Deus uti potest ad affligendum spiritum Quocirca ignis torquebit, non producendo adustionem aut vulnus aut disgregationem, quæ omnia substantiam incorruptibilem non attingunt, sed quatenus cx se habet ut recipere possit spiritum et ex divina virtute consequitur ut possit spiritum retinere. Hinc actio quam exercet ut instrumentum divinæ virtutis est alligare substantiam spiritualem, quæ, cum sit maxime activa et a loco independens, maxime de hac alligatione dolet. Hæc enim non est tantum extrinseca, sed et intrinseca, quæ potentias impedit. Rem sic explicat Joannes a S. Thoma : « Ignis torquet dæmones per alligationem, non solum extrinsecam, quoad locum et determinationem in illo, sed inulto magis per alligationem intrinsecam, qua ipsæ

1. Cf. *Curs. nost. Philos. Thomisl.,* vol. VI, pp. 164-178, et *La Causalité instrumentale en théologie.*

potentiæ impediuntur et alligantur plus vel minus in ordine ad suas operationes[1]. »

Ut autem explicetur illa alligatio, minime oportet ponere formam intrinsecam pertinentem ad praedicamentum ubi, vel fingere aliquam spiritualem qualitatem *dolorifcrarn,* ut vult Suarez[2] : hæc enim omnia nec sunt fundata nec intelliguntur in substantia spirituali ; sed semper insistendum est in thomistica notione instrumenti, quod operatur quatenus movetur virtute physica communicata per modum motionis transeuntis. Unde nihil est aliud adstruendum præter id quod pertinet ad rationem causæ efficientis instrumentalis.

Hæc porro motio seu impressio recipitur in potentiis animæ et remote saltem ipsam substantiam spiritualem afficit et potentias impedit in exeeutione suarum operationum[3]. Ex qua alligatione maximus resultat dolor in substantia spirituali, quæ, cum sit maxime activa in suo ordine et a loco independens, ut novimus, non potest non afffigi ex eo quod in tanta'impotentia a re vili et inferiori detinetur. « Quod alligetur alicui et determinetur ad aliquem locum per quamdam necessitatem, est contra ejus naturam et contrarium appetitui naturali[4]. » Et Cajetanus : « Definitus igitur non natura, sed vi detentus in loco, spiritus naturalem libertatem ac dignitatem qua nulli subjicitur corpori, qua omne corpus evincit, qua omni corpori præeminct præsidetque, infelicissimus perdidit et se perdidisse miserrime mceret atque inœrendo ineffabiliter cruciatur[5]. »

III. De actione ignis in corpora damnatorum post resurrectionem. — Est doctrina omnino certa corpora damnatorum igne cruciatum iri et nihilominus incorrupta permansura.

1. Joan, a S. Thom., *Curs. Theol.,* t. IV, q. lxiv, n. 13.
2. Suarez, De *Angelis,* l. VIII, c. xiv, n. 26, 46, 47.
3. Salmant., t. VIII, disp. XVIII, n. 69, volunt recipi etiam in substantia ; quos refellit Gonet, De *Angelis,* disp. XIV, a. 2, n. 62,
4. S. Thom., q. De *anima,* a. 21.
5. Ct. Cajetan., Orat, coram Jul. II habita, Opusc. t. III ; Gonet, loc. cit., n. 62.

TrEditionem catholicam multi testantur. Jam relatus est textus Minucii Felici=, art. præced-, n. v. Concinit S. *Hippolytus M.* : « Ignis inextinguibilis... non corpus corrumpens, sed irrequieto dolore ex corpore effervescens et ebulliens1. » S. *Ambrosius* : « Immortales erunt, non tamen impassibiles, impii æterna pœna torquentur2. » *S. Hieronymus* : « Sanctus et peccator erunt simili resurrectione perfecti, nec inter se variabunt tempore ; et in eo peccator maledictus erit quod incorrupto corpore pœnas patietur æternas3. »

Suffragatur ratio theologica : Cum totus homo, et per anifnam et per corpus, deliquerit, oportet ut *lotus,* et in anima et in corpore, pœnam sensus, quæ est ignis, sustineat EL, quia post resurrectionem corpora remanebunt immortalia, erit in illis aliqua vis seu qualitas intrinseca, ex ipsa resurrectione proveniens, quæ corpora in perpetua integritate continebit ; unde ignis, illa physice affligendo, non tamen destruet aut alterabit.

IV. Quomodo aulam ignis id præstiturus sit.

Reponunt multi recentiores explicandam esse illius actionem per motus physico-chimicos intensissimos ac celerrimos, absque ulla combinatione chimica, quæ alterationem causât4. — Verum necesse non est ad scientias physicas recurrere, cum hic agatur de actione *instrumentait supernaturali,* quam exseret ignis in totum compositum humanum. Quia enim non aget virtute naturali, sed ut *instrumentum* justitiæ divinæ, id tantum operabitur ad quod eum adhibere voluerit Agens primus ; et, cum illum adhibiturus sit Deus ad torquendum, non ad alterandum, hinc actio illa *inslrumentaria* intensum dolorem absque ulla alteratione producet.

V. Animadversio practica. — Monent recentiores cavendum esse in concionibus ab omni verborum excessu. His ultro consentimus ; at aliunde non debet exhiberi infernus ita mitigatus, ut fideles illum parvi pendant illi-

1. Hippol., *Ado Græcos,* 3 ; *P* G, x, 801.
2. S. Ambros., *I Cor.,* xiv, 53 ; *P. L.,* xvn, 271.
3. S. Hieron., *In Isai.,* lxv, 20 ; *P L.,* xxiv, 646.
4. Cf. A. Michel, art. cit., col. 2238.

usve rigorem non amplius formident et sic peccato facilius indulgeanl. Prædicanda est tum doctrina definita scilicet existere infernum pcenacque inferni æternas, tum doctrina universaliter recepta in Ecclesia, ignem inferni e"?e realem pœnaque ignis allligi omnes damnatos, præter illos qui cum solo originali peccato decedunt. Cæterum, adhortandi sunt fideles ut Deum timeant. mandata ejus servent et sæpissime spem in Deum erigant *Sperante.' in Domino misericordia circumdabit... In te, Domine, speravi, non confundar in xlernum.*

QUÆSTIO QUARTA

DE DIVERSIS QUALITATIBUS ANIMARUM CORPORIBUS EXUTARUM JUXTA DIVERSUM STATUM EARUMDEM

AD *QQ.* LXXI-LXXIII S. THOMÆ

Cognito quomodo animæ ac igne patiantur in inferno, inquirendum venit de sorte carum quæ cum solo peccato originali ex hac vita decedunt, ac de conditione earum quæ in purgatorio expiantur et idcirco tum de existentia tum de natura et indole purgatorii.

ARTICULUS PRIMUS

DE SORTE ANIMARUM QUÆ CUM SOLO PECCATO ORIGINALI EX HAC VITA DECEDUNT

AD Q. LXXI S. THOMffi

I. Diversae quaestiones solvendae. — Tria generatim expenduntur : 1° utrum illi homines qui cum originali peccato solo ex hac vita decedunt sint vere ct proprio damnati ; 2° utrum affligantur poena ignis ; 3° utrum aliquam aliam poenam patiantur.

II. Errores. — *Pclagiani* contendebant illos posse absque Baptismo æternam beatitudinem consequi, licet forte non consequantur statum illum eximium qui dicitur « regnum coelorum » : unde fingebant locum medium, in quo parvuli essent beati, quin tamen introirent in regnum Dei, cujus soli baptizati, ex verbis Christi[1], sunt participes.

1. Joan., hi, 5 : « *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancio, non potest introire in* regnum Dei. ·

Caloinisiæ volunt fidelium saltem infantes fide ipsorum parentum, absque BaptLmo, Golvari ; *Sociniani* gencratim dicunt in parvulis non requiri Baptismum ad salutem consequendam. — Hi omnes hæretici commune id habent quod exhibent parvulos immunes a *morte peccati.*

III. doctrina fidei. —Di: fide est parvulo.·» incurrisse mortem animæ, et in remissionem peccatorum veraciter baptizari, « ut in eis *regeneratione mundetur quod generatione contraxerunt*| ». Ita Concilium IVElovi' II et Concilium Carthag. contra Pclagianos, Concilium Tridentinum contra Novatores[8]. De fide est pariter « illorum animas qui... in solo peccato originali decedunt, *mox* in infernum descendere », ut testatur Concilium Florentinum", ideoque esse proprie damnatas. Peccatum quippe originale est vera mors animæ, et idcirco, quamdiu non deletur, nullatenus potest cum vita æterna componi Quocirca dogma proprie catholicum est illorum animas privari vita æterna et in infernum deputari.

IV. Sententiae omnino **REJICIENDÆ.**

Fuit *olini opinio* cui adhæserunt S. Bonaventura*, Durandus, Gabriel Biel, Gerson, etc., Deum aliquando, extra legem ordinariam, propter parentum preces, salvare animas parvulorum, quando non suppetit possibilitas Baptismi. — At miracula hujusmodi non licet adstruere, nisi positive demonstrentur, nec bonitas divina abrogat legem supernaturalem quam ipse Deifs statuit de necessitate Baptismi.

Nec sustineri potest sententia *Cajelani,* scilicet parvulos fidelium Christianorum, quibus per Baptismum subveniri haud potest, non tantum ex privilegio, sed ex lege Dei communi et ordinaria, salvari posse votis et precibus parentum. Quæ theoria fuit a congregatione theologorum Concilii Tridentini censurata[3] et demum jussu Pii V ex operibus Cajetani expuncta. Nec magis probanda est

1. Can. 2 ; Denz., 102.
2. Sess. V, can. 1-4 ; Denz., 788-791.
3. *Decret. Unionis ;* Denz., 693.
4. Cf. *In IV Seni.,* dist. III, p. 1, q. n, a. 2.
5. Cf. Pallavicini, *Hist. Cone. Trid.,* lib. IX, c. vriij

opinio *Perrone aliorumque plurium,* subsistere nempe adhuc remedium naturæ in locis ubi nondum est plene promulgatum Evangelium. — Illa quippe asserta, sive Cajetani sive recentiorum, adversantur declarationibus Conciliorum quæ necessitatem absolutam Baptismi pro parvulis asserunt, nulla permissa distinctione. Imo expresse asserit Concilium Florentinum : « *Cum ipsis non possit alio remedio subveniri, nisi per sacramentum Baplismil.* » Si non datur *aliud* remedium, non persistit remedium naturæ. Cæterum, si remaneret, ut isti contendunt, deberet remanere ut *supernalurale* et manifestativum fidei sùpernaturalis, ideoque deberet ministrari ab aliqua *socielale* quæ jam haberet fidem supernaturalem ; quæ omnia sensui ■catholico vim faciunt?.

Klée, sæculo xix, imaginatur infantes in mortis instanti accipere usum rationis ct per actus proprios justificari, — Id autem est adstruerc miraculum absque ullo fundamento ct contra assertum Concilii jam citati : « non alio remedio ».

Hermes fingit parvulos sic decedentes non habere in •vita futura majorem rationis usum quam hic habeat infans unius duorumve annorum. — Hæc theoria, jam propugnata sub alia forma a pluribus veteribus theologis quos hic confutat Angelicus (a. 2), est aliena a sana philosophia ; eo quod quælibet anima ûeparata, utpote intelligens per species a Deo infusas, plenum exercitium virium spiritualium exserit.

Demum *Schell* vult infantes per suam mortem salvari tanquam per martyripm quoddam imperfectum, quod æquiparetur cuidam baptismo sanguinis ; quia enim parvuli moriuntur absque propria culpa, sunt quodam modo victimæ innocentes, quæ in propria morte baptizantur. — Quæ sententia in multis peccat ; nam illi parvuli habent debitum mortis et mortem obeunt, non propter fidem ■Christi profitendam, sed ncessitate naturæ. Inde sequeretur omnes pueros salvari, quod est contra fidem.

Unde, relictis his omnibus hypothesibus, tenendum omnino est *hujusmodi parvulos æterna salule privari.*[2]

1. *Decret, pro Jacebitis ;* Denz., 712.
2. Cf. opusc. nostr. : *Hors de l'Église point de salut,* pp. 272-275.

V. Utrum pœnam ignis patiantur. — Quia res sat obscura est, mirum esse non debet non semper fuisse concordes Patres et Doctores.

S. *Augustinus* censpt hos infantes pœnam quidem sustinere, sed mitissimam[1]. .S'. *I''ttlgenliu8* illos deputat supplicio æterno[2]. —Theologi autem *medii mvi* generatim tuentur sententiam quam hic tuetur S. Thomas, nempe infantes illos nullam pati sensus pœnam...· At vero *sn-culis XVI et XVII* multi theologi, ul. Sylvius, 1'el avius, Natalia Alexander, Bossuet, putant parvulos non baptizato» igne cruciatum iri.

Nostra ætate, e converso, communiti n docetur sententia S. Thomæ, quæ infantes ab omni po-na sensus eximit. Hæc est omnino TUTA post Bullam *Anciorem fidei,* qui testatur non esse fabulam pelagianam « locum illum inferorum (quem limbi puerorum nomine fideles passim designant), in quo animæ decedentium cum sola originali culpa poena damni *dira pœnam ignis* puniantur[3]. » Concilium Florentinum hanc sententiam minime excludit, nam recolit anirqas « pœnis *disparibus* puniendas[4] ».

Ea quæ objiciunt adversarii ex Scriptura non sunt ad rem ; nam Christus igni æterno addicit damnatos qui noluerunt operari bonum[5][6]et operati sunt iniquitatem : « Discedite a me, omnes *operarii* iniquitatis*. »,Porro infantes non fuerunt operarii iniquitatis nec illis possibile fuit nutrire, vestire, visitare Christum. Ergo ea quæ dicit de igne, non sunt de infantibus intelligenda. — Objiciunt ex Apocalypsi : « Et qui non inventus est in libro vitæ scriptus missus est in stagnum ignis[7]. » At hic agitur de damnatis qui habuerunt opera propria, nam dicitur : « Et judicatum est de singulis *secundum opera ipsorum*[8]. » Cæterum, ut scite animadvertit Bulla *Auctorem fidei,* qui removent pœnam

1. S. Augustin., *Enchiridion,* n. 92 ; *P. L.,* xt, 275.
2. S. Fulgent., *De Fide ad Petrum,* 68 : « *Ignis aeterni sempi-^ ierno supplicio puniendos.* » *P. L.,* 1xv, 702.
3. Prôp. 26 ; Denz., 1526.
4. *Decret. Unionis;* Denz., 693.
5. Mattii., xxv, 41 ss.
6. Luc., xiii, 27.
7. *Apoc.,* xx, 15.
8. *Ibid.,* 13.

ignis non idcirco inducunt « locum illum et statum medium expertem culpæ et pœnæ inter regnum Dei et damnationem æternam, qualem fabulabantur Pelagiani ».

Ratio S. Thomæ videtur efficax (a. 1). Pœna sensus pertinet ad id quod personæ proprium est et infligitur propter culpam personalem et personalem conversionem ad bonum commutabile. Atqui tales infantes non fuerunt capaces personalis culpæ aut personalis conversionis ad commutabile bonum, sed solum constituuntur peccatores per conjunctionem cum voluntate primi parentis. Ergo non debetur eis pœna sensus.

VI. Utrum tristitiam aliquam patiantur an vero beatitudinem naturalem consequantur (a. 2). — Cavendum est ab omni excessu. Certum est imprimis carentiam visionis beatificæ esse veram *pœnam* illosque infantes *puniri.,* ut aiunt sive Concilium Florentinum sive Pius VI documentis janj laudatis, sensu explicato pro *privatione supernaturalis bealiludinis.*

Nec etiam dici potest illos perfecta beatitudine naturali' gaudere ; quia, attenta necessaria connexione utriusque ordinis in præsenti œconomia, non potest quis finem in ordine naturali perfecte adipisci, si a fine supernaturali decidit ; quum ergo infantes finem supernaturalem non consequantur, nec etiam naturalem finem et beatitudinem perfecte attingunt.

Concedi potest illos non pati tristitiam proprie cruciantem, quia vident se non fuisse efficaciter proportionatos in vitam æternam nec amisisse Deum propria culpa. Dici pari jure potest illos *vera quadam bealiludine naturali,* licet *non perfecta,* gaudere, quatenus conjunguntur Deo per participationem naturalium bonorum simulque per cognitionem et amorem. Concludamus ergo cum Angelico : c Et ita etiam de ipso (Deo) *gaudere* poterunt naturali cognitione et dilectione. » (ad 5.)

ARTICULUS SECUNDUS

DE PURGAT0HI1 EXIMENTIA

I. DUO PRINCIPALIA puncta sunt CREDENDA î existentia purgatorii et possibilitas juvandi animas per suffragia Ecclesiæ. — In utroque conveniunt nobiscum etiam *Græci schismatici,* qui, licet non admittant pœnam ignis, fatentur tamen purgatorium esso locum pœnæ et mœroris, ac posse animas precibus, eleemosynis ac sacrificiis sacerdotum purgari.

Utrumque vero inficiati sunt multi hæretici : *nonnulli ariani,* sæculo iv, duce Aetio ; postea *Pelrobrussiani, Waldenses, Albigenses,* deinde *llussiiæ,* ac demum et principaliter novatores sæculo xvi. *Lutherus* non fuit in hac re sibi constans : prius quidem retinuit simpliciter doctrinam de purgatorio, postea vero plures errores admiscuit : 1° purgatorium non potest probari ex sacra Scriptura quæ sit in canone ; 2° animæ in purgatorio non sunt securæ de earum salute, saltem omnes ; nec probatum est ullis aut rationibus aut Scripturis ipsas esse extra statum merendi ; 3° animæ in purgatorio peccant sine intermissione, quamdiu quærurit requiem et horrent pœnas ; 4° animæ ex purgatorio liberatæ suffragiis viventium minus beantur quam si per se satisfecissent. Quæ propositiones fuerunt a Leone X damnatæ, die 15 junii 1520 *LCalvinus* acriter dogma illud impugnat, exhibetque purgatorium ut « exitiale Satanæ commentum, quod Christi crucem evacuat[1]. »

Recentiores protestantes, licet doctrinam veram de purgatorio pervertant et nomen rejiciant, admittunt tamen statum medium inter cœlum et infernum, in quo sit locus merito et satisfactioni; imo quidam volunt fieri in illo

1. Denz., 777-780.
2. Calvin., Instit., lib. III, 25, § 6.

otatu novam animabus prædicationem posseque animas converti1..

Propius ad nos accedunt *rilualistæ,* qui concedunt fieri in futuro sæculo quandam expiationem, orationesque fundi posse pro defunctis, ut illorum pœnæ minuantur et abbrevientur.

II. Res et nomen. — Purgatorium designat *locum et slalum* in quo post mortem animæ justorum ve! pœnis temporalibus obstrictæ vel culpis venialibus maculatæ puniuntur et plene purgantur. — Vox ipsa a sæculo χιπ usu sacrata est ; sed varia vocabula æq'uivalentia prius adhibebantur, v. g., via tenebrosa, locus gemituum et lacrymarum, ignisve purificans aut ignis purgatorius, vel ignis qui transibit. Ignis *purgatorius* adhibetur jam a S. Augustino2, et frequentissime deinde usurpatur, præsertim a temporibus S. Gregorii Magni3,4

fll 1° Testimonia Scripturæ : A. Vetus Testamentum. — Fidem populi Hebraici testatur invicte factum illud quod narratur in *II Machab.* de Juda, viro prudenti ct « fortissimo, qui, « facta collatione, duodecim miljia drach-y^zXnnas argenti misit Jerosolvmam. offerri pro peccatis mort .Quorum sacnflcium, bene et religiose de resurrectione cogitans (nisi enim eos qui ceciderant reeurrec,tutos speraret, superfluum videretur· et vamim orare pro mortuis), et quia considerabat quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent_repnsii.am gratiam.,Sancta ergo eF"salubris^estlcogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur*. »

Tria in hoc textu docentur : 1° Posse aliquos in statu gratiæ seu pie et sancte mori, quin sint plene mundati. 2° Posse a peccatis'seu a pœna peccatorum solvi post mortem. Jam vero non solvuntur animæ requiem adeptæ, quibus nihil luendum superest, nec animæ damnatæ, quorum peccata sunt irremissibilia Ergo inter statum

1. Supra, de judicio particulari, nlß i, v, vu.
2. « Per ignem quemdam *purgatorium* », *Enchirid.* 69 : *P. L.*. x1, 265.
3. Cf. *IV Dial.,* c. xxxix ; *P. L.,* 1xxvh, 393-396.
4. *II Machab.,* xn, 43-46.

requiei et statum damnationis est status medius; in quo fit expiatio et solutio a peccatis. 3° Posse hujusmodi animas sacrificiis et orationibus vivorum juvari. Quæ tria puncta sunt catholica doctrina de Purgatorio. — Nec objiciatur hic referri tantum lidein Judæ vel populi. Auctor enim sacer hæc expresse approbat et suo nomine asserit : « Sancta ergo et salubris est cogitatio, n Omnis autem affirmatio auctoris est assertio Spiritus Sancti.

Tanta est igitur vis illius loci; ut novatores canonicitatem coacti sint, inficiari. Librum autem esse canonicum est de fide et alibi probatur; at; etiamsi valorem tantum historicum præ se ferret, non inde evacuaretur probatio : nam saltem invicte constaret hanc luisse communem fidem et Judæ et militum, et sacerdotum, qui sacrjlicium obtulerunt; et scriptoris, qui factum laudat, et idcirco totius populi judaici. Quæ quidem universalis persuasio gentis per legem et prophetas instruct® non potuit esse opinio errori obnoxia vel recens inventum ; sed ex antiqua et certa traditione est repetenda. Ita communiter theologi et exegetæ catholici.

IV. Bj Novum Testamentum' a) Ex Evangelio duplex affertur textus. — Concludunt interpretes aliqui, præsertim veteres, ex hoc loco : « Non exinr‹ inde, donec reddas. novissimum **quadrantem**». possibilem esse in altero sæculo solutionem debiti, et idcirco existere purgatorium ; at alii reponunt hic esse tantum formulam quæ exprimat impossibilitatem liberationis a carcere seu æternitatem pœnæ. Quocirca textus non est apodicticus. — Efficacior autem est locus iste : « Quicumquedixcrityerbum contrg ‹ jq. Filium hominis, remittetur ei;, qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei *neque in. hoc sæculo neque in futuro*,* b Eo ipso quod distinguit Christus inter præsens et futurum sæculum et asserit aliquod peccatum neque in præsent: neque in futuro sæculo remitti, innuit alia peccata remitti posse in sæculo futuro. Ita generatim SS. Patres, quorum nomine dicit S. Augustinus : « Neque enim de quibusdam veraciter diceretur quod non eis

1. Matth., v, 26.
2. Matth., xii, 32.

remittatur neque in hoc sæculo neque in futuro, nisi essent quibus, etsi non in isto, tamen remittetur in futuro[1]. » Porro peccata nec in cœlo ncc in inferno remittuntur. Ergo in statu quodam intermedio, qui purgatorium dicitur.

V. b) Ex S. Paulo citatur celeberrimus textus *1 Cor.,* m, 13 ss. : « .Uniuscujusque opus manifestum erit : dies enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur, et uniuscujusque opus quale _it ignis i -i Si cujus opus manserit quod superædificavit, mercedcm accœ>ct Si cujus opus arserit, detrimentum patiatur ;-.ips? mitem salvus, erit, *sic lamen quasi per ignem*[1]. » Ædificatio intelligi potest vel de operibus : et jam opera ex charitate facta, plus minusve perfecta, sunt aurum, argentum vel lapides pretiosi ; lignum autem, fœnum et stipula, sunt opera quæ vitio aliquo maculantur, scilicet peccata venialia ; vel de doctrina : et tunc dicitur aurum, argentum, lapis pretiosus, si sit solida et ad bonum Ecclesiæ et gloriam Dei ordinata ; dicitur autem lignum, fœnum, stipula, si, licet substantialiter bona, ad vanam gloriam tendat. Utraque expositio ab eximiis interpretibus traditur. At, admissa etiam altera interpretatione, sequitur ædificationi admisceri peccata venialia, quia prædicator vanitati nimis indulget.

Ex hoc textu sic argui potest : *In die Domini,* seu in judicio universali, ignis efficiet quandam probationem et purgationem, in qua tamen homo salvabitur. Porro, quod in judicio universali fiet, jam idem contingit pro singulis hominibus in judicio particulari. Ergo post judicium illud particulare est quædam purgatio, in qua homo salvatur quasi per ignem. Sed purgatio in qua homo salvatur non potest esse infernus. E-rgo datur alter purgationis status, quem purgatorium vocamus. Quocirca ex hoc textu probatur saltem *indirecle* existentia purgatorii, quatenus constat fieri per ignem in die judicii purificationem quamdam, in qua tamen homo salvatur.

1. S. Augustin., *De Civil. Dei.,* lib. XXI, c. xxiv ; *P. L.,* xl i, 738. Cf. etiam S. Gregor. M., *IV Dialog,* 39 ; *P. L.,* lxxvii, 396.

2. Consuli possunt : S. Thom., Com. in h. l. , Estius, Cornély, in h. l. ; Card. Billot, *De Novissimis,* edit 5, pp. 105 ss. ; A. Michel, *Diction, théol. calhol..* ‹ Feu du purgatoire ».

Reponunt quidam ignem illum esse tribulationem praesentis vitæ. At id manifeste excluditur ; nam *dies Domini* in Scripturis semper de judicio intelligitur, non de vita præsenti, quæ est dies hominis.

Objicitur insuper ignem illum esse mere metaphoricuin. Verum sufficit, in præsenti, probaro oxistentiam purgatorii seu purgationis cujusdam post terrestrem vitam. Unde, etiamsi ex hoc loco non probnnt.ur es.æ ignem realern in purgatorio, adhuc evinceretur cstic purgatorium sou fieri purificationem post mortem Dirum vero ignis illo sit realis, expendetur· infra, ubi de natura purgatorii.

Locum illum S. Pauli accipiunt do purgatorio multi sancti Doctores, ut S. Cyprianus, S. Hieronymus, S. Gregorius Nazianzenus, S. Augustinus; S. Gregorius M.; S. Thomas, etc.[1]

VI. 2° Traditio catholica. — Ab initio Ecclesiæ duo principaliora puncta de purgatorio explicite creduntur, scilicet fieri in altera vita purificationem quibusdam pœnis quæ important *carenliam refrigerii,* et aliunde per viventium suffragia juvari animas ipsisque *refrigerium praestari.* Utrumque testatur primitiva traditio : « Pro anima ejus orat et refrigerium interim adpostulat eia. » Asserit hic *Tertullianus* et animam refrigerio indigere et refrigerium ipsi provenire ex orationibus Ecclesiæ. S. *Cyprianus* jam recolit pœnam ignis (purgantis) : « Pro peccatis longo dolore cruciatum emundari et purgari diu igne9. » Inscriptiones *Catacumbarum* optant refrigerium defunctis[2]; *liturgiae primitivæ* præscribunt orationes ut defunctis remittatur omne peccatum et ipsi collocentur in regione vivorum[8]. *S. Paulinus Nolanus* docet simul et animam in tenebris

1. Cf. S. Cyprian., *Epistl. X ad Antonianum,* n. 20 ; S. Hieron., *In Isaiam,* lxvi, et *In Maith;,* m, 12; S. Gregor, Naz'ans,, *Orat.,* 39, n. 19 ; S. Augustin., *Enarrat, in Ps.* vi, n. 3 ; Ps. xxxvn, n. 3 ; Ps. lxxx, n. 20 ; Ps. tin, n. 5 ; S. Gregor. M., *In Psalm, pœnit., I, η. 1 ;* S. Thom, in *I Cor.,* in, et in duobus opusculis *De .erroribus Graecorum.*

2. Tertull., *De Monogamia,* c. x ; *P. L.,* n, 942.

3. S. Cyprian., Epist. X *dd Antonianum ; P. L.f* in, 786.

4. Cf. Martigny, *Diclion. Ant. Chrél.,* voce *Purgatoire.*

5. Ci. *Didascal. Apost.,* vi, 22 ss. ; *Conslit. Apost.,* vm, 41 ; *P. <G.,* I, 1143.

ardentibus pati et per orationes viventium juvari : « Befrigerct animain ejus stillicidiis misericordiæ suæ per orationes vestras... ; ut roscido pietatis ejus lumine in *tenebris ardentibus aestuantes refrigeremur.*[1] » — Celeberrimum est etiam *testimonium S. Perpetuae* martyris, sæculo Hi, quæ narrat se vidisse fratrem mortuum æstuantem et sitientem et postea intellexisse *translatum eum esse de pœna*[2]. Ex quo eruitur credidisse fideles lii sæculi et purgatorium esse et animas ibi detentas posse inde liberari. — Fidem Syrorum testatur S. *Ephræm,* m. an. 373. Ait enim eos qui magis ex inscitia quam malitia peccaverunt, post mortem pœnis castigari, usque dum justitiæ divinæ plene satisfecerint, locumque esse intermedium inter paradisum et gehennam, ubi defuncti castigentur et postea dimittantur.[3] *Oblationes anniversariae* commemorantur[4]; *oblationes in trigesimo post mortem die,* in testamento· S. Ephræm[8].

Quocirca sustineri nequit assertio quorumdam, existenliain purgatorii per quatuor priora sæcula *implicite* tantum fuisse creditam. Explieitior quidem iit a temporibus S. Augustini doctrina de *natura* purgatorii, sed *ab initio* explicite creditur dogma fundamentale, ut exposuimus ex Scriptura et.Traditione. *Ignis.*autem *purgatorius,* jam a S. Cypriano admissus, docetur deinde a S. *Augustino, S. Cæsario Arelalensi, S. Gregorio Magno,* etc.[6]*

VII. 3° Declarationes Ecclesiæ. —Cone. Lugdunense II approbat *professionem fidei Michaelis Palæologi* : « Quod si vere pœnitentes in caritate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas pœnis *purgatoriis* seu catharteriis... post mortem purgari ; et ad poenas hujusmodi

1. S. Paulin. Nolan., *Episl. ad Amand.,* 36 (al. 20) ; *P. L.,* lxi, 351-352.
2. Cf. Ruinart, *Acia sincera,* pp. 77 ss., et Bolland., *Acia Sanclorum Mari.,* m, 633 ss.
3. S. Ephræm, *Opera,* Edit. Romana, m, 565d-e, 595c.
4. *Ibid.,* 303f.
5. Cf. Bickell, *Carmin. Nisib.,* edit. 1866, pp. 25-28.
6. S. Augustin., *Enchirid.,* 69; *P. L.,* xl, 265; S. Ctesar.^ Serm. CIV, 2, inter opera S. Augustini; *P. L.,* xxxix, 1946 S. Gregor. M., *IV Dialog.,* c. xxxix; *P. L.,* lxxvii, 393-396.

relevandas *prodesse eis fidelium vivorum suffragia,* Missarum scilicet sacçificia, orationes et eleemosynas et alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesias institutal. » — *Henedic-lus XII* recolit *purgationem.* fieri in futuro sæculo et animas, *cum posl mortem suam fuerint purgalæ...,* videre divinam essentiam13 — *Cone. Florentinum* repetit definitionem Cone. Lugdunensis II8:* — *Leo X* damnat errores Lutheri de purgatorio (supra, n. 1). — *Cone. Tridenlinum* sæpius dogma illud inculcat : recolit enim reatum, s pœnæ temporalis cxsolvendæ vel in hoc sæculo vel in luturo, *in purgatorio,* antequam ad rogna c‹riorum aditu; patere possi64 » ; sacrificium Missæ offerri « pro defunctis in Christo *nondum ad plenum purgatis*ll »; DEFJNiTque « pur-*galorium* esse animasque ibi detentas fidelium suffragiis... juvari". » — *Profe?~!o fidei a Pio IV* et a cæteris Pontificibus præscripta : « *Constanter teneo* purgatorium esse animasque. ibi detentas fidelium suffragiis juvari7. »

VIII. 4° Rationes theologicæ8. — Dogma illud ex aliis veritatibus certis necessario fluit. — Imprimis, certum esi pœnam temporalem pro peccato mortali non semper totam remitti in hac vita, nec per absolutionem m sacramento Pœnitentiæ, nec per contritionem extra sacramentum, cum sæpius non curent homines de satisfactione pro peccatis remissis vel improvisa morte impediantur al› illa persolvenda ; item constat hominem interdum letho eorripi cum venialibus culpis de quibus non doluit vel pro· quibus non satisfecit, sive propter negligentiain, sive quia inopinate obiit. Atqui animæ eorum qui cum hujusmodi peccatis decedunt non debent ad infernum descendere, cum sint in statu gratiæ et jicenam mev··

1. Denz., 464.
2. Denz., 530.
3. Denz., 693.
4. Sess. VI, can, 30 : Denz., 840.
5. Sess. XXII, cap.2. et can. 3; Denz., 940 et 950.
6. Sess. XXV ; Denz., 983.
7. Denz., 998.
8. S. Thomas, ad q. lxxii, appendix, art. duo de purgatorio ex edit. Patavina, 1712; P. Lépicier, op. cit., q. V.

temporalem mereantur ; nec in cœlum recipi, ubi nihil inquinatum admittitur. Ergo fatendum est dari statum et locum intermedium in quo purgentur. Ht hæc est *ratio justitiæl.* — Aliunde, hæc doctrina est solatii plena. Cum enim multi homines sint plurium culparum conscii, si cœlum tantum et infernus proponerentur, esset occasio maxima desperandi de propria salute, et, e converso, *solatium,* est ipsis scire se posse infernum per poenas illas purgatorii declinare ; iterumque solatium est vivorum posse suis dilectis defunctis auxiliari eisque officia pietatis, charitatis et justitiæ exhibere. — Demum, ex hoc dogmate fit *incitamentum ad omnes virtutes* excolendas, ut nempe in hac vita, ubi facilior est satisfactio, conentur fideles exercitio virtutum debita solvere, quo brevior et mitior fiat in futuro,, vel etiam omnino vitetur, poena.

1. « Et ideo illi qui purgatorium negant, contra divinam justitiam loquuntur et propter hoc erroneum est et a fide alienum. » S. Thom., ibidem.

ARTICULUS TERTIUS

DE PURGATORII NATURA ET INDOLE ATQUE DE POSSIBILITATE JUVANDI ANIMAS

AD 22. LXXH ET LXXHI S. TH0MA31

I. Quæsita solvenda. — Huc referuntur diversa quæ nunc disserit Angelicus de pœnarum indole ct intensitate, de modo quo expiatur peccatum veniale et remittitur pœna temporalis, de duratione pœnæ, de loco purgatorii, de dispositionibus et statu ipsarum animarum atque de suffragiis mortuorum.

f

II. De pœna damni (a. 1). — In hoc consistit quod animæ *retardantur a divina visione.* Hæc dilatio communiter vocatur pœna damni, tum a D Thoma, hic, tum a cæteris theologis. *Pœna* quidem : nam, quanto aliquid magis desideratur, tanto ejus absentia est molestior. Atqui summum bonum intensissime desideratur ah animabus purgantibus, quæ clarissime apprehendunt hujus boni immensitatem. Ergo dilatio illius possessionis intensissimam inducit pœnam. Recte etiam dicitur poma *damni,* licet temporanei : nam, sicut possessio Dei est verum animæ bonum, ita privatio illius boni est verum animæ damnum, vel damnum simpliciter et a;tfemum in inferno, vel damnum temporaneum in purgatorio. Dolent ergo quam maxime animæ, quia privantur ob culpam ; hinc tristantur et eo quod commiserint culpam et de illa non egerint congruentem poenitentiam et eo quod majora bona æterna neglexerint acquirere.

Differt a pœna damni in inferno, non solum quia in purgatorio est temporanea, sed quia est cum spe et charitate perfecta et a voluntate acceptatur, dum in inferno

1. Inter D. Thomæ commentatores, consuli potest P. Lêpicier, op. cit., q. v.

pœna damni est cum desperatione et odio et maxima voluntatis resistentia.

Visionis dilatio in purgatorio maxime discrepat ab illa qua detinebantur Patres in limbo ; quia, licet isti exspectarent visionem, non tamen ob culpam propriam privabantur nec in ipsis dilatio habebat rationem pœnæ proprie dictæ.

III. De pœna sensus deque igne purgatorii. — Differentia inter Græcos (schismaticos) et Latinos ita exponitur a Marco Ephesino in Cone. Florentino : « Græci enim pœnam a Marco Ephesino in Cone. Florentino [1] « Græci enim pœnam, mœrorem et locum pœnæ asserunt, *sed non per ignem* ; Itali vero pœnam purgationemque per ignem[1]. » Controversiam noluit Concilium dirimere. Unde Græci admittunt quandam pœnam sensus, quæ est dolor, mœror, obscuritas, non autem pœnam ignis ; licet aliunde confiteantur ingem inferni æternum. Hinc scite animadvertit card. Billot separatam esse causam ignis purgatorii et ignis inferni et, si qua est incertitude quoad primum, non nisi immerito extendi ad secundum[2].

Ignem tamen purgatorii docent multi SS. Patres tum Latini tum Græci. S. Cyprianus recolit animas purgari *diu igne,* S. Paulinus Nolanus, *æsluari in tenebris ardentibus;* S. Augustinus, S. Cæsarius, S. Gregorius M. *ignem purgatorium* profitentur (art. præc., η. vi).— Imo, ipsa iiturgia, dum optat animabus *refrigerium,* innuere videtur pœnam ignis. — Nec desunt Patres Græci qui doctrinæ de igne purgatorii faveant, præsertim S. Basilius, qui *purgatorii ignis* cujusdam meminit, *καθαρτικού πυρά* [3]. Consummato etiam schismate, multi scriptores Græci ignem purgatorium tuentur, ut Manuel Calecas, m. an. 1410, et alii[4].

Quapropter illa doctrina, etsi non stricte catholica, sicut ea quæ tenet ignem realem in inferno, est receptissima in

1. Mansi, *Concit.,* xxxi, 888.
2. Card. Billot, *De Novissimis,* q. iv, thés. VII, i.
3. S. Basilius, *In* Isai., ix, 16; *P. G.,* xxx, 521. — De aliis Patribus qui eidem doctrinæ favent, cf. A. Michel, *Diction, théol. cathot.,* « Feu du purgatoire », col. 2253 ss.
4. Cf. *P. G.,* CLii, 227-235 ; Le Quien, *Dissertatio Damascenica,* v ; *P. G.,* xciv, 360 ; A. Michel, op. cit.

Ecclesia et communis apud Scholasticos, saltem probabilissima, quasi fere certa, adeo ut sententia opposita improbabilis censeatur[1].

Ex loco citato S. Pauli : « *Sic tamen quasi per ignem* » (*I Cor.,* III, 15), erui potest argumentum saltem indirectum : Post judicium particulare fit quædam purificatio in purgatorio, sicut fiet in die Domini seu in judicio universali (art. præc., n. V). Sed in die Domini fiet purgatio per ignem realem. Ergo fit in purgatorio purificatio per ignem qui sit realis ; sicut ignis ultimæ conflagrationis mundi.

Quum autem ille ignis affligat animam ut instrumentum divinæ justitiæ, inde intelligitur pœnam sensus in purgatorio excedere pœnam quam in præsenti causa naturalis propria virtute operans infligit. « Et ideo oportet quod pœna purgatorii, quantum ad pœnam damni et sensus, excedat omnem pœnam istius vitæ », ait Angelicus in hoc art. 1. Pariter S. Augustinus : « Quamvis salvi per ignem, gravior tamen erit ille ignis quam quidquid potest homo pati in hac vita[2]. » Et S. Isidorus : « Sed de illo purgatorio igni hoc animadvertendum est quod omni, quem excogitare in præsenti potest homo, tormentorum modo ◇t longior et acrior sit[3]. » S. Bonaventura distinctione utitur, scilicet maximam pœnam purgatorii maxima hujus vit.a· pœna esse graviorem, non tamen minimam purgatorii pœnam esse maxima hujus vitio pœna acerbiorem[4].

IV. An et qua ratione illa pœna sit voluntaria (a. 2).

Dici nequit voluntaria quatenus anima illam eligat aut libenter assumat, sed quatenus illam supportat ut medium a justitia divina impositum ad finem ultimum obtinendum. Quia vero anima est in actu charitatis perfect® et quia Dei amor non potest sine gaudio esse, hinc pœna purgatorii, licet immensa, immenso gaudio admiscetur. Quapropter docet S. Catharina Genuensis, sicut

1. Cf. Bellarmin., *De Purgatorio,* lib. II, c. XI, Suarez, disp. XLVI, sect. I ; Card. Gotti et recentiores theologos, *De Novissimis.*
2. S. Augustin., In Ps. XXXVII, n. 3 ; *P. L.,* XXXVI, 397.
3. S. Isidor., *De ordine creatur.,* c. XIV, n. 12 ; *P. L.,* LXXXIII, 950.
4. S. Bonav., *IV Sent.,* dist. XX,a. 1, q. II.

post supplicium inferni non esse majorem pœnam quam in purgatorio, ita post gaudium paradisi non esse majus gaudium quam in purgatorio, eo quod nullibi, nisi in coelo, major est charitas et amor[1].

V. De actione angelorum in animas purgatorii (a. 3). — Nihil certi statui potest. Possibile reputat S. Doctor ab angelis bonis deduci animas ad loca poenarum et dæmones interdum assistere purgandis, et aliunde concludit : « Sola justitia divina electi post hanc vitam purgantur, non ministerio dæmonum, quorum victores exstiterunt, nec ministerio angelorum, qui cives suos non tam vehementer affligerent. »

VI. Qua ratione expietur peccatum veniale in purgatorio (a. 4). — Apud animam sanctam in purgatorio detentam tria possunt considerari : venialia, habitus pravi, mortalia remissa quoad culpam.

Ad venialia quod attinet, certum est quædam hujusmodi peccata non remitti in præsenti vita. Non enim remittitur veniale, nisi aliquis actus pœnitentiæ interveniat. Porro sæpe non elicit homo actum pœnitentiæ de venialibus, sive propter morbum, qui actus liberos impedit, sive propter inopinatam mortem, ut quum « aliquis dormiens moritur, in gratia existens, qui cum veniali obdormivit ». Oportet ergo ut in altera vita remittatur. Quandonam id fit ? Videtur fieri statim post mortem. Anima quippe exuta corpore illico et clarissime cognoscit se propter culpam a visione Dei retardari et culpæ deberi pœnam ; aliunde nihil ipsam impedit quominus statim prorumpat in actum charitatis, non corpus, non passiones ; nec postea majorem recipiet gratiam, cum sors sit jam immutabilis. Ergo statim post mortem elicit charitatis actum ; et sic dimittitur veniale *quoad culpam,* dum ingreditur anima ignem : hac ratione dici potest peccatum veniale expiari per ignem. Ille actus non est sensu proprio meritorius, quia tempus merendi morte clauditur, ut supra exposuimus ; sed, quatenus est voluntarius et charitate informatus, sufficit ad remissionem culpæ venialis[2]. — *Pœna* autem huic culpæ

1. S. Catharina Genuensis, opusc. *de Purgatorio,* cap. ii

2. « Quia tamen post hanc vitam non est status merendi, ille dilectionis motus in eis tollit quidem impedimentum venialis

debita remittitur paulatim per ignem, non via satisfactionis proprie dictæ, sed via *salispassionis,* quatenus anima patitur juxta modum a Deo præscriptum.

Quoad purgationem vero a pravis habitibus, videtur fieri per actum contrarium, quem anima in altera vita subito elicit. In præsenti quidem statu regulariter non deletur pravus habitus per unum actum, qui non est sufficienter intensus ; at in altera vita, cum nullum sit impedimentum ac proinde actus cum perfecta intensitate fiat, potest uno actu tolli seu deleri habitus.

VII. De liberatione a reatu pœnæ temporalis peccatis mortalibus remissis debitæ (a. 5).—Cum reatus nihil aliud sit quam debitum pœnæ, sustinere pœnam quæ debebatur est liberari a reatu. Pertinet autem ad justitiam Dei præfigere pœnam ; et, quando pœnam illam juxta gradum a Deo determinatum sustinuit anima patiendo, jam satis passa est jamque a reatu liberatur. Non fit itaque remissio pœnæ per viam satisfactionis, quia valor satisfactorius respondet valori meritorio et merito non est amplius locus post hanc vitam ; sed, ut monuimus, per viam *salispassionis* : qui enim patitur juxta gradum a Deo impositum, exsolvit debitum pœnæ.

VIII. De duratione poenarum purgatorii (a. G). — Duo circa diuturnitatem purgatorii sunt certa. 1° Certum est ultra diem judicii non durare purgatorium ; quia jam erit ultima omnium consummatio, nec nisi duplex remanebit status : infernus et paradisus. Hinc *S. Augustinus* : « Purgatorias autem pœnas nullas futuras opinetur Christianus nisi ante illud ultimum tremendumque judicium[1]. » 2° Certum est quasdam animas posse diu in purgatorio torqueri ; Ecclesia enim orat, nec frustra, pro multis qui a longo jam tempore sunt defuncti. Hinc *prop. damn, ab Alexandro VII,* die 18 martii 1666 : « Annuum legatum pro anima relictum non durat plus quam per decem annos[2]. »

eulpæ, non tamen meretur absolutionem vel diminutionem pœnæ sicut in hac vita, i S. Thom., q. vn, *de Malo,* a. 11.

1. S. Augustin., *De Civil. Dei,* lib. XXI, c. xvi ; *P. L.,* xli 731.

2. Denz., 1143.

Nonnulli statuunt septem annos pro uno peccato mortali, ex quibusdam revelationibus sanctorum ; sed nihil certi habetur. Regula justitiæ est minus et brevius eos pati qui minus debent ; et aliunde, ut explicat hic Angelicus, peccata quæ sunt majoris adhærentiæ tardius purgantur r et id.eo quidam in purgatorio diutius quam alii torquentur, secundum quod affectus eorum ad venialia fuit magis immersus. — Verisimile est minui paulatim pœnam, præsertim in ultima periodo, quando fit immediata præparatio ad gloriam.

IX. De loco purgatorii (a. 2 ex edit. Patavina, 1712). — Quidam veteres posuerunt purgatorium in valle Josaphat, sed gratuito prorsus ; alii, in aere, ubi sunt spiritualia nequitiæ, quæ opinio communiter rejicitur ; alii tenent animam purgari quovis loco, sed præsertim loco ubi peccavit in vita.

S. Doctor distinguit : 1° Secandum *legem communem,* locus purgatorii est inferno conjunctus, superior tamen, ita ut idem sit ignis qui damnatos cruciat in inferno et qui justos in purgatorio purgat[1]. Hoc tamen probabiliter, non cum certitudine, traditur. Licet autem non possit absolute determinari locus purgatorii, melius dicitur non fieri de lege communi purgatorium in his terris : ratio est quia animæ separatsç non habent amplius habitudinem cum nostro mundo adspectabili, sed propriis receptaculis deputantur, ut explicatum est supra de loco animarum. 2° Attamen, secundum *specialem dispensationem,* fieri potest animarum purgatio in diversis locis, etiam in nostro mundo, sive ad vivorum instructionem sive ad mortuorum subventionem. Unde S. Gregorius M. et Hugo a S. Victore docent probabiliter animas in his locis puniri in quibus commiserunt culpam[2].

X. De dispositionibus et conditione animarum purgantium. — Imprimis sunt *cerlæ de sua salute.* Constat ex prop. damn, in Luthero a Leone X, 15 junii 1520 (art.

1. Docet etiam Augustinus : « Eodem igne peccatorem cremari et electum purgari. » *I De Civit. Dei,* c. vm ; *P. L.,* xli, 21.

2. CL S. Gregor. M., *IV Dialog.,* c. xl ; P *L.,* lxvii, 397 ; Hug. a S. Victo Be, lib. II *de Sacram.,* part. 16, c. iv.

præc., η. i), et ex ipsa sacra liturgia, quæ exhibet illos defunctos dormientes in somno *pacis* ideoque de salute securos. Tenendum est etiam animas non esse quasi -consopitas aut absque conscientia, sed *operationes proprias elicere.* Constat ex damnatione prop. Rosmini supra recitatæ[1]; et ex ipsa notione psychologica animæ scparatæ, quæ retinet semper operationem vitalem et cui competit multiplex modus intelligcndi[2]. Ceuium est pariter animas in purgatorio *non amplius peccare*; nam, peracto judicio particulari, anima immobiliter ndlueret bono, et, cum sit in charitate nec passionibus impediatur, Deum summe diligit, retinetque spem et fidem cum charitate. Quia vero meriti tempus morte clauditur, anima sub hoc respectu non est in via; sed, quia nondum videt nec tenet, remanet in via respectu patriæ seu est *in termino meriti, non in termino gloriæ.*

Possuntne animæ purgantes *orare pro nobis? Non sensu proprio,* nec oratione impetrationis, quæ statui meriti respondet; nec oratione intercessionis, quæ competit sanctis in patria, quia « non sunt in statu orandi, sed magis ut oretur pro eis[3]. » At possunt pro nobis orare, manifestando desiderium suæ erga nos charitatis, quam potest Deus eo melius exaudire, quo major fuerit nostra erga animas pietas et misericordia. Cognoscunt utique preces et suffragia pro ipsis fusa, quin inde adjuvantur et sublevantur, ac proinde vivos qui fuerunt erga se misericordes suppliciter Deo commendant.

XI. Possibilitas juvandi animas (q. lxxih). — Ex iisdem fontibus probatur quibus constat existentia purgatorii.

Laudatus textus II Machab. expresse dogma illud asserit: « Sancta ergo et salubris est cogitatio, *pro defunctis exorare, ut* a peccatis solvantur[4]. »

Patres citati art. præc., n. vi, Tertullianus, Paulinus, liturgiæ antiquissimæ testantur per suffragia Ecclesiæ præstari defunctis refrigerium. In Oriente S. Ephræm

1. Denz., 1913. Cf. supra, q. i, art. n, n. i.
2. Cf. nostr. *Curs. Philos. Thom.,* iv, 138-149.
3. S. Thom., IIa IIae, q. lxxxiii, a. 11, ad 3.
4. *II Machab.,* xn, 43.

sæpissime *preces* pro mortuis commemorat et commendat[1], et *oblationes,* sive *anniversarias*[2], sive *die trigesimo* post mortem[3].

Innumeræ sunt declarationes Magisterii supçemi. Professio fidei Waldensibus ab *Innocentio III* præscripta hoc habet : « Eleemosynas, sacrificium ceteraque beneficia fidelibus posse prodesse defunctis credimus[4]. » *Cone. Lugdunense II* et Cone. *Florentinum* recolunt « ad pcenas hujusmodi relevandas prodesse eis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes et eleemosynas et alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiæ instituta[5][6] » Quam veritatem declarat etiam DEFiNiTque *Cone. Tridenlinum,* loquens de sacrificio Missæ et de purgatorio[5]. *Pro/essio fidei a Pio IV* præscripta idem testatur : « Constanter teneo purgatorium esse animasque ibi detentas fidelium suffragiis juravi[7]. »

Eluit ut corollarium necessarium ex aliis veritatibus certissimis. 1° Ex doctrina *sacrificii eucharistici,* quod propitiatorium est pro vivis et satisfactorium pro defunctis. Cf. quæ alibi disseruimus de sacrificio Missæ. 2° Ex doctrina catholica de *indulgentiis,* ,quæ possunt defunctis applicari per modum suffragii[8]. 3° Ex generali doctrina de *communione sanctorum.* Quatenus fideles sunt unum corpus mysticum, bona unius membri possunt aliis prodesse. Est in operibus justorum triplex valor : *meritorius, impelratorius, salis/actorius.* De *condigno* quidem non valemus aliis mereri, séd meritum illud in nobis exhauritur fitque nostrum inalienabile bonum ; at merito *congrui* possumus aliis quædam mereri. Ac pariter, licet impetratio justi sit immediate pro seipso, valet tamen aliquid pro aliis qui sunt de eodem corpore mystico. Satisfactio autem, cum sit per modum solutionis debiti, potest aliis applicari qui habent debitum et sunt ejusdem, corporis membra. —

1. S. Ephræm, *Opera,* edit. Roman., t. II, 558e : III, 236f., 2381>, 239a-e.
2. *Ibid.,* C03f.
3. *In Testamento* S. Ephræm.
4. Denz., 427.
5. Denz., 464, 693.
6. Sess. XXII, cap. n et can. 3, Sess. XXV ; Denz., 940, 950, 983.
7. Denzinger, 998.
8. Cf. *Cod.* Juris can., can. 911 ss.

Sic igitur possunt fideles, quatenus justi, operibus bonis aliquo modo mereri vel orationibus aliquo modo impetrare ut Deus animas purgantes sublevet[1] ; et præsertim valorem satisfactorym defunctis cedere, cujus tamen applicatio.a libera Dei voluntate pendet, Unde omnia quæ habent rationem pœnæ satisfactoriæ, ut jejunia, orationes, eleemosynae, etc., possunt aliis prodesse.

Cætera quæ pertinent ad suffragia defunctorum requirantur in ipsa littera S. 'l'liomæ, quæ omnia clare expendit.

XII. Documentis et rationibus hucusque expositis sufficienter confutatur sententia quorumdam votorum qui retardabant purgatorium usque ad finem mundi.

Nam fit judicium particulare immediate post mortem. Textus Scripturæ et Traditionis testantur fieri *jam* purgationem : siquidem asserunt jam offerri sacrificia et orationes, ut a peccatis solvantur, jamque adpostulari animabus refrigerium et requiem ; ita ut animæ post mortem purgentur et *slalim* post purgationem recipiantur in coelum[2].

XIII. Qua ratione fiet purgatorium pro justis qui in fine mundi viventes rapientur çum pœna temporali exsolvenda ? — S. Thomas quæstionem egregie solvit : Tres causæ sunt quare subito illi qui vivi reperientur purgari poterunt. « Una est quia pauca purganda in eis invenientur, cum terroribus et persecutionibus præcedentibus fuerint purgati. Secunda est quia vivi et voluntarii sustinebunt pœnam (ignis scilicet quo conflagrabitur mundus) ; poena autem in hac vita voluntarie suscepta multo plus purgat quam pœna post mortem inflicta, ut patet in martyribus..., cum tamen pœna martyrum brevis fuerit in comparatione ad pœnam quæ in purgatorio sustinetur. Tertia est quia calor ille recuperabit in intensione quantum amittet in temporis abbreviatione[3]. »

1. Certum est hoc modo *intercessionem* et orationes B. Virginis et sanctorum animabus purgantibus prodesse ; nam dicit sacra liturgia : « Quæsumus clementiam tuam ut, B. *Maria semper Virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis,* ad perpetuæ beatitudinis consortium (animas) pervenire concedas. »

2. Bened. XII, 1336 ; Denz., 530 ; Cone. Florent., *Pro Græci» ;* Denz., 693.

3. S. Thom., *IV Sent.,* dist. XLVII, q. n, a. 3, quæstiunc. 2, ad 5.

QUÆSTIO QUINTA

DE RESURRECTIONE

Λ Q. LXXV (VEL LXXVII) AD *Q.* LXXXVII (VEL LXXXIX) S. THOMÆ

Multa diligentia exponit S. Doctor ea quæ pertinent ad orationem sanctorum in patria, q. lxxii (vel lxxiv), de quo argumento valent ea quæ disseruimus alibi[1]; ac pariter ea quæ respiciunt ad signa quæ judicium præcedent, q. lxxiii (vel lxxv), et ad ignem ultimæ conflagrationis, q. lxxiv (vel lxxvi) : de quibus non est aliquid specialiter exponendum, sed legenda est littera S. Thomæ[2].

Quæstio autem quæ dogma catholicum maxime spectat est Resurrectio, ad quam, ut vidimus, totus Tractatus de Novissimis ordinatur. Disserendum jam venit de *ipsa resurrectione,* de *conditionibus* resurgentium ac de *dotibus* corporum beatorum.

ARTICULUS PRIMUS

DE IPSA RESURRECTIONE

AD *QQ.* LXXV (VEL LXXVII) ET SS. S. THOMJE

I. QUATUOR PUNCTA quæ dogma catholicum de resurrectione spectant. — Imprimis fide certum est *futuram esse mortuorum resurrectionem,* et hæc est dogmatis substantia ; secundo, fore *universalem,* non solum quoad bonos, sed etiam quoad malos; tertio, cum *propriis corporibus* quæ, dum vivebant, gestarunt, ita ut sit *idem* homo qui resurget, identitate tum specifica tum numerica. Quarto doctrina

1. Cf. Vol. I, *De Deo Uno,* q. iv, art. vin, n. iv; et Vol. П, *De B. V. Deipara,* q. iv. art. i, n. ni.

2. Ex recentioribus legi potest P. Lépicier, *De Novissimi»,* q. vi.

catholica est fore *inæqualilalem* in resurrectione, corporaque suscitanda non remansura in statu ilio mortali quem nunc habent et prædita fore corpora sanctorum qualitatibus quæ damnatorum corporibus nullatenus competent. De singulis punctis est disserendum.

II. Resurrectionis notio. · Bovocatio corporum ad vitam dicitur resurrectio. Quæ vox apud auctores profanos non reperitur, sed originis est scripturisticæ et ecclesiasticas. Definiri potest : *Amissi per mortem corporis restitulio ei animæ cum eodem iterata unio.* In Symbolo habetur « *carnis* resurrectio », ut innuatur solam carnem, non vero animam, interiisse ; attamen dici recte potest totius hominis resurrectio, quatenus per illam ita restauratur humanum compositum, ut homo ipse sit resurrectionis terminus. Vocatur a Christo *regeneratiol* ; quia, sicut prima generatio contulit esse, ita resurrectio restituit supernaturaliter esse quod fuerat per mortem amissum.

III. Errores. — Fundamentale assertum seu substantiam dogmatis penitus ignoraverunt *philosophi Græci ei Romani ;* unde Apostolum de resurrectione disserentem irridebant Areopagitæ, vel dicebant : « Audiemus te de hoc iterum[1][3] » *Sadducæos* resurrectionem negare recolit Evangelium[8]. Ex S. Paulo apparet plures christianoï huic dogmati fuisse infensos, præsertim *Hymenamm* et *i'hiletum,* qui contendebant resurrectionem jam esse factam[4].

Illi generatim hæretici qui posuerunt corpus et materiam esse a principio malo, resurrectionem inficiati sunt, ut *Gnoslici, Manichæi, Waldenses.* Nostrum quoque dogma impetunt *protestantes liberales,* et communiter *ralionalistæ, panlheistæ, materialistæ. Modernislæ* tandem non nisi valorem practicum huic dogmati annectunt.

IV. 1° Testimonia Scripturæ. A. Vetus Testamentum. — Fides in resurrectionem est antiquissima apud Orientales,

1. Matth., xix, 28.
2. *Aci.,* xvii, 32.
3. Matth.,xxii, 23.
4. *1 Cor.,* xv, 12 ; *II Tim.,* n, 16-18.

præsertim Semitas, et jam a viginti sæculis ante Christum vigebat, ut testatur P. Lagrange, O. P. : « Mais, si on songe à l'influence extraordinaire exercée par la Chaldée dans le domaine religieux et au nombre assez élevé des croyances communes à tous les Sémites, on ne sera pas éloigné de placer la résurrection des corps parmi les idées dont se préoccupait le monde ancien vers 2000 ans avant Jésus-Christ, et le soin pris des sépultures trouve encore dans l'attente de la résurrection une explication plus complète[1]. »

.Unde mirum non erit Job adeo firmam ostendisse fidem in resurrectionem futuram. Textus quidem Vulgatæ est manifestus : « Quis mihi tribuat ut scribantur sermones mei ? Quis mihi det ut exarentur in libro stylo ferreo et plumbi lamina vel celte sculpantur in silice ? Scio enim quod redemptor meus vivit et in novissimo die *de terra surrecturus* sum et rursum circumdabor pelle mea, et *in carne mea* videbo Deum meum[2]. » Textus autem hebraicus hodiernus non eadem evidentia pollet. Videtur hunc reddere sensum : « Vindexmeus postremus super pulverem surget, et postea *pelle mea circumdabuntur hæc* (nempe ossa mea) et *ex carne* intuebor Deum. » Unde Job cum certitudine prænuntiat restitutionem in carne sua. Porro hæc restitutio non potest sensu pleno intelligi de recuperatione sanitatis in præsenti vita, ut plures interpretes existimant ; nam loquendi modus adeo solemnis, hæc inscriptio indelebilis quam optat, excessum sane præ se ferrent, nisi de futura et perpetua resurrectione acciperentur. Quapropter S. Hieronymus, S. Augustinus, S. Gregorius M. locum illum de resurrectione interpretantur[3] ; quam interpretationem confirmat usus nostri textus in sacra liturgia, v. g. in officio defunctorum.

Isaias ad illam fidem alludit : « Vivent mortui tui, interfecti mei *resurgent : expergiscimini* et laudate, qui habitatis in pulvere[4] » Ezechiel, ostendendo resurrectio-

1. P. Lagrange, *Les Religions Sémitiques,* c. ix, § 5.
2. Job, xix, 23-26.
3. S. Hieron., *Epist. LUI,* n. 8; *P.L.,* xxn, 545 ; S. Augustin., *De Civit. Dei,* l. XX, c. n ; *P. L.,* x1i, 789 ; S. Gregor. M., *Moral.,* lib. XIII, c. xxxi ; *P. L.,* 1xxv, 1032.
4. Isaias, xxvi, 19.

nem populi Israel, graphice et nervose describit resurrectionem carnis futuram*. Sed præsertim Daniel universalitatem resurrectionis testatur, quoad bonos in vitam æternam, quoad malos in opprobrium : « Et inulti de his qui *dormiunt* in terne pulvere *evigilabunt,* alii in *vitam æternam,* et alii in *opprobrium* ut videant *semper*[*]. »

II liber *Macliabæorum* pluries et explicite hanc fidem asserit. Narratur martyrium septeni fratrum, quos certitudo resurrectionis futurai intrepidos cilicii, : « Tu quidem, scelestissime, in pressenti vita nos perdis, sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus *in mlernie vilie resurrectione suscitabit*[3]. ». Laudatur Judas Machabtnus, « *bene el religiose de resurrectione cogitans* », eo quod eos qui ceciderant *resurrecturos* speraret[4].

V. B. Testimonia Novi Testamenti, a) Ex Evangelio. Apud Synopticos, Christus expresse refellit Sadducæos et simul asserit factum resurrectionis et dotes resurrectionis : « De mortuis autem quod resurgant, non legistis in libro Moysi, super rubum quomodo dixerit illi Deus, inquiens : Ego sum Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Jacob ? Non est Deus mortuorum, sed vivorum. Vos ergo multum erratis[5]. In *resurrectione* enim neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in coelo[0]. Non est mortuorum, sed vivorum : omnes enim vivunt ei[7]. » — Tria hic facit Christus Dominus : 1° resurrectionem affirmat ; 2° docet resurrectionem fore modo quodam spirituali, ita ut homines sint sicut angeli in coelo ; 3° resurrectionem probat ex libro Moysi : *Ego sum Deus Abraham,* etc., qui locus evincit et animas patriarcharum vivere et esse corporibus uniendas. Ad rem S. Thomas in præsenti : a Dicendum quod anima Abraham non est proprie loquendo ipse Abraham, sed est pars ejus ; et sic de aliis. Unde vita animæ Abrahæ non sufficeret ad hoc quod

1. Ezechiel, xxxvii,- 1-14.
2. Daniel, xii, 2.
3. *II Machab.,* vu, 9 ss.
4. *Ibid.,* xii, 39-46.
5. Marc., xii, 26.
6. Matth., xxii, 30-32.
7. Luc., xx, 38.

Abraham sit vivens, vel Deus Abraham sit Deus viventis ; sed exigitur vita totius conjuncti, scilicet animæ et corporis : quæ quidem vita, quamvis non esset actu, quando verba proponebantur, erat tamen in ordine utriusque partis ad resurrectionem. Unde Dominus per verba illa subtilissime et efficaciter resurrectionem probat. » (a. 1, ad 2.)

Apud Joannem, Christus asserit resurrectionem fore generalem pro bonis et malis : « Et procedent qui bona fecerunt in *resurrectionem vitæ ;* qui vero mala egerunt, in *resurrectionem judicii*[1]. » Resurrectionem promittit manducanti carnem et bibenti sanguinem ipsius : « Ego *resuscitabo* eum in novissimo die[2]. » Et Lazarum resuscitat[3].

VI. b) Ex Actibus Apostolorum et Epistolis S. Pauli. Resurrectionem mortuorum Paulus prædicat Atheniensibus[4,5] contra Sadducæos defendit[6], coram Felice recolit : « Spem habens in Deum quam et hi ipsi exspectant, *resurrectionem* futuram justorum et iniquorum[8,9] » In suis Epistolis Apostolus ex professo dogma resurrectionis asserit, probat, explicat, ex coque corollaria eruit. Ex resurrectione Christi invicte ostendit nostram resurrectionem : « Si autem Christus prædicatur quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis quoniam *resurrectio mortuorum* non est[7] ? » Arguit ex momento quod habet illa fides in vita et moribus informandis[8] ; ex perfecta victoria Christi de morte : « Tunc fiet sermo qui scriptus est :... Ubi est, mors, victoria tua' ? »; ex habitatione Spiritus Sancti in nobis : « Vivificabit et mortalia corpora vestra propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis[10,11] » Singulas dotes et modum resurrectionis describit[11].

1. Joan., v, 29.
2. Joan., vi, 55.
3. Joan., xi, 1-44.
4. *Act.,* xvn, 31.
5. *Act.,* xxiii, 6.
6. xxiv, 15.
7. *I Cor., x.v,* 12.
8. *Ibid.,* 29-34.
9. *Ibid.,* 54-55.
10. *Rom.,* vin, 11.
11. *I Cor.,* xv, 42 ss. — Cf. P. Prat., *La Théologie Me S. Paul,* I, 109-113, 185-192; II, 495, 504.

VII. 2° Traditio catholica. — Sicut diserte a Scriptura affirmatur resurrectio, ita explicite et perspicue ab antiquissima traditione asseritur.

Illam testatur circa finem saeculi i *Didachè,* quæ tria signa commemorat : « Primum signum cœli aperti, deinde signum tubæ, et tertium resurrectio mortuorum[1]. »

Sæculo ii, *S. Athenagoras* tractatum scribit ut resurrectionis possibilitatem, convenientiam, necessitatem vindicet[2]. *Minucius Felix* et resurrectionem affirmat et ex iis quæ fiunt in natura suadet : « Flores occidunt et reviviscunt, post senium arbusta frondescunt, semina nonnisi corrupta reviviscunt ; ita corpus in sepultura, ut arbores in hiberno[3,4]» *S. Irenæus* resurrectionem repetit ex dogmate eucharistico, quatenus per communionem corpus nostrum semen resurrectionis accipit[1].

Sæculo in, inter cæteros spectatissimus testis est *Tertullianus,* qui diserte scribit *de resurrectione carnis* et identitatem corporis suscitandi vindicat : « *Resurget* igitur *caro,* et quidem *omnis,* et quidem *ipsa,* et quidem *integra*[5]. »

Posterioribus autem sæculis, sancti Doctores resurrectionem frequenter vindicant vel ex dogmate communionis eucharisticæ eruunt[8], vel etiam et præsertim *identitatem* carnis contra Origenistas adstruunt, ut egregie præstat S. *Augustinus* in hoc celebrato textu : « Ista caro resurget, ista ipsa quæ sepelitur, quæ moritur ; ista quæ videtur, quæ palpatur, cui opus est manducare et bibere, ut possit durare ; quæ ægrotat, quæ dolores patitur, ipsa habet resurgere, malis ad poenas sempiternas, vobis autem ut commutentur[7]. »

Fidem Syrorum nervose exprimit *S. Ephræm* doctor : « Corpora justorum *asservantur in terra tamquam depositum restituendum*[6]... Ecce sub terra sunt cadavera sepultorum, et in coelo sunt justi. Hi enim duo loci portant

1. *Didachè,* xvi, 6.
2. Athenagor., *De resurrect.,* 15 ; *P. G.,* vi, 1004.
3. Minuc. Fel., *Octavius,* 34 ; *P. L.,* m, 347.
4. S. Iren., *Coni. Haeres.,* lib. V, c. n, 2 ; *P. G.,* vu, 1124.
5. Tertull., *De carnis resurrectione,* 63 ; *P. L.,* ii, 933.
6. Cf. S. Gregor. Nyssen., *Orat, catech.,* 37 ; *P. G.,* xlv, 96 ; S. Cyrill. Alexandr., *In Joan.,* iv, 11 ; *P. G.,* lxxiii, 580-581.
7. S. Augustin., Sérm. CCLXVII, 4; *P. L.,* xxxvm, 1231.
8. S. Ephrabm, *Opera,* edit. Romana, m, 234b., 235a.

deposita hominum ; *lerra igitur et cœlum reclamarenl, si juslis resurreclio negaretur*[1]. »

VIII. 3° Declarationes Ecclesiæ. — Omnia symbola confitentur *carnis resurrectionem.* Concilium Bracarense (563) resurrectionem carnis asserit contra Manichaeos et Priscillianos[2]. Item Cone. Toletanum XI (675) ; S. Leo IX (1053) in symbolo fidei habet : « Credo etiam veram resurrectionem ejusdem carnis, quam nunc gesto, et vitam æternam[3]. » Cone. Later. IV, cap. *Firmiler* ; professio fidei Michaelis Palæologi in Cone. Lugdun. II (1274) ; professio fidei Tridentina, eumdem articulum recolunt[4].

Quia vero hæretici plures errores dogmati admiscuerant, Concilium Constantin. II (553) anathematizat eos qui dicerent in resurrectione corpora hominum orbiculata suscitari, nec confiterentur nos suscitari rectos[5].

IX. 4° Rationes theologîcæ (a. 1). — Supposita revelatione, ratio validas subministrat congruentias, quæ resurrectionem omnino suadent, licet non ex necessitate et absolute, cum resurrectio non sit naturalis, sed miraculosa.

Prima et evidens congruentia est psychologica et desumitur ex *nolione animæ formæ corporis*[6]. Cum anima humana sit essentialiter et vi suæ naturæ forma corporis, unio et status unionis est naturalis, dum separatio et status separationis est prætcrnaturalis. Atqui oportet id quod naturale est diutius permanere quam id quod est præternaturale. Ergo oportet statum unionis diutius permanere quam status separationis. At, si nunquam fiat resurrectio, status separationis diutius permanebit quam status unionis, qui per aliquot annos tantum persistit in præsenti vita. Ergo debet fieri resurrectio. — Ratio non concludit ex necessitate, quia separatio naturaliter contingit ex conditione materiæ, cui unitur anima ; attamen

1. *Carmin. Nisiben.,* lxxiii, str. 1.
2. Denz., 242.
3. *Id.,* 287, 347.
4. *Id.,* 429,.464, 994.
5. Can. 5 ; Denz., 207.
6. Cf, S. Thom., *IV Coni. Geni.,* lxxix. — Hic etiam in a. 1, rationem resurrectionis desumit éx eo quod jam constat ex Philosopho *animam corpori', sicut formam materiæ, uniri.*

summe convenit ut Deus ex sua benignitate resurrectionem præstet, ad restituendum statum plene naturalem[1].

Hinc secunda ratio, ex *necessitate perfecta! sanctionis.* Requirit perfecta morum sanctio, requiritque divina justitia, ut idem praemietur vel puniatur in perpetuum qui meruit vel demeruit in præsenti vita. Sed is qui meruit vel demeruit non est anima sola, sed totus homo, ex anima et corpore constitutus. Ergo requirit perfecta sanctio ut, non anima sola, sed totus homo praemietur aut puniatur in vita futura, quod importat resurrectionem. - Vel alio modo, sicut mereri vel demereri competit proprie personæ et non parti, ita perfecta sanctio, prannium vel pœna, debet adseribi, non parti tantum, sed proprie personæ hurnanæ. Porro anima separata, utpote pars naturæ, non est persona. Ergo non animæ soli competit retributio, sed toti homini, quod resurrectionem requirit[2].

Tertia ratio, ex *notione pœnæ* propter quam habetur status separationis. Cum pœna quæ infert separationem non manet in æternum, nec in æternum persistere debet status separationis. Atqui pœna illa non manet in æternum, quia introducta est propter peccatum Adæ, quod est morte Christi deletum (a. 1, ad 5). Ergo status separationis non debet semper durare, sed fieri debet iterata corporis et animæ unio.

Quarta ratio, specialis pro annetis. Oportet ut *membra ipsi Capiti configurentur,* et idcirco, sicut Christus post passionem et mortem resurrexit gloriosus nec jam moriturus, ita congruit ut membra ipsius, post passiones hujus vitæ et mortem, in resurrectione gloriosa Christo in æternum conformentur. Pariter congruit ut qui fuerunt etiam in corpore templuih Spiritus Sancti et Christo « concorporales » per eucharisticam communionem, vivificentur secundum corpus[3] et sint concorporales cum Christo in sempiterna gloria (supra, n. vi).

1. Cf. nostr. *Curs. Philos. Thomist.,* III, 148-150; 142, 149.

2. S. Doctor, hic a. 1 ad 3, idem argumentum breviter ac nervose exprimit : « Unde operatio est conjuncti et non tantum animæ... Et, quia operanti debetur operis merces, oportet quod ipse homo, compositus ex anima et corpore, operis sui mercedem accipiat. »

3. *Rom.,* vm, 11.

X. Universalitas resurrectionis (a. 2). — Testimonia Scripturæ jam allata asserunt resurrectionem esse pro omnibus, aliis scilicet in vitam æternam, aliis vero in opprobrium et pœnam (nls iv-v i).

Patres resurrectionem prædicant omnis carnis, quod ita exprimit Tertullianus : « Resurget igitur *caro* et quidem. *omnis.* » (n. vu).

Symbola et Concilia adhibent verba universalia, quæ de singulis hominibus sunt accipienda. Imo expresse dicit Symbolum Athanasianum : « Ad cujus adventum *omnes homines resurgere habent cum corporibus suis*[1]. » Eodem sensu loquitur Concilium Toletanum (675) : « Confitemur veram fieri *resurrectionem carnis omnium mortuorum*[2]. »

Ratio theologica fuit jam assignata. Resurrectionis necessitas vel congruentia desumitur ex *perfectione speciei humanæ,* ne id quod est præter naturam diutius diiret quam id est quod est naturale ; ex *perfectione sanctionis,* ut. ei fiat retributio qui operatus est in præsenti vita, ac proinde ut restituatur humana personalitas. Sed hæc argumenta valent pro malis ct bonis simul, sicut omnibus communis est eadem species ct eadem personalitatis humanæ indoles. Ergo resurrectio erit omnibus communis.

Quia omnes homines in vita præsenti conformantur Christo in his quæ ad naturam speciei pertinent, licet non in his quæ pertinent ad gratiam, omnes in futuro debent ei conformari in reparatione vitæ naturalis, licet non omnes in similitudine gloriæ, sed soli boni (ad 3). Etiam qui decedunt in originali debent resurgere, et quia eandem habent naturam, et quia moriendo exsolverunt ex parte corporis pœnam originalis peccati (ad 4). Pariter, « illi qui in maternis uteris decedunt, quamvis renati non fuerint per susceptionem gratiæ, tamen resurgent propter confonnitatem naturæ ad ipsum (Christum), quam consecuti sunt ad perfectionem humanæ speciei pertingentes » (ad 5).

XI. Hinc apparet utrum resurrectio dici possit naturalis (a. 3). — Ex dictis hucusque constat resurrectionem fieri propter perfectionem speciei humanæ et ut status

1. Denz., **40.**
2. ***Id.,*** **287.**

plene naturalis restituatur ; unde sub hoc respectu dici potest naturalis secundum quid.

At, simpliciter loquendo, non est naturalis, sed miraculosa. Naturale enim proprie dicitur, cujus principium est natura. Sed principium resurrectionis non est natura nec in natura : nec respectu conjunctionis anima· ad corpus ; nec respectu dispositionis quæ sit necessitas ad talem conjunctionem, quia talis dispositio non potest a natura induci, nisi, determinato modo, per viam generationis. Unde, etsi ponatur esse aliqua potentia passivn ex parte corporis seu etiam inclinatio quæcumque ad aniinæ conjunctionem, non est ea quæ sufficiat ad rationem motus naturalis. Anima itaque non potest naturaliter conjungi corpori nisi per viam generationis, quatenus generantes ponunt actionem quæ requirit infusionem aniinæ in corpus. Hæc autem actio generativa non jam renovatur. Nec anima separata potest proprium corpus propria virtute resumere, sicut nec fuit causa infusionis sui in corpus. Ergo, simpliciter loquendo, resurrectio non est naturalis, sed miraculosa. Si autem est miraculosa, quænam erunt illius causæ ?

XII. De causis resurrectionis (q. i.xxvi vel i.xxviu), — Operis miraculosi sola causa efficiens principalis est Deus. At, quia divina dona a Uco in homines mediante Christi Humanitate perveniunt, breviter recolendum est quol.uplici titulo Christus sit causa nostræ resurrectionis (a. 1). Hæc ergo sufficiat adnotare.

Causa finalis ultima est gloria Dei, quæ in resurrectione maxime manifestatur. Causa autem finalis proxima est debita operum retributio.

Causa exemplaris est ipsa Christi resurrectio, cui nostra conformari debet.

Cotisa efficiens principalis et m superiori ordine existons, quasi æquivoca, est ipse Deus ; causa vero *efficiens inslrumenlalis,* et univoca, est Humanitas Christi, quæ hoc miraculosum operabitur, sicut et alios effectus supernaturales, virtute quadam physica divinitus ipsi communicatal.

1. Cf. quæ alibi disseruimus de causalitate instrumental! Humanitatis Christi, *De Verbo Ineam.,* q. vn, a. ii.

Alia causa *eliam instrumentalis,* sed diversa prorsus ratione, est *vox lubæ,* quæ habebit efficaciam instrumentaient non ex hoc quod sentietur, sed ex eo quod *proferetur,* eo fere modo quo verba operantur in sacramentis (a. 2).

Causa autem *ministerialis* sunt angeli, qui colligent pulveres et præparabunt ad reparationem ; non tamen cooperabuntur unioni animæ cum 'corpore vel glorificationi corporis, qui effectus a solo Deo immediate procedent (a. 3).

XIII. De tempore et modo resurrectionis (qq lxxvii-Lxxvni vel lxxix-lxxx). — Tempus resurrectionis erit in fine mundi, quando corruptio et motuum vicissitudo cessabit, ut sit proportio inter mundi renovationem et corporum incorruptionem (q. lxxvii, vel lxxxix, a. 1). Sed tempus illud est simpliciter occultum, nec naturali ratione computari potest, nec revelatione innotescet, ut omnes sint solliciti et parati ad Christo occurrendum. Notetur quam severe carpendos existimet S. Doctor illos qui tempus prædictum numerare voluerint. « *Hactenus falsiloqui sunt inventi..., quorum falsilas palet, el patebit similiter eorum qui adhuc computare non cessant.* » (a. 2)

Determinata hora temporis qua fiet resurrectio sciri pro certo non potest, sed *probabiliter* dici potest ea fore hora qua Christus resurrexit (a. 3).

Illud quod in resurrectione fiet ministerio angelorum non erit in instanti indivisibili, sed tamen in tempore imperceptibili ; illud autem quod fiet virtute divina immediate, fiet subito, scilicet in termino temporis quo angelorum opus complebitur (a. 4).

Exponit tandem Angelicus (q. lxxviii vel lxxx) quomodo resurrectionis terminus *a quo* sit mors, quatenus secundum *communiorem sententiam* omnes homines sint morituri (a. 1), et quomodo omnes resurrecturi sint *a cineribus,* nisi aliquibus ex speciali privilegio gratiæ fuerit indultum contrarium, sicut et resurrectionis acceleratio (a. 2). Vidimus alibi B. Virgini Mariæ concessum fuisse hoc privilegium, sicut et Assumptionem.

ARTICULUS SECUNDUS

DE CONDITIONIBUS RESURGENTIUM

AD *QQ.* LXXIX (VEL LXXXI) ET SS. S. TIIOMA'.

I. De identitate resurgentium. Errores. — Qui ndhærent errori *Pythagoricorum* de metempsychosi seu do transmigratione animarum in corpora etiam specio diversa, vel errori *Platonicorum* de formis superioribus in diversa corpora ob præteritam culpam detrusis, necessario inficiantur veram corporum suscitandorum identitatem. *Origenistæ* somniati sunt resurrectura corpora in forma sphærica seu orbiculari ; quos expresse damnavit Cone. Constantinopolitanum II[1] (553). Recentioribus temporibus, nonnulli, quo melius suaderent resurrectionem, finxerunt fieri in altera vita *miram quamdam transformationem;* eo fere modo quo papiliones ex nympha chrysalide oriuntur[1] Putaverat etiam *Leibnitzius* animam separatam remanere in quodam invisibili et tenuissimo involucro, quod in resurrectione perfecte evolvetur. Juxta *modernislas,* resurrectio in eodem corpore non est veritas objectiva, quæ possit proprio conceptu proponi vel intelligi; sed valorem tantum practicum exhibet, quatenus debemus ita practice nos habere ac si res ita esset[3].

II. Veritas fidei. — « Ponere quod idem numero non sit qui resurget, ait Angelicus, est hæreticum, derogans veritati Scripturæ, quæ resurrectionem prædicat. » (a. 2) Testimonia enim Scripturæ superius exposita identitatem carnis expresse asserunt. Job sperat restitutionem suam in sua ipsa carne, cum omnibus partibus, propnis-

1. Denz., 207.

2. Cf. Bonnet, *Recherches philosophiques sur les preuves du christianisme.* Confutatur a Muzzarelli, *Il buon uso della logica** opusc. 22.

3. Cf. Ed. Le Roy, *Dogme et Critique,* ab Indice damnat.

que oculis, etc. Fratres Machabæi credunt suam futuram resurrectionem in ipsis membris quæ scelestissimus tyrannus torquet[1]. Judas Machabæus resurrecturos sperat eosdem ipsos milites qui ceciderant[8]. S. Paulus testatur hoc idem suscitandum corpus in quo habitavit Spiritus Sanctus, et hoc idem immortalitatem induturum quod est nunc corruptibile : « Qui suscitavit Jesum Christum a mortuis vivificabit et mortalia corpora vestra propter *inhabitantem* Spiritum ejus *in vobis*[2]. Oportet corruptibile *hoc* induere incorruptionem et mortale *hoc* indueie immortalitatem[4]. »

Patres ostendunt eandem esse carnem quæ hic operatur et quæ tunc in resurrectione retributionem accipiet, ut sic perfecta Dei justitia servetur. Ita Tertullianus[5,6] qui concludit : « Resurget igitur caro et quidem *omnis* et quidem *ipsa* et quidem integra[5]. » Juxta S. Augustinum (art. præced., n. vu), caro quæ resurget est « *ipsa quæ sepelitur, quæ moritur* ».

Præcîpuœ declarationes Ecclesiæ jam fuerunt recitatæ. Concilium Constantinopolitanuin II (553) damnat Origenistas[7]. Concilium Toletanum XI (675) profitetur : « Nec in aërea vel qualibet alia carne (ut quidam delirant) surrecturos nos credimus, sed in *ista* qua vivimus, consistimus et movemur[8]. » Leo IX : « Credo etiam veram resurrectionem *ejusdem carnis quam nunc gesto*[9]. » Innocentius III in professione fidei Waldensibus præscripta : « Corde credimus et ore confitemur *hujus carnis* quam gestamus, et *non alterius,* resurrectionem[10,11] ». Concilium Later. IV : « Omnes cum *suis propriis* resurgent corporibus, *quæ nunc gestant, ut* recipiant secundum opera sua, sive bona fuerint sive mala[11]. » Resurrectionem pariter *cum suis corporibus*

1. *II Machab.,* vii, 9 ss.
2. x ii, 39-46.
3. *Rom* vm, 11.
4. *I Cor., xv,* 53.
5. Tertull., *De resurrectione carni»,* 56. P. *L.,* n, 925.
6. *Ibid.,* 63 ; P. *L.,* n 933.
7. Denz., 207.
8. *Id.,* 287.
9. *Id.,* 347.
10. Denz., 427*
11. *Id.,* 429.

profitentur Concilium Lugd. II professione fidei Michaelis Palæ«logi et Benedictus XIII[1].

III. Rationes theologicœ quæ identitatem corporis postulant (a. 1). — Imprimis *conceptus proprius resurrectionis* illam importat. Cum resurrectio sit iterata surrectio ejus quod cecidit, oportet ut idem iterato surgat quod per mortem ceciderat. Sed quod ceciderat est *hoc* numero corpus. Ergo oportet ut iterato surgat hoc numero corpus. « Unde, ut scite animadvertit S. Doctor, resurrectio magis respicit corpus, quod post mortem cadit, quam animam, quæ post mortem vivit. Et ita, si non est idem corpus quod anima resumit, nec dicetur resurrectio, sed magis novi corporis assumptio. »

Valent iterum *rationes jam assignatae.* Cum hæc anima sit essentialiter forma *hujus* corporis, non consequitur suam totam perfectionem, nisi *huic* corpori conjungatur. Ergo non sufficit iterata unio cum quovis corpore, sed requiritur unio cum hoc numero corpore. Pariter, sanctio perfecta requirit ut præmietur homo in *hac* numero carne quæ cooperata est merito, quæ fuit sacramentis sanctificate, eucharistico cibo saginata, quæquc effecta est templum Spiritus Sancti ; vel ut puniatur in hac numero carne quæ fuit peccati instrumentum et complex.

IV. Quomodo sit explicanda illa corporum suscitandorum identitas numerica. — Scriptura et Traditio factum asserunt, modum autem non explicite tradunt.

Nonnulli theologi identitatem repetunt ex identitate animæ. Durandus vult inesse animæ vim quamdam quæ possit imprimere novæ inateriæ characterem præcedentis corporis. Recurrit etiam card. Billot ad identitatem animæ, cui quæcumque materia accedat secundum successionem temporis, semper idem manet homo, idemque numero corpus simpliciter[2]. — Verum quidem est requiri identitatem animæ ad unitatem corporis numericam, ut principium permanens quod unitatem præstet composito, non obstante perpetuo fluxu vi cujus materia continuo reno-

1. *Id.,* 464, 531.

2. Ct card. Billot, thés. XIII. Quam sententiam refellit P. Lépicier, q. VII, art. 4.

vatnr. At id non sufficit, sed requiritur ut suscitetur aliquid saltem de materia quæ fuit in composito durante vita : id enim evincunt rationes jam assignatæ.

Si enim materia quæ conjungitur animæ in resurrectione non est ipsa quam habuit aliquando in decursu vitæ præsentis, jam non salvatur *perfecta sanctio,* quæ præmium vel pœnam tribuit ipsi carni quæ fuit meriti vel culpæ instrumentum et socia ; non salvatur *propria resurrectionis notio,* nam iterata suscitatio ejus quod cecidit importat ut suscitetur aliquid saltem de materia quæ fuit in composito. Demum, anima fuit individuata per *ordinem ad hanc materiam* cui fuit conjuncta ; et idcirco etiam separata retinet ordinem necessarium, non ad quamlibet materiam quæ posset ei advenire, sed ad hanc materiam quam de facto habuit aliquando in præsenti vita.

Minime sane requiritur ut resumat quidquid fuit materialiter in composito secundum omne tempus vitæ, nam est quædam quantitas actualis quæ perpetuo variatur. Sed oportet nliundo ut *resumatur aliquid de ipsa materia,* de ipsa carne quam, dum vivimus, gestamus, ut sic servetur vera individuatio ac necessarius ordo ad hoc corpus : licet enim varietur quantitas actualis, ordo tamen ad *hoc* corpus invariabiliter persistit[1].

Patres dicunt resurgere, non carnem quamcumque, sed *islam* quæ sepelitur, quæ moritur, quæ videtur, quæ palpatur[2]. Porro caro *ista* designat carnem eamdem numero. — Concilia, licet scientificam explicationem non tradant de identitate numerica, loquuntur tamen de carne quam in | ræ ;enti gestamus : « *In ista qua vivimus, consistimus et movemur v,* ait Concilium Toletanum XI ; « Credimus resurrectionem *carnis quam nunc gestamus, el non alterius n,* aiunt Leo IX, Innocentius III, Cone. Later. IV (sup. n. n). — Ergo, ex mente Ecclesiæ, non sufficit repetere illam identitatem ex identitate animæ cui quæcumque materia accedat, sed oportet ut caro suscitata sit aliquid saltem de carne quam aliquando in decursu præsentis vitæ *gestavimus*[3].

1. Cf. *Curs. Philos. Thomisl.,* De principio individuationis, vol. II, pp. 237-250.

2. S. Augustin., Serm. CCLXVII ; *P. L.,* xxxvm, 1231.

3. Hinc Catechismus Concilii Tridentini scribit : « Hominem

V. Solvuntur difficultates. — *Ob/ic.* 1° Si requiritur identitas materiæ quam habuit homo in præsenti, impossibilis erit resurrectio saltem in casu anthropophagïæ : nam vel ultimus homo suscitatur integer, sicque non poterit suscitari qui fuit devoratus et in alterius substantiam conversus ; vel iste suscitatur integer, et jam qui carne humana vescitur non poterit integer resurgere. Ergo talis identitas non requiritur.

Resp. : Dist. anteced. : Si requiritur identitas *lolius* materiæ quam habuit in decursu totius vitæ, non erit possibilis resurrectio, concedo ; si requiritur tantum *aliquid* de materia quam aliquando habuit, nego, et nego conseq. Anthropophagi non fuerunt ex carnibus humanis unice nutriti, sed etiam ex aliis elementis, ut frugibus, fructibus vel animalibus, unde fuit in ipsis materia propria quæ poterit suscitari ; aliunde, etsi homo devoratus non suscitetur cum ipsa materia quam habuit in ultimo die, poterit tamen suscitari cum materia quam in alia vitæ periodo habuit quæque fuit realiter ipsi propria. Cæterum, si quid deest, poterit Deus, illa materia utendo quæ revera fuit in individuo humano, aliquid supplere. — Quod proportionate dicendum est de casu quo quid defuit ad complementum debitæ quantitatis, vel quia aliqui·: praeventus est morte, antequam natura ipsum ad perfectam quantitatem deduceret, vel quia forte aliquis mutilatus est membro : aliunde hoc divina supplebit potentia[1]. Additio vero quæ fit materiæ praeexistenti et quæ jam est propria subjecto non obstat ejus identitati, sicut idem est homo puer et adultus ; at non concipitur vera identitas, ei tota materia est simpliciter nova, ita ut nihil remaneat quod reapse fuerit in composito.

Obj. 2° Alimenta quæ nos in nostram substantiam convertimus fuerunt jam in aliis hominibus. Nam, cum moritur homo, elementa chimica resolvuntur, hisque

igitur ex *ipso corpore,* cujus opera vel Deo vel daemoni servivit, resurgere oportet, ut cum *eodem corpore* triumphi coronas et praemia consequatur aut pœnas et supplicia miserrime perferat. » P. I, art. xi, n. 9.

1. Difficultatem optime solvit Angelicus, *IV Cont. Gent.,* cap. Lxxxi. Jamque sibi proposuerat et solverat S. Augustinus, *De Civil. Dei,* lib. XXII, c. xx ; P. *L.,* XLI, 760.

utuntur vegetalia, et vegetalibus utuntur animalia, et eic homines animalibus vescendo eadem sibi assimilant elementa quæ in prioribus hominibus exstiterunt. Ergo impossibile est ut singuli homines in propria carne suscitentur.

Resp. : Valent principia jam tradita. Cum sufficiat ad identitatem numericam aliquid de materia quam singuli habuerunt in præsenti vita, objectio rationalistarum nihil evincit. Non habetur de facto ille processus rigorosus quem effingunt ; nam tales homines non desumunt omnia sua elementa ex talibus animalibus, nec ista animalia desumunt omnia ex talibus vegetalibus, nec vegetalia desumunt omnia ex talibus elementis chimicis in quæ resolvuntur corpora mortuorum ; sed sunt alia multa quæ sive ex humo sive ex aere sive ex aliis corporibus organicis vel animatis proveniunt. Unde, licet quædam ex nostris elementis fuerint in prioribus hominibus, hæc sunt pauca, vel saltem non sunt tota materia quam in tota vita habuimus, ac subinde remanebit singulis aliquid de materia propria quam gestarunt in decursu praesentis vitæ quæque ad identitatem carnis suscitandæ sufficiet, supposita semper divina omnipotentia, quæ valebit, si qua desunt, supplere. — Cæterum, pertinet ad Providentiam divinam, quæ est causa multiplicationis corporum et resurrectionis eorumdem, res ita apte disponere, ut neutra neutri noceat.

Concludamus cum S. Augustino : « Propter sententiam Veritatis, qua dictum est : *Capillus capitis vestri non peribit,* absurdum est ut putemus, cum capillus hominis perire non possit, tantas carnes fame depastas atque consumptas perire potuisse[1]. »

VI. Idem numero homo resurget (a. 2). — Semel ostenso eandem animam eidem corpori conjunctum iri, sponte fluit eundem esse hominem qui resurget. Id supponunt vel asserunt documenta jam allata. Unde Concilium Later. IV profitetur resurgere, non solum corpus vel solam animam, sed proprie *homines* cum suis corporibus : « Omnes cum suis propriis resurgent corporibus, quæ nunc gestant,

1. S. Augustin., *De Civit. Dei,* lib. XXII, c. xx ; *P. L.,* xli, 783.

ut recipiant secundum opera sua, sive bona fuerint sive mala[1]. »

Hinc insinuatur ratio theologica quam evolvil, S. Doctor. Oportet ut sit idem numero qui consequitur ultimum finem et qui movetur iri finem, sicut idem numero esse debet qui praemiatur et qui operatur. Atqui finis ultimus non potest obtineri in præsenti vita, quæ est status viir, nec in vita animæ separatæ, cum sit vita partis, non vita et beatitudo totius ; serf solum obtinetur per statum resurrectionis. Ergo oportet ut in statu resurrectionis sit idem numero homo qui nunc operatur et movetur in finem".

VII. Erit itaque numero idem homo, et quia erit idem compositum et quia erit eadem persona. — Compositum non est quædam tertia entitas realiter distincta a materia et forma, sed forma et materia collective sumpta sunt ipsuinmet compositum[2]. Quia ergo eadem materia et eadem forma in resurrectione iterum conjunguntur, necessario resultat idem numero compositum. Anima porro dicitur *forma lolius* et non solum forma corporis, quia est elementum specificum a quo totum compositum constituitur et denominatur. Unde erit *eadem humanitas,* quia erit eadem forma; erit *idem homo,* quia idem erit compositum.

Personalitas demum est quædam perfectio *ultima et completiva,* eo quod materia el. forma uniuntur in aliquo toto independent! et incommunicabili. Dum in unione *hypostatica* persona præexistit unioni et est unioni superstes, contra, in unione *mere personali* animæ et corporis, persona resultat ex ipsa unione nec est unioni prævia aut unioni superstes[3]. Unde, dissoluto composito et unione desinente, desinit personalitas necessario, absque actu Dei positivo ipsam destruente ; et pariter, simul ut fit iterata unio et restituitur compositum, resultat iterum personalitas, vi illius actus quo totum restauratur. Quocirca in resurrectione redit eadem numero persona, non per novam Dei creationem aut novam productionem, sed vi ejusdem miraculi quo fit iterata conjunctio animæ et corporis[5].

1. Denz., 429.
2. Cf *Curs. Philos. Thomist., v,* p. 280.
3. Cf. *Curs. Philos. Thomist.,* ti, p. 148.
4. *Curs. Philos. Thomist.,* III, pp. 130, 135.
5. Cf. Hugon, *Revue Thomiste,* 1909, pp. 590-596.

VIII. De identitate potentiarum in homine resuscitato. — Intellectus et voluntas, cum immediate in anima subjectentur -et remaneant formaliter in statu separationis, erunt simpliciter eadem numero in homine resuscitato. — Difficultas moveri potest de sensu, seu de potentiis inferioribus quæ in organismo subjectantur. Cum organismus ille morte destruatur, facultates non remanent actu in anima separata, sed virtualiter dumtaxat ; ac subinde redeunt actu, simul ut habetur nova unio corporis et animæ. Fit igitur in ipsis quædam mutatio seu vicissitudo, quæ diversitatem quamdam mere *accidentalem* inducit (cf. ad 3). At quia organismus novus, seu compositum novum, quod resurrectione restauratur, non differt numero a priori composito, servatur *identitas fundamentalis,* etiam in potentiis quæ in composito resident.

IX. De integritate corporum resurgentium (q. lxxx vel i.xxxii). — Licet magna sit utendum prudentia in determinando quid sit in resurrectione restaurandum, statui tamen possunt quædam principia quæ inconcussa videntur in doctrina S. Thom®.

1° Oportet hominem *perfectum* resurgere, iitpote qui ad ultimam perfectionem consequendam reparatur. Cum autem homo ex anima et corpore sit compositus, oportet ut et anima et corpus perfecta resurgant, ita videlicet ut corpus animæ ad plenum proportionaliter respondeat. Porro, sicut animæ perfectio attenditur, secundum potentias, ita perfectio corporis secundum membra et organa. Ergo, sicut anima omnes suas habebit potentias, ita corpus secundum omnia sua membra et'organa resurget. — Hæc fuit fides fratrum Machabæorum : « Post hunc tertius illuditur, et linguam postulatus cito protulit et manus constanter extendit, et cum fiducia ait : E coelo *isla* possideo, sed propter Dei leges nunc hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso me ea *recepturum* spero[1]. » — Unde Christus post resurrectionem ostendit manus, pedes et latus *eadem* quæ prius habuerat. — In damnatis etiam erit integritas, non tanquam merces boni operis, sed propter perfectionem *ipsius naturæ.*

1. *II Machab.,* vn, 10-11.

2° Quidquid pertinet ad *integritatem* humanæ naturæ in resurgente, hoc totum resurget, quia non concipitur in illo statu natura manca aut diminuta (aa. 2 et 3 et 4). Non tamen de facili determinari potest quid ad integritatem et veritatem naturæ humanæ pertineat in corpore glorioso.

3° Totum quod est in homine resurget, considerata totalitate *speciei,* quæ attenditur secundum quantitatem, figuram, situm et ordinem partium ; non autem resurget totum considerata totalitate *malerise* (a. 5). Constat ex dictis n. iv ss

4° Quia homo resurget absque omni defectu humanæ naturæ, ideo reducetur humana natura per resurrectionem ad statum ultimæ perfectionis, qui est in juvenili *ætate,* ad quam terminatur motus augmenti et a qua incipit motus decrementi (q. lxxxi vel lxxxiii, a. 1).

5° Quia servabitur distinctio individuorum et quidquid competit naturæ individui, non omnes resurgent in eadem *statura,* sed quilibet resurget in illa quantitate in qua fuisset in termino augmenti, si natura non errasset vel defecisset ; quod autem superest vel deficit in homine, resecabit vel supplebit divina potentia (a. 2).

6° Sicut resurgent in diversis staturis, ita resurgent in diversis *sexibus,* eo quod diversitas sexuum competit perfectioni speciei (a. 3).

7° Quia omnes erunt in termino, cessabunt omnes operationes *vitæ animalis,* quæ sunt ad primam perfectionem naturæ producendam vel conservandam. In beatis ergo erunt solæ operationes et solæ delectationes quæ ad beatitudinem requiruntur (a. 4).

Concludamus cum Catechismo Cone. Trid. : « Satis constat resurrectionem æque ac creationem inter præcipua Dei opera numerari. Quemadmodum igitur omnia a Deo initio creationis perfecta fuerunt, ita etiam in resurrectione futurum omnino affirmare oportet[1]. »

1. P. I, art. xi, n. 9. — Cf. etiam n. 8 et 10 ; ubi optime explicatur quomodo quidquid ad illius naturæ veritatem atque ad hominis decus et ornamentum pertinet restituendum sit ; quomodo membra ad veritatem humanæ naturæ pertinentia restituentur cmnia ; quomodo cicatrices martyribus ad gloriam supererunt.

ARTICULUS TERTIUS

DE DOTIBUS CORPORUM BEATORUM RESURGENTIUM

AD *QQ.* LXXXII (VEL LXXXIV) ET SS. S. THOMÆ

I. Quid ad doctrinam catholicam spectet. — Tria puncta doctrinae catholicae jam expendimus : 1° resurrectionis factum, 2° resurrectionis universalitatem, 3° corporum resurgentium identitatem.

Superest ut ostendamus 4° dotes novas competere corporibus beatorum resurgentium. Quam doctrinam expresse tradit Apostolus, asserendo fore *inæqualitalem.,* tum inter corpus præsens et corpus suscitandum, tum inter diversa corpora suscitata : « Stella enim a stella differt in claritate. Sic el. resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruplionc. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale[1]. » Colligit Apostolus has dotes ex *conformilate nostra cum Christo* causa nostræ resurrectionis *exemplari* : « Si enim complantati facti sumus *similitudini* mortis ejus, simul et *resurrectionis* erimus[2]. Qui reformabit corpus humilitatis nostræ *configuratum corpori claritatis suæ*[3]. Primus homo de terra,' terrenus ; secundus homo de cœlo, coelestis[4]. » — Ex quibus documentis eruunt theologi doctrinam suam de corporum gloriosorum dotibus.

II. Dotes corporis gloriosi sensu theologice.

Intelligitur *dos* dispositio quædam corpori glorioso concessa, vi cujus ipsum perfecte subjicitur animæ. Sicut autem in præsenti omnis vita et perfectio corporis ab anima derivatur, quæ est ejus forma et per quam « habet homo ut sit homo et animal et vivens et corpus et substan-

1. *I Cor.,* xv, 41-44.
2. *Rom.,* vi, 5.
3. *Philipp.,* m, 21.
4. *I Cor.,* xv, 47-48.

tia et ens βl ; ita post resurrectionem omnis perfecti» corporis ab anima repetitur. Quia tunc anima gloriosa corpori perfectissime dominatur nec ullum in illo relinquit impedimentum, hinc quatuor illi præstat dotes i 1° ut corpus ab omni malo præservetur immune, hæc est dos *impassibililalis* ; 2° ut animæ perfecte obediat et quantum ad actiones organicas, ad hoc ordinatur *subtilitas,* et 3° quantum ad motum localem, hinc *agilitas* ; demum, 4°, quia splendorem animæ non intercipiet indispositi» materiæ, resultabit in corpore *claritas.*

III. De impassibilitate (q. xxxxn vel i.x x x iv).— Addit immortalitati, quæ est "communis resurgentibus omnibus, specialem incorruptionem, quæ a corpore glorioso removet omnem mutationem contra dispositionem illam qua perficitur ab anima. Dos illa ab Apostolo nomine incorruptionis designatur : « Seminatur in corruptione, surget in *incorruplionc1.* » Dum damnati erunt tantum immortales, seu immunes a passione quæ est per modum naturæ, beati erunt impassibiles, per immunitatem a qualibet passione alllictiva, et id quidem consequentur propter victoriam animæ super corpus. Sicut in statu innocentiæ corpus reddebatur impassibile ex sui subjectione ad animam et anima perfecta existebat ex subjectione ad Deum, ita post resurrectionem perfectum dominium animæ supra corpus perfectam præstabit impossibilitatem. Nec illud dominium aliquo modo poterit auferri, quia ipsa erit immutabiliter Deo subjecta, quod non fuit in statu innocentiæ (a. 1, ad 2).

Ex parte qua excluditur dolor, erit æqualis in omnibus impassibilitas, quia hic respectus negativus non suscipit magis et minus ; sed, ex parte causæ, erit *major in uno quam in alio,* secundum quod majus erit dominium animæ super corpus ; et id quidem continget ex majore unione animæ cum Deo et majore Dei fruitione (a. 2).

Impassibilitas positive accepta importat *exercitium sensuum* sive internorum sive externorum (a. 3). Nam sensus efunt potentiæ vitales, quæ absque actione vitali et immanenti non consequerentur suam perfectionem.

1. Prop. 16, approb. a S. Cong. Studiorum, die 27 julii 1914.
2. *I Cor.,* xv, 42.

Illa autem actio vitalis et immanens fiet modo intcntionali et perfectissimo, qui nullam alterationem in organismum inducet. « Et, quia in sanctis erunt omnes potentiæ perfectissimæ, una poterit intense operari, ita quod ex hoc nullum impedimentum præstabitur actioni alterius potentiæ, sicut et in Christo. » (ad 4.)

Demum, quia operatio propria non impedita adjunctam habet delectationem, concludendum est singulis sensibus competere *deleclalionem* veram, quæ tamen spiritualitatem animæ participabit (a. 4). « Dubitari nequit sensus singulos objectis sibi convenientibus frui ac proinde congrua donari beatitudine ; delectationis enim sunt capaces totusque homo præmio afficietur, quod ostendunt etiam omnia Patrum argumenta, quibus probant decere, imo et justum esse, ut corpus, quod tot tantaque propter Deum est passum, resurgat, ne suo careat præmio[1]. »

IV. De subtilitate (q. 1 x x x iii vel 1 x x x v). — Nomen subtilitatis a virtute penetrandi est assumptum. Contingit autem corpori esse pcnetrativuin ex parvitate quantitatis et ex paucitate materiæ ; unde rara subtilia dicimus ; et, quia in corporibus raris forma prædominatur materiæ magis, ideo translatum est nomen subtilitatis ad corpora quæ perfecte *obediunl suæ formæ.* Unde corpora humana subtilia dicuntur, quatenus sunt animæ glorificatæ omnino subjecta. Hac ratione fiunt *spirilualia,* non quod naturam spiritualem induant, sed quia sunt perfeete subdita spiritui ; et hinc de dote subtilitatis intelligi possunt verba S. Pauli : « *Surgel corpus spiritale*[2]. »(a. 1)

Quo autem magis anima est subdita Deo, eo magis subditum erit ipsi corpus, et juxta hunc ordinem unum corpus erit alio subtilius. Quocirca dos subtilitatis non in eo consistit, sicut quidam videntur intelligere, ut corpus gloriosum virtute sibi indita possit esse simul cum alio corpore.. Nam distinctio plurium corporum in situ provenit ex natura quantitatis ; eo enim quod duæ quantitates sunt vi sui distinctæ, naturaliter provenit ut una sit *extra* locum et situm alterius. Naturam autem quantitatis non

1. Hurter, n. 856.
2. *Ü. I Cor., xv,* 44.

aufert dos subtilitatis. Ergo dos illa non importat virtutem compenetrationis, quæ est miraculosa. — Attamen posset virtus divina præstare corporibus ad perfectionem gloriæ id quod non habent ex virtute sibi indita et permanente. « Ita faciet *oirlus divina* ut corpus gloriosum *possit simul cum alio corpore esse* ad perfectionem gloriæ» (a. 2).

Compenelralio fieri potest *miraculosel* (a. 3). Sed, quia gloria non debet debitum ordinem removere, *de /aclo nunquam* duo corpora gloriosa erunt simul (n. 4).

Demum corpus etiam gloriosum retinet naturam corporis, ut sit *palpabile* ; at aliunde, quia plene obedit ad nutum animæ, ex virtute supernaturali hoc ei competit ut, cum vult, non palpetur a corpore non glorioso (a. 6),

Potest igitur definiri *sublililas* : « Dos cujus virtute corpus animæ imperio omnino subjicietur, eique serviet, et ad nutum præsto erit[1] »

V. De agilitate- (q. lxxxiv vel lxxxvi). — Sicut per subtilitatem corpus obedit animæ quatenus hæc est forma» ita per agilitatem ipsi obedit quatenus ipsa est *molor* : unde est dos qua corpus gloriosum potest ad nutum animai moveri quæque a gloria animæ in corpus derivatur Dos illa virtutem præstantem arguit, ac proinde videtur ab Apostolo indicata : « Seminatur in infirmitate, surget in *virlule*[3] » (a. 1).

Illa virtute interdum utentur beati, ut visus eorum reficiatur pulchritudine creaturarum diversarum, quod præsentiam quandam requirit, quam celerrime præstabit agilitas (a. 2).

Non confert quidem agilitas ut corpus moveatur in instanti, quia corpus gloriosum nunquam obtinet dignitatem naturæ spiritualis ; sed tamen reddit corpus celerrime mobile ad nutum animæ (a. 3).

VI. De claritate -(q. lxxxv vel lxxxvh). — Sacræ Litteræ plus senïeT–recolunt divinum nitorem quo just

1. Qua ratione fleri possit *compenelralio* et cur repugnet *rnullilocalio* circumscriptiva, alibi explicatur. Cf. *Curs. Philos. Thomist.,* t. II, pp. 198-203.
2. Ita Catechism. Cone. Trid., P. I., Art. xi, n. 15.
3. *I Cor.,* xv, 43.

in regno Dei fulgebunt : « *Fulgebunt* justi et tanquam scintillæ in arundineto discurrent[1]. Justi *fulgebunt sicut sol* in regno Patris eorum[2]. » Qui fulgor afficere videtur totam personam ab animaque in corpus derivari. Unde Apostolus de ipso corpore dicit : « Seminatur in ignobilitate, surget in *gloria*[3]. » Hinc S. Doctor : « Corpora sanctorum fore lucida post resurrectionem ponere oportet *propter auctoritatem Scripturæ,* quæ hoc promittit. » (a. 1)

Ratio theologica sæpius jam fuit indicata : Sicut beatitudo animæ in corpus derivata ipsum efficit impassibile, ita gloria, quatenus in corpus redundat, ipsum reddit gloriosum et lucidum. Redundat porro in corpus *modo quodam corporeo.* Quod enim recipitur in subjecto, non recipitur per modum causæ influentis, sed per modum ipsius recipientis. Cum autem recipiens sit corporeum, claritas illa in corpore erit corporalis, ita quidem ut gloriæ seu *claritati animæ proportionetur,* et hinc erunt gradus in claritate corporum, juxta diversos gradus in gloria animarum, prout testatur Apostolus : « Stella enim a stella differt in claritate : sic et resurrectio mortuorum[4]. »

Quia corpus gloriosum retinet semper rationem corporis et univoce cum aliis corporibus convenit, remanet secundum se visibile; et claritas gloriæ, licet quantum ad causam sit alterius generis quam claritas naturæ, convenit tamen quantum ad speciem. Unde, sicut claritas naturæ ratione speciei suæ est *proporlionata visui,* ita et claritas gloriosa. Sic claritas Christi in transfiguratione visa fuit ab Apostolis et impii videbunt gloriam justorum in die judicii[5]. Acerum claritas illa, quum ex merito voluntatis proveniat, *subditur voluntati,* et ideo in potestate corporis gloriosi erit ostendere claritatem suam vel occultare ; sicut et quælibet actio alia corporis in animæ potestate erit : alias corpus gloriosum non esset instrumentum summe obediens principali agenti (aa. 2 et 3).

Definiri jam potest *claritas* : qualitas supernaturalis

1. *Sap.,* ni, 7.
2. Matth., xiii, 48.
3. *I Cor.,* xv, 43.
4. *I Cor.,* xv, 41-42.
5. *Sap.,* v.

ab ipsa anima beata in corpus derivata quæ ipsum lucidum et gloriosum reddit, sicut apparuit corpus Christi in transfiguratione[1].

VII. De corporibus damnatorum. — Damnatorum autem corpora consequentur *perfectionem quæ naluræ human;/· congruit;* corrumpi non poterunt, ut justitia; divinæ, poenam perpetuam sustinendo satisfaciant ; et, licet *inalierabilia* fiant, erunt tamen *passibilia* (q. 1 x x x v i vel 1 x x x v iii)[2].

VIII. De cognitione quam habebunt resuscitati in judicio respectu meritorum et demeritorum (q. 1 x x x v ii vel i.xx.xi.x). — Principium in hac re præ oculis habendum est hujusmodi : servari debent omnia quæ ad rationem veri judicii concurrunt, et ideo imprimis oportet ut omnium operum suorum quisque tunc notitiam habeat, ac subinde *conscientia; singulorum* erunt quasi quidam libri continentes res gestas ex quibus judicium procedet (a. 1).

Ut autem justa sententia appareat, oportet ut omnibus sententiam cognoscentibus merita innotescant et idcirco ut quilibet possit legere ea quæ sunt *in conscientin alterius.* Et hæc est probabilior et communior opinio, licet docuerit PetrusLombardus non esse manifestanda in judicio peccata quæ fuerunt per poenitentiam deleta. « Sed ex hoc sequeretur quod nec etiam poenitentia de peccatis illis perfecte cognoscatur, in quo inultum detraheretur sanctorum gloriæ, et laudi divinæ, quæ tam misericorditer sanctos liberavit, 0 (a. 2). «Sed talis publicatio erit eis ad magnam gloriam propter poenitentiam quam fecerunt, x (ad 3).

Omnes igitur omnium singula considerabunt, non tamen in instanti, sed in *tempore brevissimo,* divina virtute ad hoc adjuvante (a. 3).

1. Quæ de dotibus corporum traduntur non sunt theologorum Dgmenla, sed doctrina ita c e r t a , ut *Cdtechisrnus Cone. Trid.* illam late exponat et fidelibus tradendam velit. P. !., ari. 11, n·' 11-14.

2. Legatur littera S. Th o m/e ; consuli potest P. Lépicier , q. ix .

QUÆSTIO SEXTA

DE JUDICIO GENERALI

AD *QQ.* LXXXVHI (VEL XC) ET S3. S. THOM®

Exponendum et vindicandum est imprimis dogma catholicum de judicio generali, quod tanti est momenti in religione Christiana ; ac deinde inquirenda sunt singula quæ illius judicii naturam, |indolem, circumstantias declarant. Omnia porro diligenti studio et accurata analysi perscrutatus est Doctor Angelicus.

ARTICULUS PRIMUS

DOGMA CATHOLICUM DE JUDICIO GENERALI

AD ART. 1 S. THOMZE

I. Errores. — Universale judicium negarunt plures hæretici in primitiva Ecclesia præsertim ex *gnosticis,* quibus adhæserunt postea *Cathari* et *Albigenses,* ac demum *protestantes, liberales* et *rationalistæ.* —Ex adverso et per excessum *Calvinus* ita adstruit judicium generale, ut impugnet veritatem judicii particularis.

catholica fides utrumque profitetur.

II. 1° Testimonia SS. Scripturarum. — Sunt adeo manifesta et expressa, ut scribere potuerit S. Augustinus : « Nullus vel negat vel dubitat per Jesum Christum tale, quale istis SS. Litteris prænunciatur, futurum esse novissimum judicium, nisi qui eisdem Litteris, nescio qua incredibili animositate seu cæcitate, non credit1. »

1. S. Augustin., *De Civil. Dei,* lib. XX, c. xxx, n. 5 ; *P. L.,* XLi, 708.

In Veteri Testamento, prophetæ illud judicium praenuntiant : « Quia ecce Dominus in igne veniet, et quasi turbo quadrigæ ejus, reddere in indignatione furorein suum et increpationem suam in flamma ignis. Quia in igne Dominus *dijudicabit*[1]*.,** « Et multi de his qui dormiunt in terræ pulvere evigilabunt : alii invitam aternam et alii in opprobrium, ut videant semper[1]. » Qui textus innuunt et carnis resurrectionem ct solemnem (piandam retributionem seu judicium pro bonis et reprobis. Liber *Sapientiae,* postquam asseruit : « *Tunc* stabunt justi in magna constantia adversus cos qui se angustiaverunt et qui abstulerunt labores eorum », judicium solemne describit, in quo Deus tum per creaturas tum p‹r se armatur ad puniendos impios[2].

In Novo Testamento, *Christus* ipse judicium prædicit et singulas circumstantias describit : « Filius enim hominis *venturus est in gloria* Patris sui cum angelis suis, et *tunc reddet unicuique secundum operq* ejus[4]... Et *congregabuntur ante eum omnes gentes,* et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hcedis[5][6] » — *Paulus* dogma illud frequenter inculcat : « Omnes *stabimus ante tribunal Christi*[9][10]Omnes nos manifestari oportet *ante tribunal Christi,* ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum sive mal[8]m[7]. Testificor coram Deo ct Jesu Christo, qui *judicaturus est* vivos ct mortuos'. » —: *Joannes* in *Apocalypsi* resurrectionem simul et judicium generale describit : « Et *judicatum est* de singulis secundum opera ipsorum[0] », et prænuntiat cœlum novum et terram novam[1]'. — Demum quæ in Scripturis de *die Domini* dicuntur sunt de judicio intelligenda.

1. Isa i., c. lxvi, 15-16. — Cf. xxiv, 16-23, ubi alluditur et ad judicium generale et ad pœnas peccatorum æternas.
2. Da niel, χπ, 2.
3. *Sap.,* v, 1-24.
4. Matt ii., xvi, 27.
5. Cf. Matth., xxv, 31-46.
6. *Rom.,* xiv, 10.
7. *11 Cor.,* v, 10.
8. *II Tim.,* iv, 1.
9. *Apoc.,* xx, 13.
10. *Apoc.,* xxi, 1.

III. 2° Testimonia catholicae Traditionis. — Generatim Patres judicium universale simul cum dogmate resurrectionis profitentur. Sic *S. Polycarpus* primogenitum Satanæ vocat eum « qui dixerit nec resurrectionem nec judicium esse[1]. » Ex hac fide eruunt corollaria moralia, ut scilicet « pœnitentiam sollicite exhibeamus, ait S. *Chrysosloinus,* priusquam dies ille veniat, in quo nihil nobis poenitentia proderit : nunc enim in nobis tota res sita est, tunc vero judex solus erit judicii[2]. » *S. Auguslinus* illam doctrinam quasi in systema redigit et theologice exponit[3][4]

IV. 3° Declarationes Ecclesiae. — *Symbola* illud dogma recolunt : « Venturus judicare vivos et mortuos'[1]. *Benedicitis XII,* 29 janv. 1336, illud iterum definit post *Concilium Lugdunense II* : « In die judicii omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt; reddituri de factis propriis rationem[5]. » Asseritur expresse in *Professione fidei Tridenlina*[6].

V. 4° Rationes theologicae. —Catcchismus Concilii Tridentini quinque rationes evolvit, quæ necessitatem et convenientiam judicii generalis plane manifestant. Rationes vero quas hic a. 1 exponit S. Doctor sunt *fundamentales et primariae.*

Judicium Dei et hominum præmiatio respondet operationi Dei in rebus, sicut terminus respondet principio ; nam *operalio* pertinet ad rerum *principium,* quo in esse producuntur, et *judicium* pertinet ad *terminum* quo res ad finem suum perducentur. Atqui duplex est Dei operatio : una qua res primitus in esse produxit, a quo opere dicitur quievisse ; altera, qua operatur in gubernatione creaturarum et quæ quotidie et semper continuatur. Ergo duplex esse debet judicium : unum 'quod respondet gubernationi rerum,, quod itaque quotidie fit, in morte singulorum hominum;

1. S. Polycarp., *Philipp.,* vu, 1.
2. S. Chrysost., *Homil.* XIV. in Matth., 4 ; *P. G.,* lvii, 222.
3. S. Augustin., *De Civil. Dei,* lib. XX, præsertim cap. xxx ; *P. L.,* xLi, 704-708.
4. Symbol. Nicænum et Constantinop. ; Denz., 04, 86.
5. Denz. 464 531.
6. *hi.,* 9'14.

et alterum, quod respondet primæ rerum productioni a Deo, quodque erit in consummatione omnium, quando erit absolute completa operatio gubernationis. — Ut appareat valor argumenti, animadvertendum est hominem chho, non solum personam *priualam,* sed etiam *pariem universi :* qmilinus est persona privata, judicatur et præmiatur statim post. mortem, per judicium particulare ; sed, quatenus est paru mu versi, debet homo qui moritur exspectare pro pnemio emu pleto, non solum aniinæ, sed et corporis, donec sit compb l.l gubernatio lotius universi cujus ille est pars. Hoc rterimi dicit Angelicus : « *Dijjerlur unius præmiaiio pro ulililale aliorum.* » Si enim singuli etiam quantum ad corpus sin tim præmiarentur, non salvaretur illa pulcherrima ratio providentiæ universalis quæ vult singulos ad bonum lotius universi ordinari.

Sic ergo paucis contrahi potest illa probatio : Ut justitia sit completa, debet fieri judicium et prout homo est persona quædam et prout est pars totius generis humani. Atqui judicium quod fit prout homo est persona quædam est judicium particulare ; judicium vero prout est pars Lotius humani generis est judicium universale. Ergo duplex esso debet judicium, particulare nempe et universali) (ml I),

Confirmatur. Justitia requirit ut fiat universalis separatio malorum a bonis. Sed separatio universalis importat judicium universale. Ergo.

VI. 5° Cæterœ congruentiæ. —Facilius innotescunt via) Dei ; et *perfecta justitia* non sufficienter manifestatur in hoc mundo nec per judicium particulare. Ergo requiritur manifestatio quædam universalissima in consummatione sæculi, in qua fiet revelatio justi judicii Dei.

Oportet demum ut *Christus,* qui in primo adventu humilis et egenus apparuit, alterum habeat adventum in majestate et gloria, coram universis hominibus et angelis Dei, et ut *electi,* qui socii fuerunt passionis ejus, participes fiant exaltationis et gaudii, coram omni tribu ct pupulo et natione.

ARTICULUS SECUNDUS

C.ETERÆ QUÆSTIONES QUÆ JUDICII GENERALIS NATURAM, INDOLEM, CIRCUMSTANTIAS SPECTANT

I. De prolatione sententiæ in judicio universali (q. lxxxviii vel xc, art. 2). — Distinctione opus est inter sententiam *singulorum el* sententiam *ullimam* quæ communiter omnibus electis præmium et reprobis supplicium assignabit.

De priori procedit ratio S. Thomæ, cujus littera est attente consideranda : « Et quoad discussionem et quoad accusationem malorum et quoad commendationem bonorum et quoad sententiam de utrisque, mentaliter perficietur. Si enim vocaliter singulorum facta narrarentur, inæstimabilis magnitudo temporis ad hoc exigeretur. » Locutio illa mentalis erit quædam *illuminatio,* divina virtute producta, qua omnibus innotescent sua et aliorum facta.

Ultima autem sententia, ut plurimi doctores existimant. voce sensibili a Christo Domino proferetur. Hoc enim brevissimo tempore fieri potest; aliunde quia omnes homines in suis corporibus consistent et Christus in sua humanitate visibili judicabit, congruit ut *voce sensibili* proferat verba quæ jam humana voce nobis prænuntiavit : « Venite, benedicti Patris mei... Discedite a me maledicti. » Hæc_tamen dicunt theologi probabiliter opinando, non certum asserendo[1].

II. De tempore judicii generalis (a. 3). —Sapientissima sunt ea quæ tradit Angelicus, sive in corpore articuli, sive in resp. ad 1. Duplex itaque retinenda est conclusio :

1° Decenter cognitio finis mundi soli Deo reservatur. Congruit enim ut Deus sibi reservet cognitionem eorum in quibus nulla creatura ei cooperatur. Atqui hujusmodi est finis mundi, in quo erit dies judicii. Ergo congruit ut

1. Cf. Sylv., in h. 1.

Deus cognitionem judicii generalis sibi reservet. — Innotescit major ex comparatione quæ instituitur inter causalitatem divinam et scientiam divinam : impertitur Deus aliquid de sua causalitate omnibus creaturis, nam omnes creaturæ agunt utcausæsecundæ ; at cognitionem communicat, non omnibus, sed quibusdam, iis nempe qua poimuit similitudines rerum intentionaliter accipere. Sicut vero sunt quædam in quibus nulla creatura cooperatur, ut creatio, ita erunt quædam quorum cognitio nulli crcidiirm præbetur. — Minor probatur ex comparatione cum aetiouc creative : « Non enim per aliquam causam creatam mundus finietur, sicut esse etiam incepit immediate a Deo. »

2° De illo tempore non potest determinari quanto sit futurum, nec de mense, nec de anno, nec de centum, nec de mille annis. Ratio est quia non potest determinari quæ sit illa *quantitas* periculorum, persecutionum, calamitatum, etc., quæ immediate diem judicii præcedet vel Antichristi adventum. — Ipse Dominus monet diem illum esse soli Deo notum : « De die autem illo vel hora *nemo scit,* neque angeli in ccelo, neque Filius, *nisi Palerl.* » Cone. Later. V prohibet ne quisquam de hoc aliquid tamquam certum asserere audeat[1].

Licet tamen conjecturas proferre ct probobilitnlrs expendere. Inter *signa* porro quibus potest conjecturaliter prævidcri Cinis mundi, recensentur communiter n theologis : 1° prædicatio Evangclii in universo mundo, 2° conversio Judæorum, 3° discessio et apostasia gentium catholicarum : ita quidem ut linis mundi non sit antequam hæc omnia fiant, non tamen ut simul et immediate contingat ; 4° adventus Antichristi ; 5° perturbationes multæ in natura physica, bella, pestilentiæ, obscuratio solis, commotio cœlorum[3]. — Sed, quia plura ex illis signis ad exitium Jerusalem referri possunt et quia non potest determinari *quantitas* illorum eventuum quæ periodum ultimam præcedet, nihil certi potest statui, sed semper ad verba Domini et verba S. Pauli attendendum est i

1. Marc., xiii, 32. — Cf. Maldonat, in h. l. Utrum anima Christi cognoverit hunc diem, alibi explicatum est, vol. II, *De Verbo Inc.,* q. vi, art. i, n. xui-xiv.
2. Cf. Labbe, *Collect. Concil.,* xiv, 290.
3. Tanqoerey, n. 952.

« Sicut in diebus .Noe, ita erit et. adventus Filii hominis[1]..» Dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet[2], s

III. De loco judicii generalis (a. 4). — Prudenter monet S. Doctor nihil per certitudinem sciri posse. Allegatur textus Joel : « Congregabo omnes gentes et deducam eas in vallem Josaphat, et disceptabo cum eis ibi[3]. » Verum controversia est de valle Josaphat. Alii nomen esse allegoricum contendunt; alii vallem, ejus nominis prope Jerusalem esse censent, ut Hieronymus. Ultimum judicium fore celebrandum prope Jerusalem in valle Josaphat, ad quam Christus descendet cum angelis, sententia est apud multos recepta[4][5]; sed non ita apud veteres, nam S. Cyrillus frivola et anilia vocat ea quæ de hac re apud Judæos circumferuntur[6]. — S. Thomas rationem tantum congruentiæ affert qua probabiliter suadetur descensurum esse Christum circa montem Oliveti, sicut et inde ascendit, ut idem esse ostendatur qui descendit et qui ascendit.

IV. De judicantibus (q. lxxxix vel xci, aa. 1-3). —Judicare propria auctoritate est illius qui habet dominium in alios et potestatem, et sic judicare est solius Dei. Sed tanquam assessores, sententiam latam pronuntiando, *perfecti viri* judicabunt, quatenus alios ducent in cognitionem divinae justitiæ (a. 1).

Christus porro promisit *voluntariæ paupertati* judiciariam potestatem : « Vos qui secuti estis me, sedebitis... judicantes[6]. «Triplici autem ratione id explicari potest : 1° ratione congruitatis, quia voluntaria paupertas est eorum qui, omnibus quæ niundi sunt contemptis, soli Christo inhærent ; 2° ratione meriti, quia humilitati respondet exaltatio pro merito; 3° in quantum paupertas est prima dispositio ad perfectionem evangelicam (a. 2).

Angeli autem, licet judicare dici possint per sententiæ

1. Matth., xxiv, 37-39.
2. *1 Thessal.,* v, 2.
3. Joel, m, 2.
4. Theologorum sententias refert Suarez, In III P., q. lix, disp. LIII, sect. II.
5. Knabenbauer, *Comm. in Prophetas Minores,* I, p. 239.
6. Matth., xix, 27-28..

approbationem, non tamen proprie judicabunt tanquam assessores : quia non sunt conformes secundum naturam Judici, qui est Christus homo (a. 3).

V. De judicandis (aa. 5-8). — Cum judicium fiat ad exaltationem Christi, qui pro nobis passus est, oportet ut omnes compareant pro quibus est passus. Sed pro cunctis hominibus est passus et mortuus. Ergo *omnes homini·:,* congregabuntur in judicio ad videndam ejus exaltationem (a. 5). Pueri quoque ante perfectam miniem decedentes in judicio comparebunt, non ut judicentur, sed ut videant gloriam Judicis (ibid., ad 3).

Quantum ad retributionem præmiorum, omnes judica buntur, etiam *boni.* Quantum vero ad discussionem, sancti in quibus nulla est commixtio bonorum meritorum cum malis, salvabuntur, quin judicentur ; illi autem qui habent commixtionem bonorum meritorum cum malis, simul judicabuntur et salvabuntur (a. 6).

Quoad *malos* autem, omnes judicabuntur judicio quod est poenarum retributio pro peccatis ; at, judicio quod est discussio meritorum, solum fideles judicabuntur, qui fuerint saltem numero cives civitatis Dei ; non autem indigebunt judicari infideles, qui erunt jam judicati et agniti ut extranei et hostes (a. 7).

Angelos autem, quibus a principio fuit propria retributio, judicium non respiciet directe ; sed indirecto quodammodo respiciet, in quantum actibus hominum fuerint commixti (a. 8).

VI. De objecto judicii generalis (q. lxxxvii vel lxxxix). — Omnia quæcumque homo fecit in vita integra erunt materia judicii ; et idcirco statim innostescent sicut in libro in quo sunt omnia scripta[1] ; et pariter quilibet legere poterit omnia quæ sunt in conscientia alterius. Oportet enim ut divina justitia omnibus appareat, et idcirco ut singulorum merita vel demerita omnibus innotescant. Unde, sicut omnes cognoscent Dei sententiam, ita poterunt legere ea quæ sunt in conscientia judicandorum et de quibus profertur sententia. Ita probabilius et communius theologi, licet opinetur Magister Sententiarum non

1. Cf. ea quæ dicta sunt de judicio particulari.

cognosci peccata per poenitentiam deleta[1]. Verum, ut notat Angelicus, gloria sanctorum et laus divina requirunt ut cognoscatur poenitentia de peccatis assumpta ac subinde ipsa peccata. Cum autem poenitentia sit ad sanctorum gloriam, peccatorum publicatio non erit ad eorum verecundiam, sicut nec Mariæ Magdalenæ est in confusionem quod peccata ejus publice in Ecclesia recitentur. Illa porro cognitio non erit tantum in genere, quia cognitio communis non sufficit ad aperiendas rationes justæ Dei sententiæ; nec fiet proprie in instanti, sicut eorum quæ in Verbo videntur, sed in tempore brevissimo, divina virtute ad hoc adjuvante, vel, ut dicit Augustinus, *mira celerilale cernentur**.

VIL De forma Judicis venientis ad judicium (q. xc). — Fides catholica est Christum hominem venturum esse cum gloria ad judicandos homines.

Singula symbola hunc articulum exprimunt : « *Venturus est judicare, vivos et mortuos.* » Hymnus *Te Deum* recolit : « *Judex crederis esse venturus.* » — Professiones fidei affirmant. Concilium Toletanum XI (675) : « Illic ad dexteram Patris sedens exspectatur in finem sæculorum judex omnium vivorum et mortuorum. Inde cum sanctis angelis et hominibus *veniet ad jaciendum judicium,* reddere unicuique mercedis propriæ debitum[2]. » Professio fidei S. Leonis IX : « Et inde, sicut ascendit, *venturum judicare vivos et mortuos* et redditurum unicuique secundum opera sua[4]. » Professio fidei ab Innocentio III Waldensibus præscripta : « Et in *eadem* (carne) *venturus est judicare* et mortuos[5]. » Professio fidei Michaelis Palæologi in Cone. Lugd. II (1274) : « *Inde venturum judicare vivos et mortuos* et redditurum unicuique secundum opera sua, sive bona fuerint sive mala[6]. »

Innumera sunt Scripturae testimonia. Sufficiat pauca seligere. Ipse Christus testatur : « Filius enim *hominis venturus esi* in gloria Patris sui cum angelis suis, et *tunc*

1. Petr. Lombard., *IV Sent.,* dist. XXXIII.
2. S. Augustin., *De Civit. Dei.,* lib. XX, c. xiv : *P. L.,* xli, 680.
3. Denz., 287.
4. *Id.,* 344.
5. *Id.,* 422.
6. *Id.,* 462.

reddet unicuique secundum opera ejus... Et tunc *parebit signum Filii hominis* in cœlo, et tunc plangent omnes tribus terræ, et videbunt Filium hominis *venientem in nubibus cceli* cum virtute multa et majestate'... Potestatem dedit ei *judicium jacere,* quia filius hominis est[1]. » Judicabit autem Christus in natura humana, sed ex virtute divinitatis.

Ratio theologica facile innotescit (a. 1). Christo competit judicare, secundum quod habet dominium super homines, de quibus principaliter erit judicium, et super universam naturam. Atqui habet dominium super homines, non solum ratione creationis, sed et ratione redemptionis, vi cujus homines reddit *suos* et ad regnum admitti! ; et pariter ratione redemptionis dominium habet in totam naturam, quia reparato homine tota creatura melioratur. Ergo Christo competit judicare ratione redemptionis. Sed redemptio importat Incarnationem : est opus in quo et virtus divinitatis et natura humana concurrunt. Ergo judicabit Christus in natura humana, sed ex virtute divinitatis.

« Quia in primo adventu ad hoc venit ut pro nobis satisfaceret apud Patrem, in forma nostræ infirmitatis apparuit. Quia vero in secundo adventu ad hoc veniet ut justitiam Patris in homines exsequatur, demonstrare gloriam debebit, quæ inest ei ex communicatione ad Patrem ; et ideo in forma gloriosa apparebit. » (a. 2)

Humanitas itaque ab impiis videbitur in judicio ; divinitas autem Christi cognoscetur ab impiis, non per visionem intuitivain, — nam intuitio ejus quod est pei* essentiam bonum non potest non delectare et beatificare, et sic beati forent damnati, — sed per manifestissima divinitatis indicia[3] (a. 3).

VIII. Conclusio ad vitam morum promovendam. —« Quod igitur reliquum est, hortari fideles oportet ut optime vivendi rationem comparent, ad omne pietatis studium se exerceant, quo possint magnum illum diem majore cum securitate animi exspectare, atque adeo, ut filios decet, cum summa cupiditate expetere[4]. »

1. Matth., xvi, 27 ; xxiv, 30. — Cf. vol. II, *De Christo Rege.*
2. Joan., v, 27.
3. Cf. *Catechism. Cone. Trident.,* art. 7, η,β 7 et ss.
4. *Ibid.,* n. 12.

QUÆSTIO SEPTIMA

DE CŒLESTI BEATITUDINE

AD QQ. XCII (VEL XCIV) ET SS. S. TH0M7E

Exponit S. Doctor in q. xci (vel xcm) *qualUalem mundi post judicium.* Fides testatur fore cœlos novos et terram novaml, at non tradit explicite in quonam hæc innovatio futura sit, et idcirco multa discretione opus est in illo statu describendo. Principia tamen quædam prudenter statui possunt. 1° Mundus post resurrectionem debet homini beato congruere, ac proinde simul mundus innovabitur et homo glorificabitur (a. 1). 2° Innovatio porro mundi ad hoc ordinatur ut in illo Deus manifestius videatur, quod claritatem importat. Et ideo præcipue quantum ad claritatem corpora coelestia meliorabuntur. Quantitas autem, ut ct modus meliorationis, ilk soli cognita est qui erit meliorationis auctor (a. 3). 3° Omnia autem elementa claritate quadam vestientur, non tamen æqualiter, sed secundum suum modum (a. 4). Quia vero homo innovatus de statu corruptionis in incorruptionem transibit et statum perpetuæ quietis, nihil ad illam innovationem ordinari poterit, nisi quod habet ordinem ad incorruptionem : et idcirco cessabunt omnia quæ vel vicissitudinem et mutabili tateni et instabilitatem ^a. 2), vel corruptibilitatem vitæ vegetalium et animalium dicunt (a. 5) ; et remanebunt solum quæ concurrunt ad perfectionem et ornamentum

At fusius disserendum est de ipsa *cælesli bealiludinp,* ejusque proprietatibus.

1. **Isai., lxv,** 17 ; *Apoc.,* xxi, 1.

ARTICULUS PRIMUS

DE IPSA ÜEATITUDINE SECUNDUM SE

I. Notiones. — Intelligitur cndnm locus et status beatitudinis. — Quatenus *locus,* innuit receptaculum *ullralerreslre* in quo sancti regnabunt cl. nl>i jnm adsunt animæ beatæ. Nonnulli scriptores negarunt cmliim osse locum, sed sententia opposita est communis el tenenda, ut jam exposuimus supra de receptaculis animarum. Nec etiam probari potest opinio quæ vult cu lum post resurrectionem fore terram renovatam et glorillcntam' ; nam documenta superius allata indicant cœlum esse locum ullraterrestrem, in quem jam ascendit Christus, nempe super *omnes cœlos,* et in quem recipiuntur animæ 'purgatæ (supra, de receptae, anim., q. n, art. i, n. m). — Quatenus est *slalus* beatitudinis, definiri potest coelum : Immunitas ab omni malo et miseria et omnium bonorum adeptio.

II. Divisiones. — Distinguitur beatitudo essentialis et beatitudo accidentatis; Beatitudo *essentialis* est possessio summi boni, quod appetitum plene satiat ; beatitudo autem *accidenlalis* est possessio bonorum creatorum, quæ, licet beatitudini accessoria, statum tamen beatitudinis adintegrant.

In bcatitudine porro essentiali, duo sunt attondenda : 1° objectum ipsum quo beamur, et hinc beatitudo *objecliva ;* 2° actus quo beatitudinem assequimur, et hinc beatitudo *formalis.* Beatitudo objectiva in nullo bono creato, sed in solo Deo consistit, quia solum bonum infinitum habet rationem finis ultimi omnes fines complectentis et solum potest appetitum nostrum, qui habet pro objecto bonum universale, — sicut intellectus habet pro objecto verum universale, — perfecte et simpliciter satiare[2].

III. Essentia beatitudinis. — Beatitudo formalis adæ-

1. Cf. Wilhelm Schneider, *Qu'est-ce que le ciel* ? adapté de l'allemand par M. Germain Gazagnol. Pans, Bloud. 1911, Collect. *Science el keligion.*

2. Cf. S. Thom., Ia IIae, q. n, et Commentatores in h. l.

quate sumpta includit simul actum intellectus et voluntatis. Ratio liquet, nam ad beatitudinem requiritur delectatio et fruitio, quæ, cum sit spiritualis, cognitionem intellectivam supponit.

At essentialiter in actu intellectus consistit. Ita *Thomiste et communius theologi,* contra Scotistas et recentiores pragmatistas, qui voluntatis primatum propugnant. Beatitudo quippe formalis consistit essentialiter in actu quo beatitudinem consequimur, seu quo objectum beatificans fit formaliter præsens in subjecto beando. Atqui actus quo beatitudinem consequimur aut quo fit objectum nobis præsens, non est actus voluntatis, qui est vel aversio a malo, ut odium et fuga ; vel prosecutio boni absentis, ut desiderium ; vel abstrahit a præsenti et absenti, ut amor ; vel supponit jam præsens, non tamen facit præsens, ut delectatio ; sed est actus intellectus, nam proprium cognitionis est ut cognitum faciat et ponat præsens in cognoscente. Ergo beatitudo formalis consistit essentialiter in cognitione intellectiva. Hæc sufiicit breviter recolere, nam alibi ex professo exponuntur[1].

IV. At quœnam sit cognitio quæ beatitudinem præstat (a. 1). — Recolendum est triplicem concipi de Deo cognitionem : *abslraclivam, inluitivam* et *comprehensivam.*

Abstractiva ea est qua rem cognoscimus, non per speciem propriam, sed per speciem alterius rei in qua ejus imago resultat. Porro Deum naturaliter non cognoscimus nisi ‘per conceptus analogicos desumptos ex cognitione creaturarum, quæ sunt quoddam Dei speculum, non tamen ipsum repræsentant ut est in se. Beatitudo itaque hominis in ordine naturali consisteret in cognitione Dei abstractiva, qua Deus post hanc vitam absque errore cognosceretur ut auctor boni naturalis et ex qua proportionate dilectio oriretur.

At, quia jam sumus adordinem supernaturalem evecti, requiritur visio intuitiva, non tamen comprehensiva. Intuitiva quidem cognitio ea est qua objectum sicut in se est attingimus ; comprehensiva autem, qua objectum

1. Cf. S. Thom., I» II»®, q. n, et Commentatores in h. l.

cognoscimus quantum est cognoscibile seu quæ exhaurit objecti cognoscibilitatem turn intensive tum extensive. Cum autem Deus sit infinite cognoscibilis, nonnisi a seipso cognoscitur comprehensivel.

V. PRÆCIPUA DOCTRINÆ CAPITA. — Plernsqiie qilæstiones quæ de visione beatifica moveri solent jam expendimus, in I P., q. xn ; quæ autem prawmtcin tractatum de Novissimis spectant in his paucis const ani. : I" beatitudinem nostram in *visione Dei intuitiva* reponi ; 2° visionem illam *non differri* usque ad ultimum judicii diem ; 3° beatitudinem esse *perpetuam el inamissibilem ; 4°* beatitudini annecti *doles,* 5° et *aureolas.*

VI. In præsenti conditione hominis ad ordinem supernaturalem elevati, beatitudo ultima consistit in visione Dei intuitiva. — Præcipua Ecclesiae documenta sunt sequentia : 1° *Concilium Viennense* (1311), indirecte, sed invicte, dogma illud asserit, damnando propositionem Beguardorum : « Quod anima non indiget lumine gloriæ ipsam elevante ad *Deum videndum el eo beale fruendum**. » Directe quidem asseritur necessitas luminis gloriæ ; at simul recolitur beatitudinem in hac visione reponi et ex visione resqltare fruitionem beatificam : *eo* beate *{ruendum.* — 2° Definitio *Benedicti* A7/, 29 januarii 1336. Postquam definiit S. Pontifex animas quibus nihil purgandum superest esse jam in coelo et videre divinam essentiam visione intuitiva et etiam faciali, addit insuper in tali visione consistere *veram beatitudinem* : « Quod ex tali visione et fruitione... *sunl vere* beatje *el habent vilam el requiem* æternam8. » — 3° *Concilium Florentinum* : « Animas... in cœlum mox recipi et *inlueri clare ipsum Deum* trinum et unum, sicuti est, *pro meritorum lamen diversitate alium alio perfectius**. » Multa doctrinæ capita hic asseruntur : animas in cœlum *mox* recipi, *intuitiva visione* gaüdere, illamque visionem esse *mercedem* seu4

1. Cf. quæ diximus in vol. 1, ad q. xn I»e P. Summas *Theologies.*
2. Denz., 475.
3. Denz., 530.
4. *Id.,* 693.

bealiludinem ultimam, quæ *pro meritorum diversitate* diversa confertur.

Rationem theologicam sufficiat indicare ex art. 1. Béatitude suprema consistere debet in operatione suprema qua objectum supremum attingitur. Atqui operatio hujusmodi est visio intuitiva, in qua Deus in se attingitur et, utpote actus purus, fit forma qua intellectus noster jntelligit. Ergo beatitudo, ut ex hucusque dictis plene liquet, suprema consistit in visione Dei intuitiva.

Quia argumentum alibi fuit expositum, satius erit probationes positivas, sive ex Scriptura sive ex Traditione, recolere[1].

VII. Testimonia Veteris Testamenti. — Mos est progressum doctrinæ in Veteri Testamento per diversa stadia considerare.

In stadio quidem *patriarchali,* Deus exhibetur ut amicus Abraham, Isaac et Jacob, qui promittit ipsis mercedem magnam nimis quique dicitur eorum Deus et amicus etiam post eorum mortem'. Atqui hæc omnia sensu pleno accepta important aliquam mercedem in vita futura, in qua sane Deus erit proprie illorum beatitudo et in qua amici de Deo amico perfecte fruentur. Imo hæc innuunt resurrectionem, ut vidimus supra (de resurrectione, q. v, art. i, n. v). Ipse modus loquendi, quo justi illi se profitentur peregrinos et hospites super terram, arguit fidem in patriam æternam in qua Deus erit eorum merces. « Qui enim hæc dicunt significant se patriam inquirere. Et, si quidem ipsius meminissent de qua exierunt, habebant utique tempus revertendi. Nunc autem meliorem appetunt, id est coelestem. Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum ; paravit enim illis civitatem[8]. »

Psalmi pariter invicte testantur post mortem fore aliquem statum beatitudinis in quo Deus amicos suos lætificabit, adimplebit lætitia cum vultu suo, satiabit gloria, erit eorum pars in æternum ; et in hac spe jam[2]

1. Cf. quæ diximus vol. I, *De Deo Uno,* q. iv. art. i, n. v, et art. ii, n. m-vi.

2. Cf. *Genes.,* xv, 1 ; xvn, 1 ; *Exod.,* m, 6; xxxm, 11. — Cf. Marc., x ii, 26.

3. *Hebr.,* xi, 14-16.

defecit cor eorum : « Non derelinques animam meam in inferno..., adimplebis me lætitia cum vultu Luo ; delectationes in dextera tua usque in finem[1]. Ego nutem in justitia apparebo conspectui tuo ; satiabor, cum apparuerit gloria tua[2]. Quid enim mihi est in coelo of. a tc quid volui super terram? Deficit caro mea et cor meum, Deus corti is mei et pars mea Deus in æternum[3]. » Desideria adeo vehementia, spes adeo 'firma, evincunt profecto Psalmistam credere, in vitam æternam, in qua Deus erit amicorum pars et merces. Quocirca tenendum est veteres justos credidisse, non solum animam esse immortalem, sed etiam ultimum hominis finem post mortem fore aliquando Deum, licet nondum determinetur qua ratione Deus erit sanctorum beatitudo.

Prophelæ prænuntiant futurum statum in quo singuli homines cognoscent Deum « a minimo usque ad maximum[4] », et in quo « Deus auferet lacrymam ab omni facie[5][6]». Quæ similitudines indicant Deum fore aliquando ultimam sanctorum felicitatem.

Liber *Sapientiae* demonstrat animas esse immortales et justos fulgere in vita futura et mcrcedcm illorum in ipso Domino seu apud Dominum reponi. « Justorum nniimc in manu Dei sunt et non tanget illos tormentum mortis... Fulgebunt justi et tamquam scintillin in arundineto discurrent... Justi autem in perpetuum vivent, el. «pud Dominum est merces eorum, et cogitatio illorum apud Altissimum·. »

Liber II *Machabæorum* testatur fore et resurrectionem et beatitudinis statum, cujus intuitu septem fratres eligunt subire præsentia tormenta[7].

Unde in Veteri Testamento credebant justi futuram vitam non reponi totam in quadam commoratione obscura apud « scheol », sed et *tandem* in quadam familiari vita cum Deo seu in permanenti beatitudine apud Dominum.

1. Ps. xv, 10-11.
2. Ps xvi, 15.
3. Ps. lxxii, 25-26.
4. Jerem., xxxi, 34.
5. Isai., xxv, 6, 8.
6. *Sap.*, in, 1, 7 ; v, 16, 17.
7. *II Machab.*, vn.

VIII. Testimonia Novi Testamenti. — Multa disserit *Chrislus de regno cœlorum,* quod promittitur tamquam merces pauperibus et persecutionem patientibus[1] ; addit mercedem illam esse visionem Dei : « Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt » ; et visionem illam esse intuitivam, eo modo quo angeli semper vident faciem Patris qui in ccelis est[2], esse ipsam vitam æternam : « Hæc est vita æterna ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum[3]. »

Aposloli hanc doctrinam tradunt. S. Joannes testatur Deum esse tandem videndum in se, sicut est : « Scimus quoniam, cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est[4].» *Apocalypsis* idem quoad rem docet, dum recolit Deum sua luce beatos illuminare et beatos videre faciem Dei : « Nam claritas Dei illuminavit eam et lucerna ejus est Agnus... Et videbunt faciem ejus[5]. »

S. *Paulus,* quo efficacius veritatem illam illustret, opponit visionem cognitioni viæ, et inde probat cognitionem patriæ esse *facialem,* non per speculum ; *claram,* non in ænigmate ; *perfectam,* non ex parte[6].

IX. Traditio patristica. — *Paires Aposlolici* simpliciter tradunt Deum *videri* in ccelis, seu Christianos posse *videre* Christum et ad illius regnum per afflictiones et tormenta pervenire, ut loquitur epistola Barnabæ[7], vel *Deum consequi,* ut testatur S. Ignatius[8]. — *Paires Apologelæ* Christianos et præsertim martyres corroborant ex spe futuræ visionis divinæ. S. Irenæus meminit Deum *videri* ab hominibus quibus vult et quando vult et quemadmodum vult[9] : S. Cyprianus addit videri in cœlo et Deum et patriarchas et apostolos et prophetas et martyres : « Quæ erit gloria et quanta lætitia, admitti ut *Deum videas...,* patriarchas

1. Matth., v, 3-12.
2. Marc., xii, 25 ; Matth., xviii, 10.
3. Joan., xvii, 3.
4. I Joan., iii, 2.
5. *Apoc.,* xxi, 23 ; xxn, 4.
6. *1 Cor.,* xiii, 9-13 ; cf vol. I, *De Deo Uno,* q. iv. art. i, n. ni.
7. Epist. Barnab., vii, 11.
8. S. Ignat., *Rom.,* iv, 11 ; *Ephes., x,* 1 ; *Smyrn.,* iv, 2.
S. S. Iren., *IV Coni. Haeres.,* c. xx, n. 5 ; P. *L.,* vn 1035.

omnes et apostolos et prophetas et martyres salutare...; sumere illic quod nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit[1]. » — *A sæculo* iv, doctrina est adeo certa, ut exclamet Augustinus : « Ipse linis erit desideriorum nostrorum, qui sine fine *videbitur,* sine fastidio *amabitur,* sine fatigatione *laudabitur*[2] » Hinc bcatitudo coelestis in his tribus constabit : *videbimus, amabimus, laudabimus.*

X. Cætera quaesita. — Exponit Angelicus in art. 2 quomodo etiam post resurrectionem *oculus incapax* futurus sit videndi Deum, eo quod Deus spiritualis est extra objectum visus adæquatum ; dici poterit tamen videre Deum, quatenus in corporibus praesertim gloriosis et maxime in corpore Christi sensus videbit tantam Dei floriam, ut statim intellectus cognoscat Deum ; sicut, dum sensus percipit loquelam, intellectus deprehendit vitam*.

Deinde exponit art. 3 *quænam objecta videant beati* in cœlo : 1° Nullus intellectus creatus cognoscere potest omnia quæ scit Deus scientia simplicis intelligentiæ, quia id esset comprehendere divinam essentiam. 2° Anima Christi scit omnia quæ scit Deus scientia visionis[4]53° Ceteri beati vident plura vel pauciora objecta, secundum quod plus minusve essentiam divinam intuentur, pro meritorum diversitate et secundum gradum luminis gloriæ, sive in Verbo, sive per revelationes extra Verbum. 4° lllæ porro revelationes, sicut et cetera qua*, ad præmium accidentale pertinent, poterunt augeri usque ad diem judicii; sed ulterius non proficient[8]. « Et in illo statu possibile est quod omnes omnia cognoscant quæ Deus scientia visionis novit. »

1. S. Cyprian., *Epist. LVI,* 10; P. *L.,* iv, 357.
2. S. Augustin., *De Civil. Dei,* lib. XXII, c. xxx ; P. *L.,* xu, 801.
3. Cf. vol. I, *De Deo Uno,* q. iv, art. in.
4. Cf. vol. II, *De Incarn.;* Decret S. Off., junii 1918, *Acia Aposl, Sedis,* 1918, p. 282 ; Denz., 2183-2185.
5. Cf. vol. I, *De Deo Uno,* q. iv, art. vi-ix.

ARTICULUS SECUNDUS

DE TEMPORE QUO CŒLESTIS BEATITUDO CONFERTUR

I. Errores et opiniones. — *Gnosllci* et *Millenarii* imaginati sunt animarum beatitudinem et æternam sortem nonnisi post, ultimum judicium determinari. Sæculo in *quidam Arabes* docebant animam cum corpore interire et denuo in resurrectione cum ipso corpore quasi reviviscere, ut simul utrique conferatur beatitudo[1]. Alii somniarunt *animarum soporem* usque ad diem judicii, quem errorem suscitarunt *Lulherani.* Plures *recenliores ex proleslaniibus* contendunt fieri posse post mortem adhuc conversionem vel meritum[2].

Nec omnes scriptores ecclesiastici fuerunt in loquendi modo semper accurati : sic S. Ircmeus cf, Lactantius minus lecte interdum loquuntur. Putat enim *Jrenseus,* sicut humanitas Christi Domini non fuit nisi post suam resurrectionem glorificata, ita sanctorum animas non nisi post resurrectionem recipere coelestem beatitudinem[3] ; additque *Laclanlius* animas in statu exspectationis remanere usque ad ultimum Christi adventum[4][5].

Quidam theologi, sæculo xiv, volebant animas sanctotum in coelum quidem recipi, at nondum frui visione beatifica, sed solum aspectu humanitatis Christi. Huic sententiæ prius favebat Joannes XXII, ut doctor privatus | qui deinde doctrinæ veræ adhæsit® ; imo intendebat quæstionem dirimere, sed morte præventus, ut testatur Benedictus XII, perficere illud nequivit. Successor ejus Benedictus XII doctrinam authentice definivit[6].

1. Cf. Euseb., *Hist. Eccles., lib.* VI, 37 ; *P. G.,* xx.
2. Cf. ea quæ dicta supra de judicio particulari.
3. S. Iren., *V Coni. Hæres.,* c. xxxi ; *P. G.,* vu, 1209.
4. Lactant., *Diuin. Instilut.,* lib. VII, c. xxi ; *P. L.,* vi, 802-«03.
5. Cf. Denifle, *Chartularium,* p. 441.
6. Benedict. XII, *Constitui, cBenedictus Deus* », 29 jan. 1336;

II. dogma fidei. — Est itaque dogma divinitus revelatum, sive Scriptura sive Traditione contentum, animas quibus nihil luendum superest mox Irui visione beatifica et inamissibili.

III. 1° Probationes ex S. Scriptura, — Argimnl Pni.ii' et theologi ex verbis Christi Domini paradisum promil·tentis latroni pcenitenti : « *Hodie mecum eris in* /mrm/i , Nomine paradisi, non potuit intelligere Christus pmndi sum terrestrem nec coelum, sed statum beatitudinii seu vitam æternam, quæ est visio Dei intuitive. Ergo ntntim latro pœnitens visionem beatificam consecutus est, vel, ut dicit Angelicus : « *Preemio* in paradiso fuit, quia ibi *diuinilale* Christi fruebatur, sicut et alii sancti[2]. » Unde .ex hoc loco recte infertur Christum animas sanctorum, in suo descensu ad limbos, liberasse et visione beatifica donasse[3]. z

Argumentum apodicticum ministratur ex S. Paulo. Præfert Apostolus peregrinari a corpore, ut præsens sit ad Dominum, ac dissolvi, ut sit cum Christo, quod esi. multo melius : appetitque mortem ut lucrum : ‹. Audemus autem et bonam voluntatem habemus *mat/i:* peregi inuri a" corpore èt præsentes esse ad Dominum[1]... Mihi ‹llllll vivere Christus est et *mori lucrum...* Desiderium Imbens dissolvi et esse cum Christo : multo *magis melius.* Permanere autem in carne, necessarium propter vosll. * Atqui nullum esset lucrum seu nullatenus mori esset melius, si visio beatifica usque ad mundi finem differretur ; quia tunc nec esset cum Christo nec præsens ad Dominum, præsentia scilicet vera et perfecta quæ fit per visionem. Ergo' ex verbis Apostoli colligitur visionem beatificam non differri usque ad universale judicium, sed mox post mortem conferri®.

Mansi, xxv, 986 D ; Denz.. 530-531. — Cf. Le Bachelet, art. « Benoît XII a, in *Diction, théol. caihol.*

1. Luc., xxiii, 43.
2. S. Thom., III P., q. lu, a. 4, ad 3.
3. *Ibid.,* a. 5.
4. *II Cor.,* v, 1 ss.
5. *Philipp.,* i, 21-24.
6. De vi et efficacia argumenti ex Paulo desumpti, legi possunt :

IV. 2° Traditio'catholica. — Licet nonnulli scriptores ancipites hæserint, semper tamen traditio catholica testata est sanctos martyres statim post mortem ingredi cœlum.

Paires Apostolici id, occasione data, commemorant. Sic S. Clemens Romanus jam in loco gloriæ Petrum et Paulum contemplatur[1] ; S. Polycarpus pariter exhibet præsentes in coelo, apud Dominum, Ignatium, Zozimum et Rufum, qui passi sunt pro Christo[2]. — *Tempore persecutionum,* Patres constantiam credentium ex eo præsertim capite roborant quod mortem statim sequatur visio Dei : « Mors infertur, sed immortalitas sequitur... Claudere oculos... et aperire eosdem statim ut Deus *videatur* et Christus[3] » — *A sæculo IV,* sancti Doctores asserunt justos fuisse a Christo visione donatos, quando ipse descendit ad inferos ; quæ est doctrina, non tantum S. Augustini, sed et Patrum Græçprum, S. Gregorii Nazianzeni, S. Epiphanii, etc.*. Docetur jam, non solum martyres, sed et alios sanctos in cœlum recipi et Deum intueri. Sic S. Gregorius Nazianzenus jam co lesti beatitudine fruentem credit pium patrem, qui angelici ordinis dignitatem et fidudiam consecutus est[6] ; S. Ambrosius exhibet Gratianum in coelo fratri Valentiniano occurrentem, Satyrum jam Deo gaudentem, Theodosium lumine fruentem : « *Fruilur* nunc..., manet in lumine Theodosius[6]. » Hinc effatum S. Gregorii Papæ : « Luce clarius constat quia perfectorum justorum animæ, *mox ut hujus carnis claustra exeunt, in coelestibus sedibus recipiuntur...* Qui ergo Christum in coelo esse non dubitat, nec Pauli animam esse in coelo negat[7]. »

ex veteribus, Herveus, in *11 Cor.,* c. v., *P. L.,* clxxxi, 1041 ; ex recentioribus P. Hugueny, O. P., *Revue Thomiste,* janvier 1905, pp. 672 ss.

1. S. Clem., *1 Cor.,* v ; *P. G.,* i, 217-220.
2. S. Polycarp., *Ad Philipp.,* ix ; *P. G., v,* 1013.
3. S. Cyprian., *Ad ForlunaL,* 13 ; *P. L.,* iv, 675-676. — Cf. Tertull., *De resurrect, carnis,* 43 ; *P. L.,* n, 856.
4. Cf. S. Gregor. Nazianz., *Orat.* 20; *P. L.,* xxxvi, 10; S. Epiphan., *Hseres., 77, n.* 35 ; *P. G.,* xlii, 696.
5. S. Gregor. Nazianz., *Orat.* 18, n. 4, et *Orat.* 24, n. 19 ; *P. G.,* xxxv, 989, 1193.
6. S. Ambros., *De obitu Valent.,* n. 76, *De excessu fratris sui Salyri,* n. 152, *De obitu Theodos.,* n. 18, 28, 30, 31, 32, 39 ; *P. L.,* xvi, 1354, 1381, 1392-1398.
7. S.JJgregor. M., *IV Dialog.,* 25; *P. L.,* lxxvii, 257.

V. 3° Definitiones Ecclesiæ. — In Concilio l .udg. 1l (1274), *professio fidei Michaelis Palæologi* declarat mi mus purgatas *mox* in cœlum recipil. — Sed, quia pluicti contendebant[1] posse animas in cœlum recipi et tamen visione intuitivel carere, *Benedicius XII* rem expresse iu iinu, 29jan. 1336 : « *Etiam ante resumptionem suorum corporum el judicium generale,* post ascensionem Salvatoris Domini nostri Jesu Christi in cœlum, *fuerunt, sunt el erunt in cælo,* coelorum regno et paradiso coelesti cum Christo, sanctorum angelorum consortio aggregatae,ac post Domini Jesu Christi passionem et mortem *viderunl ei vident divinam essenliam visione inluiliva el etiam faciali,* nulla mediante creatura in ratione objecti visi se habente, sed divina essentia immediate se nude, clare et aperte eis ostendente..·, et etiam (animæ) illorum qui postea decedent eandem divinam videbunt essentiam ipsaque perfruentur ante judicium generale[3][4]» Tria in hoc documento sunt animadvertenda : 1° animas ab ascensione Christi recipi in cœlum : 2° a passione et morte Christi videre divinam essentiam, ut jam testabantur SS. Doctores ; 3° omnes animas illorum qui postea decedent, eodem jure, si sint plene purgatu·, videre statim divinam essentiam intuitive. — *Concilium Florentinum* definitionem renovat et addit divcruil.iitem seu gradum in vipione respondere varietati meritorum : « *In cœlum mox recipi el intueri clare ipsum Deum Irinum el unum, siculi esi, pro meritorum lamen diversitate alium alio perfectius**.* »

VI. 4° Ratio theologica. — Anima sancta debet statim consequi suum ultimum finem, sicut leve sursum fertur,' nisi aliquid impediat et evolatum retardet*. Porro, in justis plene purgatis, nihil est quod beatitudinem retardare possit, neque ex parte Dei neque ex parte animæ. Ergo justi plene purgati statim beatitudinem consequuntur. — Prob. min. Nihil ex parte Dei est quod retardet, siqui-

1. Denz., 464.
2. Cf. Le Bachelet, art. « *Benoît XII* », in *Diction, thiol. cathol.*
3. Denz., 530.
4. Decret. Unionis ; Denz., 693.
5. Cf. S. Thom., q. lxix, a. 2.

dem justitiæ divinæ jam plene satisfecerunt sancti pro peccatis propriis, et Christus abunde satisfecit pro peccato communi, quod est peccatum originale ; nihilque ex parte animæ, tum quia non potest amplius mereri, tum quia, utpote plene purgata, est visionis divinæ capax.

Quæ conclusio ex alio capite confirmatur Congruit ut militantes in via jam habeant apud Deùm patronos et advocatos qui valeant efficaciter intercedere. Atqui, nisi sancti essent in beatitudinis statu, non possent congruenter munus advocatorum obire, cum ipsis deesset consecutio ultimi finis. Ergo.

ARTICULUS TERTIUS

DE CCELESTIS BEATITUDINIS PROPRIETATIBUS

AD ββ. XCIII (VEL xcv) ET XCIV (VEL XCVI) B. THOM/I

Duplex movetur quæstio : 1° utrum bcatitudo sit perpetua ; 2° utrum sit ab intrinseco inamissibili», an solum ab extrinseco et ex gratuito Dei beneficio.

I. De perpetuitate beatitudinis. - Perpetuam esse beatitudinem est de fide, contra Origonistas, qui mutabilitatem liberi arbitrii etiam beatis tribuebant.

Christus Dominus promittit electis vitam æternam : « Ibunt hi in supplicium æternum : justi autem in vitam *æternam*[1]. » Apostoli recolunt coronam in coelis esse immarcescibilem, *incorruptibilem* nosque semper cum Domino fore[2].

Symbola vitam proprie *æternam* prædicant. Concilium Later. IV definit : « Illi (recipient) cum diabolo pirnani *perpetuam,* et isti cum Christo gloriam *sempiternam*[2]. » Expressius Benedictus XII : « Eadem visio ct fruitio, sine aliqua intercisione seu evacuatione prædictæ visionis et fruitionis, continuata exstitit et continuabitur *usque ad finale judicium el ex tunc in sempiternum*[3]. »

II. De inamissibilitate beatitudinis. — Prima conclusio : Beatitudo coelestis est inamissibilis ab intrinseco. — De inamissibilitate beatitudinis fuit olim controversia, propugnantibus Scotistis solam inamissibilitatem ab extrinseco, dum Thoinistæ, quibus sat communiter jam consentiunt theologi, perpetuitatem illam ab intrinseco seu ex ipsa beatitudinis natura repetunt.

1. Matth., xxv, 46.
2. I Petr., v, 4 ; *1 Cor.,* ix, 25 ; *1 Thessal.,* iv, 17.
3. Cap. *Firmiter,* Denz., 429.
4. *Id.* 530.

Probatur. De natura seu intrinseca ratione beatitudinis est ut appetitum rationalem plene ac perfecte satiet et omne malum penitus excludat et removeat. At quod vi sua intrinseca satiat totaliter appetitum et excludit omne malum, est natura sua seu ab intrinseco perpetuum. Ergo beatitudo est ab intrinseco perpetua et animissibilis. — Prob. min. Ut appetitus plene satietur et omne malum excludatur, oportet ut beatus sciat cum veritate et certitudine suam beatitudinem nunquam posse deficere : nam, si non scit cum veritate, est malum intellectus ; si non scit cum certitudine, est anxietas, nec idcirco removetur omne malum. Atqui non poterit scire cum veritate et certitudine illam indefectibilitatem beatitudinis, nisi a natura intrinseca proveniat, nam quod est ab extrinseco tantum posset aliter esse. Ergo quod totaliter satiat appetitum et excludit omne malum est vi sui seu a natura sua intrinseca indefectibile et perpetuum.

111. Secunda conclusio : Ex intrinseca inamissibilitate visionis et amoris beatifici sequitur impeccabilitas ab intrinseco. — Fore beatos de facto impeccabiles est de fide, contra Origenistas, ut diximus ; utrum vero sint impeccabiles ab intrinseco an ab extrinseco, est quæstio quæ solvitur sicut præcedens. *Senlenlia Thomislarutn,* hodie communis, contra Scotum, tuetur impeccabilitatem ab intrinseco, quæ ex ipsa visione et amore beatifico oritur[1].

Efficax probatio breviter proponitur. Visio intuitive ita clare ostendit essentiam divinam, ut beatus nequeat non videre Deum ut bonum universalissimum et perfectissimum. Atqui repugnat ut clare videns bonum sub omni respectu perfectum possit ab eo recedere ; sed necessario appetimus bonum perfectum, quod est beatitudo. Ergo visio beatifica efficit ut homo nequeat recedere a Deo, seu vi sua intrinseca ptæstat impeccabilitatem ab intrinseco.

Item, voluntas Deum sic amat, ut nequeat ab actu amoris cessare. Sed, ubi nequit desinere actus amoris

1. Cf. Scot., *1 Sent.,* diet. 1, q. iv ; pro sententia opposita» Gonet, *De actibus humanis,* disp. IV, aa. 4 et 5.

Dei, nequit esse peccatum. Ergo amor beatificus vi sui præstat impeccabilitatem ab intrinseco. Prob. maj. Non potest desinere actus amoris, quando, in bono quod amat et quo fruitur voluntas, nihil unquam apparere potest quod habere possit rationem mali vel imperfecti. Sed, in bono divino quo fruitur voluntas beatorum, nihil unquam apparere poterit quod habeat rationem mali vel imperfecti, sed intellectus semper actu repræsentat Deum ut summum bonum semper amabile semperquo amandum.

IV. Ex principiis statutis coivi potest quæstio utrum beatiiudo sii major futura peri resurrectionem quam ante (a. 1). —Beatitudo *essentialis,* quæ esi visio et amor beatificus, est penitus immutabilis et æternitate mensuratur, ut explicatum est in I P., q. XII[1]. Beatitudo autem *iotalis* erit major : 1° *extensive,* quatenus etiam ad corpus extendetur, et sic erit, non solum animæ, sed etiam totius compositi ; 2° *intensive,* quatenus anima, iterum conjuncta corpori perfecto, glorioso, a quo removebitur in perpetuum quidquid posset actioni animæ resistere, erit perfectior in illo unionis statu quam in statu separationis, qui est præternaturalis. Atqui, ubi est perfectius esse, ibi est perfectius operari. Ergo perfectior erit anima· beatitudo post resumptionem corporis quam ante.

V. Do mansionibus (a. 2). — Verba Domini : « In domo Patris mei *mansiones mullae sunl*[2] », theologi intelligunt de *gradibus* beatitudinis. In quolibet enim motu, quies habet rationem mansionis ; et idcirco, in ordine supernatural!, diversi modi consequendi finem ultimum diversæ mansiones dicuntur : ut sic unitas domus respondeat unitati beatitudinis, quæ est ex parte objecti, et pluralitas mansionum respondeat differentiæ quæ est ex parte beatorum.

VI. Unde repetatur diversitas mansionum (a. 3). — Tot sunt mansiones, quot sunt gradus in beatitudine ; et in ipsa beatitudine tot sunt gradus, quot sunt gradus in charitate. Hinc effatum Concilii Florentini : « Pro merito-

1. Cf. vol I, *De Deo Uno,* q. iv, art. x.
2. Joan., xiv, 2.

rum diversitate alium alio perfectius[1]. » Itaque *causa moralis immediata* illius diversitatis in beatitudine est charitas patriæ, quæ facit majorem aptitudinem ad videndum Deum ; causa autem *moralis remota* est charitas viæ, quæ diversitatem inducit per modum meriti ; causa vero *physica* est diversitas luminis gloriæ, quæ majorem vel minorem præstat facultatem videndi Deum[2].

VII. Ratio beatitudinis importat etiam ut beati in patria videant poenas damnatorum, non quidem illis compatiendo, sed in illis ordinem divinæ justitiæ admirando (q. xciv vel xcvi). — Perfectio quippe beatitudinis ex comparatione contrarii magis cognoscitur ; et ideo, ut beatitudo sanctorum eis magis complaceat et de ea uberiores gratias Deo agant, datur eis ut poenas peccatorum perfecte videant (a. 1).

Quum nutem in beatis non remaneat passio in parte inferiori nisi consequens electionem, non erit in eis compassio vel misericordia nisi secundum electionem rationis. Porro secundum electionem rationis potest esse compassio ad eos tantum qui possunt sine praejudicio divinæ justitiæ in beatitudinem transferri de statu miseriæ et peccati. Quum autem in futuro nequeant peccatores a sua miseria transferri, nec poterunt beati, qui semper electionem voluntatis sequentur, compassionem ad damnatos habere (a. 2).

De pœnis porro damnatorum non gaudent sancti per se et in quantum hujusmodi, quia sic pertineret ad odium; sed per accidens et ratione adjuncti, considerando in eis divinæ justitiæ ordinem et suam liberationem, de qua gaudebunt. Et sic divina justitia et sua liberatio erunt per se causa gaudii beatorum, sed pœna damnatorum per accidens (a. 3). Licet autem in viatoribus possint insurgere passiones sine judicio rationis et gaudium de pœnis aliorum possit esse imperfectum aut vituperandum, in comprehensoribus tamen non potest esse passio nisi judicium rationis consequens, et idcirco omne gaudium est laudabile (ad 3).

1. *Decret, pro Graecis ;* Denz., 693.
2. Cf. vol. I, *De Deo Uno,* q. iv, art. vi, n. iv-vni.

ARTICULUS QU\RTUS

DE BEATORUM DOTIBUS 1.l AUREOLIS

AD *QQ.* XCV ET XCVI (VEL XCVI1 ET XUV1II) IIIOM/IC

I. Notio dotum. — In beatitudine perfecta, tria concurrunt : *visio,* quæ respondet *fidei ; comprehensio,* quarespondet *spei ; fruilio,* quæ respondet *charilali* el. est. quies in bono amato et possesso. Hic igitur comprehensio non designat cognitionem qua Deus cognoscitur quantum cognoscibilis est, sed importat adeptionem et obtentionem et opponitur insecutioni ; quo sensu dicit Apostolus : « Sic currite ut comprehendatis1. » Comprehensio supponit visionem et ex ipsa oritur fruitio, sicut generatim ex beatitudine obtenta sequitur delectatio. Quæ tria, visio, comprehensio, fruitio, dicuntur beatorum dotes.

Nomine dotis generatim venit perfectio naturalis vel supernaturalis sive ornatus quidam ; dicitur etiam de bonis quæ sponsa in matrimonium alïert. Cum autem animæ sanctæ Christo conjungantur spirituali quodam connubio, debent competere ipsis quædam speciales dotes.

Definiri possunt dotes, ex doctrina S. Thomæ (a. 1) : Supernaturalia dona quæ conferuntur in æternum animabus Christo nubentibus, vel etiam perpetuus animæ ornatus, vitæ sufficiens et in æterna beatitudine jugiter perseverans.

De ratione dotis in humanis tria sunt generatim : 1° datur a parentibus sponsæ inalienabiliter ; 2° non confertur ante nuptias, sed quando sponsa in domum sponsi traducitur ; 3° affertur in sustentationem uxoris et filiorum.

Quæ tria possunt spiritualibus dotibus accommodari. 1° Hæc conferuntur animæ sponsæ in ordine ad æternum connubium a supernis parentibus, scilicet personis SS. Tri-

1. *1 Cor.,* **ix, 24.**

nitatis (ad 2). 2° Conferuntur, quando anima thalamum Sponsi, nempe ccelum, ingreditur : in via quippe, dona supernaturalia nondum Gunt dotes, sed potius pignus et arrhæ ; et tunc colum dona fiunt dotes, quum indissolubilis fit unio cum Christo (ad 4). 3° Licet unio cum Christo nulla patiatur onera, ut tamen cum jucunditate fiat, requirit <juasdam qualitates ceu habitus qui animam disponant ad actus suaviter eliciendos (ad 3).

II. Proprio quidem sensu, visio, comprehensio et fruitio sunt actus, at in præsenti recte accipi etiam possunt pro habitibus qui animam ad actus prœparant.. — Ut enim connaturahter prorumpat actus visionis ct cum maxiina delectatione fiat, requiritur in intellectu principium quoddam permanens, seu habitus supernaturalis, qui est lumen gloriæ ; pariterque, ut amor beatificus connaturalitcr eliciatur, requiritur in voluntate principium permanens, seu habitus supernaturalis, qui est charitas ; demum, requiritur principium permanens quod removeat impedimenta unionis et laciat Deum præsentem, obtentum, possessum, et hoc est comprehensio, quæ, licet non importet habitum novum distinctum a lumine gloriæ et a charitate, dicit tamen *specialem relationem* ad Deum ut actu possessum, et efficacem remotionem omnium quæ possent beatitudinem impedire. Quia ergo tria ad perfectionem et delectabilitatem unionis concurrunt, rectissime tres dotes a theologis assignantur (a. 5).

III. Si visio, comprehensio et fruitio sumantur per modum actus, jam constituunt vel adintegrant beatitudinem ; si autem per modum habitus accipiantur, sunt principia permanentia horum actuum qui beatitudinem constituunt vel adintegrant (a. 2). — Absolute quidem fieri posset actus absque habitu ; sed, ut connaturahter, delectabiliter ct perfecte eliciatur, debet prorumpere a principio permanenti, quod est habitus. Unde actus beatiludmis fiunt per habitus qui eodem nomine vocantur et sub hac ratione sunt dotes animæ[1].

1. Cf. Gonet, *De actibus humanis,* disp. V, a. 1. — De dotibus autein corporis, cf. quæ alibi disseruimus, ubi de resurrectione, supra, q. v, art. in.

IV. An dotes competant Christo ot angelis (aa. 3 et 4). — Licet visio, comprehensio et fruitio perfectissime competant Christo, non habent rqtionem dolis stricte dictæ, eo quod inter animam Christi et personam Verbi non est illa personarum distinctio quæ inter sponsum el. sponsam viget.

Angelis etiam hæc tria conveniunt, sed non habent rationem dotis sicut in hominibus : turn quia non habent angeli, sicut homines, illam cum Christo conformitaLeni quæ inter sponsum et sponsam attenditur ; tum quia non recipiunt illa tria, sicut homines, intuitu passionis, in qua Christus sanguine suo sibi sponsam acquisivit Ecclesiaml.

V. De aureolis (q. xevi vel xcvm). — Prretcr præmium essentiale, habent beati multa bona creata quæ beatitudinem accidentalem spectant sive ex parte corporis sive ex parte animæ. Beatitudo quidem essentialis vocatur *aurea* et est de bono increato ; beatitudo autem accidentalis complectitur ea omnia quæ non sunt visio aut amor beatificus et tamen requiruntur ad integrandum felicitatis perfectæ statum. Sensu generali, beatitudo accidentalis dici posset aureola ; sed, stricte accepta, *aureola* definitur : *Præmium accidentale præmio essentiali superadditum ob excellentem victoriam.*

Tres communiter assignantur aurcolæ, scilicet *virginum, martyrum* ac *praedicatorum vel doctorum.* Excellens quippe victoria respondet pugnæ specialiter difficili et arduæ. Sed triplex est pugna specialiter ardua. Ergo triplex excellens victoria, cui triplex debetur aureola. Explicatur argumentum. Specialiter difficilis est pugna cum carne, in qua pauci triumphant, et huic debetur aureola virginitatis. Ardua quoque est pugna cum inimico fidei per doctrinam et prædicationem, cui respondere debet aureola apostolatus. At præsertim ardua est pugna cum inimico usque ad sanguinis effusionem, et huic debetur aureola martyrii (aa. 5-7, 11).

VI. Hæc doctrina diversis Scripturarum testimoniis

1. Cf. P. Lêpicier, op; cit., p. 149.

praxique Ecclesiæ fundatur et nititur. — Martyribus quidem Christus sæpissime promittit excellentem mercedem : « Quicumque confessus fuerit me coram hominibus, et Filius hominis *confitebitur* illum *coram angelis Dei*[1]. » De virginibus autem dicitur : « Et cantabant quasi canticum *novum...,* et *nemo* poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra... Hi sequuntur Agnum, *quocumque* ierit[2] »; et de doctoribus : « Et qui ad justitiam *erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas aeternitates*[3]. »

Nititur etiam illa doctrina praxi Ecclesiæ, quæ in sua liturgia speciatim colit martyres doctores et virgines ; quæque, in causis sanctorum instruendis, attendit specialissime tres illas categorias, scilicet martyrum, doctorum, virginum[4][5]

VII. De illius vocis et conceptus origine et valore. — Scriptura testatur non solum Christum habere *in capite suo coronam auream*[6][7] sed et sandtos cum ipso regnantes, sicut exhibentur viginti quatuor seniores, coronis aureis ornati : « *Et in capitibus eorum corona; aureæ*[6]. » Quum enim « militia » sit « vita hominis super terram' », convenit ut præmium sit corona, et, quum corona signum sit regiæ potestatis, congruum quoque est ut qui Dei vitam et bealitudinem per gratiam et gloriam participant, regiæ quoque potestatis participes fiant et auream coronam capite gestent. Qua ratione *corona aurea* dicit præmium essentiale, quod in visione et amore beatifico reponitur[8]. — Quidquid autem -essentiali adjungitur, est diminutum, et idcirco diminutive exprimitur : hinc præmium accidentale dici debet *aureola.* Sicut, in mensa panum propositionis. et in altari thymiamatis, super coronam auream superponi jussit Deus aliam coronam aureolam, ita super

1. Luc., xii, 8. — Matth., x, 32; Marc., vih, 38.
2. *Apoc.,* xiv, 3-5.
3. Daniel, xii, 3. »
4. Gf. Bened. XIV, *De Bealif. el Canoniz.*
5. *Apoc.,* xiv, 14.
6. *Apoc.,* iv, 4.
7. S. Thom., *Supplem.,* q. xevi, a. 1.
8. *Erod.,* xxv, 23-25 ; xxx, 3 ; xxxvn, 27.

auream, quæ est beatitudo essentialis, superponuntur *aureolæ,* quæ sunt accidentalia præmia. Hæc ergo terminologie, *aureæ* et *aureolæ,* derivatur ex pin et mystica accommodatione verborum quibus tabernaculum describitur, jamque reperitur apud Bedam[1].

Quidquid autem sit de illorum verborum origine et usu, distinctio ipsa est omnino fundata, cum manifestum sit vigere discrimen inter præmium essentiale et beatitmlinem accidentalem. Paulatim, scholasticorum opera, concepi.u» ille perpolitur, ac demum retinetur plenissima *definitio quam Iradit .Angelicus* : «Aureola est privilegiatum priemium privilegiatæ victoriæ respondens[2]. » Et, quia triples, est præcipua victoria propter præcipuam pugnam, ut jam explicatum est, triplex censenda est aureola.

Licet autem *Paires* quæstionem non versaverint, rem tamen æquivalenter asserunt, dum specialia agnoscunt præmia. Gloriam virginibus reservatam emphatice describit S. Hieronymus[3], additque S. Augustinus talia præmia aliis beatis non competere : « Nam sunt aliis alia, sed nullis talia[4]. » S. Cyprianus martyribus insignem quoque tribuit coronam purpuream[5]; et animadvertit S. Augustinus illam præstare virginitati, quam cn-terum tanti facit[6].

Ecclesia porro, licet nihil hac de rc definierit, theologorum doctrinam confirmat, dum specialiter colit. martyres, virgines et doctores.

VIII. De martyrio (a. 6). — Aureola martyrii tria requirit : 1° ut adsit mors, aut vulnus lethale ex quo *naluraliier sequi debeal mors* ; 2° ut ipsa mors *volunlarie acceptetur* ; 3° *propler fidem vel aliquam virtutem quæ pro fine habeat Christum,* et hinc etiam propter veritatem aut virtutem naturalem, quatenus religio Christiana docet omnem

1. Beda, *De Tabernaculo el vasis ejus,* evi ; *P. P.,* xci, 409-410.
2. S. Thom., *IV Sent.,* dist. XL1X, q. v, a. 5.
3. S. Hier on., Epist. XXII, n. 41 ; *P. L.,* xxn, 424-425.
4. S. Augustin., *De sancta virginitate,* xxxvn ; *P. L.,* xl. 411.
5. S. Cypr ian., *De oper. el eleemos.,* 26 ; *P. L.,* iv, 622.
6. S. Augustin., *loc. cit.,* coi. 424.

virtutem veram esse amplectendam et nullam veritatem, etiam naturalem, esse negandam. Qualitercumque afflictio propter Christum illata usque ad mortem continuetur, sive mors inde sequatur, sive non, aliquis martyr efficitur et aureolam meretur (ad 7).

IX. **De Doctoribus** (a. 7). — Ut Doctoribus conferatur aureola, oportet : 1° ut doceant doctrinam de pertinentibus ad salutem æternam ; 2° ut prædicatio fiat, non semel aut mere transeunter, sed modo aliquatenus permanenti. Non requiritur tamen doctrina solemnis et quasi ex officio, sed aureola omnibus competere potest qui hunc actum licite et laudabiliter exercent, etiam laicis aut mulieribus.

X. **De Virginibus** (a. 5). — Virginitas importat proprie carnis integritatem, omnis voluntariæ libidinis expertem. Consensus quidem mere mentalis in libidinem reparari potest ; sed virginitas voluntarie amissa per delectationem venereaм, sive in matrimonio legitimo, sive extra matrimonium per actum graviter culpabilem, nequit restitui : ratio est quia, ubi quis expertus est voluntarie delectationem carnis, non jam habuit excellentem in pugna cum carne victoriam.

XI. Utrum aureola sit in mente an in corpore (a. 10). — Aureola est proprie in mjnte, cum sit gaudium de operibus illis eximiis quibus corona datur ; sed per quandam redundantiam in corpore etiam refulget[1].

XII. Cætera quæsita, — Quamvis Christo competat ratio *aureæ* vel coronæ, non tamen ei competit ratio *aureolæ,* quæ, cum diminutive dicatur, importat aliquid quod participative et non secundum sui plenitudinem possidetur. Quocirca Christo non competit aureolam habere, sed aliquid unde omnes aureolæ originem ducunt (a. 8).

Angeli non sustinent pugnam contra carnem aui^pro fide ; et actus secundum quos ipsi nos docent pertinent ad gloriam et communem ipsorum statum. Et idcirco non competit angelis propria ratio aureolæ (a. 9).

1. Quoad cætera, legatur ipsa littera S. Thomæ. — Consul! potest T. **Ortolan,** « *Auréole », Diction, théol. calhol.,* I, 2571.

XIII. De fructibus. —Omne præmium quod in futuro habebitur ex nostris laboribus *fructus* dicitur. — *Aurea* consistit in gaudio quod habetur de l'eo : *aureola* vero, in gaudio quod habetur de operum perfectione hcu de victoria excellenti; sed *fructus* in gaudio Imbetur de ipsa dispositione operantis secundum *gradum iiplrllualitalle,* in quem proficit ex semine verbi Dei (n 2). Quin nnt< m fructus est præmium debitum homini ex hoc quod u rnrmdi vita in spiritualem transit, fructus respondet pruripue virtuti quæ hominem præcipue a subjectione cumin libri id,, scilicet *continentiae* (a. 3). Et, secundum divrnmm modum spiritualitatis quem continentia facit, diversi fructus distinguuntur. Servantibus ergo continentiam *lon/iigalem* datur fructus *tricesimus ; vidualem, sexagesimus ; virginalem, centesimus* (a. 4),

QUÆSTIO OCTAVA

DE PŒNA DAMNATORUM SEU DE INFERNO

AD 29. XCVII (VEL XCIX) ET S3. 3. THOM7E

Jam de pœna ignis realis sufficienter disseruimus supra; ad q. Lxx S. Thomæ ; exponendum tamen superest. quod spectat doctrinam completam de inferno, scilicet turn de cxistentia et æternitate, tum de natura et indole pœnarum infernalium.

ARTICULUS PRIMUS

DE EX1STENTIA ET /ETERN1TATE POENARUM INFERNALIUM

I. præcipua fidei capita. — Doctrina catholica de inferno ad hæc reducitur ¡ 1° *exislere* infernum ; 2° mox seu *immediate post mortem* animas peccatorum in infernum detrudi ; 3° pœnas inferni esse *ælernas* j 4° *inaequales* esse damnatorum pœnas ; 5° ita tamen ut omnes adulti *qui cum actuali peccato mortali decedunt,* etiamsi fuerint Christiani et opera misericordi® aliquando exercuerint, et pœnæ damni et pœnæ ignis perpetuo subjiciantur, 6° *absque mitiqalione essentiali.*

II. Inferni existentia. — Ab iis tantum negari potest qui aut animæ immortalitatem et necessitatem sanctionis post hanc vitam inficiantur, ut veteres Epicurei, Sadducæi, et generatim materialist», aut Dei personalis existentiam vel providentiam impetunt, ut athei, pantheist». Communis e converso fuit sententia totius generis humani esse infernum, nempe locum vel statum retributionis post mortem, quo animæ scelestorum hominum pro qualitate criminum puniuntur.

Traditionem universalem testantur, non solum poetæ, ut *Homerus* et *Virgilius*[1], sed et libri rituales antiquissimi. Apud Ægyptios *Liber Morinorum*[2], apud Assvro-Chaldæôs vetustissimum poema de *Descensu Islaris deo·, ad inferos*[3] asserunt et describunt supplicia quæ malis in altera vita infliguntur, sicut et *libri sacri Persarum* animas culpis inquinatas loco tenebrarum addicunt[4].

Veritas illa ex aliis primariis evidenter <l immi hiate fluit. Quum enim anima sit immortalis, qumnque Heus sit universalis provisor et gubernator, el insulliciens habeatur in hac vita sanctio, oportet ut in altera vita homo qui servaverit ordinem legis divinitus imposita· consequatur bonum seu præmietur, el qui ordinem legis praetermiserit, consequatur malum seu puniatur[5]. Puniri ergo animas post mortem est traditio apud omnes populos constans ; sed id quod luit apud multos deturpatum est dogma de pœna immediata, irrevocabili et æterna post mortem.

III. Animæ decedentium in peccato mortali MOX post mortem in infernum descendunt. — Hunc immediatum ingressum animarum in infernum negant omnes qui inficiantur judicium particulare post mortem, sive antiqui *Chiliastæ,* sive *Lulherani,* sive *recenliores proleslanles* qui contendunt fieri animabus evangelizationem seu prædicationem in vita futura ante universale judicium ; sive etiam *Schell,* qui existimat peccatori post mortem adhuc offerri salutem, nisi obstinate recuset*. Fuerunt etiam *primis Ecclesiae saeculis scriplores* qui opinarentur, sicut præmium electorum, ita poqpam damnatorum nonnisi post ultimum judicium conferri. Quam sententiam quidam Græci schismatici retinuerunt, ut testatur S. Thomas : « Per hoc autem excluditur error *quorumdam Graecorum,* qui purgatorium negant et dicunt animas ante

1. Homer., *Odyss.,* xi ; Virgil., *Æpieid.,* vi.
2. Cf. E. de Bougé, *Etudes sur le Rituel funéraire des anciens Egyptiens, Revue Archéologique,* 1860, t. I, pp. 73 ss.
3. Cf. Vigouroux, *La Bible el les découvertes,* t. III, pp. 123 ss.
4. Cf. Henri Martin, *La vie future,* c. i et n.
5. S. Thom.,111. *Coni. Genl., c.* 140.
6. Schell., *Kalholische Dogmalik,* B. III, 2, 748, 752. Quod opus fuit in *Indice* relatum 15 dec. 1898.

corporum resurrectionem neque ad coelum ascendere neque in infernum demergil. »

Valent pro præsenti dogmate documenta et probationes quæ jam stabiliunt catholicam *doctrinam de judicio particulari* quæque attulimus supra. Tum Scrîpturœ tum Traditionis aperta sunt testimonia. Christus Dominus exhibet divitem epulonem jam sepultum in inferno, ita ut mortem immediate sequatur pœna : « *Mortuus est dives et sepullus* est in inferno[15] » Quem textum expendens Tertullianus concludit animam (quam aliunde corpoream erronee putat) jam in inferno cruciari[8]. Unde fides illa jam ab initio in Ecclesia viguit. Sæculo iv illam iterum asserit S. Hilarius, qui ex parabola præcitata arguit et probat jam incepisse supplicium divitis, dum adhuc fratres sunt in terra, ita ut nihil sit *dilationis* aut *moræ;* hinc eïiatum : « *Excipii impios* statim *ultor infernus**. » Pariter S. Ambrosius impios Maximum et Eugenium in inferno jam exhibet, dum Theodosius cœlo gaudet ! « *Manet* in lumine Theodosius et sanctorum coetibus gloriatur... Côntra autem Maximus ct Eugenius *in inferno** » Tempore S. Gregorii Magni est ita recepta fides, ut ipse scribat i « *Credi necesse est quod* a die exitus sui *ignis reprobos exurat**. »

Expressa est definitio Benedicti XII, 29 jan. 1336 : e Definimus insuper quod *secundum Dei ordinationem communem animæ decedentium in actuali peccato mortali* mox *post mortem suam ad inferna descendunt,* ubi poenis infernalibus cruciantur' » ; et Cone. Florentini : « Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato vel solo originali decedunt, mox *in infernum descendere,* poenis tamen disparibus puniendas*. » Additur « secundum Dei ordinationem *communem* », ne excludi videatur absolute

1. S. **Thom.,** *IV Coni. Geni.,* c. xci.
2. Luc., xvi, 22.
3. **Tertull.,** *De Anima,* **lvhi** ; *P. L.,* n, 795-796. « Cur enim non putes animam et puniri et foveri in infernis interim sub exspectatione utriusque judicii ? » Cf. ibid., 697.
4. Cf. S. **Hilar.,** *Tract.* in Pe. u, **xlviii** ; *P. L.,* ix, 290 ss.
5. S. **Ambros.,** *De obitu Theodot.,* n. 39 ; *P. L.,* xxi, 1398.
6. S. **Gregor.** M., *IV Dialog.,* c. xxvm ; *P. L.,* **lxxvii,** 365.
7. **Denz.,** 531.
8. *Id.,* 693.

possibilitas quorumdam factorum quro in vita sanctorum referuntur, in quibus Deus ex quadam exceptione mirabili non statim inferno addixerit quosdam qui erani, inferno digni, sed ultimam sententiam suspenderit intuitu futuri miraculi.

Ratio theologica est obvia. Debetur actibus Immanis sanctio, simul ut terminatur status viæ seu sintus merendi vel demerendi. Atqui status merendi vol demerendi morte clauditur. Ergo statim post mortem dobotur actibus malis sanctio, quæ est inferni poma. « Eadem Dei providentia creaturis rationalibus præmia debentur et pœnæ, qua rebus naturalibus perfectiones eis debits) adbibentur. Sic est autem in rebus naturalibus quod unumquodque statim recipit perfectionem cujus est capax, nisi sit impedimentum vel ex parte recipientis vel ex parte agentis. Quum igitur animæ, statim quum fuerint separatæ a corpore, sint capaces et gloriæ et pœnæ, statim utrumque recipient ; nec differtur vel bonorum præmium vel malorum pœna quousque animæ corpora réassumantl. »

IV. Quid sit de exceptionibus sentiendum. — Constitutio Benedicti XII, ut vidimus, non excludit possibilitatem exceptionis ; ad facta quod attinet, duplex est hypothesis attendenda.

. In priori agitur de suspensione judicii, quatenus illi homines erant per miraculum revocandi ad vitam, ut narratur de pluribus resurrectionibus, v. g. catechumeni a S. Martino resuscitati[2] etc. Non fuerunt isti salvati, nisi quia redierunt *ad slalum vise,* in quo poenitentiam egerunt : unde pro ipsis mors illa non erat mors simpliciter dicta et definitiva, sed momentanea, ac propterea sententia divina potuit esse non definitiva. De his dicit Angelicus : « Non erant in inferno *finaliter* deputati, sed secundum præsentem propriorum meritorum justitiam ; secundum autem superiores causas, quibus prævidebantur ad vitam revocandi, erat aliter de eis disponendum[3]. » Remanet igitur inconcussa doctrina catholica, post mortem

1. S. Thom., *IV Coni. Geni.,* c. xci. Videantur cœteræ rationes quas ibidem evolvit S. Doctor.

2. S. Sulpit. Sever., *P. L.,* xx, 164.

3. q. lxxi, a. 5, ad 5.

simpliciter dictam seu definitivam, animas decedentium in actuali peccato mortali *mox* in infernum descendere, ut poenis æternis crucientur.

Altera hypothesis est de liberatione animæ inferno simpliciter deputatæ, quæ fuerit salvata absque reditu ad statum viæ, ut si Christus descendens ad inferos prædicaverit gentilibus iliisque salutem attulerit vel si S. Gregorius M. pro anima Trajani deprecatus illam ab inferno liberaverit. Quæ hypothesis est absolute excludenda. De prædicatione Christi spiritibus, dictum est supra quo sensu sit intelligenda ; opus porro quod illi theoriæ favet et quod olim adscribebatur S. J. Damasceno esse spurium hodie certo constat, et pariter historiam de anima Trajani esse fictitiam omnes critici concludunt[1]. Theoria ipsa repugnat doctrinæ sive S. Gregorii M. sive S. J. Damasceni, qui asserunt non jam esse locum redemptioni apud inferos nec licitam esse orationem pro damnatis[2][3].

Unde absolute credendum est et *poenas damnatorum incipere mox post mortem* et pœnas *esse ælernas**.

V. De æternitate poenarum. Errores. — *Platonici, Pythagorici aliique philosophi ethnici* verum conceptum pcenarum æternarum non attigerunt ; licet enim admiserint expiari culpas in altera vita, non tamen intelligunt immutabilem esse sortem, sed posse animas vel spiritus, post multas purificationes aut etiam transmigrationes, in pristinum statum restitui. Quem errorem aliquatenus excitavit *Clemens Alexandrinus,* sed præsertim nova forma proponit *Origenes,* non quidem pro certo doctrinam tradendo, sed per modum opinionis discutiendo et pertractando putat « in unum finem bonitate Dei per Christum suum universam renovandam esse creaturam, subactis etiam inimicis. Jam vero, si aliqui ex his ordinibus qui sub principatu diaboli agunt ac malitiæ ejus obtemperant,

1. Cf. Le Quien, *Disseri. Damascen.,* V ; *P. G.,* xciv, 197.

2. Cf. S. Gregor. M., *Moral.,* lib. XXXIV, c. xin ; *P.* ***L.,*** lxxvi, 729 : *tÆlerna tormenta* ». ÈtS. J. Damascen., *Il.DeOrthod. Fid.,* c. iv ; *P. L.,* xciv, 878[1] « Post *lapsum enim nulla ipsis poenitentia uli hominibus posl mortem.* »

3. Cf. M. Richard., *Diction, ihéol. calhol.,* v. « Enfer », col. 99 ss.

poterunt aliquando in futuris sæculis converti ad bonitatem, pro eo quod est ipsis liberi facultas arbitrii[1]. » At, si libertas proprie remanet, potest iterum ad malum deflecti ; unde aliquando videtur Origenes admittere mutabilitatem in angelis et animabus conversis, aliquando tamen immutabilitatem et perpetuam confirmationem in bono[2]. Origenismus porro quædam vestigia reliquit apud nonnullos scriptores ecclesiasticos. Errorem alio apparatu instaurabant illi qui *Misericordes* dicti sunt, qui nempe contendebant aut homines quandoque liberari a pœna, etiam infideles, aut saltem fideles qui in fide catholica perseverant, quantumcumque aliis criminibus involvantur, aut. saltem ex catholicis illos qui operibus misericordiæ insistunt, quamvis etiam aliis criminibus sint subjecti. Quos omnes confutant cx professo S. Augustinus et S. Thomas[3]. llæresim illam nostris temporibus renovant *Spirilistæ,* qui fingunt fieri post mortem conversiones, purificationes, transmigrationes[4]. Nimo quidam *pseudo-chrisliani,* qui volunt cum *Farrar* vel *Schell* fieri novam probationem post, mortem ; quorum sententia jam confutata manet ex dictis de judicio particulari.

VI. 1° Testimonia S. Scripturae. — Solent theologi testimonia illa ad triplicem seriem revocare.

Sub prima serie reponuntur textus quibus diserte affirmatur *poenarum perpetuitas el æternilas.* Id jam prænuntiat Vetus Testamentum : « Quis habitabit ex vobis cum ardoribus *sempiternis*[5]?... Et multi de his qui dormiunt in terræ pulvere evigilabunt, alii in vitam *æternam,* et alii in opprobrium, ut videant *semper*[6]. «Christus expressis et judicialibus verbis asserit : « Discedite, maledicti, in ignem *ivlernum*... Ibunt hi in supplicium *ælernum,* justi autem in vitam *æternam*[7]''. » Unde eodem loco et iisdem verbis

1. Origen., *De Principiis,* lib. I, c. vi, 1, 3 ; *P. G.,* xi, 165-169.
2. Cf. F. Prat, *Origène,* 1907.
3. S. Augustin., *De Civit. Dei,* lib. XXI, c. vn, xvii-xxii ; *P. L.,* xli, 720 ss ; S. Thom., hic in q. xcix (vel ci), aa. 2-5.
4. Spiritismus iterum damnatus est ab Ecclesia, decreto S. Ofllcii 24 aprilis 1917. *Aci. Apost. Sed.,* ix, 268; Denz., 2182.
5. Isai., XXXIII, 14.
6. Daniel, xii, 2.
7. Matth., xxv, 41, 46.

pronuntiatur beatitudo æterna et supplicium æternum. Apostoli eadem vi doctrinam prædicant : « Qui poenas dabunt in interitu *ælernas* a facie Domini[1]... Quibus procella tenebrarum servata est in *æternum*[2]... Et fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum, nec habent requiem die ac nocte... Cruciabuntur die ac nocte in *sæcula sæculorum*[3]. » — Vox porro *æterna, αιώνιο* , obvio sensu in Scripturis perpetuitatem proprie dictam significat, præsertim in Novo Testamento, ut periti demonstrant[4][5]Si quando pro duratione longa, non tamen perpetua, sumitur, id ex substrata materia deprehenditur, ut quum agitur de legalibus mosaicis ; at in præsenti substrata materia æternitatem veram importat, tum quia ex natura sua anima est immortalis, tum quia offensa infinita poenam exposcit æternam. — Cæterum, contextus liic æternitatem proprie dictam evincit ; nam instituitur antithesis inter justorum præmia et peccatorum supplicia; atque idcirco, sicut felicitas justorum est vere perpetua et æterna, ita pari jure æterna dicitur peccatorum poena.

Secunda series illos continet textus quibus supplicia dicuntur æterna per *negationem finis,* vel quia *mali nunquam ^regnum Dei consequenlur.* Sic Isaias tradit poenam esse absque fine : « Vermis eorum *'non morietur* et ignis eorum *non extinguelur*[6][7] » Licet quidam de excidio Jerusalem textum interpretentur, certissime tamen alluditur ad supplicia impiorum æterna ; unde Christus ipse de igne sempiterno intelligit : « In ignem *inexlinguibilem,* ubi vermis eorum non moritur et ignis non extinguitur. » Quæ verba *ter* repetita negationem finis magna emphasi et vi enunciant[8]. S. Paulus idem inculcat, dum tradit malos *nunquam* admissum iri ad regnum Dei : ;\ An nescitis quia iniqui regnum Dei *non possidedunl* 2... Qui talia agunt regnum Dei *non consequenlur'.* »

1. *II Thessal.,* i, 9.
2. Jud., 13.
3. *Apoc.,* xiv, 11 ; xx, 10.
4. Rem erudite expendit Pusey, *Whal is of faith as to everlasting punishment,* London, 1888, pp. 38, 39.
5. Isai., lxvi, 24.
6. Marc., ix, 42 ss. ; Matth., xviii, 8 ss.
7. *I Cor.,* vi, 9-10 ; *Gal.,* v, 21.

Tertia series complectitur textus qui asserunt *impossibilem esse liberationem* a poenis inferni vel *immutabilem* esse damnatorum sortem. « Non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem... Non exies inde, donec etiam novissimum minutum reddas[1]. » Ex quo ellicax præbetur argumentum : Ut damnati possent ab inferno liberari, deberent totum solvere debitum. Atqui hujusmodi conditionem nunquam poterunt adimplere, tum quia nequeunt amplius mereri et satisfacere, tum quia aliunde debitum habet quandam infinitatem propter infinitatem digni tatis divinæ, quæ fuit offensa. Ergo impossibilis est liberatio. — Asserit etiam Dominus sortem in inferno ita esse immutabilem, ut sit inter damnatos et sanctos *chaos* magnum quod nunquam transire fas erit*. « Et in his omnibus inter nos et vos *chgos magnum firmatum rsl,* ut hi qui volunt hinc transire ad vos non possint·, neque inde huc transmeare[8]. » Unde simul statuitur et immutabilitas damnationis in inferno et inamissibilitas beatitudinis in cœlo.

VII. 2° Traditio perpetua. — In primitiva Ecclesia, ante errores Origenismi, fides catholica absque ulla hæsitatione se prodit illamque communiter testantur scriptores ecclesiastici, qui S. Scripturæ verba repetendo recolunt ignem qui *nunquam exlinguetur*, ælernam* quoque ignis *condemnationem*[8], *ignem æternum*[8], ignem *perpetuum*[4], ignem qui *nunquam* finietur[8].

Exorta autem Origenistarum controversia, a sæculo m usque ad v, non ita resplendet dogma catholicum, quod nonnulii obscurare tentarunt ; semper tamen in prædi catione publica remanet, nec nisi apud paucos scriptores error insinuatur.

1. Matth., v, 26 ; Luc., xn, 59.
2. Luc., xvi, 26.
3. De doctrina Patrum legi potest M. Richard, *Dicton, Iht'ol. calhol.,* « Enfer », col. 47-83.
4. S. Ignat., *Ephes.,* xvi, 1.
5. S. Justin., *Apol.,* I, 12; *P. G.,* vi, 341.
6. S. Iren., *Conl. Hæres.,* lib. I, c. x, ŋ. 1 ; G., vu, 549.
7. Tertull., *De Præscript.,* 13 ; *P. L.,* n, 27.
8. S. Hippol., *Adv. Græcos,* 3 ; *P.* G., x, 801.

Ex Patribus Græcis citatur præsertim S. Gregorius Nyssenus, qui videtur docere universalem restitutionem, *nullo ex iis qui a Deo facti sunt excidente a regno Dei*[1] ; at nonnulli putant hæc scripta fuisse ab hæreticis interpolata, ut refert Nicephorus Callistus[2]. — Doctrinam autem de æternitate pœnarum invicte defendit apud Græcos S. Epiphanius[3].

Ex Ecclesia Latina, S. Ambrosius et S. Hieronymus præsertim citantur ut Origenismo aliquatenus faventes. S. Ambrosius aeternitatem quidem generatim docet quoad dæmones, infideles, impios ; sed videtur docere liberationem a supplicio eorum qui fuerunt ante mortem Ecclesiæ aggregati[4-6] Quæstio tamen esset determinanda, utrum intendat fideles *convertendos esse proprie in inferno,* an vero *in morte liberandos a* cu/pa, remanente pœna, quæ aliquando finietur in sæculo futuro. Quocirca possunt illi textus ambigui benigne explicari de conversione in hac vita. — Ad Hieronymum quod attinet, critici distinguunt duplicem in ejus vita phnsim : in priori quidem non sempfcr agnovit Origenismi pericula ; in altera vero, interveniente præsertim S. Epiphanio, errores Origenistarum acriter impuglTavit, ita quidem ut impios supplicio proprie æterno amandet, peccatores autem christianos a damnatione eximat®. Verum hic iterum quæritur utrum existimet christianos peccatores esse *convertendos in inferno* an potius intendat peccatores christianos *in poenitentia decessuros.* Licet autem nonnulli textus sint obscuri, in aliis integram doctrinam catholicam tuetur et inferni supplicio addicit *omnes* in quibus non habitat Christus®. — S. Augustinus fuit in hac materia, sicut in multis aliis, testis spectatissimus et doctor invictus qui doctrinam

1. S. Gregor. Nyssen., Orat, in illud : *Quando sibi subjecerit omnia ; P. G.,* xliv, 1313.
2. Nicephor. Callist., *Hist. Eccles.,* lib. XI, c. χιχ ; *P. G.,* cxLVi, 627.
3. S. Epiphan., *Episl. ad Joan. Hierosol. ; P. G.,* xliii, 385.
4. S. Ambros., in Ps. i, n. 54, et Ps. cxvm, Senn. XX, 23-29 ; *P. L.,* xiv, 951 ; xv, 1491, 1493.
5. Cf. S. Hieron., *In Isaiam,* lib. XVIII, c. lxvi, 24 ; *P. L.,* xxiv, 677.
6. *In Eccles., IV,* q. xu ; *P. L.,* xxxm, 1047.

integram de poenarum æternitatc vindicavit[1] et omnes erroris formas, prout etiam a *misericordibus* proponebantur, profligavit. — Nec minori efficacia S. Gregorius Magnus illud dogma illustrat et defendit[2].

Paulatim doctrina catholica, accedentibus supremi Magisterii declarationibus, mentes iterum in pace possidet. Syrorum fidem testatur S. Ephræm qui obiit, an. 373. Docet jam post mortem esse definitivam impiorum sortem[3]. ■Quæ autem ex ejus scriptis objiciuntur aliud intendunt : significant nempe diabolum *diam Ium* pomis subjectum mansurum esse, si omnes ab eo seducti n Deo veniam impetrarent, *ul enorinilas criminis jjuam durissime appareat.* Eodem modo explicandus est alius locus huic similis (in edit. Romana, nij 205»), ubi ait pernas gehenna· citius finituras esse quam cruciatus scrutatorum seu arianorum. Ibid. 595d, non de reprobis agitur, sed, ut ex praecedentibus apparet, de iis qui inter gehennam et paradisum reservantur'- et excruciantur, ut ante ingressum coeli plenam divinæ justitiæ satisfactionem dent. Unde textus ille veram doctrinam de purgatorio statuit, minime autem Origenismo favet. Quod autem Ephræm pro Bardesanc orare jubet, nihil probat (edit. Roman, ii 558f.), cum de nemine cum certitudine sciri possit utrum in statu gratia; mortuus sit necne. Cæterum S. Ephræm alternas pumas credidisse aperte testantur plurimi loci, ut edit. Rom., t. II, 354®, 257», 358% t. III, 243®, 311»-% 333', 638% 462'%

VIII. 3° Declarationes Ecclesiæ. — Fuit Origenismus pluries damnatus ab Ecclesia. Simul ut hæresis illa Roma; innotuit, sæculo iv, Anastasius Papa [4] illam generaliter proscribit simulque approbat illa principum responsa « quibus *unusquisque Deo serviens ab Origenis lectione revocetur*[5]. »

1. Cf. Epist CII, xxvii ; *P. L.,* xxxm, 381 ; *De Civit. Dei,* l. XXI, c. vu, xxiii, etc. ; *P. L.,* xli, 720, 741-752. — Cf. A. Lehaut, *L'Eternité des peines de l'enfer dans saint Augustin,* 1912.
2. S. Gregor. M., *Dialog.,* lib. IV, cc. xxxvn-xxxix : *Morat.,* lib. IX, XV; *Epist.,* lib. VII, etc.
3. *Carm. Nisib.,* lxiv, 25.
4. Ita G. Bickell, Car/ті. *Nisib.,* edit. 1866, q. 200, not.
5. Anastasius I, *Epist. I,* n. 5 ; *P. L.,* xx, 71-72.

— At, quia error semper grassabatur, fuit coacta Constantinopoli, opera Justiniani imperatoris, sub Menna patri-, archa, Synodus quæ canones edidit contra Origenem (543). Hos canones Summus Pontifex Vigilius, Patriarchæ omnes, plurimi Episcopi subscriptione confirmarunt, ut haberent vim declarationis totius Ecclesiæ docentis[1]. Sufficiat ultimum recolere, qui ad rem præsentem præcipue spectat : « Si quis dicit aut sentit ad tempus esse dæmonum et impiorum hominum supplicium ejusque finem aliquando futurum, sive restitutionem et redintegrationem fore dæmonum aut impiorum hominum, A. S. » — Iterum Concilium Constantinopolitanum II (553) « anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Nestorium, Eutychen, *Origenem,* cum impiis eorum conscriptis[2] » — Symbolum Athanasianum eodem fidei articulo asserit aeternitatem et præmiorum et pcenarum : « Et qui bona egerunt ibunt in vitam æternam, qui vero mala, in ignem aeternum[3]. » — Concilium Valent. III confitetur Deum « malos præscisse per propriam malitiam malos futuros et per suam justitiam *ælerna ultione* damnandos[4] » — Innocentius III declarat : « Poena originalis peccati est carentia visionis Dei, actualis vero poena peccati est *gehennæ perpeluæ* cruciatus[6-7] » — Concilium Dater. IV confitetur utramque æternitatem, et pœnæ et gloriæ : « Illi cum diabolo pœnam *perpetuam* et isti cum Christo gloriam *sempiternam**. » — Concilium Tridentinum exhibet hoc dogma ut penitus inconcussum et etiam ab hæreticis admissum, dum recolit *pœnas æternas*[1].

IX, 4° Rationes théologieæ (q. xcix vel ci, a. 1). — Arg. IUm, *ex notione peccati mortalis,* quod importat perpetuam separationem a civitate Dei. Secundum justitiam humanam, qui peccat in aliqua civitate redditur dignus ut totaliter a civium consortio repellatur, vel per exsilium perpetuum

1. **Denz.,** 203-211.
2. *Id.,* 223.
3. **Denz.,** 40.
4. *Id.,* 321.
5. *Id.,* 410.
6. *Id.,* 429.
7. *Sess.* VI can. 25; **Denz.** 835.

vel étiam per mortem : unde pœna illa ox ho cet æterna, ita ut, si homo in æternum viveret, etiam in niternum a societate excluderetur. Atqui per peccatum mortale homo totaliter peccat contra civitatem Dei amittendo charitatem, quæ est vinculum civitatem praedictam unione. Ergo secundum justitiam divinam dignus redditur ut separetur ab illa civitate, quamdiu remanet absque clmritate. Sed peccator in statu peccati decedens remanet in æternum absque charitate. Ergo remanet in a terniim exclusus a Dei civitate, quod est proprie poma a Ierim.

Arg. IIuni, *ex voluntate per quam peccatur.* Hcqnirit justitia ut pro voluntate remanendi perpetuo in peccato infligatur pœna perpetua. Atqui peccans mortaliter, quantum ex se est, voluntatem habet manendi perpetuo in peccato. Ergo. Prob. min. Qui peccat mortaliter pra>-îert Deo bonum temporale et actu ipso exercito pronuntiat Deum esse infra bonum temporale, cum bonum illud supra Deum ametur, unde est practice ita dispositus ut, si bonum istud esset æternum, perpetuo illud præferret Dei fruitioni. Ergo in electione voluntatis vult, quantum est de se, bono temporali adhærerc perpetuo et in perpetuum Deo carere ; ac proinde justissimus Dens, scrutator cordium et voluntatum, peccatum punit poma interna perinde ac si esset æternum.

Objicitur : Peccatores, etiam scelestissimi, dum peccant, aliquando sibi proponunt conversionem pro luturo. Ergo indicium est voluntatem non intendere malum in perpetuum. — *Resp. :* Propositum illud non est verum, nam homo peccans mortaliter finem suum omnibus perpensis et practice in bono creato reponit et, quantum est de se, vult illi in perpetuum adhærere. Cæterum, se ponendo voluntarie in statu a quo non potest erui nisi divinitus adjutus, eligit remanere semper in illo- statu, sicut, si aliquis se in foveam projiceret, vellet practice in æternum ibi remanere, quantumcumque aliud cogitaret, ut scite animadvertit S. Thomas.

Arg. IIIum, *ex infinitate offensae.* Cum debeat esse proportio inter offensam et pœnam, ubi est offensa infinita, ■debet esse pœna quodammodo infinita. Sed peccatum mortale importat offensam infinitam, eo quod lædit dignitatem Dei infinitam. Ergo peccatum mortale meretur

pœnam aliquo modo infinitam, non quidem intensione, sed duratione, idéoque æternam. Ratio illa innotescit ex dictis m tractatu de Incarnatione, ubi ostensum est nullam creaturam, sed solum Deum incarnatum, satisfacere posse pro peccato mortali, quod infinitam importat offensam[1].

Argnm. IV, *ex irremissibiliiale culpæ.* Æquum est ut, remanente culpa, perseveret pœna. Sed culpa in damnatis remanet in perpetuum ; nam mox post mortem fit judicium et anima perpetuo persistit in suo statu aversionis a Deo ; unde nullus est post vitam locus redemptioni aut veniæ[2][3] Ergo in perpetuum et absque fine remanebit pœna.

Arg. Vum, *ex necessitate sanctionis efficacis.* Requiritur absolute sanctio ita efficax, ut nequeat homo Deo impune resistere iliumque irridere. Atqui, nisi detur infernus *æternus,* non erit illa sanctio efficax, sed poterit homo semper Deo resistere illumque irridere dicendo * Deo non serviam , nec illius supplicia timeo, quæ aliquando habebunt finem ! Ergo conceptus sanctionis efficacis infernum *aeternum* postulat".

Quæ argumenta, supposita revelatione, optime suadent dogma de æternitate poenarum omnino cum ratione congruere.

1. ***De Verbo^Incam.,*** q. i, art. m
2. Cf. diets supra de judicio particularia
3. Cf. P. **Monsabb**Æ, Carême 1889.

ARTICULUS SECUNDUS

DE NATURA ET INDOLE PŒNAUUM INFERNALIUM

1. Inæqualitas poenarum. — Eat d i; Finn.

Scriptura testatur judicium durius vel mitius foro pro qualitate peccantium : « Quoniam judicium *durissimum* his qui præsunt fiet. *Exiguo* enim conceditur misericordia ; *potentes* autem *potenter* tormenta patientur... Eortioribus autem fortior instat cruciatio*. » Christus monet in judicio non fore sortem in omnibus æqualem, sed plus minusve intolerabilem pro peccatorum diversitate : « Verumtamen Tyro et Sidoni *remissius* erit in judicio quam vobis[1]. » S. Joannes in Apocalypsi recolit gradum pœnarum respondere gradui culpæ seu adhæsionis bono commutabili : « *Quantum* glorificavit se et in deliciis fuit, *tantum* date illi tormentum et luctum[3]. » Regulam statuit Apostolus qua fit retributio bonis et malis : « *Reddet unicuique secundum opera ejus*[4]. » Constat autem opera esse inæqualia sive in bonis sive in malis, sicut est inæqualitas in virtutibus et peccatis. Ergo inæqualitas erit tum in præmio tum m pœna.

Hinc d e f in it io Concilii Later. IV : « *Redditurus singulis secundum opera sua, tam reprobis quam electis*[5]. » Quai verba manifeste important inæqualitatem in pœna reproborum, sicut et in beatitudine electorum.

Doctrina illa est necessaria et evidens sequela catholicæ doctrinæ de distinctione tum numerica tum specifica peccatorum. Requirit quippe justitia ut, quemadmodum diverso merito diversum præmium respondet®, ita peccatis inaequalibus inaequales infligantur pœnæ. Atqui, cum pec-

1. *Sap.,* vi, 6, 9.
2. Luc., x, 14. — Cf. Ma t t h., x i, 22.
3. *Apoc.,* xviii, 7.
4. *Rom., n.* 6.
5. Cap. *Ftrmiler ;* D e n z., 429.
6. CL vol. i, *De Deo Uno,* q. iv, art. vi.

cata distinguantur et numero et specie, est necessario quædam in illis inæqualitas, quatenus sunt vel plura vel graviora ; sicut qui furatus est septuagies septies et qui sese per adulterium et incestum polluit, sontiores sunt eo qui semel furatus est et eo qui fornicationem solam et semel admisit. Ergo requirit divina justitia ut sit inpœnis inæqualitas.

II. Illa tamen inæqualitas non officit quominus omnes qui in mortali peccato decedunt æternis addicantur suppliciis. — Constat *ex damnatione sive Origenistarum, sive Misericordiam,* qui ab æterna damnatione eximebant fideles vel saltem illos qui opera misericordia' in hoc mundo exercuerint.

Scriptura figmentum illud excludit et reprobat. *Christus Dominus* expresse asserit non sufficere fidem, sed requiri adimpletionem mandatorum seu charitatem : « Non omnis qui dicit mihi : Domine, Domine, intrabit in regnum cadorum, sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cadis est'. » Et in forma judicii soleinnis nullum a damnatione peccatorem excludit, sed omnes a se repellit qui operati sunt iniquitatem : « Discedite a me, *omnes operarii* iniquitatis[2]. » Porro quicumque peccatum mortale admittit est operarius iniquitatis et Deo creaturam anteponit. Ergo, ex verbis Christi, omnis qui mortaliter peccat damnationi subjicitur. — S. *Paulus,* enumerando peccata quæ a regno Dei excludunt, non sola peccata contra fidem aut contra misericordiam attendit, sed generatim peccata mortalia, quæcumque sint : « Nolite errare : neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri,'neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt[3]... Fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æinulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, et his similia... regnum Dei non consequentur*... Omnis fornicator aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hæreditatem in

1. Matth., vii, 21.
2. Luc., xm, 27.
3. *I Cor.,* vi, 9-10.
4. Gal., v, 19-21.

regno Christi et Dei*. » — lino, Scriptura2 insinuat rationem cur fideles vel misericordes aliunde peccatores non possint a damnatione eximi : a hides sine operibus mortua est. » Ergo non potest a morte salvaro. Aliunde « quicumque totam legem servaverit, *offendat autem in uno, factus est omnium reus* ». Ergo quicuinque servat legem quoad opera misericordiæ et negligit alia opera, reatum do transgressione legis incurret et ita æternaliter punietur. Insuper Scriptura exhibet charitatein ut *oestem nuptialem* sine qua nemo intrabit in cœnain patrisfamilias1, ut virtutem sine qua nihil nobis prodest, etiamsi linguis hominum loquamur et angelorum, et tradiderimus corpus nostrum ita ut ardeamus4.

Definitiones Ecclesiæ sunt expressa; : l*i fidi; esi non sufficere ad justificationem solos actus fidei, sed requiri alios actus, sicut etiam sunt præter (idem alia præcepta®. Docet pariter Ecclesia actualis peccati mortalis pœnam esse gehennæ perpétuai cruciatum et animas omnium decedentium in peccato mortali *mox* ad infernum descendere. Documenta jam exposuimus.

Quapropter concludit S. Thomas (a. 5). « Quicumque cum peccato mortali decedunt, nec fides nec opera miseri cordiæ eos liberabunt a pœna æterna, otium post quantum cumque spatium temporis. »5.

1. *Ephes.,* v, 5.

2. Jac., n, 20, 10.

3. Matth., xxii, 11, 12; cf. S. Gregor. M., *Ilomil.* XXXVIII, *in Euang.,* n. 9 ; *P. L.,* lxxvi, 1287.

4. *I Cor.,* xm, 1-3. Quæ argumenta scripturistica excludunt, opinionem quorumdam etiam recentiorum, qui existimant non præcipitari in infernum peccatorem qui semel tantum peccat, sed solum peccatores inveteratos. Licet concedamus Deum facilius parcere iis qui.ex infirmitate labuntur, tenendum omnino est uno tantum peccato mortali hominem effici operarium iniquitatis, qui Deo bonum commutabile præfert ; et, eo quod finem suum in creatura ponit, vult a Deo in æternum separari, ac subinde meretur æternum supplicium. Recolantur et attendantur effata S. Scripturæ, quibus illae opiniones removentur : qui offendit in uno fit omnium reus, qui semel peccat amittit vestem nuptialem et dignus efficitur qui projiciatur in tenebras exteriores. Ecclesia dicit decedentes in *peccato mortali* damnari. — Has opiniones confutat quoque P. Lêpicier, pp. 236 ss.

5. Sess. VI, cap. v, vi, can. 9 ss., 19 ; Denz., 797, 798, 819 ss.,. 829.

III. Omnes damnati qui in actuali peccato mortali decesserunt subjiciuntur et pœnæ DAMNI et pœnæ SENSUS. — Sortem eorum qui cum solo originali e vita migrarunt expendimus supra. Præsens vero conclusio tum Scriptura tum Traditione asseritur. — Pœna *damni* consistit directe in privatione visionis divinas et consequenter in afflictione quæ ex tanto detrimento oritur ; pœna autem *sensus,* sic dicta per analogiam cum pœna physica quæ sensum physice allicit, reponitur in aliquo malo physico, molestia nempe vel dolore qui ab agente extrinseco creato infligitur, eo quod peccator bono creato indebite adhæserit.

Scriptura modo unam, modo alteram, modo utramque pœnam commemorat : « *Discedile a me,* omnes operarii iniquitatis[1] (pœna damni). » — « Mittent eos in *caminum ignis*[2] (pœna sensus). » — « Et qui non inventus est in libro vitæ scriptus missus est in *stagnum ignis*[3] (pœna sensus). — *Discedile a me, maledicti* (pœna damni), *in ignem* aeternum (pœna sensus)[4] »

Documenta ecclesiastica sunt jam recitata. *Innocentius III*[5] exponit pœnam damni esse carentiain visionis divinæ et infligi etiam pro peccato originali, pœnam vero sensus esse cruciatum gehennæ perpetuæ et infligi pro peccato actuali : « Pœna originalis peccati est carentia visionis Dei, actualis vero pœna peccati est gehennæ perpetuæ cruciatus[6-7] » *Benedicius XII* et *Concilium Florentinum,* postquam definierunt animas quibus nihil luendum superest mox in cœlum recipi et visione Dei intuitiva frui, addunt animas in peccato mortali decedentium in infernum descendere pœnisque infernalibus *cruciari, puniri*[3]. Quæ verba important damnatos et Dei
j visione carere et aliis pœnis cruciari.

De pœna sensus valent quæ dicta sunt supra de pœna ignis'.

1. Luc., XIII, 27.
2. Matth., XIII, 42.
3. *Apoc.,* XX, 15.
4. Matth., XXV, 41.
5. Denz., 410.
6. Denz., 531, 693,
7. Q. III, art. I et II.

Ratio theologica ex notione peccati inori,alis profluit. Duo sunt in omni peccato mortali actuuli conjuncta : aversio a Deo et conversio ad creaturas. Porro jouii.simum est ut qui a Deo se voluntarie avertit rcinmn al. m a-tcrnum a visione Dei segregatus, et qui finem suum m i t ratons posuit, indebitam delectationem in ipsis qmrrmdo, in pœnam a creaturis affligatur, juxta illud ollntiim *Per quæ quis peccal, per hæc et torquetur,* Ergo omni pr< (ato mortali actuali duplex respondet pœna : privatio nempe visionis divinæ seu pœna damni, quæ esi, π·ιρη<· *damnum* per antonomasiam ; et afllictio qua· a en atm ni ut instrumentis divinæ justitiæ imponitur, quæqiir dicitur poma sensus. Quum autem aversio el. conversio supra dicta sint intrinsecæomni peccato mort ali actuali, duplici <| inm pu na obstringitur quicumquc mortaliter peccat, sive fidelis sit sive infidelis.

IV. Opinio r e j i c i e n d a . — Si hæc omnia perpendantur, nulla prorsus ratione tolerari poterit theoria quorumdaml, quæ ethnicos philosophos vel hodiernos paganos; qui nihil de Evangelio audierunt, a pœna sensus eximit et limbo cum infantibus amandat. — Si sermo esset de illis infidelibus qui etiam in ætate adulta caruerint pleno rationis et liberi arbitrii exercitio, ut sunt semifatui, difficultas nulla moveretur ; at, si agatur de pjerisque adultis, qui veram vitam rationalem adepti sunt, hypothesis est simpliciter i m p r o b a n d a . Nam illi homines tenentur Deum eligere ut finem suum ultimuml et ad ordinem supernaturalem vocantur ac gratias ^actuales habent quibus possint ad Deum converti ; si enim faciunt quod in se est viribus gratiæ actualis, alias uberiores recipient gratias, quibus poterunt tandem gratiam justificationis adipisci. Si autem2

1. Hanc opinionem docuerunt sæculo xvi Trithemus, Claudius Seyssel, archiepiscopus Taurinensis ; sæculo xvm Bergier ac Feller, imo episcopus Franciscus de Partz de Pressy ; sæculo χιχ, de la Luzerne, Muzarelli, Frayssinous ; ipsi aliquatenus favent de Broglie, d'Hulst, etc. ; sæculo xx, Bonomelli, et quidam theologus in Gallia, in opusculo-De *la predestination et ■du sort final des païens,* Paris, 1905, collect. « Science el Religion ». Fuit, sub alia forma, recentissime proposita.

2. Cf. T h o m., Ia Πββ, q. l x x x i x , a. 6 ; et Comment, in h. l.

gratiis illis resistunt, si præceptum primum negligunt et alia frangunt, nec sunt excusandi nec a sensus pœna eximendi, quia in bono creato propria electione finem suuin reposuerunt[1].

V. Acerbitas utriusque pœnæ. — *Pœna sensus* est principaliter pœna ignis, de qua supra, et insuper tenebræ inferni ; societas reproborum, quæ multum dolorem augebit ; vermis qui non moritur, scilicet perpetuus remorsus quo semper videt damnatus culpam semperque sui accusator existit[2].

Maxima afflictio est *pœna damni.* Tanto enim quis magis patitur, quanto majus videt esse bonum quo privatur ; sicut magis dolemus de morte parentum quam aliorum, eo quod mors parentum nos majori et intimiori bono privat. Porro damnati vident clarissime bonum divinum quod sua culpa amiserunt esse summum bonum et unicum finem. Ergo de illius boni amissione magis dolent quam do alio quovis malo. — Hinc oritur summa desperatio, cum certo sciant reprobi se in perpetuum omni auxilio destitutos, absque ulla vicissitudine diei aut noctis, in eodem supplicii statu, in quo non est hodie vel cras sed eadem semper nox, eademque semper inexorabilis duratio in perpetuum...

Dolores illi sensum et conceptum nostrum superant ; sed ratio illos aliqualiter suspicatur, dum recolit esse ex parte rei *offensam infinitam* et ex parte judicis *justitiam infinitam,* cui præsto est potentia infinita ! Ut enim Deus agnoscatur Deus, requiritur pœna *æterna,* nam, si pœna finiretur aliquando, posset peccator Deum irridere, ut ostensum est art. præced., η. ιχ ; et pœna *horrenda et acerbissima,* nam, si foret infernus tolerabilis, posset iterum peccator impune Deo resistere. Ergo hæc duo suadet ratio sana : et infernum *ælernum* et infernum *horrendum,* intolerabilem, ineffabilem prorsus...

VI. De loco inferni. — Pauca sunt addenda his qua>

1. Quæstionem versamus in libro : *Hors de l'Eglise, point de salui.* I P., c. iv. — Cf. M. Richard, *Diction, thiol. caUiol.,* art. « Enfer », col. 98-99 ; Capéran, *Essai Ihéologique.*

2. Cf. S. Thom.', hic q. xcvn (vel xeix), aa. 1-4.

diximus supra de diversis receptaculis. Quia S. Paulus tradit Christum descendisse *in inferiores parles lerræl,* concluditur inferos generatlm et præsertim infernum damnatorum esse sub terris. Licet porro nihil sit definitum, sententia communis est quam jam expressit S. Augustinus : « Magis mihi videor docere debuisse quod *sub terris* sint (inferi) quam rationem reddere cur sub lenis esse credantur, sive dicantur quasi non ita sit'. » Cui adho-rent S. Hieronymus, S. Gregorius M., S. Isidorus, S. Thomas, etc.[9] Unde Concilia, nempe Lugdunense, in proiessione fidei Michaelis Palæologi[4], Florentinum, in decreto pro Græcis[8], sicut et Benedictus XIIe, docent animas decedentium in peccato mortali *ad infernum* dhscendeju·:.

VII. De mitigatione poenarum. — Potest mitigatio poenarum multipliciter intelligi.

Primo quidem, ut dicatur quantitas pœnæ in judicio Dei non adæquari culpæ, sed ex misericordia Dei taxari infra condignum[7]. Huic dicendi modo favet S. Thomas : « In damnatione reproborum apparet *misericordia,* non quidem totaliter relaxans, sed aliqualiter allevians, dum punit *citra* condignum[8]. »

Secundo intelligi potest mitigatio pœnæ accidentalis ex duplici capite ; quatenus pœna peccatis venialibus debita sit mere temporalis et aliquando finem habitura, et quatenus pœna pro peccatis mortalibus jam remissis possit aliquando totaliter solvi et desinere. Hæc opinio catholicam veritatem nullatenus offendit et multis theologis placet, non solum Scoto, sed et recenlioribus*. Verum

1. *Ephes.,* iv, 9.
2. S. Augustin., *Retract.,* lib. II, c. xxiv, n. 2 ; *P. L.,* xxxii, 640.
3. Cf. S. Hieron., *In Epist. ad Ephes.,* tv, 9 ; S. Gregor. M., *Dialog.,* lib. IV, c. xlii, xlix ; S. Isidor., *Origen.,* lib. XV, c. ix; S. Thom., hie a. 7.
4. Denz., 464.
5. *Id.,* 693.
6. Constit. 29 jan. 1336; Denz., 531.
7. Card. Billot, q. in, thes. III.
8. S. Thom., I P., q. xx, a. 4, ad 1. — Cf. hie, q. xeix (vel ci), a. 5, ad 1.
9. Cf. Tanquerby, n. 935.

alii reponunt[1] : Pœna venialibus debita non potest remitti niai remissa culpa. Sed culpa venialis non remittitur in inferno. Ergo nec pœna, quæ idcirco per accidens, ratione status in quo est debitor, fit æterna. Pariter, ut pœna pro peccatis mortalibus remissis solvatur, oportet ut debitor sit creditori gratus et acceptus : nam, si remanet semper inimicus, non acceptabitur solutio debiti : nec per modum satisfactionis, ut patet ; nec etiam per modum satispassionis, quia nunquam est satispassio, quando debitor remanet exosus -debitori. Atqui in inferno debitor nunquam erit creditori acceptus, sed semper inimicus et exosus. Ergo nunquam remittetur pœna, quæ idcirco, licet in se temporalis, fiet per accidens æterna, ut dictum est de pœna venialibus debita[2][3]

Tertio, posset intelligi mitigatio per progressivam diminutionem, ita ut pœnæ aliquando desinant vel quasi desinant. Hoc sensu est HÆRETICA, utpote eversiva catholici dogmatis de *ælcrno* et *horrendo* inferno.

Quarto, potest concipi progressiva diminutio poenarum per quamdam legem certam, itu ut semper reducatur pœna[4], quin tamen unquam finiatur. Licet hic modus aliqualiter salvet æternitatem pœnarum, non potest tamen sustineri, teste cardinale Billot, absque nota temeritatis, quia est contra receptam in Ecclesia sententiam ; nota scandalositatis, quia præbet occasionem ruinæ spiritualis, enervando timorem pœnarum æternarum ; notaque erroneitatis, quia contradicit verbis Domini asserentis simpliciter ignem esse inextinguibilem et supplicia inferni esse æterna, sicut vita et beatitudo est æterna in cœlo, id est absque ulla dimiriutione vel decremento*.

Quinto, intelligi potest mitigatio, non quidem per diminutionem successivam lege quadam certa et universali, ut dictum est, sed quatenus ex misericordia divina sors

1. Cf. præsertim card. Billot et P. Lépicier, in h. l., pp. 231 ss,, 244.

2. Cf. Estium, in *IV Sent.,* dist. XLVI, n. 3.

3. Juxta Porretanos, hoc modo proceditur in diminutione pœnarum per suffragia, sicut proceditur in divisione linearum ; quam sententiam confutat S. Thomas, hic in *Supplem.,* q. lxxi, a. 4.

4. Card. Billot, q. m, thés. III, § 4.

damnatorum tolerabilior fiat, sive interdum, v. g. in commemoratione resurrectioni» dominicæ, ut *poetice* fingit Prudentius[1], vel propter suffragia quæ in Ecclesia fiunt, sive etiam successive, pro beneplacito divino. Hanc opinionem Petavius tribuit S. Chi vnoslorno el. dicit permitti a S. Augustino[2], multaque eruditione exponit Emery[3].

VII. Verum NE ISTA QUIDEM FORMA TOLERARI POTEST. — Imprimis, concedi non debet, quod n serit Petavius, hanc sententiam ab Augustino permitti. Nam, in locis allegatis[4] S. Doctor loquitur de purgatorio, in «pio suffragia Ecclesiæ aut totaliter liberant anima', aut tolerabiliorem reddunt poenam cui sunt addici.« l »intinguit enim Augustinus *valde bonos,* seu beato.. ; non *valde malos,* seu qui in purgatorio expiantur ; et *valde malos,* n« u damnatos. « Pro valde bonis gratiarum actiones sunt ; pro non valde malis, propitiationes sunt ; pro valde malis, etiamsi *nulla sunl adjumenta mortuorum,* qualescumque vivorum consolationes sunt. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt ut sit plena remissio, aut certe ut tolerabilior fiat ipsa damnatio. » Unde tenet Augustinus *nulla esse adjumenta mortuorum* in inferno existentium ; sed solum prodesse suffragia non valde malis, in purgatorio, vel ut sit plena remissio, vel ut minuatur et liat tolerabilior poena temporalis, cui sunt interdum addicti.

Nec etiam concedi debet S. Chrysostomum huic sententiæ favere[5] ; vult enim ille orationes fieri posse pro omnibus defunctis, etiam pro his de quorum salute nulla spes nobis remanet, quia nunquam nobis constat tales aut tales iricurrisse æternæ damnationis pœnam*.

Nonnulli allegant locum S. Basilii, iri quo pius Doctor supplicationes Deo porrigit pro his qui detinentur in

1. Prudentius, *Cathem. hymn.,* v, 125.
2. Petavius, *De Angelis,* lib. III, c. vm, n. 16 ss.
3. Emery, *Dissertation sur la mitigalion de la peine des damnés.* Œuvres complètes, edit. Migne, 1857, pp. 1358 ss.
4. S. Augustin., *Enchirid.,* 110-112; *P. L.,* xl, 283-284.
5. S. ChrYSOST., *Homil. III* in Epist. *Philipp.,* 3-4 ; *P. G.,* lxii, 203.
6. Card. Billot carpit in hac parte Petavium monetque ab ejus *temerariis assertionibus* cavendum. Loc. cit., § 3.

inferno. Verum hic textus non reperitur in operibus genuinis S. Basilii[1] ; et ceterum posset intelligi, non de inferno damnatorum, sed de inferno purgatorii, sicut etiam catholica liturgia deprecatur : *libera eas de pcenis inferni,* scilicet de purgatorio.

Citant etiam S. Joannem Damascenum, *De iis qui in fide dormierunl.* Sed liber ille non est authenticum Damasceni opus, et insuper mitigatio de qua volunt hic esse sermonem, intelligi potest de animabus in purgatorio detentis; dum, firmissime, asserit ille auctor peccatores in inferno, seu damnatos, omni consolatione destitui[2].

Demum, invocant sententiam Græcorum, qui mitigationem tuentur. Verum sufficiat animadvertere Græcos illos ex alio capite graviter errare, quia volunt sententiam usque ad judicium finale differri ; de fide autem est mox post mortem animas decendentium in peccato mortali ad infernum descendere, ut explicatum est supra. Juxta S. Thomam, illa opinio est præsunçptuosa, *ulpole sane·lorum dictis contraria, el* vana, *nulla auctoritate fulta*[3].

Breviter confutatur. Christus Dominus et Sancti et Concilia pronuntiant pœnas damnatorum eodem modo fore ætemas, quo æterna erit beatorum felicitas (art. præced., ηl§ νι-νπι). Atqui felicitas beatorum est æterna absque diminutione et decremento. Ergo nec est in pœnis damnatorum decrementum aut diminutio. — Cæterum, suffragia non possunt alicui prodesse, nisi pertineat ad" communionem sanctorum, cujus vinculum est charitas. Sed damnati sunt simpliciter et absolute extra charitatem et communionem sanctorum. Ergo . nullatenus possunt eis suffragia prodesse. — Demum, cum pœna sit propter culpam, eodem modo remanet sicut culpa, ac subinde nihil remitti potest de pœna, nisi aliquid de culpa remittatur. Sed, in inferno, nihil minuitur de culpa, quæ est simpliciter indelebilis. Ergo nihil minuetur unquam de pœna, quæ erit simpliciter irremissibilis[4].

1. Cf. hac de re Méric, *L'autre oie,* t. II, p. 313, et Lb Quien, *Ve Dissertation sur le dogme du Purgatoire chez les Grecs.*

2. Cf. *P. G.,* xciv, 277.

3. S. Thomas, supra, q. lxxxi, a. 4.

4. Quia sententia Emery fuerat hisce temporibus suscitata **a** D. Garrigue», periodicus commentarius *L'Ami du Clergé.*

IX. De voluntate et intellectu dnmmitorum (ex q. xcvm, vel c). — Cum natura in cia remaneat, Hocundurn lioc bona poterit in eis esse voluntas naturalis, non nutem voluntas deliberativa, quæ est bona solum per oxlinom nd ilnein ultimum; unde, etsi aliquod bonum velint, mm lumen bene volunt illud, ut ex hoc voluntas eorum bona diei possit (a. 1).

Nec proprie pœnitent, per se loquendo, <le ρ‹·‹·‹ til.i·. , quia voluntas malitiæ peccati in cis romnm l ni>d solum per accidens, in quantum affliguntur do pmn.i <pmm pi<> peccato sustinent (a. 2).

Quia damnatis melius est non esse (piam asuc miseros, sic appetunt non esse : non quidem simpla ilei, eum nullus appetat simpliciter non esse ; sed quatenus non enim esi, aliquod bonum, scilicet liberativum a miseria et ablativum poenalis vitæ (a. 3).

Perversa autem voluntate ac sublata charitate, omnis affectio vera desinit, et idcirco damnati perfectum odium habent erga bonos vellentque omnes bonos esSe damnatos (a. 4). Et præsertim, Deum percipientes in effectu justitiæ, qui est pœna, eum odio habent, sicut et pumas quas sustinent (a. 5).

Quum tamen damnati sint simpliciter *In Irrtnino,* non demerentur de novo, sed totum demeritum sequentis culpæ videtur ad primam culpam pertinere (a. β)*.

Damnati non privantur notitia quam in hoc mundo sibi comparaverunt, imo quasdam species habent n Deo infusas, ut tota eorum vita cum actibus semper ipsis repræsentetur ; sed hæc cognitio erit materia tristitiæ, dum considerabunt se amisisse sufnmam notitiæ perfectionem quam poterant adipisci (a. 7).

De Deo non cogitabunt ut est totius bonitatis principium, sed solum quatenus manifestatur in effectibus, ut punire, etc. (a. 8).

In judicio, damnati cognoscent beatos esse in quadam gloria inæstimabili, et ex hoc turbabuntur *timore horribili,*

illam iterum expendit et erudite confutavit, an. 1920, pp. 662-<667.

1. Cf. quæ diximus alibi de termino meriti vel demeriti, in tract. *De Gratia.*

et post judicium memoriam habebunt gloriæ beatorum quam in judicio viderunt, vel ante judicium, et boc erit eis tormentum ; sed ulterius affligentur in hoc quod videbunt se indignos reputari etiam videre gloriam quam sancti merentur habere (a. 9).

X. Necessarium ad mores informandos monitum. — « Hæc sunt quæ Pastores fidelis populi auribus sæpissiine inculcare debent : nam hujus articuli veritas fide concepta maximam vim habet ad frænandas pravas animi cupiditates atque a peccatis homines abstrahendos. Quare in Ecclesiastico' dictum est : *In omnibus operibus luis memorare novissima lua, el in æiernum non peccabis*[1], »

1. *Ecdt.,* **vn, 40.**
2. *Catechism. Cone. Trident.* **P. I, art. 7, n. 1L**

GENERALIS AC PIA CONCI |I?.|O

totius Tractatus de Novirmimia

Peracta omnium consummatione, hutuque coi pm t(l„ resurrectione ac completo finali judicio, dm..... Ii m π,ı, lh(, recludentur in perpetuum cum diabolo el Miigclin <|n sancti cum Deo regnabunt et fulgebunt in mpn·» t.; eorum in perpetuas aeternitates.

Jamque implebuntur perfectissime en (pin pm-dlcll, Api, tolus : « *Deinde finis, cum Iradideril regnum Deo et cum evacuaverit omnem principatum et potestatem el virtutem.* Oportet autem illum regnare, *donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus. Novissima autem inimica destruetur mors. Omnia enim subjecit sub pedibus ejus. Cum autem dicat : omnia subjecta sunt ei, sine dubio prater eum qui subjecit ei omnia. Cum autem subjecta /uei ini (/// omnia, tunc el ipse Filius subjectus erit ei qui subjecit tabi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus**. «

Tunc *plenum cum Patre Christus obtinebit rrgnum* el. *cum Chrislo 11. Virgo Maria,* quæ, ul.potc lueieH bonorum Filii, debet cum ipso regnare, juxta ellntum S. Hei nardini Senensis : « Tot creaturæ serviunt B. Virgini, quot serviunt Trinitati[2]3 »

Omnes quoque sancti plene satiabuntur, cum apparuerit illa suprema gloria8. Licet innumera sint humani cordis desideria, ad quatuor tamen præcipua reduci possunt.

Imprimis viget *desiderium scieniiæ,* quod nobis a natura insitum est. In ccelo porro perfectissime satiatur vi perfectæ visionis qua in Verbo formaliter aut causaliter cognoscit beatus omnia quæ ad seipsum spectant4.

Alterum est *desiderium magnitudinis,* cui adnectitur appetitus gloriæ et honorum. In cœlo autem beatus ad

1. *I Cor.,* xv, 24-28.
2. S. Bernardin. Senens., Serm. LXI, art. 3.
3. Cf. Gonet, *De actibus humanis,* disp III, ad art. n.
4. Cf. vol. I, *De Deo Uno,* q. iv, art. vni-ix.

supremum magnitudinis fastigium evehitur, quatenus Deo per cognitionem et amorem ita adhæret, ut deiformis et quodammodo deus efficiatur. Satiatur pariter appetitus gloriae et honorum, quia gloria Dei super sanctos oritur ; et inde consequuntur beati honores, quia gestant coronam *auream* quæ est beatitudo essentialis, multasque coronas additas; ut constat ex dictis de *doiibus el aureolis* et de corporum resuscitatorum qualitatibus.

Tertium est *desiderium fruendi* seu appetitus voluptatum et delectationum. Perfectissime autem satiatur in coelo, tantaque fit abundantia et impetus lætitiæ et delectationis copia, ut torrenti voluptatis comparetur : « *Inebriabunlur ab uberlale domus luse el* torrente voluptatis *luse polabis eosl.* » Intellectus quidem et voluntas visione et amore beatifico inebriabuntur, et singulæ facultates, imo et singuli sensus, propriam experientur delectationem, quæ tamen nihil terreni vel infimi retinebit, sed animæ spiritualitatem participabit ac veluti redolebit.

Ultimum est *desiderium ælernilaiis el immorlalilalis.* Perficietur autem in coelis, quando Deus « præcipitabit mortem in sempiternum* » j et sic beati vivent ut nunquam moriantur, et satiabuntur quin unquam fastidium patiantur.

Erit ergo coelestis beatitudo *quies omnium desideriorum',* fietque in omnibus satietas completa, quia erit *Deus omnia in omnibus*.[3]

1. Ps. xxxv, 9;
2. Isai., xxv, 8.
3. *1 Cor.,* xv, 28;

INDEX RERUM ΛΝΑΙ. Y TH .1 IS

PROfEMTUM ..... t

TRACTATUS DE SACRAMENTIS IN COMMUNI

QUÆSTIO PRIMA

De essentia sacramenti

ARTICULUS PRIMUS

A. De sacramentorum momento in wconomla clirlsliuna

I. Sacramenta in ordine ad Christum. II. I labent insuper sacramenta insignes cum Incarnatione analogias. — ill. In ordine ad Ecclesiam. — IV. Relato ad homines. — V. Relate ad Deum 4

B. *Fontes theologici quoad sacramenta*

1. Scriptura. — II. Traditio. — III. Declarationes Magisterii Supremi ..... ▷

ARTICULUS SECUNDUS

Utrum sacramentum sit in genere signi el quid significet

1. Sensus quæsiti ac ejus momentum. — II. Theologorum prntcipuæscntonllæ. — Il I. Do diversis acceptionibus vocis «sacra mentum». — IV. Ratio autem cur diversie res Idem nomon sortiantur ex analogiæ notione desumitur. — V. Quid sit SIGNUM et quomodo dividatur. — VI. Nunc, quomodo sacramenta sint signa symbolica, practica, demonstrativa, rememorativa ot prognostica. 1° Scriptura exhibet in omnibus, sive Veteris sive Novæ Legis, sacramentis aliquam signi rationem. — VII. 2° Patres eandem sacramentorum notionem tradunt. — VIII. 3° Rationes theologicæ suadent. — IX. 4° Compendium doctrinæ totius articuli. — X. Quænam res sacra significetur sacramento. — XI. Prima conclusio : Non omne signum rei sacræ est sacramentum, sed illud tantum sacramentum proprie dicitur quod est signum rei sacræ sanctificantis homines ; unde sacramenta sunt signa quæ suscipientium sanctificationem significant. — XII. Hinc norma qua discernitur aliqua signa esse sacramenta necne. — XIII. Altera quæstio. — XIV. Secunda conclusio : Sacramenta proprie dicta significant sanctitatem internam et perfectam, qua homo interne et proprie sanctus est. — XV, Huic quæstioni alia connexa est.

— XVI. Tertia conclusio : De ratione sacramenti est ut significet sanctitatem veram ut præsentem, id est in ipso ritu conferendam ; nec sufficit ut significet gratiam conferendam in futuro. — XVII. Quarta conclusio : Quodlibet sacramentum non unam rem tantum, sed plures simul, tres saltem, significat : passionem Christi, gratiam præsentem et gloriam futuram 7

ARTICULUS TERTIUS

De necessitate rerum sensibilium in sacramentis

I. Status quæstionis. — II. Prima conclusio : Ad rationem sacramenti naturæ humanæ accommodati requiritur ut in rebus sensibilibus constituatur. — III. Controversia. — IV. Secunda conclusio : Repugnat absolute sacramentum non sensibile. — V. Solvitur difficultas.....«..... 19

ARTICULUS QUARTUS

De determinatione rei seu materiæ in sacramentis

I. Multiplex quæstio solvenda. — II. Prima conclusio : In omni oeconomia requiruntur res seu materiæ a Deo determinate. — 111. Secunda conclusio : In omnibus Legis mosaicæ sacramentis res seu materiæ ruerunt immediate a Deo determinate ; in sacramentis autem legis naturæ homines ex Dei instinctu determinabant res quibus conficiebantur sacramenta. — IV. Tertia conclusio : In sacramentis Novæ Legis requiruntur res seu materiæ ab ipso Christo determinate. — V. Utrum autem fuerint res sacramentorum a Christo immediate an vero mediantibus apostolis vel Ecclesia determinate. — VI. Tenendum est ergo materias sacramentorum fuisse a Christo immediate determinatas. — VII. De determinatione generica et specifica. — VIII. Argumenta sententiæ negantis. — IX. Solutio eminentissimi Cardinalis Van Rossum. — X. Animadversiones.— XI. Qua ratione lis posset componi..... 23

ARTICULUS QUINTUS

De sacramentorum verbis eorumque habitudine ad res

I. Prima conclusio : Ad rationem sacramenti in genere non requiritur ut verba rebus addantur ; et hujusmodi erant veterie legis sacramenta. — II. Secunda conclusio : In omnibus Novæ Legis sacramentis requiruntur verba, vel proprie vel æquivalenter sumpta. — III. Notio theologica rerum et verborum sacramentalium. — IV. Argumentum scripturisticum. — V. Traditio ecclesiastica. — VI. Rationes theologicæ seu argumenta congruentiæ. — VII. Tertia conclusio : Omnia Novæ Legis sacramenta recte dicuntur constare materia et forma, rebus nempe tanquam materia, verbis tanquam forma.

— VIII. Quarta conclusio : Mnterln et forma sunt partes essentiales et intrinsecæ omnibus μ ιι-ιι ιιιιιιιιιl Ia..... 32

ARTICULUS M \ l Ull

De verborum, sacramentalium (leterminatione el Indole

i. In sacramentis Novæ Legis requiritur dalciniliiidu verborum forma. — II. Hic iterum surgit qmrntlo de modo qm> ‹ lirinfim verba sacramentorum determinaverit. - III N<m i.imqu i clan· constat eumdem retineri sensum. — IV. Λ<l doilil.....nqd< mentum quæri solet utrum verba sacrnimidoium r.lid mdiiiii concionatoria an etiam consecratorin. l ..... | m< t rln ‹ catholica. — V. Conclusio : Verba quibus nmllrlimtm iiiu rn- menta Novæ Legis non sunt condonat orbi, n d roiniri rn toria ..... Bl

ARTICULUS SEPTIMUS

De mutatione in forma vel materia sacramentorum

i. Verbis sacramentalibus non licet addere vel subtrahere aliquid tale ut sensus corrumpatur. — II. Quotuplici modo fieri possit mutatio in forma. — Ill. De mutatione in materia..... 41

QUÆSTIO SECUNDA

De necessitate et oxlstontln •.lurnimmtoium

ARTICULUS PIltMU»

De convenientia sacramentorum absolute

I. Pulchræ sunt congruentiæ quæ necessitatem moralem Institutionis sacramentorum ostendunt. — Prima quidem, ex conditione naturæ humanæ in se consideratæ. — II. Altera congruentia ex conditione hominis lapsi — III. Tertia congruentia ex studio actionis humanæ — IV. Quarta congruentia ex necessitate vinculi sensibilis in societate fidelium. — V. Compendium breviter exhibetur. — VI. Confirmatur ex historia religionum 44

ARTICULUS SECUNDUS

De convenientia el exislenlia sacramentorum ante lapsum

I. Triplex quæstio fieri solita. — II. Prima conclusio : Nullum de facto extitit in statu innocentiæ sacramentum. — III. Difficultas. — IV. De altera quæstione. — V. Secunda conclusio : Congruum non erat ut instituerentur sacramenta, etiamsi

perdurasset innocentiæ status. — VI. Tertia conclusio : Adamo non peccante, sed peccantibus quibusdam posteris, nullum fuisset sacramentum vi præsentis decreti. — VII. De modo quo potuissent in illa hypothesi homines gratiam recuperare. ... 47

ARTICULUS TERTIUS

De convenientia el existentia sacramentorum post peccatum ante Christum

I. Prima conclusio : Oportebat, seu maxime congruebat, ut post peccatum et ante Christi adventum, quædam instituerentur sacramenta ; minus quidem determinata sub lege naturæ, magis vero determinata clariorisque significationis sub Lege mosaica. — II. Secunda conclusio : In statu legis naturæ unum saltem extitit sacramentum pro infantium salute, ad deletionem peccati originalis institutum — III. Cujusnam modi fuerit tale sacramentum Î — IV. Tertia conclusio : Probabile videtur plura extitisse in lege naturæ sacramenta. — V. Quarta conclusio : Circumcisio verum fuit Legis Mosaicæ sacramentum. — VI. In Lege Mosaica, præter circumcisionem, plura exstiterunt sacramenta. — VII. Cur deessent tria alia sacramenta. — VIII. Data porro Lege et institutis aliis sacramentis, non ideo fuit simpliciter suppressum remedium naturæ 51

ARTICULUS QUARTUS

Utrum post Christum debuerint esse aliqua sacramenta

I. De necessitate et existentia sacramentorum in Nova Lege. — II. Conclusio : Post Christum debuerunt esse vera sacramenta. — III. Oportuit esse sacramenta a veteribus penitus distincta. 57

QUÆSTIO TERTIA

De principali effectu sacramentorum, qui est gratia

ARTICULUS PRIMUS

Utrum sacramenta sint causa gratiæ

L Duplex hac de re versatur controversia. — 11. Doctrina catholica. — De formula « ex opere operato ». — III. De additione *i* non ponentibus obicem » — IV. Conclusio : Sacramenta Novæ Legis non sunt tantum notæ quædam christianæ professionis, quibus fideles ab infidelibus discriminantur, nec signa tantum ad fidem excitandam vel nutriendam instituta ; sed veræ, licet instrumentales, causæ gratiæ, quam conferunt ex opere operato non ponentibus obicem. — 1° Præviæ animadversiones.

— V. 2° Probationes ox Scrlpturu VI .1" l'mdltlo putristica. — VII. 4» Praxis Ecclesin·. VIII ʁ· ıı(|.·.|·ı id I·.ı·ʋlo8ΐΐB declarationes. — IX. G° HαIIoııʋı ı lu m,,,,,..... G'J

ARTICULUS HIM IINIIIIH

De causalitate instrumentali ninmniiailmum

I. Quinque referri possunt praecipui·' Ht nltMii m II Hmm l q teræ causalitatem sacramentorum (muni hml m iIi| ipm hm.,» accuratius instrumento physico quum ..nil l um i iiim.i III. Textus SS. Patrum adeo sunt iixprumii ul »»»» l lu uᵡ| u h quadam violentia ad causalitatem moridim ·I·*mqmi l IV. Conciliorum terminologia non pleni» el pmprli ΐ'χριΐ. ıı tur nisi per causalitatem physicam. — V. ' | ..... pnipidim asserit causalitatem physicam. — VI. Hui loin* ..... 1° Causalitas moralis nec sacramentorum ilimiilulem mni rationem causæ vere ac .proprie Inslrumimlnlhi mdvid. — VII. 2° Physicam esse sacramentorum ıIIIı iu lum iiiiiIpiil. pulchræ congruentiæ et varia argumento. VIII. 3" Admittenda est causalitas physica ut salvetur differentia luduuii inter sacramenta veteris legis ct nostra sacramenta. IX. 4° Hinc mirifice elucent harmonia, indoles ct oeconomia utrlusque Testamenti. — X. Ut autem sacramenta sini im.lrumenlu proprie dicta, debent habere virtutem quamdam gratlm causalivam et transeunter communicatam. - XI. U.... pllu lantur quæ instrumenti causalitatem spocl.mil. II «dvim tur difficultates : 1° Utrum sacraimmlum sit em· luiilu..... rale. — XIII. 2° Utrum Iu >uu-rom<ml| ı drnlnt condit limen iul causalitatem physicum requisiti·'. — XIV. 3" Utrum m sucriimentis quæ reviviscunt adsit cuumdllas physica XV, Ilo causalitate intentlonall. Primum assertum. XVI, Hofelllltur. — XVII. Alterum assertum. - XVIII, Hefellltur. — XIX Solvitur difficultas ex Angelico desumptu. — XX. l ›0 distinctione inter sacramentum tantum, rem tantum, rem et sacramentum. — XXI. De origine illius distinctionis. — XXII. Solutio P. Marin-Sola ad difficultatem de qua η. XIV..... G7

ARTICULUS TERTIUS

De gratia sacramenlali

I. Diversæ quæstiones solvendæ. — II. Prima conclusio : Omnia et singula sacramenta conferunt gratiam habitualem. — III. Secunda conclusio : Duo sacramenta, scilicet Baptismus et Pœnitentia, per se; seu ex primaria institutione, conferunt gratiam primam, et recte dicuntur mortuorum ; cætera autem sacramenta conferunt gratiam secundam et dicuntur vivorum. — VI. De conditione requisita in sacramentis mortuorum. — V. Tertia conclusio : Sacramenta mortuorum possunt quandoque per accidens conferre gratiam secundam, et sacramenta vivorum gratiam primam. — VI. Quid proprie addat gratia

sacramentalis super gratiam habitualem. — VII. Quarta conclusio : Gratia sacramentalis addit aliquid supra gratiam habitualem, virtutes et dona : non quidem habitum novum, sed vel specialem forsan vigorem, vel saltem jus quoddam ad auxilia tempore opportuno accipienda ad proprium effectum sacramenti consequendum. — VIII. De mensura in qua gratia sacramentalis confertur. — IX. Quinta conclusio : Sacramenta specie diversa æqualiter dispositis inæqualem ex opere operato conferunt gratiam. — X. Sexta conclusio : Eadem specie sacramenta æqualiter dispositis æqualem conferunt, gratiam, inæqualem vero inæqualiter dispositis. — XI. Gratia sacrqmentalis a passione Christi derivatur. — XII. An sit tribuenda gratia sacramentalis veteris Legis sacramentis. — XIII. De reviviscentia sacramentorum quoad gratiam. ... 93

QUÆSTIO QUARTA

De alio effectu sacramentorum, qui est character

ARTICULUS PRIMUS

De exislcnlia characteris

I. Quæstionis status. — II. Notio characteris. — III. Existentia characteris ex Scriptura suadetur. — IV. Existentia characteris ex traditione patristica certo probatur. — V. Existentia characteris probatur ex Ecclesiæ praxi et declarationibus. — VI. Ratio congruentiæ. — VII. Cur autem sacramenta nostra characterem imprimant, non vero sacramenta vetera 105

ARTICULUS SECUNDUS

De natura characteris

I. Sententiæ. — II. Refelluntur sententiæ Durandi et Scoti. — III. Character non est habitus. — IV. Character est de genere potentiæ. — V. Potentia ista non est naturalis, sed ministerialis et instrumentalis. — VI. Differentia inter gratiam et characterem. — VII. Character sacramentalis est speciali ratione character Christi, quatenus per characterem nobis impressum Christo sacerdoti configuramur ; dici etiam potest character Dei, in quantum nos Deo assimilât. — VIII. De multiplici imagine Dei in nobis 111

ARTICULUS TERTIUS

De subjecto et proprietatibus characteris

I. Opiniones de subjecto characteris. — II. Probatur 1° non recipi in essentia. — III. Probatur 2° subjectum non esse volunta-

tern. — IV. Probatur 3° subjoctum Him m ıı ıı ı oπη◊ Intellectum practicum. — V. Qua ratione charnihi di. alui id nit indelebilis..... 117

ARTICULUS QUARTUS

Quibus sacramentis Imprimatur character

I. Tria sacramenta eaque sola, scilicet Baptismus, i.onflrmutlo, Ordo, imprimunt characterem. Utraque pars est do ll do. I" ı •••«ln rationes Ecclesiæ. — IL 2° Probationes ex praxi i i rhmlm et traditione catholica. — 111.3° Rationes theologica·. — IV. Corollarium quo compendiatur tota doctrina. — V. De rceontiorum opinione quæ in Matrimonio et Extrema ı incilem' admittit quasi-characterem. — VI. Hæc theoria est doctrimi nova et penitus infundata, et idcirco rejicienda..... i'VI

QUÆSTIO QUINTA

De causa sacramentorum efficiente, tum principali tum ministerial!

ARTICULUS PRIMUS

De causa sacramentorum principali

I, Status quæstionis in art. 1. — II. Conclusio : Solus Deus, ut agens principalis, operatur in anima interiorem effectum sacramenti ; potest tamen homo eundem effectum operari per modum ministri et ex virtute principalis agentis. — 111. Pluria notatu digna. — IV. Secunda conclusio : Solus Deus tanquam auctor principalis seu potestate auctoritatis potest instituero sacramenta. — V. Tertia conclusio : Interiorem sacramentorum effectum operatur Christus, sive ut Deus sive ut horno : ut Deus per auctoritatem, ut homo potestate ministerii principalis, seu potestate oxcollonlhe. — VI. Potestas excellentia in Christo respectu sacramentorum In quatuor consistit. — VII. Potestatem auctori! nil·» quum liabat in sacramentis mm potuit Christus communicare , potestatem vero excellent Ini potuit homini puro communicaro, non tninen in ea perii ‹l Ionis amplitudine quit- slid compotit. — VIII. Utrum do facto Christus contulerit Apoid«>Hi. vel Ecclesiæ potestatem Instituendi sacramenta. - ı ' . ‹ mu Imdo : ‹ >mnln Nova· ı .agis t aeramenta fuerunt a Christo IMMI iHAll. Institutu ı »llll-cultates..... 1M

AtlTICUt.llH *1'1 IINUUI

De causa sacramentorum mtiihh t lati

I. Errores. — II. Prima conclusio Ad valorem sacramenti non requiritur in ministro Udon. — III ' ‹‹ umhi conclusio : Ad valo-

rem sacramenti non requiritur in ministro sanctitas seu status gratiæ. — IV. Argumenta quæ utramque conclusionem corroborant. — V. De requisitis ad licitam administrationem. — VI. De angelorum ministerio respectu sacramentorum... 136

ARTICULUS TERTIUS

Speciatim de intentione ministri

I. Status quæstionis. Errores. — II. Prima conclusio : Intentio saltem virtualis in ministro ita est necessaria, ut Deus defectum non suppleat. — III. De intentione externa vel interna. — IV. Secunda conclusio : Ad valorem sacramenti requiritur intentio saltem externa faciendi quod facit Ecclesia. — V. Tertia conclusio : Ad valorem sacramenti non sufficit intentio quam externam vocant, sed vera et interna requiritur. — VI. Evertuntur alterius sententiæ fundamenta. — VII. Quomodo ergo innotescit intentio faciendi quod facit Ecclesia ? — VIII. Notanda pro praxi. — IX. Quid vero si minister neget divinitatem Christi, Ecclesiam ab eo institutam, imo existentiam Dei personalis ? — X. De intentione in subjecto sacramentorum..... 142

QUÆSTIO SEXTA

De numero sacramentorum

ARTICULUS PRIMUS

De ipso septenario numero

1. Negatores.— II. Testimonium Scripturæ. — III. Traditio patristica. — IV. Argumentum præscriptionis. — V. Ratio congruentiæ. — VI. De latiore acceptione sacramenti apud veteres theologos et canonistas. — VII. De pedum lotione in Ccena Domini. — VIII. De martyrio et professione religiosa 152

S.

ARTICULUS SECUNDUS

De ordine sacramentorum ad invicem

I. Triplex ordo inter sacramenta considerari potest. — II. Prima conclusio : Ordine naturæ, attento fine proprio cujusque sacramenti, conveniens est enumeratio quam, post S. Thomam, ponit Concilium Tridentinum : Baptismus, Confirmatio; Eucharistia, Poenitentia, Extrcma-Unctio, Ordo et Matrimonium. — III. Secunda conclusio : Ordine perfectionis, Eucharistia est inter sacramenta primum et potissimum ; cætera vero sic ordinari posse videntur : Ordo, Confirmatio, Baptismus

Extrema Unctio, Pœnitentia, Matrimonium. — IV. Tertia conclusio : Ratione necessitatis, omnia Novie Legis sacramenta non sunt æqualia ; sed ex his tria sunt quæ specialiter necessaria dicuntur, licet non eadem ratione, nempe Baptismus, Poenitentia, Ordo ; cad.cru voro non sunt necessaria absolute, sed secundum quid. — V. Recto concludit Doctor Angelicus..... 162

ARTICULUS TERTIUS

De ceremoniis sacramentorum cl tie sacramental!bits

I. Notio et utilitas. — II. Legillmitas institutionis. Ili. EΠ1-cacia. — IV. Sacramentalia. — V. Divisio. — VI. Specialis quædam virtus sacramenlaiibus competit. — VII. Doctrina Codicis Juris Canonici de Sacramentidibus. — VIII. Conclusio Tractatus de Sacramentis in communi 166

TRACTATUS DE BAPTISMO

QUÆSTIO PRIMA

De ipso sacramento Baptismi

ARTICULUS PHIMUS

De notione el institutione sacramenti baptismi

I. De ipso vocabulo. — II. Alia· denominationes. — 111. Baptismus sumptus pro eo quod ost. uncruinentum tantum consistit proprie in ablutione sub determinata verborum forma. — IV. De institutione baptismi a Christo factu. – V. Prima conclusio : De fide est baptismnm habere rationem veri sacramenti ab ipso Christo instituti. — VI. Secunda conclusio : Baptismus fuit institutus in ipso Christi baptismo, licet ejus efiicacia a passione derivetur et ejus necessitas nonnisi post sullicienlem Evangelii promulgationem inceperit. — VII. Hinc colligitur perfecta baptismi definitio..... 173

ARTICULUS SECUNDUS

De materia et forma baptismi

I. Errores de materia baptismi. — II. Prima conclusio : Ex institutione divina aqua est propria materia baptismi.— III. Secunda conclusio : In qualibet aqua, qualitercumque trans mutata

dummodo non solvatur species aquæ, potest fieri baptismus : si vero solvitur species aquæ, non potest fieri baptismus. — IV. Tertia conclusio : Ad valorem baptismi requiritur ut forma exprimat et ipsum baptizandi actum et subjectum et distinctam SS. Trinitatis invocationem ; ideoque sola valida forma est : Ego te baptizo in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. — V. Quarta conclusio : Baptismus in solo Christi nomine collatus non est validus ; imo probabilius est nunquam, ne ex dispensatione quidem, validum fuisse, ita ut nunquam in solo Christi nomine baptizaverint Apostoli. — V. Quædam normæ pro praxi 179

ARTICULUS TERTIUS

De *applicatione materiæ ei formæ ac de ritu baptismi*

I. Diversa Ecclesiæ praxis. — II. Prima conclusio : Ad valorem baptismi sufficit exterior corporis ablutio, quocumque modo flat, sive per immersionem, sive per infusionem, sive per aspersionem. — III. Normæ pro praxi. — IV. Secunda conclusio : Trina immersio vel trina infusio non ad validitatem, sed solum ad liceitatem requiritur. — V. Tertia conclusio : Baptismus semel valido collatus nec licite nec valide iterari potest.— VI.De ceremoniis baptismi..... 186

ARTICULUS QUARTUS

De his quæ possunt supplere baptismum aquæ

I. Ratio distinguendi tria baptismata. — II. Prima conclusio : Baptismus sanguinis, seu martyrium, supplet baptismum aquæ tam in adultis quam in parvulis, quoad remissionem culpæ et pœnæ. — III. De modo quo baptismus sanguinis operatur. — IV. Secunda conclusio : Baptismus flaminis, seu charitas vel contritio perfecta cum voto baptismi, supplet baptismum fluminis. — V. Tertia conclusio : Baptismata sanguinis et flaminis nunquam sunt sacramentum nec supplent id quod est « res et sacramentum ». — VI. Quarta conclusio : Ratione gratiæ quam confert, baptismus sanguinis est potior utroquoalio..... 193

QUÆSTIO SECUNDA

De Ministris Baptismi

ARTICULUS PRIMUS

De ministro solemnitatis in baptismo

I. Duplex minister solemnitatis. — II. Prima conclusio : **Ad dia**conum non pertinet quasi ex officio tradere sacramentum

baptismi, sed in collatione hujus sacramenti et aliorum assistere et ministraro majoribus. — III. Secunda conclusio : Omnis et solus sacerdos est minister solemnitatis ordinarius baptismi. — IV. Tertia conclusio : Ad liceitatem in casibus ordinariis requiritur in ministro solemnitatis jurisdictio ... 201

ARTICULUS SECUNDUS

De minislrts necessitatis et de palrinls

1. De laicis. — II. De mulieribus. – 111. Utrum non baptizatus possit sacramentum baptismi conferre. — IV. Dirum possint plures unum hominem baptizare. — V. Do puti inis..... 204

QUÆSTIO TERTIA

De suscipientibus Baptismum

ARTICULUS PRIMUS

De necessitate baptismi

I. Principium quo S. Thomas probat obligationem recipiendi baptismum. — II. Errores. — III. Conclusio : Baptismus aquæ, post sufficientem Evangelii promulgationem, est, ex positiva Dei institutione, omnibus necessarius necessitate medii ad salutem : adultis quidem in re vel saltem in volo, infantibus vero in re extra casum martyrii ; insuper est adultis necessarius necessitate præcepti. — Probatio scripturistica. — IV. Traditio patrislicn. — V Declarat Iones Ecclesiæ. — VI. Ratio theologica quæ ostendit utrumque necessitatem et medii et præcepti. — VII. A quonam tempore inceperit. obligatio vel necessitas baptismi. — VIII. Quid sil de exceptionibus sentiendum. — IX. Hac necessitate probo intellecta, solvitur quæstio utrum sit baptismus differendus necne..... 208

ARTICULUS SECUNDUS

De peccatoribus

I. Status et conscientia peccati non obstant receptioni baptismi, sed obstat propositum persistendi in peccato, et sic peccatoribus non est sacramentum baptismi conferendum. — II. Dispositio in peccatore requisita est attritio supernaturalis.— III. Ei qui baptizatur, pro quibuscumque peccatis non est aliqua satisfactio injungenda. — IV. A baptizatis non requiritur specialis confessio peccatorum ; sed sufficit generalis quam faciunt, cum secundum ritum Ecclesiæ abrenuntiant Satanæ et pompis ejus. — V. An tamen debeat fieri confessio quando baptismus dubie collatus iteratur. — VI. In adultis requiritur

intentio suscipiendi sacramentum baptismi. — VII. Ad recipiendum totalem sacramenti effectum, scilicet et gratiam et characterem, recta fides ex necessitate requiritur in baptizato ; non autem ad recipiendum sacramentum tantum aut characterem tantum 217

ARTICULUS TERTIUS

De pueris

I. Plures quæstiones hac de re solvendæ. — II. Conclusio : Non tantum pueri sunt capaces baptismi, sed etiam eos baptiza·! et necessarium et conveniens est. — III. De pueris Judæorum et aliorum infidelium. — IV. Utrum pueri in njaternis uteris positi sint baptizandi. — V. De amentibus et furiosis 223

QUÆSTIO QUARTA

De Effectibus Baptismi

ARTICULUS PRIMUS

De remissione culpæ ei pœnæ

I. Errores. — II. Prima conclusio : Baptismus, secluso obice, omnia peccata delet, tam originale quam actualia. — III. Secunda conclusio : Per baptismum remittitur non tantum poena æterna, sed et pœna temporalis pro peccatis coràm Deo debita. — IV. Tertia conclusio : Baptismus non aufert pœnalitates hujus vitæ pro præsenti. sed habet virtutem illas auferendi et reapse auferet a justis in resurrectione 229

ARTICULUS SECUNDUS

De infusione gratiæ el virtutum

I. Doctrina catholica de illa quæstione. — II. Convenienter attribuuntur baptismo incorporatio in Christo, illuminatio, fecunditas operum. — III. Parvuli recipiunt in baptismo, non modo characterem, sed et gratiam et virtutes quoad habitum, etsi non pro illo tempore quoad usum. — IV. Hinc intelligitur quomodo effectus baptismi sit apertio januæ regni coelestis. — V. De charactere..... 234

ARTICULUS TERTIUS

De modo quo baptismus effectus suos producit

I. Baptismus eumdem producit effectum æqualiter dispositis, inæqualem vero inæqualiter dispositis. — II. De fictione. — III. Fictio sumpta pro simulata intentione absolute inva-

lidat sacramentum ; fictio voro ı iimptii r.rnmi mox explicato, non impedit impressionem charnel crin, nod Impedit infusionem gratiæ sanctificantis. IV. Hnpl.it..... s licto susceptus, remoto per subsequontom dispositionem obice, ita reviviscit ut gratiam conferat et omnia peccata ante baptismum vel in baptismo sed non post baptismum commissa remittat, tum quoad culpam tum quoad pomum. ı - V. Conclusio tractatus de Baptismo .....

TRACTATUS DE CONFIRMATIONE

ARTICULUS PHIMUS

De ipsa ratione sacramenti seu de divina confirmationis institutione

I. Duplex quæstio distinguenda. — II. Conclusio : De llde est confirmationem esse verum ac proprie dictum Novæ Legis sacramentum. — Probatio scripturistica. — 111. Traditio. — IV. Declarationes Ecclesiæ. — V. Ratio theologica S. Thomæ. — VI. De institutione confirmationis a Christo facta. — VII. Hinc colligitur qua ratione sit necessarium confirmation's sacramentum. — VIII. Diversa nomina hujus sacramenti. .. 243

ARTICULUS SECUNDUS

De materia el forma huius sacramenti

I. Conspectus historicus. — 11. Hinc problema solvendum. — Sententiæ. — 111. Quid extra controversiam osse debet. — IV. Solutio præferenda. — V. Oleum debet esse benedictum seu consecratum ab episcopo. — VI. De forma hujus sacramenti. — VII. De forma confirmationis in Ecclesia Græca..... 250

ARTICULUS TERTIUS

De effectibus hujus sacramenti

I. Vetus Traditio de charactere confirmationis. —II. Declarationes Ecclesiæ. — III. Ratio qua S. Thomas ostendit imprimi in confirmatione characterem distinctum a charactere baptismal!. — IV. Hinc colligitur characterem confirmationis esse potentiam præsertim activam. — V. Character confirmationis ex necessitate præsupponit characterem baptismalem. — VI. Sacramentum confirmationis confert ex opero operato gratiam sanctificantem ; non quidem primam, nisi per accidens, sed secundam et specialem, nempe gratiam confortantem ad firmitatem juslitiæ et ad robur spiritualis pugnæ. — VII. Qua ratione gratia confirmationis dicatur specialis.,.. 257

ARTICULUS QUARTUS

De *subjecto confirmationis*

I. Quoad validitatem. — II. Quoad liceitatem, varia fuit Ecclesiæ praxis. — JH. S. Thomas ostendit confirmationem secundum se omni ætati convenire. — IV. Etiam morituris hoc sacramentum est conferendum. — V. Determinationes Ecclesiæ. — VI. Subjectum hujus sacramenti convenienter signatur chrismate signo crucis in fronte. — VII. Quibusnam necessaria sit confirmatio ..... t..... 263

ARTICULUS QUINTUS

De *ministro confirmationis*

I. De accidentali ministerio quod præstant patrini. — IL Quæstiones de ministro vero confirmationis. — III. Errores de ministro ordinario. — IV Prima conclusio : De fide est solum episcopum esse ordinarium sanctæ confirmationis ministrum. — V. Secunda conclusio : Extraordinarius confirmationis ntinister est presbyter, cui vel jure communi vel peculiari Sedis Apostolicæ induito ea facultas concessa sit. — VI. Quid voro nddut Summus Pontifex potestati ordinariæ simplicis presbyteri dum illum constituit ministrum confirmationis extraordinarium. — VII. Concludimus. — VIII. Tertia conclusio : Delegare simplici sacerdoti potestatem confirmandi requirit *supremam jurisdictionem* in Eccclesia, ac proinde ita ad Summum Pontificem pertinet, ut invalida sit censenda concessio a solo episcoi o facta — IX De ritu hujus sacramenti 266

TRACTATUS DE SS. EUCHARISTIA

QUÆSTIO PRIMA

De sacramento Eucharistiæ secundum se

ARTICULUS PRIMUS

De SS. Eucharistiæ momento in tota oeconomia Christiana

I Vocabula quibus hoc sacramentum designatur. — II. Est Eucharistia insigne mirabilium divinorum memoriale. — III. In Eucharistia compendiator tota catholicæ Ecclesiæ oeconomia. — Imprimis Eucharistia significat et efficit unionem Christi cum fidelibus et cum tota Ecclesia. — IV. Aliunde, Ecclesia est su-

pernaturalis organismus, qui ubsquo i uchnrlslln Rubelslorn nequit— V. Hinc colligitur Euriuirisl lu· dollnitlo..... 277

ARTICULUS HICCUNDUS

De sacramenti eucharistici ‹ rinhnlia el Indole

I. Errores. — II. De fide est EuclinrlRlIain onnr viiuin of proprio dictum Novæ Legis sacramentum n culorln lIl1'Ilıκ'Iiiiu III. Hoc sacramentum non In nolo umi, in ‹| In n purmnnnnll consistit. — IV. Quid in EuchurlHtlu linhml proprio ratlonmn sacramenti. — V. Eligitur ct prpbatui nonloulli· IImmiulli n. VI. De unitate sacramenti eucharistici. Impilinl·· ‹lo unitate specifica. — VII. Licet autem hIl. «poclo unum, potant hoc sacramentum esse numero multiplex..... 284

ARTICULUS TERTIUS

De necessitate Eucharistia· efusque Institutione

I. Errores. — II. Qua ratione dici possit necessaria Eucharistia. — III. Hinc etiam apparet qua ratione sit necessarium votum hujus sacramenti. — IV. Solvitur difficultas. — V. De fide est sacramentum Eucharistiæ institutum fuisse a Christo in ultima cœna pridie quam pateretur. — VI. De præcipuis figuris hujus sacramenti 290

QUÆSTIO SECUNDA

De materia Eucharistiæ quantum ad spoolom

ARTICULUS PRIMUS

De materia in communi ac de materia prioris consecrationis

I. Præcipui errores. — II. De fide est materiam Eucharistiæ esse panem et vinum de vite. — III. Utrum altera sacramenti materia possit sine altera consecrari. — IV. Certum est non requiri determinatam quantitatem panis et vini. — V. De natura panis in hoc sacramento requisiti. — VI. De pane azymo vel fermentato 294

ARTICULUS SECUNDUS

De materia alterius consecrationis

I, De fide est materiam necessariam alterius consecrationis esse vinum de vite. — II. Hic iterum recolatur regula jam tradita. — III. De additione spiritus. — IV. De aqua vino permiscenda. — V. Quæ mixtio tamen non est de necessitate sacramenti. — VI. Quæstio quæ dogma et theologiam spectat est

utrum aqua convertatur in sanguinem Christi, et, hoc admisso, utrum convertatur directe in sanguinem, an vero prius in vinum et cum vino in sanguinem. — VII. De quantitate aquæ apponendæ..... 299

QUÆSTIO TERTIA

De præsentia reali Christi in SS. Eucharistiæ sacramento

ARTICULUS PRIMUS

Existenlia seu veriias præsentiæ realis probatur ex Scriptura

I. Errores de præsentia reali. — II. De institutione SS. Eucharistiæ a Christo Domino. — III. Testimonium Joannis, seu promissio Eucharistiæ instituendæ. — IV. Nonnulla obscura elucidantur. — V. Testimonium Synopticorum seu verba institutionis. — VI. Omnia evincunt sensum litteralem esse retinendum.— VII.Testimonium S. Pauli 303

ARTICULUS SECUNDUS

Ilealis præsentia probatur ex Traditione

I. Primitiva Ecclesia. — II. Elucidantur quædam difficiliores vel obscuriores Patrum locutiones. — III. Perpetua Ecclesiæ praxis. — IV. Argumentum præscriplionis..... 317

ARTICULUS SECUNDUS BIS

Rationes congruenliæ el definitio Tridenlina de præsentia reali

I. Rationes congruentiæ. — II. Definitio Tridentina... 325

ARTICULUS TERTIUS

De modo quo Christus fil præsens in Eucharistia seu de transsubstantialione

I. Errores de transsubstantiatione. — II. Triplex veritas credenda — III. Post consecrationem non remanet in Eucharistia substantia panis et vini. De fide. 1° Probatur ex declarationibus Ecclesiæ et ex Traditione. — IV. 2° Probatur certo ex verbis institutionis. — V. 3° Probatur ratione theologica, ex impossibilitate explicandi permanentiam substantiæ panis et vini. — VI. 4° Refutatur theoria cartesiana respectu Eucharistiæ. — VII. Nunc de transsubstantiatione. 1° Notio genuina. — VIII. 2° Transsubstantiatio ex Scriptura invicte probatur. — IX. 3°. Patres analogiis, exemplis, similitudinibus, verbisque transsubslantiationem efficaciter adstruunt. —X. 4° Præcipuæ difficultates'solvuntur.— XI. 5° De usu vocis « transsubstantiatio ». — XII. 6° Rationes theologicæ. — XIII. An de potentia Dei

absoluta corpus Christi fleri possit præsens sub speclebus panis per aliam actionem quam per conversionem panis in ipsum. — XIV. De identitate corporis eucharistici ol corporis veri et historici 327

ARTICULUS QUARTUS

Expenduntur Iheoriie de, Iraris.iubtlanllalionle natura el Indole

Î. Theoria annihiiationis.— H.TIioorhn qutr ponunt vel inntorlnm vel formam panis remanere post ıiıuı·uiiı·ul,Ioŋoıu. 111. Theoria P. Bayma. — IV. Theoria modarnlstlcu. —V. Theoria, quæ transsubstantiationem ad meram rolnt.lonnm reducunt. — VI. Theoriæ quæ ..... notionem accidentalem reducunt. — VII. Theoria' quæ t.riuisHiibstimllutlonoin per actionem substantialem oxpHciint. · · Vil l. Quid concludendum.— IX. Pietatis corollarium 345

ARTICULUS QUINTUS

De *reali uccldenliurn permanentia*

1. De reali permanentia seu de objectiva realitate accidentium. — Quid senserint Patres et Scholastici. — II. Errores. — III. Quid doceant moderni theologi. — IV. Objectiva accidentium realitas probatur ex Conciliis. — V. Rationes theologicæ quæ objeclivam realitatem demonstrant. — VI. Pietatis corollarium..... 356

QUÆSTIO QUARTA

De modo quo Christus est in hoo sacramento

ARTICULUS PRIMUS

Quomodo contineatur lotus Christus in hoc sacramento

I. Prima conclusio, de fide : Totus et integer Christus sub utraque specie et sub alterutra continetur. 1° Declarationes Ecclesiæ. — 2ı. Argumenta scripturistica. — III. 3° Traditio ecclesiastica et patristica. — IV. 4° Ratio theologica. — V. Secunda conclusio : Ex vi sacramenti seu vi verborum solum Christi corpus ponitur sub specie panis, et solus sanguis sub specie vini ; cætera autem per concomitantiam continentur. — VI. Concomitantia sumi potest stricto et lato sensu. — VII. Quid sit corpus quod ponitur vi verborum. — VIII. Totus Christus præsens est sub singulis specierum partibus, sive sint divisæ, sive continuæ. — IX. Inde tamen non sequitur Christum esse pluries actu in hostia. — X. Utrum tota quantitas dimensiva corporis Christi sit·* in hoc sacramento. — XI. Conclusio : Tota quantitas dimensiva corporis Christi est in hoc sacramento, non quidem vi sacramenti, sed per concomitantiam. — Nil. Non supprimitur

ergo !n corpore eucharistico quantitas, sed tantum effectus secundarius, qui est occupare partem determinatam in loco. — XIII, De integritate Christi cum suis omnibus accidentibus 362

ARTICULUS SECUNDUS

Utrum et quomodo corpus Chrisli subjaceat loco et mutationibus

l. Proprie loquendo, corpus Christi non est in hoc sacramento ut in loco ; dici tamen potest aliquo modo esse in loco specierum quatenus est realiter præsens ubi sunt species consecratæ. — II. Quæ præsentia est omnino singularis. — III. CorpusChristi in Eucharistia non potest localiter moveri per se, bene tamen per accidens ratione specierum ; sed nulli mutationi intrinsecæ subjacet : unde, præter motum localem, vel nullatenus vel nonnisi improprie de corpore Christi prædicantur mutationes quæ in speciebus accidunt — IV Regulæ de triplicis generis mutationibus 372

ARTICULUS TERTIUS

An et quomodo videri aut videre possit Christus in Eucharistia

J Corpus Chrisli in hoc sacramento existons ab oculo nostro corporali conspici nullatenus potest ; nec ab ullo intellectu creato naturaliter, sed sola fide a viatoribus attingi, a beatis vero per lumen gloriæ videri potest — II. Utrum possit Christus in Eucharistia videre, audire, cæterosque actus vitæ sonsitivæ elicere. — III. Sententia porro communissima est omnino tenenda. — IV. At miraculum esse possibile nemo inficiatur. — V. Daturne de facto illud miraculum ? — VI. De apparitionibus in Eucharistia..... 375

QUÆSTIO QUINTA

De accidentibus eucharisticis

ARTICULUS PRIMUS

De his quæ spectant subjectum accidentium

I. De permanentia accidentium sine proprio subjecto — Errores. —II. Doctrina fidei. — III. De permanentia accidentium sine ullo subjecto. — Doctrina certa. — IV. Rationes theologicæ. — V. Opiniones Lugo et P. Leray. — VI. Pro difficultatum solutione. — VII. Hinc eruitur in hac conversione esse pftra difficiliora quam in creatione. — VIII. Quantitas, in Eucharistia, est subjectum cæterorum accidentium. — IX. Utrum quantitas recipiat novam perfectionem, vi cujus possit gerere vices substantiæ 380

ARTICULUS Hir,C.UNDt)>

An et quomodo agere cl pali iialeiinl arridentia

I. Species seu accidenti» ouchorlullcn pnimunt ‹i ı «iiiuln ugore et pati quæ ageret vel puteretur mdadnntlii pimln › i vlul. · **II.** Possunt igitur species corrumpi at pm ne <'I per m « i‹t« un. **III.** Eodem pacto potest aliquid ox *ipi>rl«l>ua niu'rnm<>idulll>un generari. — IV. Quomodo cxpllciiri pontili k‹r u'i nilo m» m substantiæ. — V. De diverso modo lidulll|ii'mll Inum mmli'ii tiam—VI. Potest vino consocrui‹›, Id oid npiu iul>m· tumimm u talibus, non tamen sanguini Chrisli, ml«m>il ulhpiln llipu» nonnunquam in tanta quantitate ut mutundm· l ul".i uidlu vini si adesset, et tunc desinit m : o nmmidu l luiih , .<ii.|..... vero in ea quantitate qua non pound mulini nutmlimtlu vlul, et tunc remanet sanguis Chrisli..... 3H8

QUÆSTIO SEXTA

De forma saorumonil Euohnrlatlro

ARTICULUS I'IUMUB

Quae ell forma hujus sacramenti

I. Multiplex quæstio solvenda de forma sacramenti Eucharistiæ — II. Opiniones. — III. Theologice autem certum est Christum, qui potest absque verbis el signis effectus sacramentorum producere, de facto adhibuisse verba. — IV. Tenendum ost sola dominica verba, non autem ea quæ præcedunt aut sequuntur, esse de essentia formæ Eucharistiæ. — V. De opinione quam refellit hic S. Doctor. — VI. Alia sententia totaliter derelinquenda, de epiclcsi. — VII. Quomodo igitur sil intelll-genda epiclesis 392

ARTICULUS SECUNDUS

De conven‹entia, virtute, veritate, comparatione utriusque formæ

I. De forma prioris consecrationis. — II. De forma alterius consecrationis. — III. De virtute verborum utriusque formæ. — IV. De veritate utriusque formæ. — V. Utrum effectus unius formæ dependeat a prolatione alterius formæ..... 397

QUÆSTIO SEPTIMA

De effectibus sacramenti Eucharistiæ

ARTICULUS PRIMUS

De effectibus quos producit Eucharistia ut sacramentum

I. De primario effectu qui est gratiæ collatio. — II. Gratia propria Eucharistiæ est gratia cibans.----III. Qua ratione vita «piri-

tualis In hoc sacramento augeatur et sustentetur et reparetur. — IV. Qua ratione Eucharistia producat delectationem et fervorem — V. Notetur tamen discrimen inter effectum primarium qui est gratiæ augmentum, et effectum secundarium de quo hic agitur. — VI. De alio effectu, qui est adeptio gloriæ. — VII. Eucharistia respectu peccati mortalis. — VIII. Venialia peccata per hoc sacramentum remitti est doctrina certa et catholica. — IX. Utrum immediate et directe Eucharistia remittat venialia. — X. Pietatis corollarium 402

ARTICULUS SECUNDUS

De effectibus quos producit Eucharistia ut sacrificiurn el ut sacramentum

1. Poenam peccato debitam remittit Eucharistia : per se quidem et directe, quatenus est sacrificium ; indirecte vero quatenus est sacramentum ; regulariter tamen non totam remittit poenam, sed plus minusve secundum modum dispositionis et fervoris. — II. Quomodo Eucharistia præservet hominem a peccatis futuris. — III. Eucharistia in ratione sacramenti non prodest directe et ex opere operato nisi sumenti ; licet indirecto el ex opere operantis possit aliis, etiam defunctis, prodesse; in ratione autem sacrificii aliis prodest quam sumentibus, nempe omnibus pro quibus offertur. — IV. Hujus occasione quæritur quandonam Eucharistia suos effectus in anima producat. — V. Iterum quæritur utrum prolongetur effectus quamdiu perseverant species in nobis. — VI. De impedimentis ex parte venialium. — VIII. Corollarium itaque pietatis... 410

QUÆSTIO OCTAVA

De usu seu sumptione hujus sacramenti

ARTICULUS PRIMUS

De usu seu sumptione Eucharistiae secundum se

I. De multiplici modo manducandi corpus Christi. — II. Utrum solius hominis sit hoc sacramentum sumere. — III. Est igitur Eucharistia cibus viatorum. — IV. De subjecto proprio communionissacramentalis 414

ARTICULUS SECUNDUS

De dispositionibus ad fructuosam sumptionem requisitis

I. Necessitas status gratiæ. — II. Probatio autem fit per confessionem sacramentalem. — III. De gravitate sacrilegæ communionis. — IV. De obligationibus ministri respectu peccatoris

communionem petentis. — V. Do Impodimonto ox necessitate et congruentia. — VI. Do conditione ex pnrl·' corporis, quæ est jejunium. — Vili. Concessio Pii X et novi Codicis..... 418

ARTICULUS TERTIUS

Regulæ quoad setatem, frequentiam communionis el unum calicis

1. De usu rationis.— II. Quæ sit hodierna el l.onnndii logislntlo.— III. De frequentia communionis, — IV. Iliidorin Illius praxis breviter recensetur. — V. Non solum ◊x stntuto l'.oolosiæ, verum etiam ex præcepto divino adulti timentur l melioris* tiam sumere. — VI. De præcepto occlosliistlco, — VII. Do communione sub utraque specio vel sub unu linitum. VIII. Quæstio historica brevissime recolitur. — IX. I'II....conclusio: Nullum exstat divinum præccplum quo lidcl vel clerici non conficientes Eucharistiam sub utraquo ijnvii· sumere teneantur. — X. Secunda conclusio : Ecclesia justis do rausis prohibere potuit laicis usum calicis. — XI. Torlln conclusio . Communicantes sub una specio tantum nulla griillt.....essurhi ad salutem defraudantur. — XII Utrum communicantes sub duplici specie majorem recipiant gratiam..... 424

QUÆSTIO NONA

De sacrificio Eucharistico

ARTICULUS PRIMUS

De existenlia sacrificii eucharistici

I. Errores do sacrificio eucharistico. — II. Eidos catholica. — III. Testimonia voleris Testamenti. 1° Pe. cix. — IV. 2° Vaticinium Malachiæ. — V. Testimonia Novi Testamenti. — 1° Synoptici. — VI. 2° S. Paulus. — VII. Traditio ecclesiastica. — VIII. Rationes theologicæ. — IX. Comparatur Missa cum sacrificio Crucis et sacrificio Cœnæ. — X. Cur in omni sacrificio debeat esse quædam immolatio..... 436

ARTICULUS SECUNDUS

De essentia sacrificii eucharistici

I. Missa non est sacrificium mere relativum. — II. In qua Missæ actione reponenda sit essentia sacrificii eucharistici. — Sententiæ. — III. Conclusio : Essentia sacrificii eucharistici consistit adæquate in sola consecratione cum ordine tamen ad communionem tamquam partem integrantem. — IV. Qua ratione consecratio sit sacrificium : divorsæ explicationes. — Prima classis opinionum. — V. Altera classis opinionum. — VI. Opinio card, de Lugo et plurium recentiorum. — VII. Theo-

ria de separatione sacramentali. — VIII. Theoria D. Coghlan. — IX. Solutio cl. Lamiroy. — X. Praeferenda solutio proponitur et probatur. — XI. Solvuntur difficultates. — XII. Suadetur solutio diversis exemplis. — XIII. Huic ergo sententiae adhaerendum censemus. — XIV. Hinc solvitur quæstio utrum sacrificium Missæ sit idem specie an numero cum sacrificio Cœnæ et sacrificio Crucis. — XV. Utrum consecratio utriusque speciei sit de essentia sacrificii eucharistici. — XVI. Concludendum est theologiam sacrificii maxime ad pietatem conferre. — XVII. Testimonium S. Ephrem de sacrificio eucharistico.— XVIII et XIX. P. de la Taille et Cl. Lepin. 451

ARTICULUS TERTIUS

De effectibus sacrificii eucharistici

I. Missa est sacrificium latreuticum, eucharisticum, propitiatorium et impetratorium. — II. De valore propitiatorio. — III. Utrum sacrificium Missæ quatenus propitiatorium producat effectus suos immediate. — IV^ Et hinc apparet discrimen inter sacramenta et sacrificium. — V. Utrum vero peccata venialia immediate et directe remittantur. — VI. Pœnam temporalem aliquo saltem gradu remitti directe vi sacrificii nostri non videtur ambigendum. — VII. In quanam mensura pœna remittatur. — VIII. Utrutn Missæ sacrificium effectus suos propitiatorios vel impetratorios producat ex OPERE OPERATO, an dependenter a dispositionibus celebrantis. — IX. Utrum efficacia sacrificii sit infallibilis. — X. De valore sacrificii : an sit infinitus. — XI. Utrum Missa, quando offertur pro pluribus, æque prosit singulis ac si pro uno offerretur. — Expenduntur sententiæ..... 469

ARTICULUS QUARTUS

De subfectis qui possunt fructus sacrificii participare

I. De vivis. — II. Quinam positiva lege excludantur. — III. De defunctis. — IV. Limitationes ab ecclesiastica lege positæ. — V. De beatis. — VI. Applicatio fructuum sacrificii eucharistici. — VII. Pietatis corollarium.....«..... 481

ARTICULUS QUINTUS

De cultu Christi in Eucharistia

I Error Protestantium —II Doctrina catholica —III. Rationes theologicæ. — IV. De cultu qui speciebus sacramentalibus debetur. — V. De publicis solemnitalibus, processionibus, congressibus eucharisticis, etc. — VI. Tractatus conclusio 487

TRACTATUS DE PŒNITENTIA

QUÆSTIO PRIMA

De ipso Pœnitentiæ sacramento

ARTICULUS 1'IUMUS

De exislenlia sacramenti pamllentln·

I. DivcrSa nomina quibus hoc sacrainentuiii insignitur. — II. Errores. — III. Veritas catholica plura cupii n complectitur. — IV. Prima conclusio : Est in Ecclesia Christi potestas, non solum Apostolis sed et ipsorum succoHHoribuH concessa, remittendi peccata post baptismum commisso. — V. Secunda conclusio : Remedium remlttemli peccata sensu explicato est verum sacramentum a baptismo distinctum, permanentor in Ecclesia institutum. — VI. Tertia conclusio : Potestas remittendi peccata per sacramentum pœnitentiæ est potestas vere *judicialis.* — VII. Quarta conclusio : Potestas remittendi peccata ita se extendit ad omnia, ut nullum sit peccatum quod nequeat vi clavium remitti. — VIII. Verba Scripturæ illam potestatem universalem important. — IX. Nunquam in veteri Ecclesia invaluit praxis universalis denegandi quibusdam peccatis absolutionem in perpetuum. — X. De Callisti Edicto. — XI. De poenitentia publica et privata. — XII. Ecclesiæ declaratio. — XIII. Notio ipsa potestatis clavium. — XIV. Doctrina Codicis..... 491

ARTICULUS SECUNDUS

De materia el forma sacramenti pœnitentiæ

i. Multiplex quæstio solvenda. — II. Quo sensu peccata dici queant materia remota sacramenti. — III. Nec omnia peccata sunt materia circa quam sed solum actualia post baptismum commissa. — IV. De materia proxima sacramenti pœnitentiæ V. Illi actus humani debent esse sensibiles. — VI. An tres illi actus sint partes intrinsecæ et componentes. — VII. Eligitur et probatur sententia thomistica. — VIII. Quomodo contritio et satisfactio sint etiam partes physicæ. — IX. Quomodo hæc omnia locum habeant in absolutione moribundorum. — X. De forma hujus sacramenti. — XI. De absolutione conditionata. — XII. De impositione manuum sacerdotis in hoc sacramento. — XIII. Compendium totius doctrinæ hucusque exposilæ 505

ARTICULUS TERTIUS

Cetera quæ spectant sacramentum pœnitentiæ

1. Sacramentum pœnitentiæ in re vel in voto est necessarium necessitate medii, non quidem absolute omnibus, sed lapsis post baptismum. — II. Quam recte pœnitentia dicatur secunda tabula post naufragium. — III. Hoc sacramentum est a Christo immediate institutum, et tunc *præcipue* illud Dominus instituit, cum a mortuis excitatus insufflavit in discipulos suos, dicens : Accipite Spiritum Sanctum ; quorum remiseritis peccata remittuntur eis, etc. — IV. An pœnitentia debeat semper durare et esse continua. — V. Pœnitentia potest semper iterari. — VI. De pœnitentiæ necessitate etiam in clericis majoribus. — VII. Ad complementum doctrinæ de essentia sacramenti pœnitentiæ, quæritur an possit esse validum et tamen informe..... 518

QUÆSTIO SECUNDA

De Virtute Pœnitentiæ

ARTICULUS PRIMUS

De virtute pœnitentiæ in seipsa

I. Vera pœnitentiæ notio. — II. Habitus pœnitentiæ est vera virtus. — III. Pœnitentia est virtus specialis a ceteris distincta. — IV Quod liquido apparet consideranti objectum pœnitentiæ. — V. Pœnitentia est species quædam justitiæ imperfecta ; quæ non est justitia commutativa proprie dicta, neque vindicative, neque distributiva, sed reductive pertinet ad commutativam, ut pars potentialis, seu ut virtus adnexa 527

ARTICULUS SECUNDUS

De pœnitentiæ subjecto, principio et ordine ad ceteras virtutes

I. Pœnitentia, prout est virtus, residet in voluntate ut in subjecto proximo et immediato .— II. Subjectum autem remotum et mediatum est omnis homo peccati reus aut peccati capax. — III. Utrum homo in statu naturæ puræ capax fuisset cujusdam pœnitentiæ naturalis. — IV. Principium habitus pœnitentiæ est Deus infundens gratiam ; principium vero actuum quibus Deo operanti in pœnitentia cooperamur est ordinarie timor, scilicet principium remotum timor servilis, principium autem proximum et immediatum timor filialis. — V. De ordine pœnitentiæ ad ceteras virtutes. — VI. Ex prædictis colligitur definitio completa virtutis pœnitentiæ 532

QUÆSTIO TERTIA

De effectibus l'umllonilne

ARTICULUS PHIMUS

De remissione peccatorum mortalium

1. Per pœnitentiam, sive ut sacramentum itlvc ul vlrtulcm, omnln peccata rite illi subjecta delentur. — I). i»‹· Ude «od pœulbmtiam, quatenus est virtus aut virtutis nclus, Itu norrwitrlnin esse, ut nullum peccatum mortale possit nine lllu r‹ niilli, …. dum legem Dei ordinariam. — III. Solvuntur dlilli iilt.iih u IV. De necessitate medii et præcepti. - V. ‹ «ncluslo Du tur præceptum poenitendi ; jure quidem nuturull qiiiiuitiim n‹l ipsam pœnitentiam; jure autem divino ponitlvo qumdiitn nd modum poenitendi. — VI. Impossibile oid per |»l‹·ıı ll ‹m›| i»l i|i unum peccatum mortale sine alio remitti. - - Vit. Doclriuti est mi fidem pertinens cum culpa mortali semper remitti reatum pœnæ æternæ, non tamen remitti semper totum reatum pœnæ temporalis. — VIII. Documenta ecclesiastica. — IX. Traditio patristica. — X Fundamenta scripturistica. — XI. Constat demum ex natura pœnitentiæ. — XII. Hinc intolligitur quomodo, remissa culpa mortali, remanere possint rellqufrn peccati. — XIII. Remissio culpæ est effectui, pœnitentiæ hi'c iiiiidum quod est virtus, principalius tamen secundum quod ont sacramentum seu vi clavium. — XIV. l'.onohudo : Veru pœnitentia, quæ est contritio perfecta, rciidtl.lt poccill.um mortale etiam ante actualem Hncrnmonli susceptionem. XV. In quo genere caubæ justificet contritio ..... b3(l

ARTICULUS SECUNDUS

De remissione peccatorum venialium

I, Sententiæ variæ de remissione venialium. — II. Conclusio : Ad remissionem peccati venialis extra sacramentum requiritur quædam virtualis displicentia, non sufficit habitualis nec requiritur formalis : in sacramento autem requiritur actus formalis detestationis. — III. Peccatum veniale nequit unquam remitti per solas naturæ vires neque per solam gratiam actualem in eo qui nondum est justificatus ; at in justo potest absque nova infusione remitti, per motum gratiæ vel charitatis, qui sit displicentia virtualis. — IV. Per sacramenta fet sacramentalta remittuntur peccata venialia, supposito semper actu virtualis pœnitentiæ. — V. Utrum sacramenta et sacramentalia remittant peccata venialia ex opere operato. 547

ARTICULUS TERTIUS

De reditu peccatorum per poenitentiam dimissorum

I. Sensus quæstionls. — Sententiæ. — II. Conclusio : Peccata per poenitentiam jam semel remissa non redeunt simpliciter per peccatum subsequens, sed solum secundum quid. — III. Ingratitudo illa in quibusdam peccatis specialiter relucet. — IV. Quo gradu autem redeat reatus per ingratitudinem. — V. An prædicta ingratitudo sit speciale peccatum 551

ARTICULUS QUARTUS

De virtutum recuperatione el meritorum reviviscentia per poenitentiam

I. Per poenitentiam omnes virtutes infusæ restituuntur. — II. Animadversio de virginitate et de virtutibus acquisitis. — III. Utrum post poenitentiam resurgat homo in æquali virtute. — IV. Utrum per poenitentiam restituatur homo in pristinam dignitatem. — V. Quomodo opera in charitate facta mortificentur. — VI. De quadruplici differentia operum quæ esse possunt viva, mortua, mortifera, mortificata. — VII. De operibus mortificatis duplex instituitur quæstio. — VIII. Prima conclusio : Merita per peccatum mortificata reviviscunt per poenitentiam. — IX. Secunda conclusio : Quantitas, seu gradus in quo reviviscunt merita mortificata commensuratur præsenti dispositioni por quam pcenitens resurgit. — X. Solvuntur difficultates, quæ sunt præcipua argumenta quartæ sententiæ. — XI. Concludendum. — XII. Doctrina Pii P.XI 554

QUÆSTIO QUARTA

De Partibus Pœnitentiæ in speciali

ARTICULUS PRIMUS

De contritione

I. Vera contritionis notio.— II. In quo reponatur formaliter actus contritionis. — III. Contritionis divisio. — IV. De origine illius divisionis. — V. Attritio non potest fieri contritio, licet virtute sacramenti pœnitentiæ homo flat ex attrito contritus. — VI. De contritionis objecto. — VII. De quantitate contritionis. — VIII. De tempore contritionis. — IX. De effectu contritionis. — X. Brevis conspectus quæstionum quæ de attritione versantur — XI. Prima conclusio : Attritio ex metu gehennæ concepta, dummodo non sit timor serviliter-servilis, est actus bonus et utilis ad salutem^— XII. Secunda conclusio : In attritione salutari sufficiente ad justificationis gratiam cum sacramento non requiritur charitas habitualis. — XIII. Tertia conclusio : Neque actus charitatis quantumvis remissæ requiritur ad attritionem quæ ad jus-

«

tiflcationem cum sacramento sufficit. —ı XIV, omni» ‹ mi clusio : Attamen in instanti quo iit luBlIdcntlo |>«i Ipmim p·· nltentiæ sacramentum, pcenitens elicit verum duulhilhi ᵾ‹' tum. — XV. Quinta conclusio : In attritione vnru q.....·«! justificationem cum sacramento sufficit, Includli..... Iiψiΐıı Dei amor initialis, ab actu spei distinctus. XVI, IUh u Io ii dum tandem..... .....

"articulus secundus

De confessione

I. Errores. — II. Fides catholica tria præcipue tonet do conh'ı sione. — III. Confessionis institutio divina ex Scriptura certo probatur. —'IV. Etiam necessitas confessionis, juro divino imposita, probatur sufficienter ex Scriptura. - V. Ex Scriptura quoque probatur necessitas confitendi omnia et singula peccata mortalia, quoad numerum, speciem nl circumstantias quæ peccati speciem mutant. — VI. Testimonium epistolæ S. Jacobi. — VII Traditio palrislica per tria priora sæcula. — VIII. A sæculo IV et deinceps abundant testimonia. — IX. Solvuntur difficultates ex historia ecclesiastica. — X. De dissensu veterum scholasticorum. — XI. De vi Illius præcepti. — XII. De præcepto ecclesiastico. — XIII. Possotne Ecclesia imponere præceptum confosslunln, etiamsi non imposuisset Christus? — XIV. Quundoimm ‹›|»li get præceptum divinum confitendi mortalia. — XV. N«m potest Summus Pontifex dispensaro u confcuslonc Hncumlum quod obligat ex vi sacramenti ; licet pontili pormlltnro ut possit aliquis diutius confessionem differre, quum nl· l constitutum sit. — XVI. Corollarium maximi momenti — XVII. De qualitate ^confessionis. — XVIli. An confuiado fleri possit per interpretem vel per scriptum. — XIX. Im confessione secreta vel publica. — XX. Utrum Ecclesia prateoperit aliquando confessionem ve) poenitentiam publicam pro peccatis mere occultis. — XXI. Hinc eruitur fuisse, prætci· absolutionem publicam, absolutionem Secretam 580

ARTICULUS TERTIUS

De satisfactione

I. Notio satisfactionis. — 11. Errores de satisfactione. — III. Doctrina Ecclesiæ. — IV. Prima conclusio : Satisfactio ita est pars sacramenti pœnitentiæ, ut propositum satisfaciendi ad essentiam, ipsa vero satisfactio actu præstita ad integritatem, pertineat. — V. Secunda conclusio : Minister sacramenti debet salutares et convenientes satisfactiones injungere. — VI. Quid producat ex opere operato satisfactio sacramentalis. — VII. De satisfactionibus per pœnas a nobis susceptas vel a Deo inflictas. — VIII. Tertia conclusio : Tria

præcipua enumerantur opera satisfactoria, nempe eleemosyna, jejunium et orationes, licet omne opus virtutis possit esse satisfactorium. — IX. Quarta conclusio : Conditio ad satisfactionem, sicut ad meritum, requisita, est status gratiae ita ut opera extra charitatem facta non sint proprie satisfactoria. — X. Quinta conclusio : Semel autem in gratia et charitate constitutus, culpa scilicet et pœna æterna remissis, potest homo pro pœna temporali peccato debita satisfacere *de condigno,* licet non de toto rigore justitiæ. — XI. An et quatenus possit unus homo pro alio satisfacere. — XII. Plura notatu dignissima de radical! differentia mter meritum et satisfactionem. — XIII. Brevis conspectus doctrinæ Scripturæ et Traditionis de satisfactione. 600

QUÆSTIO QUINTA

De potestate ministrorum hujus sacramenti

ARTICULUS PRIMUS

De. potestate sacra respectu absolutionis seu de ministro confessionis

I. Utrum solus sacerdos sit minister confessionis sacramentalis. — Errores. — Doctrina Ecclesiæ. — II Prima conclusio : Minister sacramenti pœnitentiæ est solus sacerdos. — III. Utrum in aliquo casu liceat aliis quam sacerdotibus confiteri, diacono vel laico. — IV. Quid ergo censendum de confessione diaconis facta. — V. De confessione venialium. — VI. Secunda conclusio : De necessitate hujus sacramenti est ut minister habeat non solum ordinem, sicut in aliis sacramentis, sed etiam jurisdictionem. — VII. Nec ullus datur casus in quo non requiratur jurisdictio ad absolvendum. — VIII. Controversia de distinctione inter potestatem ordinis et potestatem jurisdictionis. — IX. De obligationibus ministri et præsertim de sigillo confessionis..... 614

ARTICULUS SECUNDUS

De potestate clavium quatenus exercetur per ecclesiasticas indulgentias

I. Notio clavium in Ecclesia. — II. Notio indulgentiæ ejusque fundamenta dogmatica. — III. Indulgentia non est remissio culpæ mortalis aut venialis. — IV. Ita ergo intelligitur indulgentia ut sit pœnæ temporalis peccato débite remissio, non solum coram Ecclesia, sed etiam coram Deo, extra sacramentum facta. — V. Quæ sit pœna illa temporalis quæ coram Deo remittitur. — VI. Est in Ecclesia thesaurus constans ex satisfactionibus Christi et sanctorum. — VII. Cumulus vero non consumitur neque minuitur. — VIII. Est in Ecclesia potestas quæ valet satisfactiones illas appli-

care, vivis quidem per modum absolutionis, defunctis autem per modum suffragii. — IX. Im conditionibus ad lucrandas indulgentias requisitis. — X. Hio v Ih conspectus historicus doctrinæ de indulgentiis. — XI. t'.mmlhirlum. I>c communione Sanctorum..... 625

TRACTATUS DE EXTREMA UNCTIONI

ARTICULUS PHIMUA

De *sacramenti extremæ unctionis* r.i *mictilia vl bistlltitliim*

I. Errores. — II, Prima conclusio : Ia Scriptm », m n>p< · l pi stola S. Jacobi, certo probatur uiioLloimm hdlrmorim....m verum ac proprie dictum Novæ l.ogls imciniiienluin. · III Sacramentum illud *insinuatur* apud Marcum. IV. Sooinidn conclusio : Traditio catholica Id otlam oslondll. — V. (.hum donam Christus instituerit hoc sacramentum. — VI. Ratio l.lmo logica institutionis. — VII. Tertia conclusio : Exlromn unctio est sacramentum unum, sicut quoddam porfocliini quod ex pluribus partibus constituitur 041

ARTICULUS HItCUNDUS

De materia el forma /m/ii·. *saeramfnti*

I. Prima conclusio: Materio remota nncrmnontl cxtrcmio unctio nis est oleum olivarum. — II. Secunda conclusio : Oleum dobri esse rite benedictum. — III. Tertia conclusio : Oleum dobot esse benedictum ab episcopo. — IV. Quarta conclusio statuenda : Oleum debet esse benedictum in ordino ad extremam unc-tionem, ita ut probabiliter invalidum sit sacramentum in oleo catechumenorum vel sancio chrismate collatum. — V. An sit forma in hoc sacramento. — VI. De indole hujus for-mæ 648

ARTICULUS TERTIUS

De effectu sacramenti extremæ unctionis

I. Quid certum, quid controversum. — II. Prima conclusio : Est omnino retinenda sententia communis. — III. De indole hujus gratiæ confortantis. — IV. Secunda conclusio : Remis-sio peccati est effectus secundarius, quem hoc sacramentum producit, non tantum per accidens, sed et ratione suæ insti-tutionis. — V. Qua ratione hoc sacramentum remittat pœ-

nam temporalem. — VI. Quonam momento producatur effectus extremæ unctionis. — VII. Tertia conclusio : Effectus hujus sacramenti est etiam sanatio corporis, ubi saluti animæ expedierit. — VIII. Qua virtute, si saluti animæ expedit, inducatur corporis sanatio. — IX. Monitum pro praxi. — X. Cur hoc sacramentum non imprimat characterem nec quasi characterem. — XI. Quid sit res et sacramentum in extrema unctione. — XII. Demum finis extremæ unctionis est disponere animam ad immediatum introitum gloriæ ... 653

ARTICULUS QUARTUS

De ministro extremæ unctionis

I. Errores. II. Conclusio : Nec laicus nec diaconus, sed solum sacerdotes ab episcopo ordinati possunt vere ac valide hoc sacramentum conferre. — III. Cur autem illud sacramentum non reservetur episcopo. — IV. Licet sacerdos possit communionem sibi porrigere, non potest tamen, etiam in casu necessitatis, sibimetipsi extremam unctionem conferre. — V. Hoc sacramentum potest ab uno vel a pluribus sacerdotibus valide ministrari. — VI. Determinationes practicæ novi Codicis .. 658

ARTICULUS QUINTUS

De sub/eclo extremæ unctionis

I. Subjectum hujus sacramenti est baptizatus infirmus existens in statu exeuntium, seu periculoso laborans morbo. — Il Practicæ determinationes. — III. Alia conditio requisita ex parte subjecti est ut habuerit aliquando usum rationis et capax fuerit actualis peccati. — IV. Quænam sint partes inungendæ. — V. Cetera notatu dignissima. — VI. Quæstio de morte apparente. — VII.Tietatte corollarium..... 662

TRACTATUS DE ORDINE

ARTICULUS PRIMUS

De sacramenti ordinis existentia el institutione

I. Ordinis notio. — II. Ratio generalis cur debeat esse quidam ordo in Ecclesia. — III. Ordo in Ecclesia importat sacerdotium, — IV. Sacerdotium autem confertur per verum sacramentum. — V. Errores. — VI. Fides catholica sic proponitur : Ordo seu

sacra ordinatio est verum sacramentum a Christo Domino institutum. 1° Probatio scripturistlcn. — VI 1.2° Testimonia catholicae traditionis. — VIII. 3° Documenta ecclesiastica. — IX. Quando et quomodo fuerit a Christo Institutum Ordinis sacramentum.— X. Hinc completa definitio..... 669

ARTICULUS SECUNDUS

De materia et /orrna sacramenti ordinis

I. Quædam certa in quibus omnes convenire debent. — II. Sex præcipuæ sententiæ referuntur. — III. Ii<<iæntliislmæ disquisitiones historico-theologicæ vindicant seiilentliiiii 8. Thomæ et doctrinam Concilii Florentini do porrectione ut union materia essentiali. — IV. Ut ergo vindicetur inmtmilln S. Thorn»' et Concilii Florentini, quatuor sunt stabilienda. · V. Ostenditur decreto Eugenii IV duplicem compel uro characterem, nimirum esse actum Concilii mcuinonlcl et osso proprie dogmaticum. — VI. Potest Ecclesia materiam specificum quorumdani sacramentorum determinaro, quin substantiam immutet. — VII. Ecclesia voluit tali potestate uti et reapse determinavit ut impositio manuum, quæ fuit olim et remanet adhuc apud Orientales sola materia essentialis, non pertineret amplius ad essentiam sacræ ordinationis et instrumentorum porrectio, quæ non fuit semper adhibita, foret in Ecclesin Latina sola materia essentialis. — VIII. Regulæ pro praxi. IX. Concludendum 675

ARTICULUS TIhlTIU»

De e/fedi bus sacramenti ordinis

I. Effectus sacramenti ordinis est gratia gruium faciens Hccmuln, simulque gratia sacramentalis, ut Ordinatus ı aci ut.itn digne dispenset. — II. Eminens dici debet gratia qua· per sacramentum ordinis confertur. — III. Alter ordinis effectus esi character, qui non tantum in ordine sacerdotali imprimitur, sed in omnibus ordinibus qui rationem sacramenti habent. — IV. Character ordinis præsupponil necessario characterem baptismalem ; characterem vero confirmationis præsupponit de congruitate, non de necessitate. — V. Quomodo character unius ordinis præsupponat characterem alterius ordinis. — VI. Quomodo diversi characteres se habeant inter se. — VII. Ex prædictis colligitur eminens dignitas sacerdotum . 684

ARTICULUS QUARTUS

De subjecto sacramenti ordinis

I. De requisitis ad licitam ordinis receptionem. — II. Prima conclusio : Doctrina catholica est ad validam cujusvis ordinis receptionem requiri sexum virilem et characterem baptis-

malem. — III. Secunda conclusio : Subjectum ordinis presbyteralis capax est etiam non diaconus ; subjectum autem ordinis episcopalis capax est solus presbyter..... 690

ARTICULUS QUINTUS

De distinctione ordinum

I. Ratio cur debeant esse plures ordines in Ecclesia. — II. Cur debeant esse septem ordines. — III. pe distinctione ordinum per sacros et non sacros. — IV. Utrum omnes illi ordines sint sacramenta. — V. Prima conclusio : De fide est presbyteratum esse sacramentum. — VI. Secunda conclusio : Dubium non est episcopatum prout dicit plenitudinem sacerdotii esse sacramentum, sed controversia est an sit ordo distinctus et sacramentum distinctum, licet omnes catholici profiteantur episcopos esse jure divino presbyteris superiores. — VII. Tertia conclusio : Certum est diaconatum esse sacramentum. — VIII. Quarta conclusio : Subdiaconatus et singuli ordines minores sunt sacramenta vera, partialia tamen, quæ ad unum integrum sacramentum referuntur. — IX. Nec valent objectiones fieri solilæ..... 694

ARTICULUS SEXTUS

De ministro hujus sacramenti

I. Prima conclusio : Minister ordinarius et ex officio est episcopus consecratus.— II. De ordinatione episcopali. — III. Secunda conclusio : Potest simplex presbyter ex delegatione quosdam ordines conferre. — IV. Utrum possit hæc delegatio concedi respectu diaconatus et presbyteratus. — V. Pietatis conclusio 703

TRACTATUS DE MATRIMONIO

ARTICULUS PRIMUS

De sacramenti matrimonii existentia et institutione

I. Notio et definitio matrimonii. — II. Quinam rationem sacramenti matrimonio denegarint. — III. Conclusio : Matrimonium Novæ Legis est verum et proprie dictum sacramentum. — 1° Probatio ex Scriptura. — IV. 2° Traditio patristica. — V. 3° Declarationes Ecclesiæ. — VI. 4’ Ratio theologica — VII. Quando institutum fuerit matrimonii sacramentum. —

VIII. Dici igitur potest Christum in nuptiis Cana speciali modo matrimonium consecranHo ot sanctiflcasse ; essentiales vero ejus proprietates snnxlsnn, cum dixit : « quod Deus conjunxit homo non separet »; nnei amenti autem proprie dicti rationem ei contulisse post. γ‹ή ιιγι ‹. i unioni, institutis ceteris sacramentis.— IX. De gratin q mu..... ifixl md limonium. .. 711

ARTICULUS HltCUnlHUi

De essentia sacramenti mntrlmoiitl

I. Distinctio praemittenda. — II. imlimliii tu | nni'limln : In matrimonio Christiano contract›m u nuira..Iu i..... u dissociabilis, atque ideo non potoid nmliuilmi vermi ii I.,-ι timus consistere, quin sit eo Ipso mu riiiiumlum IV IHim concluditur matrimonium, quotliui nnt vidldui..... . contractus inter absentes bapLlMhtOA. (|Ul contrahunt pW* procuratorem, esse quoquo viilldum In mlmim n..... ma nil — V. Quid dicendum do .. .. mlhlollimi, qmiudo convertuntur, aut de matrimonio inloi· Iblohnii el Inllduhmi ex dispensatione inito. VI. Do conditionibus ronsensim. — VII. De objecto consonsuH. · VIII. Ex diotis colligitur quid sit materia et formn hujus sacramenti..... 719

ARTICULUS TERTIUS

De proprietatibus matrimonii essentialibus, seilleet unitate el indissolubilitale

I. De Matrimonii UNITATE sunt conclusiones quatuor. — Prima conclusio ; Matrimonium christlimum excluait absoluto pluritatem uxorum. Do lido. II. Hoeunda eonclunlo : Polygonia simullanca itu est contra legem nnluiie ul obstet, non quidem tini primario matrimonii, i.nl llnlbus naciindurlli'. III. Tertia conclusio : Potuit u solo Doo commil dliqumsiitlo ut unus vir haberet plures uxores, eo tempore quo Id necessarium erat ad humani generis multiplicationem. · IV. Differentia maxima attendenda. — V. Quarta conclusio Sei'imdæ et ulteriores nuptiae, seu bigamia vel polygamie eucressiva, sunt licitæ et verum sacramentum. — VI. De INDIssi >|.l uti LITATE matrimonii plures versantur quaestiones. — Vll Prima conclusio: Matrimonium Christianum est secundumso indissolubile De fide. — VIII. Secunda conclusio : Etiam jure naturæ indissolubile est matrimonium. — IX.· Tertia conclusio : Nulla lege vel auctoritate mere humana dirimi potest matrimonium legitimum. — X. Quarta conclusio : Attamen solutio matrimonii non videtur esse contra primam intentionem naturæ nec contra prima præcepta, et idcirco potest ex divina dispensatione permitti. — XI. Quinta conclusio : In veteri Testamento Deus videtur concessisse dispensationem, permittendo libellum repudii. — XII. Sexta conclusio : Dispensatio ita fuit revocata in Nova Lege, utne^ob adulterium quidem

solvi possit matrimonium. — XIII. Septima conclusio : Legitimum inter non baptizatos matrimonium, licet consummatum, solvitur in favorem fidei privilegio Paulino. — XIV. Octava conclusio : Professio religiosa solemnis alterutrius conjugis dirimit seu solvit vinculum matrimonium rati non consummati. — XV. Nona conclusio : Matrimonium ratum non consummatum dissolvi potest per dispensationem a Sede Apostolica ex justa causa concessam utraque parte rogante vel alterutra, etsi altera sit. invita 726

ARTICULUS QUARTUS

De subjecto et ministro matrimonii

1. Subjectum *aptum* et subjectum *capax*. — II. Quænam sint hujusmodi impedimenta. — III. Homo est subjectum matrimonii liberum, ita ut nemini per se imponatur matrimonium. — IV. Controversia de ministro sacramenti matrimonii. — V. Ministri sacramenti matrimonii sunt ipsi contrahentes. — VI. Hinc sequitur sacramentum matrimonii non habere ministros consecratos. — VII. Sacerdos tamen regulariter adhiberi debet, ut testis Ecclesiæ et minister solemnitatis.. 741

ARTICULUS QUINTUS

De potestate Ecclesiæ in matrimonium

I. Principium S. Thomæ in hac materia recolendum. — II. Triplex quæstio discutienda. — III. Prima conclusio : Ecclesia veram habet potestatem a suo Conditore acceptam constituendi pro suis subditis impedimenta etiam dirimentia. — IV. Secunda conclusio : Illa potestas inducendi impedimenta dirimentia pro baptizatis ad solam Ecclesiam pertinet. — V. De tertia autem quæstione controversia inter catholicos libere agitatur. — VI. Generalis conclusio pro pietate..... 745

TRACTATUS DE NOVISSIMIS

QUÆSTIO PRIMA

De Novissimis quæ singulorum hominum consummationem incipiunt

ARTICULUS PRIMUS

De morte

T. De morte tria sunt tenenda. — II. Duplex refellendus est **error.** — III. Status separationis. — IV. Mors est universalis. — V. Mors imponit terminum statui viæ..... 749

ARTICULUS SECUNDUS

De ludicio 'particulari

I. Errores. — II. Doctrina lidei : Anima per mortem a corpore soluta mox subit judicium, justissimaque Dei sententia sors pro meritis immutabiliter determinatur. — Probatio ex Scriptura. — III. Traditio patrlsticn. — IV. Declarationes Ecclesiæ. — V. Ratio theologica. — VI. De judicii indole. — VII. Lata sententia statim exacutioni mandatur. — VIII. De loco judicii particularis..... 754

, QUÆSTIO SECUNDA

De loco animarum post morioni

ARTICULUS PRIMUS

Utrum assignentur receptacula animabus post mortem

1. Independentia animæ spiritualis a loco. — 11 Eadem certitudine tenendum est animam humanam post mortem nulli corpori, utut subtilissimo, conjungi. — 111. Attamen de facto, attenta divina ordinatione, animabus separatis determinantur quædam corporalia loca per congruentiam quamdam secundum gradum dignitatis earum. IV. Quapropter doctrina quam hic tradit S. Thomas de receptaculis animarum poet mortem est communissima in Ecclesia ..... 760.

ARTICULUS SECUNDUS

Qua ratione anima: separatu sini in -uis receptaculis seu loci» el qvue sini luvc receptacula

1. Principia quædam recoluntur. — 11. Utrum animæ separatæ e suis receptaculis egredi valeant. — III Quomodo liant apparitiones animarum. — IV. Implex igitur est modus quo fleri possunt animarum apparitiones. — De diversis receptaculis.— VI. Opinio rejicienda..... 763

QUÆSTIO TERTIA

De qualitate animæ exeuntis a corpore
et de poena ei inflicta ab igne corporeo

ARTICULUS PRIMUS

Doctanu catholica de pœna ignis

I. De potentiis quæ remanent in anima separata. — II. Actus sensitivarum potentiarum non possunt remanere nisi in radice

remota. — III. Sententiæ de realitate ignis infernalis. — IV. Testimonia S. Scripturæ. — V. Traditio patristica. — VI. DiiTicultates de mente plurium Patrum exponuntur. — VII, 1'ides Ecclesiæ. — VIII. Certum est omnes qui in peccato mortali et non cum solo originali decedunt subjici pœnæ ignis..... 767

ARTICULUS SECUNDUS

Qua ratione possit anima spiritualis ab igne corporeo pati

1. Theoriæ rejiciendæ. — II. Admittenda est quædam causalitas instrumentalis ignis in animam. — III. De actione ignis in corpora damnatorum post resurrectionem. — IV. Quomodo autem ignis id præstiturus sit. — V. Aftimadversio practice 775

QUÆSTIO QUARTA

De diversis qualitatibus animarum
corporibus exutarum
juxta diversum statum earumdem

ARTICULUS PRIMUS

De sorte animarum quæ cum solo peccato originali ex hac vita decedunt

1. Diversæ quæstiones solvendæ. — II. Errores. — 111. Doctrina fidei. — IV. Sententiæ omnino rejiciendæ. — V. Utrum pœnam ignis patiantur. — VI. Utrum tristitiam aliquam patiantur an vero beatitudinem naturalem consequantur..... 780

ARTICULUS SECUNDUS

De purgatorii exislentia

I. Duo principalia puncta sunt credenda : existentia purgatorii et possibilitas juvandi animas per suffragia Ecclesiæ. —II. Res et nomen. — III. Testimonia Scripturæ : 1° Vetus Testamentum. — IV. 2° Novum Testamentum. Ex Evangelio. — V. 3° Ex Paulo. — VI Traditio catholica. — VII. Declarationes Ecclesiæ. — VIII. Rationes theologicæ 785

ARTICULUS TERTIUS

De purgatorii natura el indole
atque de possibilitate juuandi animas

1. Quæsita solvenda. — II. De pœna damni. — ill. De pœna sensus, deque igne purgatorii. — IV. An et qua ratione illa pœna sit voluntaria. — De actione angelorum in animas purgatorii. — VI. Qua ratione expietur peccatum veniale'in purgatorio. — VII. De liberatione a reatu pœnæ temporalis peccatis morta-

libus remissis debitæ. — VH1. De duratione pœnarum purgatorii. — IX. De loco purgatorii. — X. De dispositionibus et conditione animarum purgantium. - XI. Possibilitas juvandi animas. — XII. Documentis et rationibus hucusque expositis sufficienter confutatur sententia quorumdam veterum qui retardabant purgatorium usque ad flriom mundi. — XIII. Qua ratione fiet purgatorium pro justis qui in lino mundi viventes rapientur cum pœna temporali exsolvenda 793

QUÆSTIO QUINTA

De rosurrnotiono

articulus ruiMUS

De ipsa resurrectione

l. Quatuor puncta quæ dogma catholicum ‹to resurrectione spectant. — II. Resurrectionis notio. — 111. Errores. — IV. Testimonia Veteris Testamenti. — V. Testimonia Novi Testamenti lo Ex Evangelio. — VI. 2° Ex Actibus Apostolorum et Epistolis S. Pauli. — VII. Traditio catholica. — VIII. Declarationes Ecclesiæ. — IX. Rationes theolôgicæ. — X. Universalitas resurrectionis. — XI. Hinc apparet utrum resurrectio dioi possit naturalis. — XII. De causis resurrectionis. — XIII. Do tempore et modo resurrectionis..... 802

ARTICULUS SECUNDUS

Do conditionibus resurgentium

I. De :dentitatc resui gentium. Errores. — 11. Veritas (Idol. — III. Rationes tiioologicæ quæ identitatem corporis postulant. — iV. Quomodo sit explicanda illa corporum suscitandorum identitas numerica. — V. Solvuntur difficultates. — VI. Idem numero homo resurget. — VII. Erit itaque numero idem homo et quia erit idem compositum et quia erit eadem persona. — VIII. De identitate potentiarum in homine resuscitato. — IX. De integritate corporum resurgentium..... 813

articulus tertius

De dotibus corporum beatorum resurgentium

i. Quid ad doctrinam catholicam spectet. — 11. Dotes corporis gloriosi sensu theologico. — III. De impossibilitate. — IV. De subtilitate. — V. De agilitate. — VI. De claritate. — VII. De corporibus damnatorum. — VIII. De cognitione quam habebunt resuscitati in judicio respectu meritorum et demeritorum. 822

*

QUÆSTIO SEXTA

De Judicio Generali

ARTICULUS PRIMUS

Dogma catholicum de judicio generali

L Errores. — II. Testimonia SS. Scripturarum. — HI.Testimonia catholicæ Traditionis. — IV. Declarationes Ecclesiæ. — V. Rationes theologicæ. — VI. Cæteræ congruentiæ..... 828

ARTICULUS SECUNDUS

Cæteræ quæstiones quæ judicii generalis naturam, indolem, circumstantias spectant

1. De prolatione sententiæ in judicio universali. — II. De tempore judicii generalis. — III. De loco judicii generalis. — IV. De judicantibus. — V. De judicandis. — VI. De objecto judicii generalis. — VII. Do forma Judicis venientis ad judicium. — VIII. Conclusio ad vitam morum promovendam..... 832

QUÆSTIO SEPTIMA

De coelesti beatitudine

ARTICULUS PRIMUS

De ipsa beatitudine secundum se

I. Notiones. — II. Divisiones. — III. Essentia beatitudinis. — IV. At quænam sit cognitio quæ beatitudinem præstat. — V. Præcipua doctrinæ capita. — VI. In præsenti conditione hominis ad ordinem supernaturalem elevati beatitude ultima consistit in visione Dei intuitiva. — VII. Testimonia Veteris Testamenti. — VIII. Testimonia Novi Testamenti.— IX. Traditio patristica. — Cæteraquæsita..... 838

ARTICULUS SECUNDUS

De tempore quo coelestis beatiludo confertur

I. Errores et opiniones. — II. Dogma fidei. — III. Probationes ex S. Scriptura. — IV. Traditio catholica. — V. Definitiones Ecclesiæ. — VI. Ratio theologica..... 846

ARTICULUS TERTIUS

De *coelestis bealltudinls proprietatibus*

Is De perpetuitate beatitudlnlH. II. De Inamisslbllltato beati· tudinis. — Prima conclusio : llontltiido cmlestls est inamissibilis ab intrinseco. — III. Secunda conclusio : Ex Intrinseca Inamissibilitate visionis et amoris bimllllol sequitur impoccabllitas ab intrinseco.— IV. Ex principiis statui la solvi potest quæstio utrum beatitude sit major lutura post rnsuiToctlorioni q.n ante. — V. De mansionibus. — VI. Unde repolulin· diversitas mansionum. — VII. Ratio beatitudinls Importat etiam ut beati in patria, videant poenas damnatorum, non quidem Illis compatiendo, sed in illis ordinem diviiue juntitlæ admirando..... 351

ARTICULUS VUA1'TUH

D« *beatorum dotibus el aureolis*

L Notio dotum. 11. Proprio quidem sensu visio, comprehensio, fruitio, sunt actus, ni in præsenti recte accipi etiam possunt pro habitibus qui animam ad actus præparant. — III. Si visio, comprehensio, fruitio, sumantur per modum actus, jam constituunt vel adintegrant beatitudinem*; si autem per modum habitus accipiantur, sunt principia permanentia horum actuum qui beatitudinem constituunt vel adintegrant. — IV; An dotes competant Christo et angelis. — V. De aureolis. — VI. Hæc doctrina diversis Scripturarum testimoniis praxique Ecclesiæ fundatur et. nititur. — VII. Do illius vocis et conceptus origine et valore, — VIII. De martyrio. — XI. De Doctorifcus. — X. De Virginibus. — XI. Utrum aureola sit In mente an in corpore.— XII. Cætera quæslta. — XIII. Do fructibus 855

QUÆSTIO OCTAVA

De poena damnatorum seu de inferno

ARTICULUS PRIMUS

De existentia el aeternitate poenarum infernalium

I. Præcipua fidei capita. — II. Inferni existentia. — III. Animæ decedentium in peccato mortali MOX post mortem in infernum descendunt. — IV. Quid sit de exceptionibus sentiendum. V. De æternitate poenarum. Errores. — VI. Testimonia S. Scripturæ. — VII. Traditio perpetua. — VIII. Declarationes Ecclesiæ. — IX. Rationes theologicæ.....

ARTICULUS SECUNDUS

De natura el indole pœnarum infernalium

I. Inæqualitas pœnarum. — II. Illa tamen inæqualitas non officit quominus omnes qui in mortali peccato decedunt eeternis addicantur suppliciis. — III. Omnes damnati qui in actuali peccato mortali decesserunt, subjiciuntur et pœnæ DAMNI et pœnæ SENSUS. — IV. Opinio rejicienda. — V. Acerbitas utriusque pœnæ. — VI. De loco inferni. — VII. De mitigatione pœnarum. — VIII. Verum ne ista quidem forma tolerari potest. — IX. De voluntate et intellectu damnatorum. — X. Necessarium ad mores informandos monitum..... 875

GENERALIS AC PIA CONCLUSIO totius Tractatus de Novissimis..... 88?

INDEX RERUM ANALYTICUS 889
INDEX ALPHABETICUS..... 929
ERRATA .u·. 939

Ü

INDEX ALPHABETICES

Ablutio sub determinata verborum forma in baptismo, 175.
Absolutio moribundorum, 511 ; conditionata, absoluta, 514; cuinam competat, absolutionem impertiri, 615 sq.
Accidentalis minister confirmationis, 266.
Accidentia in Eucharistia rcaliter permanent, 356 sq. ; quomodo permaneant, 380 sq. ; accidentia eucharistica respectu quantitatis, 386. An ct quomodo pati et agere queant, 388 ; nutrire valeant, 388.
Acerbitas pœnæ infernalis, 880.
Adeptio gloriæ est effectus Eucharisitiæ, 405.
Administratio licita sacramentorum quid requirat, 139.
• Adulti baptismus quid requirat, 220.
Æqualiter dispositis quomodo sacramenta conferant gratiam, 100.
Ætas requisita ad confirmationem, 264 ; ad communionem, 424.
Æternitas pœnarum infernalium, 866.
Agens principalis in sacramentis est solus Deus, 125 ; agens per modum ministri est homo, 125.
Agilitas corporis gloriosi, 825.
Anima an alligetur post mortem corpori, 761 ; an sit in loco, 762, 763 sq. ; animæ scparatæ apparitiones, 764 ; qualitates, 767 ; quomodopatiaturab igne, 777 sq. ; de animabus decedentium cum solo peccato originali, 780 sq. ; cum peccato mortali, 863.
Annihilationis theoria in transsubstantiatione, 345 sq.
Apparitiones, in Eucharistia, 379 : animarum separatarum 7<~'·
Applicatio fructuum itiorlflcii eucharistici, 485.
Aqua mntorin baptismi, 179; qualis aqua requiratur ud validitatem baptismi, 180; nqua vino permiscenda in Eucharistia, 300 sq.
Attritio supernatural»! nn requiratur in peccatore nil baptismum, 218; attritio possitne fieri contritio, 568; attritio ex metu gi'hennæ, 574; an, ad attritionem salutarem quæ justificat cum sacramento, requiratur charitas, 576 sq.
Aureola beatorum in coelo, 860.
Azymus panis in Eucharistia, 297.

B

Baptismus imprimit characterem, 121 sq. ; est verum sacramentum, 176, sq. ; institutio baptismi, 173 sq. ; 178; forma et materia baptismi, 179, 180. Forma baptismi quid requirat, 181 ; baptismus in solo nomino Christi, 183 ; applicatio format et malarias in baptismo, 186 sq. ; corporis ablutio porbaptismum, 187, 188; baptismi iteratio, 191. Baptismus sanguinis, 194 sq. , 196; flaminis, 193, 196; necessitas baptismi, 208 sq. ; baptismus aquæ post promulgationem Evangelii, 210. An sit baptismus differendus, 216 sq. ; an eonforendus peccatoribus, 217 sq. ; de baptismo adultorum, 220. Necessitas fidei in baptismo, 221 ; An sit baptismus conferendus pueris, 223 sq. Effectus baptismi qui est «) remissio culpat et pœnæ, 229 sq. ; *b)* infusio gratiæ et virtutum, 234 sq. ;

quomodo producat baptismus suos effectus, 239 sq.
Bayma, de transsubstantiatione, 349 sq.
Beati. Sacrificium eucharisticum respectu beatorum, 484 ; dotes beatorum in coelo, 857.
Beatitudo coelestis definitur, 839 sq. ; in quo consistat, 841 sq. ; quando conferatur, 846 sq. ; proprietates beatitudinis cœlestis, 851 sq.

G

Cæremoniæ sacramentorum, 166 sq. ; baptismi, 192.
Callisti edictum de poenitentia, 502.
Gartesius de Eucharistia, 333.
Causa gratiæ sunt sacramenta, 59 sq. ; sacramentorum causa officiens principalis et ministerialis, 124 sq. ; sacramentorum causa ministerialis, 136 sq. ; causæ resurrectionis, 812.
Causalitas instrumuntalis sacramentorum, 67 sq. ; causalitas physica apud S. Thomam, 74 ; sq. ; causalitas moralis servetne rationem causæinstrumentalis 75 sq. ; causalitas intentionalis 85 sq.
Character est effectus sacramentorum, 105 sq. ; characteris natura, 111 sq. ; character sacramentorum est speciali ratione character Christi, 115 ; characteris subjectum et proprietates, 117 sq. ; indelebilitas, 118 ; quænam sacramenta imprimant characterem, 121 sq. ; character confirmationis, 257 ; comparatus cum charactere baptismi, 258; character in ordine, 685.
Charitas an requiratur in attritione ad justificationem, 576 sq.
Christus. Configuramur ipsi per characterem sacramentalem, 115 ; Christus instituit sacramenta immediate, 129 sq. ; Christi realis præsentia in Eucharistia, 303 sq. ; Christus est totus et integer præsens sub utraque specie, 362 sq. ; Christi corpus eucharisticum, (vide Corpus) ; de cord, Christi Eucharistico, 489 sq. ; Christus est immediatus institutor sacramenti poenitentia, 521 ; quomodo materiam et verba sacramentorum determinaverit, 26 ; 38.
Cienfuegos Card., de sacrificio Missæ, 456.
Claritas corporis gloriosi, 825.
Clavium potestas quoad indulgentias, 625 ; claves ecclesiastic® definiuntur, 625.
Coelestis beatitudo, (vide Beatitudo) ; coelestis visio, fruitio et comprehensio, 856.
Coghlan de essentia sacrificii eucharistici, 459.
Cognitio in beatitudine coelesti, 840.
Communio sacramentalis, 416 ; sacrilegæ communionis gravitas, 420 ; communio peccatoris, 420 ; qua ætate possit vel debeat recipi communio, 424 ; quam frequenter, 426 ; sub quanam specie, 431 ; communio sanctotum, 636.
Comprehensio coelestis, 856.
Conditio satisfactionis, 607 ; consensus in matrimonio, 723 ; conditiones resurgentium, 813.
Conditionata absolutio, 514.
Confessio peccatorum, quando baptismus dubie collatus iteratur, 219. Confessio est divinæ institutionis, 581 ; quomodo necessaria, 582 sq. ; de vi præcepti, 590 sq. ; quando debeat fieri, 592 sq. ; qualitates confessionis, 594 ; an possit confessio fieri per interpretem vel epistolam, 594. Confessio publica et secreta, 596 sq. ; sigillum confessionis, 623.
Confirmatio est sacramentum, 243 sq. ; confirmationis materia et forma, 250 sq. ; effectus, 257 sq. ; subjectum, 263 sq. ; minister, 266 ; ritus, 275.
Consecratio panis et vini, 397 ; qua ratione consecratio in Missa sit sabrificium, 456 sq. Consecratio utriusque speciei sitne essentialis in sacrificio, 464.
Consensus in matrimonio conditiones et objectum, 723.
Contractus in matrimonio, ejus efficacia, 720.

Contritio est pars pœnitoiitiin, 510; definitur, 565; dividitur, 566 ; contritionis objectum, 566 ; quantitas, 569 ; tempus et offectus, 570.
Convenientia sacramentorum, 44 sq.
Corpus Christi præsens sub specie panis, 365. An sit in loco, 372 sq. ; an possit videri in Eucharistia, 375 sq. ; quomodo manducetur, 414. Corporum resuscitatorum identitas, 815; integritas, 820; dotes, 822 sq.
Culpæ remissio per baptismum, 229, et poenitentiam, 536 sq.
Cultus Christi in Eucharistia, 487.

P

Damnatorum pœna, 862 sq.
Damni pœna in purgatorio, 793 ; in inferno, 876.
Defuncti sintne subjectum fructus sacrificii, 483.
Delectatio ex Eucharistia, 404.
Delegatio ad ordines conferendos 705.
Determinatio materiæ sacramon torum, 23 sq. ; verborum sacramentorum, 38 sq.
Detestatio peccati venialis nitnc requisita ad cju" remissionem, 548.
Diaconatus est sacramentum, 698 ; quis sit ejus minister, 703 nq.
Differentia gratiam inter et characterem, 114.
Dimensiva quantitas corporis Christi in Eucharistia, 369.
Distinctio ordinum, 695.
Divisio contritionis, 566 ; satisfactionis, 606.
Dotes corporis gloriosi, 822 ; beatorum in coelo, 857.
Durandus, de transsubstantiatione, 346 sq.
Duratio sâcramenti pœnitentiæ, 522 ; poenarum purgatorii, 797.

E

Eccleslæ potestas in matrimonium, 745 sq. ; circa sacramenta, 30, 680.
Ecclesiasticum præceptum de confessione, 590.
Effectus principalis sacramentorum, 59 «q. A quonam procedat offectus interior sacramentorum, 127 sq. ; offectus baptismi, 229 sq. ; confirmationis, 257 sq. ; Eucharistia', ut sacramenti, 402 nq. ; ut sacrificii, 469 sq. ; Elteolun Missui a quonnm dependeat, 475 ; offectus contritionis, 671 ; extremal unctionis, 653 sq. ; sacramenti ordinis, 684 sq,
Efflcncln Minnie nu sit infallibilis, 476.
Efficlon· causa sinu amentorum principalis et ministerialis, 124 sq.
Ena morale sitno sacramentum, 81.
Ephruim S., dc sacrificio eucharistico, 466 ; do sacerdotio, 709.
Epiclcsfs in Eucharistia, 394.
Episcopatus sitne sacramentum, 696.
Episcopus est minister confirmo tionis, 268 sq. ; sacramenti ordinis, 703.
Essentia sitne subjectum olmrac teris, 117 sq. ; essentia sacrificii in quo consistat, 451 sq. ; an oimsiiitiit in consécrations utrius-<piu spiHiiol, 464 sq. Esnontiii matrimonii, 719 ; bout iliidittia l'ielnStia, 840.
Euclmriatlin momentum in teoonomlii chrinliumi, 277 ; oxistviitiu et indoles Euohiirlsl iur, 284 ; Eucharistia in quo consistai, 285 ; an habent rationem snoramonti, 286 l Eucharistia uniliin, 288; nécessitai! et institutio, 290 sq. ; figuiiu, 293 ; materia, 294 sq. Rculis pratentia Christi in Eucharistia, 303 sq. ; modus præsentiæ Christi, 327, 362 sq. objectiva realitas accidentium in Eucharistia, 356 sq. ; quomodo existant accidentia in Eucharistia, 380 sq. ; Eucharistia! forma, 392 sq. ; effectus sacramenti, 402 sq. ; effectus sacrificii, 410 sq. ; Eucharistia et peccatum mortale, 407 ; veniale, 409. Cuinam prosit sumptio Eucharistia, 411 ; Eucharistia'

usus. 414 sq. : dispositiones ad Eucharistiam, 418 sq.
Eucharistici sacrificii existentia, 436 sq. ; essentia, 451 sq. ; effectus, 469 sq. ; de accidentihus eucharisticis triplex quæstio, 356 sq., 380 sq.
Existentia characteris sacramentalis, 107 sq. ; sacrificii eucharistici, 436 ; sacramenti p.œnitentiæ, 491 ; extremæ unctionis, 641 sq. ; purgatorii, 785 sq. ; Eucharistiæ, 284 ; præcepti poenitendi, 539 ; sacramenti ordinis, 669 sq. ; matrimonii, 711 sq.
Externa intentio in sacramentis. 146 ; 148 sq.
Extraordinarius minister confirmationis, 270.

F

Fermentatus panis in Eucharistia, 297.
Fervor in Eucharistia productus, 404.
Fictio in receptione baptismi, 240.
Fides in ministro, 136 sq. ; in receptione baptismi, 221.
Figuræ Eucharistiæ, 293.
Forma sacramentorum, 36. 38 ; mutatio formæ in sacramentis, 41 sq. Forma baptismi, 181 ; applicatio formæ in baptismo, 186 ; forma Confirmationis, 255 sq. ; sacramenti eucharistici, 392 ; consecrationis panis et vini, 397 ; sacramenti pœnitentiæ, 512 sq. ; extremæ unctionis, 651 ; ordinis. 680 ; matrimonii, 724. Forma judicis in judicio generali, 836.
Frequentia communionis, 426.
Fructus sacrificii, 485, 486.
Fruitio coelestis, 856.

G

Generale judicium (vide Judicium)
Generatio novæ substantiæ ex speciebus consecratis, 388 sq.
Gloria futura significatur in sacramentis, 17 sq. ; adeptio gloriæ est fructus Eucharistiæ, 405 ; gloria cœlestis, 887 ; (vide Beatitudo).
Gradus reviviscentîæ meritorum per pœnitentiam, 557
Gratia significatur in Sacramento, 17 ; est principalis effectus sacramentorum, 59 sq. ; 93 sq. Gratia sacramentalis, 93 ; 97 ; quænam sacramenta producant primam gratiam, quænam secundam, 94 sq. ; Gratia sacramentalis derivatur a passione Christi, 100. Iniusio gratiæ in baptismo, 234 sq. ; in confirmatione, 260 ; primarius effectus Eucharistiæ est gratia, 402. Status gratiæ an sit necessarius ad sumptionem Eucharistiæ, 418. Gratia excellens confertur per sacramentum ordinis, 684 ; de gratia collata per matrimonium, 718.
Gravitas communionis sacrilegæ, 420.

H

Habitudo verborum sacramentorum ad res, 32.
Habitus. An character sit habitus. 112.'
Hemo solus potest recipere Eucharistiam, 415.

I

Identitas resurgentium, 813.
Ignis infernalis realitas, 768 ; quomodo afficiat animam, 776 sq. ; an torqueat decedentes cum solo peccato originali, 780. Pœna ignis vera, 782 ; et æterna. 866 ; ejus natura et indoles, 875.
imago Dei in nobis, 115.
Immolatio in notione sacrificii, 449.
Impeccabilitas in beatitudine coelesti, 855.
Impedimenta ex necessitate et congruentia in communione eucharistica, 421 ; impedimenta respectu matrimonii contrahendi, 745, 747.
Impositio manuum in sacramento pœnitentiæ, 515 ; in sacramento· ordinis, 680.
Inæqualitas dispositionis in recepceptione sacramentorum, 100 sq~

Inæqualitas pœnarum infernalium, 875.
Inamissibilitas beatitudinis coelestis, 851.
Incorporatio in Christo est effectus baptismi, 235.
Indelebilitas characteris sacramentalis, 118 sq.
Indissolubilitas matrimonii, 731.
Indoles verborum in sacramentis, 38 sq.
Indulgentia, 625 sq.
Infernalis ignis, 768 ; Infernales pœnæ, 862, 866.
Infidelium pueri sintne baptizandi, 225. Matrimonium infidelium, 722.
InfuSæ virtutes restituuntur per poenitentiam, 554.
Infusio gratiæ et virtutum in baptismo, 234 sq.
Institutio sacramentorum a solo Deo, 126. Institutio confirmationis, 247 ; Eucharistiæ, 292 ; pœnitentiæ, 521 ; confessionis, 581 ; extremæ unctionis, 641 sq. ; ordinis, 672, 701, 702; matrimonii, 716.
Integritas corporum resurgentium, 820.
Intellectus practices est subjoctum characteris, 118.
Intellectus damnatorum, 885.
Intentio ministri, 142 ; intentio virtualis, 143; intentio extorna et interna, 144 sq. ; quiuuam requiratur, 145 sq. Intentio in subjecto sacramentorum, 150 aq. intentio adultorum in baptismo suscipiendo, 220.
Interiorem effectum sacramentorum operatur Christus, 127.
Interpres an possit esse in confessione, 594.
Intuitiva visio et beatitudo coelestis, 841.
Iteratio baptismi, 191 sq. ; sacramenti pœnitentiæ, 522.

J

Jejunium rçquisitum ad communionem, 422.
Judaeorum pueri an sint baptizandi, 225.
Judicandi in judicio generali, 835 ; judicantes in judicio generali, 834.
Judicialis potestas Ecclesiæ remittendi peccata, 497.
Judicis forma in judicio generali, 836.
Judicium particulare, 754 sq. ; generale, 828 sq. Judicii generalis tempus, 832 ; locus, 834 ; objectum, 835.
Jurisdictio an requiratur in baptismo, 203 ; in confessione, 620.
Justitiae speciei enl virtue pœnitentiæ, 530.
Justus quomodo assequi possit remissionem peccati venialis, 547.
Juvandi animus in purgatorio detentus possibilitas, 799.

L

Latrcutlcum sacrificium est Missa, 469.
Lex mosaica habuit quædam sacramenta, 54 sq. In lege naturofuerintne sacramenta, 53 sq.
Locus animarum post mortem, 763 sq. ; judicii generali·, 834; inferni, 880. An sit in loco corpus Christi eucharisticum, 372 sq.
Lotio pndum In i-œini Domini, 100,
Lugo Gard., do sacrificio Missui, 457.

M

Mansiones cadeste», 853,
Manuum impositio in «.ocramonlo pœidtontiæ, 515 | in saoranienta ordinis, 680.
Martyrium cnusotno grallam ex opere operato, 195.
Materia sacramentorum, 22 sq. ; an possit mutari, 41 sq. ; materia baptismi, 179 ; confirmationis, 250 sq. ; Eucharistiæ, 294, sq. ; pœnitentiæ, 505 sq. ; extremæ unctionis, 648 sq. ; sacramenti ordinis, 669 ; matrimonii, 726.
Matrimonium definitur, 711 ; in Nova Lege habet rationem sacramenti, 713; matrimonii Christiani essentia, 719 sq. ; unitas ot indissolubilitas, 726 sq. An jiossit

solvi matrimonium non baptizatorum, 736 ; matrimonium ratum non consummatum, 739 sq. Matrimonii subjectum, 741 sq. ; ministri, 743 ; potestas Ecclesiæ respectu matrimonii, 745 sq.
Mensura in qua gratia sacramentalis confertur, 99 sq.
Meritorum reviviscentia per poenitentiam, 557.
Minister sacramenti, 125 ; baptismi, 201 ; minister solemnitatis, 201 sq. ; necessitatis, 204. Minister confirmationis, 266 sq. ; confessionis, 614 sq. ; ordinis, 703 sq. matrimonii, 745.
Ministerialis causa sacramentorum, 136 sq. ; potentia ministerialis in sacramentis, 114 sq.
Minores ordines sintne sacramenta, 699.
Missa comparata cum sacrificio Crucis, 448 ; sitne sacrificium mere relativum, 451 ; numero idem cum sacrificio Crucis et Cccnæ, 464 ; est sacrificium latreuticum, propitiatorium, etc., 469.
Mitigatio pœnæ infernalis, 881.
Modus quo baptismus suos effectus producit, 239 sq. ; quo 'manducandum est corpus Christi, 414; quo animæ separatæ sunt in loco, 763.
Momentum Eucharistiæ in oeconomia Christiana, 277 sq.
Moralis causalitas sacramentorum non servat rationem causæ instrumentalis, 75 sq.
Moribundorum absolutio, 511.
Mors est pœna peccati, 750 ; est universalis, 751 ; claudit statum viæ, 753 sq.
Mortale peccatum et Eucharistia, 407.
Mutatio in forma vel materia sacramentorum, 41 sq. ; an subjaceat mutationi corpus Christi eucharisticum, 372 sq.

N

Naturalis status separationis, 751.
Necessitas baptismi, 208 sq. ; fidei ad baptismum, 221 ; Eucharistiæ, 290 ; status gratiæ ad receptionem Eucharistiæ,418; sacramenti pœnitentiæ, 518; confessionis, 582 sq.
Notio theologica rerum et verborum in sacramentis, 62 sq. ; notio characteris sacramentalis, 106,111 ; cæremoniarum,166sq.; pœnitentiæ, 527 ; contritionis, 565 ; indulgentiarum, 626 : matrimonii, 711.
Novissima hominis, 749.
Numerus sacramentorum, 152 sq.

O

Objectum contritionis, 568 ; consensus matrimonialis, 724 ; judicii generalis, 835.
Obligationes ministri confessionis, 623.
(Economie Christiana et Eucharistia, 277.
Oleum in confirmatione, 253 ; in extrema unctione, 648.
Ordo imprimit characterem sacramcntalem, 121 ; ordo sacramentorum ad invicem, 162 sq. ; sacramentum ordinis, 669 ; ejus materia et forma, 675 sq. ; effectus, 684 sq. ; character, 685 ; ordinum distinctio, 694 ; an sint omnes ordines sacramenta, 695 ; ordinum,minister, 703 *stj.*
Ordinarius minister confirmationis, 268 ; ordinis, 703.

P

Panis in Eucharistia, 295 ; non remanet panis substantia post consecrationem, 330 sq.
Papa solus dat simplici sacerdoti potestatem conferendi confirmationem, 273,
Particulare judicium, 756 sq.
Passio Christi signiqcatur in sacramentis, 17 sq. ; a passione Christi derivatur gratia sacramentalis, 100.
Patrinf in baptismo, 207 ; et confirmatione, 266.
Peccatores sintne baptizandi, 217 sq. ; conununio eucharistica in peccatoribus, 420.
Peccatum, contra Eucharistiam,

407 sq. ; 410 ; 413 ; veniale peccatum an remittatur per sacrificium Missæ, 473 ; Ecclesia potest remittere peccata, 494 sq. ; mortale peccatum remittitur in sacramento pœnitentiæ, 536. Unum mortale non remittitur sine alio, 540 ; de reditu peccatorum, 552 ; peccatum veniale et purgatorium, 796.
Permanentia realis accidentium in Eucharistia, 356 sq.
Physica causalitas sacramentorum, 74, 76.
Pluralitas uxorum, 726 sq.
Pœnæ remissio 'per baptismum, 229 sq. ; per Eucharistiam, 410 sq. ; 474; in sacramento pœnitentiæ, 541 ; pœna temporalis et indulgentiæ, 627 ; mors est pœna, 750; de pœna ignis, 769 sq. ; de pœna decedentium cum solo peccato originali, 780; pœna purgatorii, 793 sq. ; pœna damnatorum et beatitudo coelestis, 854 sq. ; pœnæ infernales, 862, 866, 875.
Pœnalitates pro præsenti non aufert baptismus, 233.
Poenitendi præceptum, 539.
Pœnitentiæ sacramentum, 491 sq. : pœnitentia publico ot pri-Antii, 503 ; pœnitentiæ materia et forma, 505 sq. ; necessitas, 518 | 523; duratio ot iteratio, 52'.!; pœnitentia quomodo recto nominetur, 520 ; sacramentum piouitentiæ immediate institutum a Christo, 521. An sit validum ot tamen informe, 524. Pœnitentiæ virtus definitur, 528 sq. ; 536; pœnitentiæ virtutis subjectum, 532 sq. ; principium, 534 ; pœnitentiæ virtus et aliæ virtutes, 535 ; effectus pœnitentiæ qui qst remissio peccatorum mortalium. 536 sq. ; effectus qui est restitutio virtutum et reviviscentia meritorum, 554. Satisfactio est pars pœnitentiæ, 510; 600. Minister sacramenti pœnitentiæ, 614 sq.
Polygamia simultanea, 727 ; successiva, 729.
Possibilitas juvandi animas in purgatorio deteptas, 799.
Potentia. An character sit potentia, l'l3 .vq Potentia naturalis, ministerialis, instrumontalis, 114 «q.
Potestas oπoi oritatis, qua solus Dotis potest instituere nnernnionta, 127 l potestas excellenti» Christi respectu sacramentorum, 128 sq. An Christus communicare potuerit orouturæ potestatem oxoollrmtiio vel potestatem nuctorilntis respectu «nornniontorum, 129 sq An contulerit Christus Apostolis potestatem instituendi snoranionta, 131 sq. ; est in Ecclosln polentas mmittendi peccata, 494 «q. Cuinnm competat potestas absolvendi in confessione, 615 sq. ; notostns eluvium quond indulgentius, 625 ; pol estas Ecolosito quond matrimonium, 745 «q.
Præceptum quoad communionem ouohnristicam, 439 sq. ; quoad pœnitentiam, 539; quoad confessionem, 590 sq.
Præsentia realis Christi in Eucharistia, 303 sq. x
Presbyter an possit confirmaro, 270 sq. t an possit contorre ordines, 705.
Preabyterntiin ost nncrumontuin, 690
Prlnclpnlin causa efficiens sacramenti, 125 su.
Principium vliliitla pinnltanllæ, 505.
Privum pnuiltnnliii, 503.
ProfOBBlO religioso poanitne osse sacramentum, 161 ; dlrimero matrimonium, 738.
Propitiatorium sacrificium m Missa, 469 sq.
Proprietas characteris sacramentalis, 117 sq.
Publica pœnitentia, 503 ; confessio, 596.
Pueri an sint baptizandi, 223 sq. ; in maternis uteris, 226 ; quid recipiant pueri in baptismo. 236.
Purgatorium : ejus existentia, 785 ; ejus natura et indoiea, 793 sq.

Q

Qualitates confessionis, 594 ; qualitates animæ separatæ, 767.

Quantitas panis in Eucharistia, 296 ; dimensiva quantitas corporis Christi in Eucharistia, 369 ; quantitas est subjectum cæterorum accidentium in Eucharistia, 386 ; quantitas contritionis. 569.

R

Ratum matrimonium possitne solvi, 739.
Realis præsentia Christi in Eucharistia, 303 sq.
Realitas ignis infernalis, 768.
Reatus pœnæ quomodo remittatur in sacramento pœnitentiæ, 541 sq.
Receptacula animæ separatæ, 763 sq.
Recuperatio virtutum et meritorum per pcenitentiam, 554.
Reditus peccatorum remissorum, 557 sq.
Remissio culpæ per baptismum, 229 sq. ; peccatorum mortalium per sacrauicntum pœnitentiæ, 536 sq. ; reatus pœnæ, 541 sq.; peccatorum venialium, 547 sq. An causet extrema unctio remissionem peccatorum, 655.
Requisita ad licitam administrationem sacramentorum, 139 sq.
Res sacra significatur sacramento, 15 ; res sensibilis requiritur in sacramentis, 19 sq. ; res tantum, res et sacramentum, 90 sq.
Resurrectio. Ejus certitudo, 802 ; causa, 811.
Resurgentium conditiones, 813 sq. ; dotes corporum resurgentium, 820.
Reviviscentia sacramentorum quoad gratiam, 103 sq. ; reviviscentia sacramentorum et causalitas physica, 91 ; meritorum reviviscentia per pcenitentiam, 557 sq.
Ritus confirmationis, 275 ; ritus qui qint sacramentalia, 167.
Rosmini, de transsubstantiatione, 347 sq.

S

Sacerdos est minister baptismi, 202 ; minister pœnitentiæ, 614 sq. ; extremæ unctionis, 658 sq. ? sacerdos est testis in matrimonio 744.
Sacramentalia, 167 ; sacramentalia et remissio peccatorum, venialium, 549 : sacramentalibus competit quædam virtus specialis. 169.
Sacramentum diversimode accipitur, 8 ; sacramenti momentum relate ad Christum, 4 ; relate ad Ecclesiam et homines, 5; relate ad Deum, 5. An sit sacramentum in genere signi, 7 sq. Sacramento significatur res sacra, 15 ; sanctitas, 16 sq. ; passio Christi, gratia præsens et gloria futura, 17 sq. Ad rationem sacramenti requiritur res sensibilis, 19 sq. ; sacramenti materia. 23 sq. ; 36 sq. ; verba, 32 sq. ; forma, 36 sq. Verba sacramentorum sunt consecratoria, 39 sq. Sacramentorum convenientia, 44 sq. ; ante lapsum, 47 sq. ; post peccatum ante Christum, 51 sq. ; post Christum, 57 sq. ; effectus principalis sacramentorum, 59 sq. Sacramenta sunt causa gratiæ .59 sq. i 78 sq. ; sacramentum tantum, res et sacramentum, 90 sq. ; Reviviscentia sacramentorum conciliatur cum causalitate physica, 91 ; reviviscentia sacramentorum quoad gratiam, 103 sq. ; sacramenta vivorum et mortuorum, 94 sq. Sacramentorum character, 106 sq. ; sacramentalis character et character Christi, 115. Quænam sacramenta imprimant characterem, 121 sq. ; causa interioris effectus sacramentorum, 127 sq. ; Immediatus institutor sacramentorum Novæ Legis, 133 ; sacramentorum causa ministerialis. 136 sq. ; numerus, 152 sq. Sacramentum baptismi, 173 ; confirmationis, 243 ; Eucharistiæ, 277 sq. ; Eucharistia habet rationem sacramenti, 286, Sacramentum pœnitentiæ, 491 sq. ; ordinis, 669 sq. ; presbyteratus, episcopatus et diaconatus, '694 sq. ; sacramentum matrimonii, 711 sq.
Sacrificium eucharisticum, 436 ; comparatur sacrificium Crucis

cum sacrificio Missæ, 448. An sacrificium exigat immolationem, 449. An Missa sit sacrificium relativum, 451. In qua parte Missæ reponatur sacrificii essentia, 452 sq. Missa est sacrificium latreuticum, propitiatorium, etc., 469 sq. ; subjectum fructus sacrificii, 481 sq.
Sacrilegae communionis gravitas, 420.
Sanatio corporis est effectus extremæ unctionis, 656.
Sanctitas significatur in sacramento, 16 ; an sanctitas requiratur ad valorem sacramenti, 137 sq.
Sanctorum communio, 636.
Sanguis Christi vi consecrationis ponitur, 365.
Satisfactio pro peccatis in baptismo peccatoris, 218. Satisfactio ut pars sacramenti pœnitentiæ, 510, 602. Satisfactio definitur, 600 ; quales producat effectus, 604, 608; dividitur, 606. Conditiones satisfactionis, 607. An possit fieri 'ab uno homine pro alio, 609.
Scotus, de transsubstantiatione, 351.
Secreta confessio, 596.
Sensus pœnn in purgatorio, 794 ; in inferno, 878.
Separata anima, (vide Anima),
Sigillum confessionis, 623.
Simultanée polygamie. 727.
Solutio matrimoni, 733. Solutio matrimonii rati, 739 sq. ; non baptizatorum, 736.
Species consecrata possitne transmutari in novam substantiarq 388 sq. ; quænam sit sumenda species in communione, 432 sq.
Status gratiæ necessarius ad sumptionem Eucharistiæ, 418.
Suarez, de transsubstantiatione, 352 sq. ; de sacrificio Missæ, 456.
Subdiaconatus an sit sacramentum, 699 : ejus minister, 705.
Subjectum characteris sacramentalis, an sit voluntas, 118 ; an intellectus practicus, 118. Au debeat habere intentionem subjectum sacramentorum, 151 sq. Subjectum confirmationis, 263 sq. Accidentia cuchnriMicn permanent sino proprio subjecto, 380 sq. Subjectum communionis eucharisticto. 416 ; linctus sacrificii, 481 sq. l virtuti» pœnitentiæ, 532 sq. ; extrema· unctionis, 662 aq. ; matrimonii, 741.
Substanth* pani' el vini non remanet post coiiiiccriilinmun, 330 sq.
Subtilitas , orporii gloriotu 824.
Successivi» polygmuin, 729.
Sumptio Euehui nitiir, 414 , cui prosit, 411,

T

Tempus contritionis, 570; prrocopti confitendi, 592 aq. ; institutionis matrimonii, 716; judicii generalis, 833 ; quo tempore conferatur beatitudo coelestis,' 846 sq.
Theoria annihilationis in transsubstantiatione, 345 ; Durandi et Bosmini do transsubstantialiono, 346 sq. ; Bayinn do trnnnnubstantialione, 349 sq. t Sooti ri Suarez do trnnsnulistniitiationc, 352 sq.
Tranaauliatnni lallo in Eucharistia, 317 sq. ; gouuinn notio trans-Hiilistnnt iationis, 334 sq. ; usus vocis " IriuiBsubstnntlnlio t, 340 sq, ; thooriiu do Irnnnsubstnnlintlono, 345 nq.
Trlatitlii si trio In animulum eorum qui decesserunt oum solo peccato originali, 784.

U

Unitas matrimonii, 726 sq.
Universalis est potestas Ecclesiæ remittendi peccata, 494 ; universalis est mors, 751 ; et resurrectio, 810.
Unctionis extremæ institutio, 641 sq. ; materia et forma, 648 sq. ; effectus, 653 sq. ; minister, 658 ; subjectum, 662 sq.
Usus vocis « transsubstantiatio n 340 sq. ; usus Eucharistiæ, 414 sq.

V

Valor sacramenti non requirit in ministro fidem, 186 sq. ; nec sanctitatem, 137 sq. Propitiatorius valor Missæ, 469 ; sitne infinitus, 477.
Veniale peccatum et Eucharistia, 408, 413 ; venialis peccati confessio, 619 ; veniale peccatum et purgatorium, 796.
Verba sacramentorum, 32 sq. ; utrum sint consecratoria an solum concionatoria, 39 sq. Verba consecratoria Eucharistiæ, 397, sq. ; de formula ! « *vi verborum* τ 365.
Veritas verborum in consecratione eucharistica, 399.
Viatorum cibus est Eucharistia, 416.
Vinum est materia Eucharistiæ, 299, sq. ; vini substantia non remanet post consecrationem, 830 sq. Species vini continet sanguinem Christi, vi verborum, 365 sq.
Virtualis intentio est necessaria in sacramentis,. 144 sq.
Virtus causativa sacramentorum, 78 sq. Infusio virtutum per baptismum, 234 sq. Virtus verborum consecratoriorum in Eucharistia, 398. Poenitentia est vera virtus, 528 ; de virtute et de sacramento pœnitentiæ, 529. Virtus pœnitentiæ est species justitiæ, 530 ; virtutis pœnitentiæ subjectum, 532 ; principium, 534. Virtus pœnitentiæ comparatur cum aliis virtutibus, 535. Infusa virtus restituitur per poenitentiam, 554 sq.
Visio intuitiva et beatitude coelestis, 841 ; visio coelestis. 856.
Vivi : quomodo vivis applicentur fructus sacrificii, 486.
Vocis « transsubstantiatio » usus, 340 sq.
Voluntas. Utrum beati ludo sit actus voluntatis an intellectus, 840. Voluntas damnatorum, 885 ; voluntas beatorum perfecte satiatur, quia in ipsa est perlecta quies omnium desideriorum, 888.

FINIS OPERIS

ERRATA

P. 68, not. 1 : Du Auoiikiinu» ; lego ' Hr AuousTlNiS.
P. 180, lin. 23 : species aqua ; loge apodes nquæ
P. 196, lin. 7 ; martyrio llamlnhi logo baptismo llaminis.
P. 220, lin. 35 : importor ; Importari.
P. 246, lin. 28 ; Arauslcnno (411) logo : ArauHicano (441).
P. 269, lin. 15 : CæsaraænNbi ; Iw Ciiwirionsis.
P. 283, lin. 8 :qui est dbu>«, logo quia ont cibus.
P. 287, not. 2: De Auoubtinuii ; logo : lut Augustinis.
P. 296, lin. 17-18 : quiio non nmot; logo : quæ non essot.
P. 306, lin. 29 : Joan. IV , logo Joan. VI.
P. 309, lin. 16 : *necessarium ;* logo : *necessariam.*
P. 366, lin. 7 ; *naturalem connexione;* lego : *naturalem conn»· xionem.*
P. 378, not. 5 : disp. LI IL; lege : disp. LUI.
P. 440. lin. 24 : prescripts ; lege : præscripta.
P. 453, lin. 11 : quia victimam ; lege : quæ victimam.
P. 474, not. 3 : Gobdura ; lege ; Corduba.
P. 544, lin. 23 : (ad. 3); loge : (ad 3).
P. 579, not. 1 : lib. LXXXIll quœsl. ŋ. 1 ; loge ; lib. LXXXIll Quæst., n. 1.
P. 605, not. 1 : a. 2, dub. 2; loge : a. 2, dub. 5.
P. 613, not. 1 : *lipisl. CLVIII, P. L.,* xxxiu, 656; loge *Episl. CLIII, P. L.,* xxxvil, 655<

Cetera quæ inveneris, Lector benevole, ipse corriges

Imprimé en France par l'imprimerie Aubin, à Ligugé (Vienne).
D. I.., a.' trimestre 19/17. — Editeur, n» 3107. —Imprim., n° 197.